M. FABI QUINTILIANI

INSTITUTIONIS ORATORIAE

LIBRI DUODECIM.

RECENSUIT

CAROLUS HALM.

PARS PRIOR.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
A. MDCCCLXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

GULIELMO STUDEMUNDO

D. D. D.

CAROLUS HALM.

PRAEFATIO.

Ad libros quos Quintilianus de arte oratoria composuit emendandos nobis hi libri manu scripti praesto fuerunt:

Ambrosianus E 153, Parte superiore, siue Ambr. I.

Bernensis num. 351.

Bambergensis M, IV, 14.

Argentoratensis, quo Ulr. Obrechtus usus est.

Monacensis cod. Lat. n. 23473.

Codex Ambrosianus, liber optimae notae, cuius quarta fere pars intercidit inde a lib. IX, 4, 135 usque ad lib. XII, 11, 22, plane neglectus iacuerat, donec eum Spaldingius, cum iam maior pars editionis ab eo curatae typis expressa esset, primum Mediolani accuratius inspexit et ad librum nonum emendandum adhibuit. Idem lectiones reliquorum librorum excerptas paulo ante obitum suum accepit, quae deinde a Zumptio in uol. V. editionis Spaldingianae publicatae sunt. Sed cum opera lectionum exscribendarum ab homine Italo suscepta esset, spes non fefellit ex codice iterum excusso multum fructus ad contextum uerborum emendandum redundaturum esse. Cuius percepti laus omnis debetur Gulielmo Studemundo, homini in libris manu scriptis legendis in primis uersato. Is primo eas partes institutionis oratoriae, quae in codice Bernensi desiderantur, (nam ad has meliore fundamento critico praecipue opus esse uidebatur) in Ambrosiano iterum legit lectionesque a se diligentissime exscriptas mihi dono dedit: ex quibus cum cognouissem quam neglegenter homo Italus in negotio suo uersatus esset, nouam artis oratoriae editionem, quam praeparaueram, mancam fore intellexi,

nisi totus codex accurate iterum collatus esset. Hoc quoque desiderium ut expleretur, Studemundus operam suam liberalissime obtulit. Nam librum tertium ipse contulit, aliam operis partem me rogante Adolfus Kiesslingius in se recepit, qui aliquot capitum libri VIII lectiones exscripsit, denique Studemundo intercedente effectum est, ut Fridericus Ruehl libros I, II, IIII et partes quinti et noni in meum usum excuteret.

Quod externam codicis formam attinet, diuersis manibus, sed eiusdem fere aetatis scriptus est. Haud scio an inde illud explicandum sit, quod aliud in aliis libris codicis pretium uidetur; complures enim libri posteriores multo neglegentius scripti sunt quam priores quattuor. In aestimandis autem libri lectionibus opus est ut scripturae primae et secundae manus accurate discernantur; totus enim ab homine, cuius manus aetatem non ita multo posteriorem prodit, recognitus et emendatus est. Hunc aliud exemplar Quintiliani ad manus habuisse hinc apparet, quod et uoces singulae et totae sententiae uel partes sententiarum, quas priores in transcribendo omiserant, ab eo recte expletae apparent, sed maior pars lectionum inlatarum deterior est quam ueteres, siue corrector codice iam interpolato usus est siue in mendis suo Marte corrigendis ipse rem infeliciter gessit. Quod autem in tali re fieri solet, in Ambrosiano quoque factum esse inuenimus, ut ueteres lectiones persaepe radendo ita exstinguerentur, ut prioris scripturae nullum uestigium supersit. Hoc ubique in adnotatione critica diligenter indicauimus. Quodsi unum pluraue uocabula in unius sententiae comprehensione aut aliquot litterae in singulis uocabulis ita in litura scripta exstant, ut uetustae scripturae formae iam non possint dispici, litteris inclinatis correcta ab integris discernenda putauimus, uelut I, 8, 6 'hendecasyllab*a quae sunt* commata'. In aliis locis, ubi prior scriptura non satis certo elici poterat, lectioni exscriptae interrogandi signum addidimus, ut 'coeperimus A^1 (?)'. Repetita autem codicis lectione duae potissimum res effectae sunt: primum enim multae optimae lectiones adhuc incognitae ex libro praeclaro in lucem protractae sunt; deinde intellectum est haud paucas

scripturas, quibus ex Ambrosiano receptis uerborum contextus a Zumptio et Bonnello deterior factus est, non esse primae manus, sed interpolatione in codicem inuectas esse. Spatiorum quoque in locis radendo correctis dimensio saepius ansam dedit diuinandi, quid primitus scriptum fuerit, uelut I, 10, 17, ubi relicta lectione interpolata *Archytas atque Aristoxenus* (nam Aristoxeni posterius Quintilianus demum § 22 mentionem facit) ex Bernensi *Archytas atque Euenus* restituimus, Studemundo admodum probabile uisum est, cum in Ambrosiano *Aristoxe*nus scriptum sit, primam manum non aliud nomen quam Eueni habuisse; spatium enim indicat ante syllabam *nus* non amplius tres litteras scriptas fuisse.

Bernensis ad codicum familiam pertinet, in quibus libri Quintiliani non integri seruati sunt; desunt enim in eo hae partes: Prooemium primi libri cum epistula Tryphonis et § 1—6 in. primi capitis, lib. V, 14, 12 usque ad VIII, 3, 64, lib. VIII, 6, 17—VIII, 6, 67, lib. VIIII, 3, 2—X, 1, 107, lib. XI, 1, 71 extr. — XI, 2, 23, denique lib. XII, 10, 43 usque ad finem. Aliud praeterea damnum Bernensis temporum iniuria passus est; perierunt enim in eo duo priores chartae primi quaternionis, ut nunc incipiat a secundi capitis primi libri paragrapho quinta media. Aetate hic liber omnibus, qui adhuc noti sunt, antecellit, ac uerisimillimum uidetur reliquos codices, in quibus eaedem lacunae exstant, a Bernensi deriuatos esse; Ambrosianum quidem secundum, qui ut Bernensis saeculo decimo exaratus est, et Bambergensem ex Bernensi descriptos esse certissimis indiciis comprobatum est. Cum autem hac codicum familiae multae lacunae, quae in Ambrosiano I inueniuntur, expleantur nec pauca eiusdem optimi libri uitia corrigantur, mirum non uidebitur eas partes librorum Quintiliani, quae in Bernensi et eius familia desiderantur, multo uitiosiores ad nostram aetatem peruenisse quam reliquas, in quibus lectiones et Ambrosiani et Bernensis cognitae sunt.

Codex Bambergensis hoc proprium habet, quod in eo scripturae duorum librorum coniunctae sunt. Pars enim uetustior huius libri, ut modo diximus, ex Bernensi descripta est nec tamen

satis diligenter; cf. quae exposuimus in dissertatione de fontibus librorum Quintiliani (Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu München 1866, I) p. 502 sqq. Magnae autem lacunae Bernensis pergamenis insertis ex alio codice suppletae sunt: qui cum plane diuersus sit a uetustiore Bambergensi, eum littera G, ne qua confusio oreretur, significandum putauimus. Is liber proxime accedit ad Ambrosianum I, quamquam eo multo deterior est, sed propter eam similitudinem hanc habet utilitatem, quod in multis locis, in quibus lectio primae manus Ambrosiani erasa et eius loco deterior uel interpolata inducta est, ex codice G certo aut probabiliter constitui potest, quid in Ambrosiano scriptum fuerit. Rem ita se habere illud documento est, quod in haud paucis locis, in quibus uestigia incerta primae manus in Ambrosiano adhuc supersunt, eas ipsas scripturas, quas Studemundus addito interrogandi signo ex Ambrosiani prima manu exscripserat, in Bambergensi G inuenimus. Praeterea monendum est per omnes partes, quae ex Bernensi descriptae sunt, lectiones discrepantes ex alio codice in Bambergensi inscriptas esse: quas quamquam uerisimillimum uidetur ex eodem codice, ex quo lacunae suppletae sunt, originem duxisse, tamen, cum hae lectiones manu plane diuersa ab ea, quam littera G significauimus, scriptae sint, eas non eodem signo, sed littera b indicauimus. Cum autem altera pars Bambergensis ex Bernensi descripta sit, lectiones uero manus secundae ad praestantiam Ambrosiani non accedant, liber non ita magnum pretium haberet, si Ambrosianus adhuc integer esset, maximus est autem eius usus in illis partibus, quae et in Ambrosiano et in Bernensi desunt, in quibus Bambergensis siue G omnium codicum longe est optimus; cf. quae de lacunis extremi capitis libri XII in noui musei Rhenani uol. XXIII p. 218 sqq. exposuimus.

Praeterea ad eas partes, in quibus non notae sunt nisi scripturae codicum AG aut solius G eorumque familiae, duos libros saeculo XV scriptos adhibuimus, A r g e n t o r a t e n s e m et M o n a c e n s e m. Sed horum librorum collatione nihil fere aliud effectum est quam ut docere possemus, ubi aliquot locorum, qui

in libris melioribus leuiter corrupti sunt, emendatio primum tentata sit.

Maius adiumentum ad uerborum contextum Quintiliani emendandum praebent duo fontes hoc demum saeculo aperti. Primum enim Angelus Maius a. 1823 Julii Victoris artem rhetoricam in lucem edidit: qui cum magnam partem libri sui ex Quintiliani institutione compilarit eamque fere ad uerbum exscribere soleat, multum utilitatis adfert ad complures Quintiliani locos uel corruptos sanandos uel haud integros supplendos. Alia excerpta ex libris VIII et VIIII Quintiliani codex egregius Parisinus num. 7530 continet, quae Ecksteinus in Anecdotis Parisinis p. 20 sqq. publicauit. Eorum ope, etsi perpauca sunt, complures locos grauiter corruptos in integrum restituere licuit. Excerpta ex Quintiliano item inueniuntur in multis codicibus compendio artis rhetoricae Cassiodorii praeposita; cf. quae monuimus in Praef. Rhet. Lat. minorum p. XII. Haec quoque, quamquam pleraque perbreuia sunt, non sine fructu a nobis adhibita sunt.

Quo magis autem corrupti complures Quintiliani libri ad aetatem nostram peruenerunt, eo maiores gratias agere debemus amicis, qui emendationibus communicatis nos in opere saepe perdifficili subleuare uoluerunt, praeter ceteros Gulielmo Christo collegae familiarissimo, deinde Conrado Bursiano, Henrico Keilio, Eduardo Woelfflino, denique Gulielmo Meyero, qui me in plagulis corrigendis optime adiuuit. A nonnullis quoque sodalibus seminarii philologici Monacensis, cum libros VI, VIII, X in seminario interpretandos proposuissem, aliquot loci feliciter sanati sunt.

Scripsi Monachii mense Septembri a. 1868.

Carolus Halm.

TABULA SIGLORUM.

A = codex Ambrosianus I s. XI.
Bn = codex Bernensis s. X.
Bg = codex Bambergensis s. X.
B = conspirantes lectiones Bernensis et Bambergensis.
G = codex Bambergensis in iis partibus, quae alia manu s. XI suppletae sunt; cf. Praef. p. VIII.
M = codex Monacensis s. XV.
S = codex Argentoratensis s. XV.
F = codex Florentinus.
L = codex Lassbergianus, nunc Friburgensis s. XV.
T = codex Turicensis.
a = manus secunda Ambrosiani.
b = manus secunda codicis Bg.
exc. Cass. = excerpta Cassiodorii cf. Praef. p. IX.
ς = lectio uulgata uel omnium uel plerorumque exemplarium.

Lectiones discrepantes codicum A B G a b integras exscripsimus, selectas codd. M S ad librum I et ad eas partes, quae in Bernensi desunt, codicum denique F L T paucis locis rationem habuimus.

M. FABI QUINTILIANI

AD

VICTORIUM MARCELLUM

INSTITUTIONIS ORATORIAE

LIBRI DUODECIM.

M. Fabius Quintilianus Tryphoni suo salutem. Efflagitasti cotidiano conuicio ut libros, quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem: nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus componendis, ut scis, paulo plus quam biennium tot alioqui negotiis districtus impendi: quod tempus non tam stilo quam inquisitioni instituti operis prope infiniti et legendis auctoribus, qui sunt innumerabiles, datum est. usus deinde Horati consilio, qui in arte poetica 2 suadet, ne praecipitetur editio nonumque prematur in annum, dabam iis otium, ut refrigerato inuentionis amore diligentius repetitos tamquam lector perpenderem. sed si tanto opere effla- 3 gitantur quam tu adfirmas, permittamus uela uentis et oram soluentibus bene precemur. multum autem in tua quoque fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quam emendatissimi veniant.

8. u. 388.

1 *Epistula ad Tryphonem deest in M (usque ad p. 9, 20 adscripsimus etiam lectiones codicum* **L M S T**) M. Fabius — salutem *om.* **S T**; *in* **A** *epistulae idem operis titulus praefixus est, quem ipsi dedimus, nisi quod partim in rasura scriptum est* LIBRI IIII *(sic)* TRIFONI **A** 2 cottidiano **A S** 4 maturauisse **S T** 5 alioquin **L T a**, aliquin **A**, aliorum **S** 6 inpendi **L T** instituti **S** 7 infinitae *Burman* et] eos **S**; *ab hac inde uoce reliqua epistulae pars in* **A** *abscisa est* 8 datus **S T** horatii **L**, oratii **S T** 10 hiis **S** ardore *Anonymus in Miscell. obseruu. (Amstel. 1732) 1, 138* 11 tantopere **L S T**, *sed* **T** *corr. ex* tanti opere 12 auram **L S T**, *cf. 4, 2, 41*

LIBER PRIMUS.

Prooemium.

Post inpetratam studiis meis quietem, quae per viginti annos erudiendis iuuenibus inpenderam, cum a me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu sum equidem reluctatus, quod auctores utriusque linguae clarissimos non ignorabam multa quae ad hoc opus pertinerent
2 diligentissime scripta posteris reliquisse. sed qua ego ex causa faciliorem mihi ueniam meae deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis, quod inter diuersas opiniones priorum et quasdam etiam inter se contrarias difficilis esset electio, ut mihi si non inueniendi noua, at certe iudicandi de ueteribus
3 iniungere laborem non iniuste viderentur. quamuis autem non tam me uinceret praestandi quod exigebatur fiducia quam negandi uerecundia, latius se tamen aperiente materia plus quam inponebatur oneris sponte suscepi, simul ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus
4 alienis demum uestigiis insisterem. nam ceteri fere, qui artem orandi litteris tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinae summam [in] eloquentia manum inponerent, sive contemnentes tamquam parua quae prius discimus studia, siue non ad suum pertinere officium opinati, quando diuisae

2 M. T. Q. in oratoriae Institutionis libros XII ad Marcellum Victorium prohemium **M**; *in* **A** *ex prooemio usque ad uerba* non sit maioribus § 5 *pauca supersunt, plerisque uocabulis abscisis* 3 quae **AMS**: quam **LT** 7 [perti]nerent **A**, pertinent **ST** 8 caussa **M** 10 diuers*as* (a *in ras.*) **A**, diuisas **ST** opinion*es* **A** 11 ut mihi — iniungere *om* **M** 12 ac **S** 13 iniuste quamuis **A** *2 m. in ras.* 15 latius — contemnentes tamqu (§ 4) *desunt in* **A** 16 pleniori **M** 17 de me mererer **S** 20 in eloquentia (eloquen S *in fine uersus*) **MS**, in eloquentiae **T**, eloquentiae *Voss. 2.* s. eloquentia m imponeret *Burman*, inde eloquentiae *Spalding*, *nos* in *inclusimus*

professionum uices essent, seu, quod proximum uero, nullam in-
genii sperantes gratiam circa res etiamsi necessarias, procul tamen
ab ostentatione positas, ut operum fastigia spectantur, latent fun-
damenta. ego cum existimem nihil arti oratoriae alienum, sine 5
quo fieri non posse oratorem fatendum est, nec ad ullius rei
summam nisi praecedentibus initiis perueniri, ad minora illa, sed
quae si neglegas, non sit maioribus locus, demittere me non
recusabo, nec aliter quam si mihi tradatur educandus orator,
studia eius formare ab infantia incipiam. quod opus, Marcelle 6
Victori, tibi dicamus: quem cum amicissimum nobis tum eximio
litterarum amore flagrantem non propter haec modo, quamquam
sunt magna, dignissimum hoc mutuae inter nos caritatis pignore
iudicabamus, sed quod erudiendo Getae tuo, cuius prima aetas
manifestum iam ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri
uidebantur, quos ab ipsis dicendi uelut incunabulis per omnis,
quae modo aliquid oratori futuro conferant, artis ad summam
eius operis perducere destinabamus, atque eo magis, quod duo 7
iam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricae neque editi
a me neque in hoc comparati. namque alterum sermonem per
biduum habitum pueri, quibus id praestabatur, exceperant, alte-
rum pluribus sane diebus, quantum notando consequi potuerant,
interceptum boni iuuenes, sed nimium amantes mei temerario
editionis honore uulgauerant. quare in his quoque libris erunt 8
eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia uero com-
positiora et quantum nos poterimus elaborata.

Oratorem autem instituimus illum perfectum, qui esse nisi uir 9
bonus non potest, ideoque non dicendi modo eximiam in eo facul-
tatem, sed omnis animi uirtutes exigimus. neque enim hoc con- 10
cesserim, rationem rectae honestaeque uitae, ut quidam putaue-
runt, ad philosophos relegandam, cum uir ille uere ciuilis et

3 fundamenta latent **L** (spectantur [latent fundamen]ta **A**) 4 nihil existimem **L M** (cum existi[mem nihil arti] oratoriae **A**) 5 fieri oratorem non posse **F** (= *Florent.*), orat. non posse fieri **M** (alienum [sine quo fieri] non posse orat. **A**) 6 uiciis **S** peruenire **A**¹ 7 dimittere **A**, *sed prior* i *in ras.* 9 marcelle uictori **M**: marce uictori (uictor **ST**) **LST**, m. uitor * **A** 12 sunt **M**: sint **ALST**, *sed* **A** n *in ras.* 13 getae **A**: nato *rell. libri fere omnes; cum in Statii Siluis (4, 4, 20) Victorii filius* Gallus *nominetur, Burman et Spalding* Gallo *scribendum censuerunt; nec tamen probari potest eum unicum Victorii filium fuisse* 14 iam **AL**: iter **T**, iter ad **MS**, *om.* **F** 15 dicendi **A M S T**: discendi **L a**; *cf. Spald.* uel*ut* **A** omnes (*uel* oms) *mei et* ς 16 artis **A**: artes **a** *et rell.* 17 festinabimus **A** *solus* 19 sermone — habito **M** *et 2m.* **T** 20 id *om.* **L** 21 pluribus *om.* **S** poterant *dett. pauci et Regius* 22 boni **M**: bini **A L S T**, *fort.* benigni 23 quar*e* **A** 24 eadem **A**, *sed* a *in ras.* 25 quantum **A**: quam *rell.* elaboratiora *Francius* 28 omnis **A**: omnes *rell. et* ς exigemus *a* (exigimus **A** *1m.*) 29 rect*ae* (recta **A**¹?) **A** 30 ad philos. releg. *om.* **A** *1m.*

publicarum priuatarumque rerum administrationi accommodatus,
qui regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare iudiciis
11 possit, non alius sit profecto quam orator. quare, tametsi me
fateor usurum quibusdam, quae philosophorum libris continentur,
tamen ea iure uereque contenderim esse operis nostri proprieque
12 ad artem oratoriam pertinere. an, si frequentissime de iustitia,
fortitudine, temperantia ceterisque similibus disserendum est, adeo
ut uix ulla possit causa reperiri in quam non aliqua ex his in-
cidat quaestio, eaque omnia inuentione atque elocutione sunt
explicanda, dubitabitur, ubicumque uis ingenii et copia dicendi
13 postulatur, ibi partes oratoris esse praecipuas? fueruntque haec,
ut Cicero apertissime colligit, quemadmodum iuncta natura, sic
officio quoque copulata, ut idem sapientes atque eloquentes ha-
berentur. scidit deinde se studium atque inertia factum est, ut
artes esse plures uiderentur. nam ut primum lingua esse coepit
in quaestu institutumque eloquentiae bonis male uti, curam mo-
14 rum qui diserti habebantur reliquerunt. ea uero destituta infir-
mioribus ingeniis uelut praedae fuit. inde quidam contempto
bene dicendi labore ad formandos animos statuendasque uitae
leges regressi partem quidem potiorem, si diuidi posset, retinu-
erunt, nomen tamen sibi insolentissimum adrogauerunt, ut soli
studiosi sapientiae uocarentur, quod neque summi imperatores
neque in consiliis rerum maximarum ac totius administratione
rei publicae clarissime uersati sibi umquam uindicare sunt ausi:
15 facere enim optima quam promittere maluerunt. ac ueterum
quidem sapientiae professorum multos et honesta praecepisse et,
ut praeceperint, etiam uixisse, facile concesserim: nostris uero
temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque uitia latuerunt.
non enim uirtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant,
sed uultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pes-
16 simis moribus praetendebant. haec autem quae uelut propria
philosophiae adseruntur, passim tractamus omnes. quis enim non
de iusto aequo ac bono, modo non et uir pessimus, loquitur?

12 de Orat. III, c. 15 sq.

1 amministrationi **A S** 5 propri*eque* **A** 7 diss. est **A L**: sed diss. est **T**, sit diss. et **M S** 8 ex his inc. q. **A**: q. ex his inc. *rell.* 9 ea*que* **A** sint **M** 10 explicanda **A**, *sed* i *in ras.* 12 aptissime *Aldus* 13 quoque officio **L** idem **A S T**: iidem **LM** 14 ut *om.* **S** 17 ea — fuit *om.* **S** 18 contemto **M** 21 arrogauerunt **A S** 22 sapientiae studiosi *libri praeter* **A** 24 rei p̄ clarissime **A**: rei praeclarissime **F T**, rei p. praeclarissime **L M S** *et corr.* **T** 25 enim] autem **S** 27 praeceperint **A**: praeceperunt **L M S T**, praeceperant *Francius* 31 haec] Nam **M** 32 quid enim? non *coni. Sarpe in Analectis p. 11, sed idem postea recte uulgatam interpretatus est in 'Jenaer Lit. Zeit.' 1825 p. 92* 33 modo non est (sit?)

quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quaerit?
nam uerborum proprietas ac differentia omnibus, qui sermonem
curae habent, debet esse communis. sed ea et sciet optime et 17
eloquetur orator: qui si fuisset aliquando perfectus, non a philo-
sophorum scholis uirtutis praecepta peterentur. nunc necesse
est ad eos aliquando auctores recurrere, qui desertam, ut dixi,
partem oratoriae artis meliorem praesertim occupauerunt, et uelut
nostrum reposcere, non ut nos illorum utamur inuentis, sed ut
illos alienis usos esse doceamus. sit igitur orator uir talis, qualis 18
uere sapiens appellari possit, nec moribus modo perfectus (nam
id mea quidem opinione, quamquam sunt qui dissentiant, satis
non est) sed etiam scientia et omni facultate dicendi, qualis
fortasse nemo adhuc fuerit: sed non ideo minus nobis ad summa 19
tendendum est, quod fecerunt plerique ueterum, qui etsi nondum
quemquam sapientem repertum putabant, praecepta tamen sapien-
tiae tradiderunt. nam est certe aliquid consummata eloquentia, 20
neque ad eam peruenire natura humani ingenii prohibet. quod
si non contingat, altius tamen ibunt qui ad summa nitentur,
quam qui praesumpta desperatione quo uelint euadendi protinus
circa ima substiterint.

Quo magis impetranda erit uenia, si ne minora quidem illa, 21
uerum operi, quod instituimus, necessaria praeteribo. nam liber
primus ea, quae sunt ante officium rhetoris, continebit. secundo
prima apud rhetorem elementa et quae de ipsa rhetorices sub-
stantia quaeruntur tractabimus. quinque deinceps inuentioni (nam 22
huic et dispositio subiungitur), quattuor elocutioni, in cuius par-
tem memoria ac pronuntiatio ueniunt, dabuntur. unus accedet,
in quo nobis orator ipse informandus est, ubi qui mores eius,
quae in suscipiendis, discendis, agendis causis ratio, quod elo-
quentiae genus, quis agendi debeat esse finis, quae post finem
studia, quantum nostra ualebit infirmitas, disseremus. his omni- 23
bus admiscebitur, ut quisque locus postulabit, docendi ratio, quae

uir p. *W. Freund in Annal. philol. (1835) uol. 13 p. 282* 1 queritur **S** 3 sed *ea* et **A** 4 loquetur **A**[1]**L**, eloquenter **M** 6 desertum **A**[1], deserta — parte **S** 7 occupauerunt] *hic incipit* **Bg**, *sed prima chartae pagina ita detrita est, ut pauca certo legi possint; illud quoque tenendum est primam schedam manu posteriore eaque diuersa ab illa, quam* **G** *significauimus, exaratam esse* 8 illorum nos **A** (*non item* **Bg**) 11 sunt **ABgM**: sint **LST** 13 fort. nemo adhuc **A**: adhuc f. nemo *rell. et* ς summa **ABgM**: summam **LT**, summum **S** *corr.* 21 illa quidem **S** 22 praeter*ibo nam* liber **A** 24 apud **A** *in ras. (1 m. fere ubique* aput *habet)* rhetorices **AL**: rhetoricae **MST** 25 deinde **L** 28 ubi — disseremus *Spalding*: ut (**A** u *in ras.*) — disseremus **ABgLST**, ut — disseramus **M** *et Regius*, et — disseremus *Meyer* 29 quae **A** *1 m. s. l.* 31 infirmitas ualebit **L** 32 dicendi *Regius*

non eorum modo scientia, quibus solis quidam nomen artis dede-
runt, studiosos instruat et, ut sic dixerim, ius ipsum rhetorices
interpretetur, sed alere facundiam, uires augere eloquentiae possit.
24 nam plerumque nudae illae artes nimiae subtilitatis adfectatione
frangunt atque concidunt quidquid est in oratione generosius et
omnem sucum ingenii bibunt et ossa detegunt: quae ut esse et
25 adstringi neruis suis debent, sic corpore operienda sunt. ideoque
nos non particulam illam, sicuti plerique, sed quidquid utile ad
instituendum oratorem putabamus, in hos duodecim libros con-
tulimus breuiter omnia demonstraturi. nam si, quantum de qua-
26 que re dici potest, persequamur, finis operis non reperietur. illud
tamen in primis testandum est, nihil praecepta atque artes ua-
lere nisi adiuuante natura. quapropter ei, cui deerit ingenium,
non magis haec scripta sint quam de agrorum cultu sterilibus
27 terris. sunt et alia ingenita cuique adiumenta, uox, latus patiens
laboris, ualetudo, constantia, decor: quae si modica optigerunt,
possunt ratione ampliari, sed nonnumquam ita desunt, ut bona
etiam ingenii studiique corrumpant: sicut et haec ipsa sine doctore
perito, studio pertinaci, scribendi, legendi, dicendi multa et con-
tinua exercitatione per se nihil prosunt.

I. Igitur nato filio pater spem de illo primum quam opti-
mam capiat: ita diligentior a principiis fiet. falsa enim est
querella, paucissimis hominibus uim percipiendi quae tradantur
esse concessam, plerosque uero laborem ac tempora tarditate in-
genii perdere. nam contra plures reperias et faciles in excogi-
tando et ad discendum promptos. quippe id est homini naturale,
ac sicut aues ad uolatum, equi ad cursum, ad saeuitiam ferae
gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atque sollertia,
2 unde origo animi caelestis creditur. hebetes uero et indociles
non magis secundum naturam hominis eduntur quam prodigiosa

1 solis *om.* **ST** artis nomen **L** 4 nimiae **A**: nimia *rell. et* ς affe etione **S** 5 *et* 8 quicquid **A** *ut fere semper* 6 *sucum* (su *in ras. maiore*) **A**, succum **MS** ebibunt *Almelouenius* 8 illum **A**[1] sicut **MS** ς 10 demonstraturi **FLa**: demonstratur; **A**, demonstrari **T**, demonstrando **MS** 11 repperietur **A** 12 et artes **M** 14 sint **AF**: sunt **LMST** 15 ingenita cuique adiumenta **AL** (ita **A** *in ras.*): ingeni . . . . quique adiuuantē **T**, ingenita quidem que adiuuant **M** *et corr.* **T**, *item* **S**, *sed om.* ingenita, ingenita quaedam adi. *ed. Gryph. et* ς; *post haec uerba incipit pagina posterior in* **Bg**, *quae tota legi potest* 16 ualitudo **Bg M** constans *coni. Gesner, at cf. Meyerum* 17 ut **A** *in ras.* 18 et *om.* **A** 19 scribendi l. dicendi mul **A** *in ras. habet m. 2* 20 possunt **S**; *sequitur in* **A Bg** *aliisque inscriptio:* Quemadmodum prima elementa tradenda sunt *(sic)* 22 fiat **L**, *item* **Bg**, *sed in hoc* fiet *corr.* 23 querela ς tradentur **M** 24 concessum a 25 repperias **Bg** 26 ad dicendum **A** 27 ac si aues **M** 30 homines **M**

corpora et monstris insignia, sed hi pauci admodum fuerunt.
argumentum, quod in pueris elucet spes plurimorum, quae cum
emoritur aetate, manifestum est non naturam defecisse, sed cu-
ram. praestat tamen ingenio alius alium. concedo, sed plus 3
efficiet aut minus: nemo reperitur, qui sit studio nihil consecu-
tus. hoc qui peruiderit, protinus ut erit parens factus, acrem
quam maxime curam spei futuri oratoris impendat.

Ante omnia ne sit uitiosus sermo nutricibus, quas, si fieri 4
posset, sapientes Chrysippus optauit, certe quantum res patere-
tur, optimas eligi uoluit. et morum quidem in his haud dubie
prior ratio est: recte tamen etiam loquantur. has primum audiet 5
puer, harum uerba effingere imitando conabitur. et natura tena-
cissimi sumus eorum, quae rudibus animis percepimus: ut sapor
quo noua imbuas durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille
candor mutatus est, elui possunt. et haec ipsa magis pertina-
citer haerent, quo deteriora sunt. nam bona facile mutantur in
peius: num quando in bonum uerteris uitia? non adsuescat ergo,
ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit.

In parentibus uero quam plurimum esse eruditionis opta- 6
uerim, nec de patribus tantum loquor: nam Gracchorum eloquen-
tiae multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius do-
ctissimus sermo in posteros quoque est epistulis traditus: et Laelia
C. filia reddidisse in loquendo paternam elegantiam dicitur: et
Hortensiae Q. filiae oratio apud triumuiros habita legitur non
tantum in sexus honorem. nec tamen ii, quibus discere ipsis 7
non contigit, minorem curam docendi liberos habeant, sed sint
propter hoc ipsum ad cetera magis diligentes.

1 mo*nstris* **A**, monstra *Slothouwer in Actis soc. Traject. 3, 126* fuerunt **A**: fuerint **MS**, fuerit **BgLT**; *cf. Sarpii Anal. p. 15* 3 defecisse *sed cur*am **A** 4 plus efficiet **ABgLT**: p. efficiat **MS**, ut p. efficiat ς *incerta auctoritate* 5 nemo **ABgT**: nemo tamen **LMS** ς repperitur **ABg** 6 hic **M** qui peruiderit **A**: quippe uiderit **Bg**, quippe (*om.* uiderit) **LMST** protinus ut erit **A** *1m. om.* 7 quam maximam curam **S**, quam maxime datur curam **ABg L**, *sed* datur *in* **Bg** *expunctum* 8 nutri*cibus* **A** 9 possit **A**[1] certum **M** 13 animis *mei:* annis *dett. pauci, ut est infra § 20; cf. tamen 1, 1, 36* inpressa animo rudi; 1, 2, 27 rudia ingenia *etc. Poterat utrumque dici, hic tamen, cum comparatio cum uase instituta sit, lectio* animis *non potest non aptior uideri* 14 quo noua *imbuas* **A** 16 quo] que **MS**, quae *edd. uett.* 16 impeius **Bg** 17 num quando **S**: nam quando **Bg LMTa**, num. *om.* **A**, *fort.* ecquando 18 est sit **Bg**, *sed* est *erasum* 20 nec **A**, *ut Spalding uoluit:* uerum nec (ne **M**) *codd. rell.; cum ab his uerbis uetus manus in* **Bg** *incipiat, iam non indicabimus nisi lectiones* **ABgb**, *reliquorum selectas* grachorum **Bg**, *sed* ac *in ras.* 21 disertissimus **M** 22 epistolis **ab** *traditus et lelia reddi*disse **A** laelia C. filia **Bg**: lelii filia **Mb** 24 hortensiae q. filiae **Bg**: hortens*iae que filiae* **A** *(lectio 1 m. ignota est)*, hortensii ęque filiae **b** 25 hii **AMb**

8 De pueris, inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictum sit: de paedagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi plene, quam primam esse curam uelim, aut se non esse eruditos sciant. nihil est peius iis, qui paulum aliquid ultra primas litteras progressi falsam sibi scientiae persuasionem induerunt. nam et cedere praecipiendi partibus indignantur et uelut iure quodam potestatis, quo fere hoc hominum genus intumescit, imperiosi atque interim saeuientes stultitiam suam
9 perdocent. nec minus error eorum nocet moribus: si quidem Leonides Alexandri paedagogus, ut a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum uitiis imbuit, quae robustum quoque et iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta.

10 Si cui multa uideor exigere, cogitet oratorem institui, rem arduam, etiam cum ei formando nihil defuerit, praeterea plura ac difficiliora superesse: nam et studio perpetuo et praestan-
11 tissimis praeceptoribus et plurimis disciplinis opus est. quapropter praecipienda sunt optima: quae si quis grauabitur, non rationi defuerint, sed homini. si tamen non continget quales maxime uelim nutrices, pueros, paedagogos habere, at unus certe sit adsiduus loquendi non inperitus, qui, si qua erunt ab iis praesente alumno dicta uitiose, corrigat protinus nec insidere illi sinat, dum tamen intellegatur id, quod prius dixi, bonum esse, hoc remedium.

12 A sermone graeco puerum incipere malo, quia latinum, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus perbibet, simul quia disciplinis quoque graecis prius instituendus est, unde et nostrae
13 fluxerunt. non tamen hoc adeo superstitiose fieri uelim, ut diu tantum graece loquatur aut discat, sicut plerisque moris est. hoc enim accidunt et oris plurima uitia in peregrinum sonum corrupti et sermonis: cui cum graecae figurae adsidua consuetudine haeserunt, in diuersa quoque loquendi ratione pertinacissime

1 de **Bg** *in ras., item ante* paedagogis 3 plane **Bg M a** primam **A**: primum **Bg M** 4 n. enim peius est **M** (est peius **A** *quoque habet*) his **A b** 6 intuerunt **A**[1] partibus **A Bg M**: peritis *multae edd. priores* 7 quo **A L T**: qua **Bg M** 12 persecuta **A Bg M**: prosecuta *al.* 16 plurimis **A** *solus*: pluribus **Bg** *et rell.* 18 defuerint **AF**: defuerit **Bg M** *et plerique* contingit **Bg** *1 m.* 19 pedagogos habere **A**: habere pedagogus **Bg L M T**, *sed* **Bg** pedagog** *(extrema syllaba euanuit)*, habere paedagogosque *edd. uett.* paedagogos *Sarpe (Jenaer L. Z. 1825, 98) pro glossemate habebat* sit **A** *in ras.* 20 loquendi **A Bg**: dicendi **M** *si qua erunt* **A** ab his **A b** 24 *puerum incipere* **A** 25 nolentibus se **a** perbibet *in* **Bg** *ex* perhibet, *ut est in* **T**, *correctum uidetur* 27 uelim fieri **M** 28 loquatur graece *codd. praeter* **A** 29 hinc enim *Regius, cf.* § *32* accidunt **A**: accedunt **Bg M** 30 graecae **A** *in ras.*

durant. non longe itaque latina subsequi debent et cito pariter 14
ire. ita fiet ut, cum aequali cura linguam utramque tueri coe-
perimus, neutra alteri officiat.

Quidam litteris instituendos, qui minores septem annis essent, 15
non putauerunt, quod illa primum aetas et intellectum discipli-
narum capere et laborem pati posset. in qua sententia Hesiodum
esse plurimi tradunt, qui ante grammaticum Aristophanen fue-
runt. nam is primus ὑποθήκας, in quo libro scriptum hoc in-
uenitur, negauit esse huius poetae. sed alii quoque auctores, 16
inter quos Eratosthenes, idem praeceperunt, melius autem, qui
nullum tempus uacare cura uolunt, ut Chrysippus. nam is, quamuis
nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam forman-
dam quam optimis institutis mentem infantium iudicat. cur au- 17
tem non pertineat ad litteras aetas, quae ad mores iam pertinet?
neque ignoro toto illo, de quo loquor, tempore uix tantum effici,
quantum conferre unus postea possit annus: sed tamen mihi qui
dissenserunt uidentur non tam discentibus in hac parte quam docen-
tibus pepercisse. quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt? 18
(faciant enim aliquid necesse est) aut cur hoc quantulumcumque est
usque ad septem annos lucrum fastidiamus? nam certe quamlibet
paruum sit, quod contulerit aetas prior, maiora tamen aliqua
discet puer ipso illo anno, quo minora didicisset. hoc per sin- 19
gulos prorogatum in summam proficit, et quantum in infantia
praesumptum est temporis adulescentiae adquiritur. idem etiam
de sequentibus annis praeceptum sit, ne, quod cuique discendum
est, sero discere incipiat. non ergo perdamus primum statim
tempus, atque eo minus, quod initia litterarum sola memoria
constant, quae non modo iam est in paruis, sed tum etiam tena-
cissima est.

Nec sum adeo aetatium inprudens, ut instandum protinus 20

1 dura*nt* **A** 2 ire **A** *in ras.* ceperimus **A**, coepimus **Bg** 3 offi-ciat **Bg**, *sed* o *in ras.* 4 instruendos *Voss. 2* 5 prima *Obrecht* 6 posset **Bg**: possit **Ab**, non posset **M**, potest **b** *in marg.* 7 aristofanen **A**, aristophanẽ **M** 8 is primum **A**, primus is **T** ypotheticas **A** 10 prae-ciperunt **A**[1] 12 formandum **A** 13 infantium **M**: infantum **Bg LT**, in-fant*is* (is *m. 2 in ras.*) **A**; *cf. 1, 12, 10. 8, 3, 68* 15 ignoro toto illo **A** *in ras.* illo**de **Bg** 16 pos*sit an*nus **A** sed] et **A**[1] qui dissen-serunt **A** *solus*: qui id senserunt *rell.* 18 alioquin **Ab**, *sed* quin *in* **A** *era-sum* poteru*nt* **A** 19 faciant — est *om.* **A** *1m.* qur **A** quantul*um-cũque* est **A** 21 parum **A** *1m.* contuler*it* **A** 22 ipso illo **A**: illo ipso **Bg**, eo ipso **M**; *solet Quint. dicere* hic ipse, is ipse, *sed aeque constanter* ipse ille per sing. prorog. **ABg**: per sing. prorog. annos **a b**, per sing. annos pror. ς 24 est **Ab**: *om.* **Bg M** 25 sit **A** *in ras.* 26 primum **Bg** *corr. e* prim' (primus); *in eodem* tempus *m. 2 s. l. est* 30 aetatium **A Bg**: aeta-tum **M**ς protenus **Bg** *1m.*

teneris acerbe putem exigendamque plane operam. nam id in
primis cauere oportebit, ne studia qui amare nondum potest
oderit et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos
reformidet. lusus hic sit, et rogetur et laudetur et numquam
non fecisse se gaudeat, aliquando ipso nolente doceatur alius,
cui inuideat, contendat interim et saepius uincere se putet: prae-
miis etiam quae capit illa aetas euocetur.

21 Parua docemus oratorem instituendum professi, sed est sua
etiam studiis infantia, et ut corporum mox fortissimorum educatio
a lacte cunisque initium ducit, ita futurus eloquentissimus edidit
aliquando uagitum et loqui primum incerta uoce temptauit et
haesit circa formas litterarum. nec si quid discere satis non
22 est, ideo nec necesse est. quodsi nemo reprehendit patrem, qui
haec non neglegenda in suo filio putet, cur inprobetur, si quis
ea, quae domi suae recte faceret, in publicum promit? atque eo
magis, quod minora etiam facilius minores percipiunt, et ut cor-
pora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non pos-
sunt, sic animos quoque ad pleraque duriores robur ipsum facit.
23 an Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima littera-
rum elementa tradi ab Aristotele summo eius aetatis philosopho
uoluisset, aut ille suscepisset hoc officium, si non studiorum initia
et a perfectissimo quoque optime tractari et pertinere ad sum-
24 mam credidisset? fingamus igitur Alexandrum dari nobis inpo-
situm gremio dignum tanta cura infantem (quamquam suus cuique
dignus est), pudeatne me in ipsis statim elementis etiam brevia
docendi monstrare compendia? neque enim mihi illud saltem
placet, quod fieri in plurimis uideo, ut litterarum nomina et con-
25 textum prius quam formas paruuli discant. obstat hoc agnitioni
earum, non intendentibus mox animum ad ipsos ductus, dum
antecedentem memoriam secuntur. quae causa est praecipien-
tibus, ut etiam, cum satis adfixisse eas pueris recto illo, quo
primum scribi solent, contextu uidentur, retro agant rursus et

3 perceptam **Bg** *corr. ex* p̄ceptam 5 fecisse **A Bg M**: scisse *cdd. ueteres et* ς *incerta auctoritate; cf. 1, 3, 4* 6 *et* saepius **A** praemiis **A Bg M**: et praemiis **LTb**ς 8 profess*i* **A** sed **Bg** *in ras.* 13 nem*o* *re*prehendit **A** 14 putet et cur **Bg** *1 m.* quis *ea quae* **A** 15 domi* **Bg** fecerit *coni. Spalding* 18 pleraque **Bg**, *sed* a *ex corr.* plerumque **T** 22 quoque **Bg M**: horum **A b**, *sed* **A** h *in ras., unde Bahlmann coni.* philosophorum, *haud inprobabiliter; cf. de loco Meister in Ann. philol. uol. 81, p. 792* optime (e *in ras. 1 m.*) **A** 23 credidissent *Spaldingii amicus prob. Handio in Tursell. 1, 539* 25 etiam breuia **A** *corr. ex* ei*inioreuia 26 illud **A M**: ullus **Bg** 27 contextum **A b**: contextus **Bg M** 28 quam **A**, *sed* a *in ras.* paruoli **B** 30 memoria *Sarpe Anal. p. 17* sequuntur *hic* **Bg** *quoque* (*non item* **A**) 31 affixisse **A** quo primum] *post haec in* **M** *scheda exsecta est*

uaria permutatione turbent, donec litteras qui instituuntur facie
norint, non ordine. quapropter optime sicut hominum pariter et
habitus et nomina edocebuntur. sed quod in litteris obest, in 26
syllabis non nocebit. non excludo autem, id quod est inuentum
irritandae ad discendum infantiae gratia, eburneas etiam litte-
rarum formas in lusum offerre, uel si quid aliud, quo magis
illa aetas gaudeat, inueniri potest, quod tractare, intueri, nomi-
nare iucundum sit.

Cum uero iam ductus sequi coeperit, non inutile erit eas tabel- 27
lae quam optime insculpi, ut per illos uelut sulcos ducatur stilus.
nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim
utrimque marginibus neque extra praescriptum egredi poterit),
et celerius ac saepius sequendo certa uestigia firmabit articulos
neque egebit adiutorio manum suam manu super inposita regentis.
non est aliena res, quae fere ab honestis neglegi solet, cura bene 28
ac uelociter scribendi. nam cum sit in studiis praecipuum quoque
solo uerus ille profectus et altis radicibus nixus paretur, scribere
ipsum, tardior stilus cogitationem moratur, rudis et confusus in-
tellectu caret: unde sequitur alter dictandi, quae transferenda
sunt, labor. quare cum semper et ubique, tum praecipue in epi- 29
stulis secretis et familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum
reliquisse.

Syllabis nullum compendium est: perdiscendae omnes nec, 30
ut fit plerumque, difficillima quaeque earum differenda, ut in
nominibus scribendis deprehendantur. quin immo ne primae qui- 31
dem memoriae temere credendum: repetere et diu inculcare fuerit
utilius, et in lectione quoque non properare ad continuandam
eam uel adcelerandam, nisi cum inoffensa atque indubitata lit-
terarum inter se coniunctio suppeditare sine ulla cogitandi saltem
mora poterit. tunc ipsis syllabis uerba conplecti et his sermonem
conectere incipiat: incredibile est, quantum morae lectioni festi- 32
natione adiciatur. hinc enim accidit dubitatio, intermissio, repe-

2 *qua*propter **A** 3 edocebuntur **A**, *sed prima* e *in ras.* in *(ante syll.) om.* **Bg** *1 m.* 4 inuentum *Heindorf (ad Cic. de N. D. II, 28)*: notum *libri* 5 eburnea sed iam **Bg** *1 m.* 6 uel **Bg**: et **Ab**, et uel **T** 9 iam *** ductus **Bg** *eas* **A** 10 uelut (t *in ras.*) sulco **A** 11 caeris **A** 12 ne*que extra* **A** 13 certa] rasa *Salmasius* formabit **Bg** *1 m. at cf. Schuetzium in praef. ed. Spald. IV, p. X* 14 *egebit* **A** superinposita *malebat Handius ad Statii Silu. p. 33* 15 res quae fere **A** *in ras.* 17 nexus **Bg**, *sed* ex *in ras.* 18 ipsam **A** *solus ex notis* stili **Bg**, *sed* li *m. 2 in ras.* intellectus *haeret* (hae *m. 2*) **A** 19 quae et transferenda **Bg** *1 m.* 20 quare **A** *in ras.* epistolis **a b**, *et sic alias* 21 delectabit **Bg** *1 m. s. l.* 24 in omnibus **A** 25 *de*prehendantur **A**, deprehendatur **Bg**, *sed add.* n *s. l.* quin (n *in ras.*) **A** 29 *sup*peditare **A** 30 *com*plecti **A** 31 lectione **Bg** *1 m.*

titio plus quam possunt audentibus, deinde cum errarunt, etiam
33 iis quae iam sciunt diffidentibus. certa sit ergo in primis lectio,
deinde coniuncta, et diu lentior, donec exercitatione contingat
34 emendata uelocitas. nam prospicere in dextrum, quod omnes
praecipiunt, et prouidere non rationis modo, sed usus quoque
est: quoniam sequentia intuenti priora dicenda sunt et, quod difficillimum est, diuidenda intentio animi, ut aliud uoce, aliud oculis
agatur. illud non paenitebit curasse, cum scribere nomina puer,
quemadmodum moris est, coeperit, ne hanc operam in uocabulis
35 uulgaribus et forte occurentibus perdat. protinus enim potest
interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλώccαc uocant,
dum aliud agitur, ediscere et inter prima elementa consequi rem
postea proprium tempus desideraturam. et quoniam circa res
adhuc tenues moramur, ii quoque uersus, qui ad imitationem
scribendi proponentur, non otiosas uelim sententias habeant, sed
36 honestum aliquid monentis. prosequitur haec memoria in senectutem et inpressa animo rudi usque ad mores proficiet. etiam
dicta clarorum uirorum et electos ex poetis maxime (namque
eorum cognitio paruis gratior est) locos ediscere inter lusum licet.
nam et maxime necessaria est oratori, sicut suo loco dicam, memoria, et ea praecipue firmatur atque alitur exercitatione, et in
his, de quibus nunc loquimur, aetatibus, quae nihildum ipsae
generare ex se queunt, prope sola est, quae iuuari cura docen-
37 tium possit. non alienum fuerit exigere ab his aetatibus, quo
sit absolutius os et expressior sermo, ut nomina quaedam versusque adfectatae difficultatis ex pluribus et asperrime coeuntibus
inter se syllabis catenatos et ueluti confragosos quam citatissime
uoluant: χαλινοί graece uocantur. res modica dictu, qua tamen
omissa multa linguae uitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

II. Sed nobis iam paulatim adcrescere puer et exire de gremio et discere serio incipiat. hoc igitur potissimum loco tra-

1 errarunt **Bg** *corr. ex* erraru̅ *(?)* 2 his **A**, hiis **b** discreta sit *Gallaeus* 3 lentius ordo donec **Bg** *1 m.* 8 penitebit **A Bg** 9 ceperit **A** 10 ponat *duo Parisini* 11 quas **A**: id est quas (quâ **Bg** *1 m.?*) **Bg L T** glossas **A** 12 et inter **A** *in ras.* 14 hii **A b** 16 monentis **A**: monentes **Bg** ς prosequantur **Ab**, *sed* **A** ant̄ *in ras.* 17 utique *Genssler (Archiv f. Philol. ed. Seebode I, p. 149)* 18 nam*que eorum* **A** 19 paruis cognitio *libri praeter* **A** liceat **A** *corr.* 23 iuuare **Bg** 25 *sit* absolut*ius os et e*xpressior **A** 28 ΧΑΛΙΝΟΙ **A b**: ΧΑΑΕΙΝΟΙ **Bg**, *χαλεποί edd. uett. cf. Mart. Cap. V, § 518* uitandi etiam freni dictu̅ **Bg** *1 m. ut uidetur* 29 multae **A** uicia **b**, uiua *(?)* **Bg** 30 prauit*ate* **A** durentur **b**; *sequitur in* **A Bg** *titulus:* Utilius domi an in scholis (an scolis **A**) erudiantur 31 accrescere **A** 32 lo*co t*ractanda **A**

ctanda quaestio est, utiliusne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere, an frequentiae scholarum et uelut publicis praeceptoribus tradere. quod quidem cum iis, a quibus 2
clarissimarum ciuitatium mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus uideo placuisse. non est tamen dissimulandum, esse nonnullos, qui ab hoc prope publico more priuata quadam persuasione dissentiant. hi duas praecipue rationes sequi uidentur: unam, quod moribus magis consulant, fugiendo turbam hominum eius aetatis, quae sit ad uitia maxime prona, unde causas turpium factorum saepe extitisse utinam falso iactaretur: alteram, quod, quisquis futurus est ille praeceptor, liberalius tempora sua inpensurus uni uidetur quam si eadem in pluris partiatur. prior 3
causa prorsus grauis: nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio uiuendi honeste quam uel optime dicendi uideretur. sed mea quidem sententia iuncta ista atque indiscreta sunt: neque enim esse oratorem nisi bonum uirum iudico et fieri, etiam si potest, nolo. de hac re igitur prius.

Corrumpi mores in scholis putant: nam et corrumpuntur in- 4
terim, sed domi quoque, et sunt multa eius rei exempla, tam hercule quam conseruatae sanctissime utrobique opinionis. natura cuiusque totum curaque distat. da mentem ad peiora facilem, da neglegentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris, non minorem flagitiis occasionem secreta praebuerint. nam et potest turpis domesticus esse praeceptor, nec tutior inter seruos malos quam ingenuos parum modestos conuersatio est. at si bona 5
ipsius indoles, si non caeca ac sopita parentium socordia est, et praeceptorem eligere sanctissimum quemque, cuius rei praecipua prudentibus cura est, et disciplinam, quae maxime seuera fuerit, licet, et nihilo minus amicum grauem uirum aut fidelem libertum

3 *publicis* **A** publicatis **Bg** *1 m.* his **Ab** 4 ciuitatum **Ab**, *sed* **A** tatum *in ras. m. 2* 7 hii **A** praecipue **A**: praecipuas **Bg L T** 9 prono **A** *1 m.* 10 iac*ta*retur **A** 11 futuris **Bg** *1 m.* liberalis **Bg** *1 m.* 12 plures **Aς** 14 no*cere* **A** 15 discendi *Goth. et Guelf.* 17 et fieri — nolo *om.* **A**[1] posset *Spalding cum Badio* uolo **ab** 19 corrumpantur **A** *solus*
20 tam hercule **A Bg S**: tam laesae hercule **L** *et edd. pleraeque*, tam perditae hercule **b**; *Quintil. ait*: et sunt multa eius rei *(sc. morum in scholis corruptorum)* exempla, tam hercule quam *etc.* 21 sanctissime utrobique **A** *in ras.* Natura cuius quisque sit uel quocum quaue cura nutriatur distat *lectio uaria in marg.* **Bg** (curaque constat *Gallaeus*) 23 custodiendique **A** *in ras.* 25 esse domesticus **Bgς** tut*ior* **A** 26 ingenios **Bg** *1 m.*
27 parentium **Bg L S T**: parentum **Ab**; *libri fluctuant, sed ita ut terminationis in* ium *maior sit auctoritas, cf.* 1, 2, 25. 2, 4, 16. 3, 6, 96. 6, 1, 18. est **A** *in ras. om.* **Bg** *1 m.* 30 licet] *hic incipit* **Bn** et *om.* **A** uirum **B**: *uirum (in ras. m. 2)* liberum **A**

lateri filii sui adiungere, cuius adsiduus comitatus etiam illos
meliores faciat, qui timebantur.
6 Facile erat huius metus remedium. utinam liberorum nostro-
rum mores non ipsi perderemus! infantiam statim deliciis sol-
uimus. mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos
omnis mentis et corporis frangit. quid non adultus concupiscet,
qui in purpuris repit? nondum prima uerba exprimit, iam coccum
7 intellegit, iam conchylium poscit. ante palatum eorum quam os
instituimus. in lecticis crescunt: si terram attigerunt, e manibus
utrimque sustinentium pendent. gaudemus, si quid licentius dixe-
rint: uerba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et
osculo excipimus. nec mirum: nos docuimus, ex nobis audiunt,
8 nostras amicas, nostros concubinos uident, omne conuiuium ob-
scenis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. fit ex his con-
suetudo, inde natura. discunt haec miseri, antequam sciant uitia
esse: inde soluti ac fluentes non accipiunt ex scholis mala ista,
sed in scholas adferunt.
9 Verum in studiis magis uacabit unus uni. ante omnia nihil
prohibet esse illum nescio quem unum etiam cum eo, qui in
scholis eruditur. sed etiamsi iungi utrumque non posset, lumen
tamen illud conuentus honestissimi tenebris ac solitudini prae-
tulissem: nam optimus quisque praeceptor frequentia gaudet ac
10 maiore se theatro dignum putat. at fere minores ex conscientia
suae infirmitatis haerere singulis et officio fungi quodammodo
11 paedagogorum non indignantur. sed praestet alicui uel gratia
uel pecunia uel amicitia, ut doctissimum atque incomparabilem
magistrum domi habeat: num tamen ille totum in uno diem con-
sumpturus est? aut potest esse ulla tam perpetua discentis in-
tentio, quae non ut uisus oculorum optutu continuo fatigetur,
cum praesertim multo plus secreti temporis studia desiderent?
12 neque enim scribenti, ediscenti, cogitanti praeceptor adsistit:
quorum aliquid agentibus cuiuscumque interuentus inpedimento

1 assiduus **A** *(prima s in ras.)* 2 faciat qui timebantur **Ab**: facit qui timebuntur **B** 6 omnes **A**ς fr*angit* **A** concupisset **B** 7 qui **ab**: *om.* **AB** et iam *Guelf.* coccum **BLST**: coquum (*uel* cocum) *alii*, iocum **b** *in margine*, iam locum **A** *in ras. m. 2. Sententia est:* puer cum iam intellegat qui sit coccus quaeque uera purpura, spreta deteriore purpura uestem conchyliatam poscit 8 conchylium **BS**: cunnellum **b** *in marg.* connellum **A** *m. 2 in ras.* os **BL**: mores **ASb**, *sed* **A** *m. 1* quamores 12 audiunt **A**: audierunt **B** *et rell.* 15 inde **B**: dnde **A**, deinde **Sab**, *cf. Sarpii Anal. p. 21* 16 sol*uti ac* fluentes **A** ac *add. m. 2* ex **Ab**: *om.* **B** 18 ueru*m* **A** 19 illum **Ab**: istum **B** 20 etiam*si* **A** possit **Ab** 21 tenebris praetulissem **A** *partim in ras.* 23 put*at* **A** at **Ab** (**A** *s. l. 1 m.*): *om.* **B** 24 infirm*itat*is **A** fungi **A** *in ras.* 26 *incom*parabilem **A** 27 Nũ **Bn** u **Bg**, (non **Ab** 29 optuto **A**[1] 31 assistit **A**

est. lectio quoque non omnis, nec semper praeeunte uel inter-
pretante eget: quando enim tot auctorum notitia contingeret?
modicum ergo tempus est, quo in totum diem uelut opus ordi- 13
netur, ideoque per plures ire possunt etiam quae singulis tra-
denda sunt. pleraque uero hanc condicionem habent, ut eadem
uoce ad omnis simul perferantur. taceo de partitionibus et de-
clamationibus rhetorum: quibus certe quantuscumque adhibeatur
numerus, tamen unusquisque totum feret. non enim uox illa 14
praeceptoris ut cena minus pluribus sufficit, sed ut sol uniuersis
idem lucis calorisque largitur. grammaticus quoque si de loquendi
ratione disserat, si quaestiones explicet, historias exponat, poe-
mata enarret, tot illa discent quot audient. at enim emendationi 15
praelectionique numerus obstat. sit incommodum (nam quid fere
undique placet?): mox illud comparabimus commodis.

Nec ego tamen eo mitti puerum uolo, ubi neglegatur. sed
neque praeceptor bonus maiore se turba, quam ut sustinere eam
possit, onerauerit, et in primis ea habenda cura est, ut is omni
modo fiat nobis familiariter amicus, nec officium in docendo
spectet, sed adfectum. ita numquam erimus in turba. nec sane 16
quisquam litteris saltem leuiter imbutus eum, in quo studium
ingeniumque perspexerit, non in suam quoque gloriam peculia-
riter fouebit. sed ut fugiendae sint magnae scholae (cui ne ipsi
quidem rei adsentior, si ad aliquem merito concurritur), non ta-
men hoc eo ualet, ut fugiendae sint omnino scholae. aliud est
enim uitare eas, aliud eligere.

Et si refutauimus quae contra dicuntur, iam explicemus quid 17
ipsi sequamur. ante omnia futurus orator, cui in maxima cele- 18
britate et in media rei publicae luce uiuendum est, adsuescat
iam a tenero non reformidare homines neque illa solitaria et
uelut umbratica uita pallescere. excitanda mens et adtollenda
semper est, quae in eiusmodi secretis aut languescit et quendam
uelut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persua-
sione: necesse est enim nimium tribuat sibi qui se nemini con-

1 interpraetante* **A** 2 notitia **Bn** (*et fort. 1 m.* **Bg**): notitiā **ABg** contingere **A**[1] 6 omnes **A**ς 8 numerus adhibeatur **B** 9 cena a 11 si quaestiones **Ab**: quaestionis **B** 12 narret **A** emendationi] *hic redit* **M** 13 *sit* **A** 14 compensabimus *Francius, at cf. § 17* 17 primis **AMb**: plurimis **B** ea *om.* **A** 19 nunquam **BM**: non **A**, neque *Guelf.* 22 sed **Ab**: et **BM**, sed et **LT** ipsi **A**, *sed altera* i *in ras.* ipse **T** 23 quidem *om.* **A**[1] 27 ipsi* **A** 28 rei p. luce **Bn** (*sed* luce *expunctum*), *item* **Ab**: rei **Bg**, re publica **M**, medio r. p. **S** 29 illa *om.* **T** 30 umbratica **A**: umbratili *rell. cf. tamen Cic. de Orat. I, § 157* attollenda **A**
31 eiusmodi **Ab**, *item Iulius Victor (Rhet. lat. min. p. 445, 25):* huiusmodi **BM** 32 *opaco situm* **A** 33 se **A** *in ras.*

19 parat. deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole et
omnia noua offendit, ut qui solus didicerit quod inter multos
20 faciendum est. mitto amicitias, quae ad senectutem usque fir-
missime durant religiosa quadam necessitudine imbutae: neque
enim est sanctius sacris isdem quam studiis initiari. sensum
ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, cum se a congressu,
qui non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus naturalis
21 est, segregarit? adde quod domi ea sola discere potest, quae
ipsi praecipientur, in schola etiam quae aliis. audiet multa cotidie
probari, multa corrigi: proderit alicuius obiurgata desidia, pro-
22 derit laudata industria: excitabitur laude aemulatio, turpe ducet
cedere pari, pulchrum superasse maiores. accendunt omnia haec
animos, et licet ipsa uitium sit ambitio, frequenter tamen causa
23 uirtutum est. non inutilem scio seruatum esse a praeceptoribus
meis morem, qui cum pueros in classis distribuerant, ordinem
dicendi secundum uires ingenii dabant, et ita superiore loco quis-
24 que declamabat, ut praecedere profectu uidebatur. huius rei iu-
dicia praebebantur: ea nobis ingens palma, ducere uero classem
multo pulcherrimum. nec de hoc semel decretum erat: tricen-
simus dies reddebat uicto certaminis potestatem. ita nec superior
successu curam remittebat, et dolor uictum ad depellendam igno-
25 miniam concitabat. id nobis acriores ad studia dicendi faces
subdidisse quam exhortationem docentium, paedagogorum custo-
diam, uota parentium, quantum animi mei coniectura colligere
26 possum, contenderim. sed sicut firmiores in litteris profectus alit
aemulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris condiscipulorum
quam praeceptoris iucundior hoc ipso, quod facilior imitatio est.
uix enim se prima elementa ad spem tollere effingendae, quam
summam putant, eloquentiae audebunt: proxima amplectentur
magis, ut uites arboribus adplicitae inferiores prius adprendendo
27 ramos in cacumina euadunt. quod adeo uerum est, ut ipsius
etiam magistri, si tamen ambitiosis utilia praeferet, hoc opus
sit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non statim onerare in-

---

3 *usque* firmissimae **A** 4 munitae *cod. Palat.* 6 ibi **A** *1 m.* 8 adde quod **ASb**: at **BM** 9 cottidie **A** 10 alicui **M** 12 *ce*dere pari pulchr*um* superasse **A** 15 classes **Aς** distribuerant **BM**: distribuerent **ASb** 16 loco **Bn** *corr. ex* loquo 17 huius — praebebantur *om.* **A** *1m.*
18 palma **AB**: palma contentio **S**, palme **M** (*add. in mg.* contencio), palmae contentio **abς** 19 tricensimus **A**: tricesimus **Ba** *et rell.* 21 repellendam **T**, depellendum **M** 23 exortationem **B** 24 parentium **A**: parentum **BMS** 27 praeceptoris **A**, *sed* s *in ras. maiore* 29 amplectentur **A**: amplectuntur **BLS**, amplectantur **M** 30 applicitae **A** adprehendendo **Mb**, *ap*praehendendo **A** 31 ipsi*us* **A**, ipsi **b** 32 magistro **A**[1]**b**

firmitatem discentium, sed temperare uires suas et ad intellectum
audientis descendere. nam ut uascula oris angusti superfusam 28
umoris copiam respuunt, sensim autem influentibus uel etiam
instillatis conplentur, sic animi puerorum quantum excipere pos-
sint uidendum est: nam maiora intellectu uelut parum apertos
ad percipiendum animos non subibunt. utile igitur habere, quos 29
imitari primum, mox uincere uelis: ita paulatim et superiorum
spes erit. his adicio praeceptores ipsos non idem mentis ac
spiritus in dicendo posse concipere singulis tantum praesentibus,
quod illa celebritate audientium instinctos: maxima enim pars 30
eloquentiae constat animo. hunc adfici, hunc concipere imagines
rerum et transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus
loquitur, necesse est. is porro quo generosior celsiorque est, hoc
maioribus uelut organis commouetur, ideoque et laude crescit et
impetu augetur et aliquid magnum agere gaudet. est quaedam 31
tacita dedignatio, uim dicendi tantis comparatam laboribus ad
unum auditorem demittere: pudet supra modum sermonis attolli.
et sane concipiat quis mente uel declamantis habitum uel orantis
uocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi et cor-
poris motum, sudorem, ut alia praeteream, et fatigationem au-
diente uno, nonne quiddam pati furori simile uideatur? non
esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis lo-
queremur.

III. Tradito sibi puero docendi peritus ingenium eius in
primis naturamque perspiciet. ingenii signum in paruis praeci-
puum memoria est: eius duplex uirtus, facile percipere et fide-
liter continere. proximum imitatio: nam id quoque est docilis
naturae, sic tamen, ut ea, quae discit, effingat, non habitum
forte et ingressum et si quid in peius notabile est. non dabit 2
mihi spem bonae indolis, qui hoc imitandi studio petet, ut ridea-
tur. nam probus quoque in primis erit ille uere ingeniosus, alio-
qui non peius duxerim tardi esse ingenii quam mali. probus
autem ab illo segni et iacente plurimum aberit. hic meus, quae 3
tradentur, non difficulter accipiet, quaedam etiam interrogabit:
sequetur tamen magis quam praecurret. illud ingeniorum uelut

3 humoris **AMb** 4 possunt **A** 5 est **ASb**: *om.* **BM** 7 *imi*tari **A** uelis **BM**: uelit (*sc.* puer) **ASb**, *sed* **A** it *in ras. m. 2* 13 loquitur (*sc.* animus) **ABMS**: loquimur *Par. 2 et 5* *cel*siorque **A** 14 uel*ut organis* **A** 17 dimittere **A** 21 simile ille *coni. Spalding* 22 loqueretur **ab**; *sequitur deinde in* **AB** *titulus:* Qua ratione in paruis (VARIIS **B**[1]) ingenia dinoscantur et quae tractanda sint 25 perspiciet **Ab**: prospiciet **BM**, perspiciat ς *incerta auctoritate* 31 alioquin **Mb** 32 ingeni **B** 35 seq*ue*tur **A** precurret **A**[1], procurret **B**

4 praecox genus non temere unquam peruenit ad frugem. hi sunt,
qui parua facile faciunt et audacia prouecti quidquid illud possunt
statim ostendunt, possunt autem id demum, quod in proximo
est: uerba continuant, haec uultu interrito nulla tardati uere-
5 cundia proferunt. non multum praestant, sed cito. non subest
uera uis nec penitus inmissis radicibus nititur, ut quae summo
solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, et imitatae spicas
herbulae inanibus aristis ante messem flauescunt. placent haec
annis comparata: deinde stat profectus, admiratio decrescit.
6 Haec cum animaduerterit, perspiciat deinceps, quonam modo
tractandus sit discentis animus. sunt quidam, nisi institeris, re-
missi, quidam imperia indignantur: quosdam continet metus,
quosdam debilitat: alios continuatio extundit, in aliis plus im-
petus facit. mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria
7 iuuet, qui uictus fleat. hic erit alendus ambitu, hunc mordebit
obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiam numquam
uerebor.
8 Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum, quia
nulla res est, quae perferre possit continuum laborem, atque ea
quoque, quae sensu et anima carent, ut seruare uim suam pos-
sint, uelut quiete alterna retenduntur, sed quod studium discendi
9 uoluntate, quae cogi non potest, constat. itaque et uirium plus
adferunt ad discendum renouati ac recentes et acriorem animum,
10 qui fere necessitatibus repugnat. nec me offenderit lusus in
pueris (est et hoc signum alacritatis), neque illum tristem sem-
perque demissum sperare possim erectae circa studia mentis fore,
cum in hoc quoque maxime naturali aetatibus illis impetu iaceat.
11 modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant
negatae aut otii consuetudinem nimiae. sunt etiam nonnulli acuen-
dis puerorum ingeniis non inutiles lusus, cum positis inuicem cuius-
12 que generis quaestiunculis aemulantur. mores quoque se inter
ludendum simplicius detegunt, modo nulla uideatur aetas tam in-
firma, quae non protinus quid rectum prauumque sit discat, tum

1 praecoxs **B**, *sed* s *in* **Bg** *punctata* 2 quidquid (quicquid **A**) illud possunt **ABM**: quidquid sunt illud b; *cf. I. F. Gron. ad Liu. 9, 3, 13* 4 haec **ABM**: ac **FLS**; *firmat* haec *etiam Io. Sarisberiensis Metalog. II, 8* 5 perferunt **BM** 6 ut *om.* A^1 7 fundunt **A** 10 animaduertit **A** *1 m.*
12 dedignantur *dett. pauci* 18 est autem **A** *solus* omnibus *om.* **A** *1 m.* quia] quam **Bg** *1 m.* 19 res **A** *in ras.* 21 retenduntur **BM**: retinentur **Sb**, *item* **A** *sed* tine *in ras. maioris spatii* dicendi **B**, *sed corr. in* **Bg** 25 ullum **B**, *sed in* **Bg** illum *rasura factum* 26 possim **ABS**: possum **M** 27 naturalia **Bg** iaceant b 30 cuiuscumque **L** 33 protenus **B** dicat **B**, *sed* discat *in* **Bg** *corr.*

uel maxime formanda, cum simulandi nescia est et praecipientibus
facillime cedit: frangas enim citius quam corrigas quae in pra-
uum indurauerunt. protinus ergo, ne quid cupide, ne quid in- 13
probe, ne quid inpotenter faciat, monendus est puer, habendum-
que in animo semper illud Vergilianum: adeo in teneris
consuescere multum est.

Caedi uero discentis, quamlibet receptum sit et Chrysippus 14
non inprobet, minime uelim, primum quia deforme atque seruile
est et certe, quod conuenit, si aetatem mutes, iniuria est: deinde
quod, si cui tam est mens inliberalis, ut obiurgatione non cor-
rigatur, is etiam ad plagas ut pessima quaeque mancipia dura-
bitur: postremo quod ne opus erit quidem hac castigatione, si
adsiduus studiorum exactor adstiterit. nunc fere neglegentia 15
paedagogorum sic emendari uidetur, ut pueri non facere quae
recta sunt cogantur, sed cur non fecerint puniantur. denique
cum paruulum uerberibus coegeris, quid iuueni facias, cui nec
adhiberi potest hic metus et maiora discenda sunt? adde quod 16
multa uapulantibus dictu deformia et mox uerecundiae futura
saepe dolore uel metu acciderunt, qui pudor frangit animum et
abicit atque ipsius lucis fugam et taedium dictat. iam si minor 17
in eligendis custodum uel praeceptorum moribus fuit cura, pudet
dicere, in quae probra nefandi homines isto caedendi iure abu-
tantur, quam det aliis quoque nonnumquam occasionem hic mi-
serorum metus. non morabor in parte hac: nimium est quod
intellegitur. quare hoc dixisse satis est: in aetatem infirmam
et iniuriae obnoxiam nemini debet nimium licere. nunc quibus 18
instituendus sit artibus qui sic formabitur, ut fieri possit orator,
et quae in quaque aetate inchoanda, dicere ingrediar.

5 Georg. 2, 272.

2 frang*as* (frangu* *1 m.*) **A** 3 ne quid inprobe *om.* **A** *1 m.* 5 uirgilianum **BM** 7 caedi **A** *sed* i *in ras. m.* 2 discentis **B**: discentes **M**, discipulos **Ab**, discipulis **S** quamlibet *Zumpt*: quamlibet et **Ab**, quamlibet id **B**, quantumlibet id **M** 8 *at*que **A**, adque **Bg**, ac **M** 9 certe *om. Voss. 3 probante Spaldingio. cui aut* certe *aut* quod conuenit *superuacaneum uidetur* iniuria ē *nos*: iniuriae **ABS**, iniuriã **M**, iniuria *al.* 10 qu*od si* cui tam est **A** 12 nec opus **T** 13 assiduus — astiterit **A** nunc uero *dett.* 15 cur **ABMS**: quod *coni. Philander*, cum *Aldus: Gernhard lectionem librorum firmauit coll. Horat. Ep. 1, 8, 9 et Plin. ep. 3, 5, 16; de vsu posteriorum cf. indicem nostrum ad Sulpicium Seu. p. 274* fecerunt **Bg** 17 quod] quo **Bg T**, quã b 19 accidunt *dett. pauci* frangit **A**: refrangit **BMS**, refringit *Regius* 21 eligendis **BM**: deligendis **ASb** uel **Ab**: et **BM**, uel et **S** 24 morabor **AMSb**: moneor **B** 25 *in*firmam **A** 26 debere *Spalding ex coni. Badii; at cf. Zumpt V, 22 ed. Spald.* 27 artibus **ABM**: artibus puer **Sb**; *in* **A** *post* artibus *paruum spatium uacuum est* 28 adgrediar **L**; *sequitur in libris titulus:* De grammatica (-ce **A**)

IV. Primus in eo, qui scribendi legendique adeptus erit
facultatem, grammatici est locus. nec refert de graeco an de
2 latino loquar, quamquam graecum esse priorem placet: utrique
eadem uia est. haec igitur professio, cum breuissime in duas
partis diuidatur, recte loquendi scientiam et poetarum enarratio-
3 nem, plus habet in recessu quam fronte promittit. nam et scri-
bendi ratio coniuncta cum loquendo est, et enarrationem prae-
cedit emendata lectio, et mixtum his omnibus iudicium est: quo
quidem ita seuere sunt usi ueteres grammatici, ut non uersus
modo censoria quadam uirgula notare et libros, qui falso uide-
rentur inscripti, tamquam subditos submouere familia permiserint
sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exe-
4 merint numero. nec poetas legisse satis est: excutiendum omne
scriptorum genus non propter historias modo, sed uerba, quae
frequenter ius ab auctoribus sumunt. tum neque citra musicen
grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisque
dicendum sit: nec si rationem siderum ignoret, poetas intellegat,
qui, ut alia omittam, totiens ortu occasuque signorum in decla-
randis temporibus utantur: nec ignara philosophiae cum propter
plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima naturalium
quaestionum subtilitate repetitos, tum uel propter Empedoclea in
Graecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sa-
5 pientiae uersibus tradiderunt. eloquentia quoque non mediocri
est opus, ut de unaquaque earum, quas demonstrauimus, rerum
dicat proprie et copiose. quo minus sunt ferendi, qui hanc artem
ut tenuem atque ieiunam cauillantur: quae nisi oratoris futuri
fundamenta fideliter iecit, quidquid superstruxeris, corruet: neces-
saria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, et quae
uel sola *in* omni studiorum genere plus habeat operis quam
ostentationis.

6 Ne quis igitur tamquam parua fastidiat grammatices ele-

2 grammatici **A**: grammaticis **B a** *rell. et* ς 3 utrimque **a** 5 partes **A M b** 6 quam in fronte **F** promittit **B M**: promittat **A S b** 7 narrationem **B M** praecedit **A**: praecedet **B M S** 8 quo **A b**: quod **B M S** 9 sunt **A** *in ras.* 11 subdititios **M**, subito **A** familiariter **b** 14 quae *om.* **A**[1] 15 tū **A** *in ras. maiore* neque extra **A b** musicē grammatica **M** 17 intelleget **L** 18 *ante* alia *in* **Bg** *uoc.* ille *erasum* omittam **A M b**: mittam **B**, alios mittam **S** 19 utantur **B M**: utuntur **A S b**, *sed in* **A** *media* u *in ras.* 21 tum uel propter *om.* **A**[1] empedoclea **B M**: enpodoclen **A**, empedoclen **b**, empedoclena **S**; *cf. Meyerum ad 2, 4, 41* 22 sapientia **A**[1] 25 copiose et proprie **A** *solus* 26 futuri **A S b**: futura **B** (oratori futuro **M**) 27 iecerit **M** quicquid **A** 29 in *addidit Wasseus (in indice ad Sallustium)*, ex omni *Francius; cf. Buttmann IV, p. XIII ed. Spald.* 31 elementa. De litteris **A B M S**; *inscriptione ex margine in libros inculcata caret Ioannes Sarisberiensis Metalog. I, 25*

menta, non quia magnae sit operae, consonantes a uocalibus
discernere ipsasque eas in semiuocalium numerum mutarumque
partiri, sed quia interiora uelut sacri huius adeuntibus apparebit
multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia,
sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.
an cuiuslibet auris est exigere litterarum sonos? non hercule 7
magis quam neruorum: at grammatici saltem omnes in hanc
descendent rerum tenuitatem: desintne aliquae nobis necessariae
litterae, non cum graeca scribimus (tum enim ab isdem duas
mutuamur), sed proprie in latinis, ut in his 'seruus' et 'uulgus' 8
aeolicum digammon desideratur, et medius est quidam u et i lit-
terae sonus: non enim sic 'optimum' dicimus ut 'opimum', et
in 'here' neque e plane neque i auditur: an rursus aliae redun- 9
dent (praeter illam *notam* adspirationis, quae si necessaria est,
etiam contrariam sibi poscit), ut k, quae et ipsa quorundam
nominum nota est, et q, cuius similis effectu specieque, nisi
quod paulum a nostris obliquatur, coppa apud Graecos nunc tan-
tum in numero manet, et nostrarum ultima, qua tam carere
potuimus, quam psi non quaerimus. atque etiam in ipsis uoca- 10
libus grammatici est uidere, an aliquas pro consonantibus usus
acceperit, quia 'iam' sicut 'etiam' scribitur et 'uos' ut 'tuos'.
at quae ut uocales iunguntur aut unam longam faciunt, ut ue-
teres scripserunt, qui geminatione earum uelut apice utebantur,
aut duas, nisi quis putat etiam ex tribus uocalibus syllabam
fieri, si non aliquae officio consonantium fungantur. quaeret 11
hoc etiam, quomodo duabus demum uocalibus in se ipsas coeundi
natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram frangat. atqui

---

3 sacrari *Regius* 6 auris **A S b**: artis **B M** 7 at **M**: aut **A B S** 8 desintne aliquae **A S b**: desint aliquaene **BM** 9 graeca * **A** *is*dem **A** 10 mutamur **A**[1] 11 digamma *Spalding cum ed. Camp.* et **B M**: ut **A S b** 12 optimum d. ut opimum **B M** *et Regius:* optumum d. ut (aut **a**) optimum **A b**, optimum d. ut optimum **S**, optimum d. ut aut optumum aut optimum *Ritschl in Mus. rhen. XXII, p. 607,* optimum d. uel optumum *Buecheler* 13 in *addidit Philander; cf. Ritschl l. c.* 14 notam *om. libri, in edd. uett. additum est post* adspirationis aspirationis **A** si *om.* **Bg** *1 m.* 15 ut k *Capperonnier:* et k *libri; cf. Ritschl l. c. p. 609* 16 et ·q· **A** *in ras.* et *delendum censebat Zumpt* effectu specieque **B**: effectus speciesque **A M S b** 17 paululum **M** coppa *Boherius et Gallaeus:* cappa *libri* 19 psi *P. Pithoeus*: si *libri* quaerimus **B**: quaesissemus **A M S b**, *sed* **A** si non quaesissemus *m. 2 in ras.* 21 iam s. etiam scr. et uos ut tuos *Ritschl (l. c. p. 599):* iam sicut tam scribitur et quos ut cos (eos **S**) **A B S** *et plerique, sed* cos *in* **Bg** *m. 2 in ras.* (iam s. ïam et uos ut ïios *censor ed. Spald. in Noua bibl. germ. LI, 533*) 22 atq; ut **A B M S**, *sed* **A** q; *in ras.* 24 aut duas *libri:* aut diphthongum *Ios. Staender (quaestt. Quint. Bonnae 1865), nisi malis cum Ritschelio δίφθογγον, quem uide l. c. p. 610 sq.* 25 aliq; **Bg**, aliquo **M** 27 cum — frangat *om.* **A** *1 m.*

littera i sibi insidit: 'coniicit' enim est ab illo 'iacit', et u,
quomodo nunc scribitur 'uulgus' et 'seruus'. sciat etiam Cice-
roni placuisse 'aiio Maiiamque' geminata i scribere: quod si est,
12 etiam iungetur ut consonans. quare discat puer, quid in litteris
proprium, quid commune, quae cum quibus cognatio: nec mire-
tur, cur ex 'scamno' fiat 'scabillum' aut a 'pinno', quod est
acutum, securis utrimque habens aciem 'bipennis', ne illorum
sequatur errorem, qui, quia a pennis duabus hoc esse nomen
existimant, pennas auium dici uolunt.

13 Neque has modo nouerit mutationes, quas adferunt decli-
natio aut praepositio, ut 'secat secuit, cadit cecidit, caedit ex-
cidit, calcat exculcat' (et fit a 'lauando lotus' et inde rursus
'inlotus' et mille talia) sed quae rectis quoque casibus aetate
transierunt. nam ut 'Valesii Fusii' in 'Valerios Furiosque' ue-
nerunt, ita 'arbos, labos, uapos' etiam et 'clamos' ac 'lases'
14 fuerunt: atque haec ipsa s littera ab his nominibus exclusa
in quibusdam ipsa alteri successit: nam 'mertare' atque 'pul-
tare' dicebant, quin 'fordeum faedosque' pro aspiratione f ut
simili littera utentes: nam contra Graeci adspirare f ut φ solent,
ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius litteram dicere
15 non possit, inridet. sed b quoque in locum aliarum dedimus
aliquando, unde 'Burrus' et 'Bruges' et 'Belena'. nec non
eadem fecit ex 'duello bellum', unde 'Duelios' quidam dicere
16 'Belios' ausi. quid 'stlocum stlitesque?' quid t litterae cum d

1 litterā **A Bg** insidet **M** conicit **A**[1] 3 aiio maiiamque **A S b** *(sed prior* m **A** *s. l.)*: aio aii ai iamq. **Bn** *et* **M**, aiio** aii amq., **Bg**; Maiiam Aiiacemque *Sarpe Anal. p. 34 ex uestigiis codicis* **Bn**, *collato Velio Longo p. 2219 P:* qui (Cicero) et Aiiacem et Maiiam per duo i scribenda existimauit; *cf. tamen Pompei comm. Don. V, 105 ed. Keil.* i *om.* **Bg** *1 m.* 4 ediscat **A**, *sed* e *in ras.* 5 nec **A S b**: ne **B M** 6 qur **A** scabillum **B S**: scabellum **A M b**, *sed* e **A** *ex corr.* pinno **A b** (*in marg.* **Bg**): pinna **B M S** *et edd.* penna **Bg** *m. 2 s. l. cf. Isid. XI, 1, 46* pinnum enim antiqui acutum dicebant, *ibid. XIX, 19, 11* 7 bipinnis **A**, bippenis **Bg** *1 m.* neque **M**, nec *malebat Meyer* 8 a pennis **L**: a pinnis **A B M S** 9 pinnas **A b** 10 ferunt **A**, afferunt a 11 cecidit *Ritschl:* excidit *libri* caedit excudit **B** 12 *a la*uando **A** lautus *Spalding recte, ut uidetur* 13 inlatus **Bn** *ut uidetur* talia **A**: alia *rell. noti et* ς sed **A b**: sed et **B M S** 14 ualesi fusi **Ab** 15 ac lases as **B**, aetatis **A S b**, ac lases etatis **M**, ac lases et asa *Sarpe (Anal. p. 35) coll. Scauro de orthogr. p. 2252 P.* 16 atque haec **A b**: et haec **B M**, atque **S T** S **A** *m. 2 in ras.* 18 foedusque **B M S**, fredosque **A**, *unde Zumpt* foedosque; *nos formam* faedos *restituimus, cf. 1, 5, 20* F ut *Christ:* uelut **A S b**, uel **B M**, uau *Regius* 19 adsp. F ut Φ *Ritschl:* aspirare Φ **A**, adspirare ei **Bn**, adspirare ei **Bg M**, ita adspirare **S b**, Φ adspirare **L** ut **A B M**: in **S T**, inde *Obrecht*, unde *Meyer* 20 littera **B**[1] 21 posset **S a b** 23 Duelios — Belios *A. Mai (ad Cic. de Rep. 1, 1):* duellos — bel/os **A**, duillos (duellos **b**) — bellos **B**, duellos — bellosos (*om.* ausi) **M S** d*i*cere **A**, dixere **M S** 24 *ausi **A**, *fort.* sunt ausi stilocum si etlitesque **A**, iusti locum et litesq. **b**, stlocus stlitesque *Spalding*, quin stlocum s. *Meyer*

quaedam cognatio? quare minus mirum, si *in* uetustis operibus
urbis nostrae et celebribus templis legantur 'Alexanter' et 'Cas-
santra'. quid o atque u permutata inuicem? ut 'Hecoba' et
† 'notrix', 'Culcides' et 'Pulixena' scriberentur, ac ne in graecis
id tantum notetur, 'dederont' et 'probaueront'. sic Ὀδυccεύc,
quem Ὑλυccέα fecerant Aeolis, ad 'Ulixen' deductus est. quid?
non e quoque i loco fuit? 'Menerua' et 'leber' et 'magester' 17
et 'Dioue Victore', non 'Dioui Victori'. sed mihi locum signare
satis est: non enim doceo, sed admoneo docturos. inde in syl-
labas cura transibit, de quibus in orthographia pauca adnotabo.

Tum uidebit, ad quem hoc pertinet, quot et quae partes
orationis, quamquam de numero parum conuenit. ueteres enim, 18
quorum fuerunt Aristoteles quoque atque Theodectes, uerba
modo et nomina et conuinctiones tradiderunt: uidelicet quod
in uerbis uim sermonis, in nominibus materiam (quia alterum
est quod loquimur, alterum de quo loquimur), in conuinctionibus
autem complexus eorum esse iudicauerunt: quas coniunctiones
a plerisque dici scio, sed haec uidetur ex cυνδέcμῳ magis pro-
pria translatio. paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus 19
est numerus, ac primum conuinctionibus articuli adiecti, post
praepositiones: nominibus appellatio, deinde pronomen,
deinde mixtum uerbo participium, ipsis uerbis aduerbia.
noster sermo articulos non desiderat ideoque in alias partes ora-
tionis sparguntur, sed accedit superioribus interiectio. alii 20

1 in *ed. Gryph. om. libri* 2 et] ac **A**, *sed* a *in ras.* cassan*tr*a **A** 3 permutata **A B M**: permutatae **a b** ς, permutatae ĩnutate **S**; *cf. supra* § *8*: medius est quidam u et i litterae sonus ut] et **A** ecoba **B M** (ec **Bg** *in ras.*), haecuba **A**, haecoba **a**, eccoba **S** et **A**, *sed* t *in ras.* 4 notrix **M a**: nutrix **A B S**, Hercoles *Sarpe*, Bosiris *Wolff* Culcidis *Bonnell ex coni. M. Seyfferti, at cf. Törnebladh quaestt. Quint. p. 8* polixena **A M** 5 dederunt et probauerunt **A B M S** odysseus **A**, οΔΥCCΕΙC **B n**, *ΟΔΗC-CΕΥC **Bg**, *sed* ΔΗ *et* Υ *in ras.* 6 que **A**¹ Ὑλυccέα *Christ:* Olyssea **A** (Olys *in ras. maiore, sed 1 m.*), dissea **B**, odissea **M S**, Ὑδυccέα *Turnebus et Koenius ad Gregor. Corinth. p. 586 Schaef.; cf. Ahrens de dial. aeol. p. 81 sq. coll. Eustathii ad Hom. Il. II, p. 289, 31* fecerunt **M S b** aeolis **A B M S**: Aeoles ς ulixen **A**: ulixem **B M S**, *haud scio an rectius, cum Ulixes non sit forma graeca, cf. tamen uar. lect. ad 2, 13, 13 et 4, 2, 13* (Ulixem *est in Attii uersu ap. Ribb. p. 169*) 7 fuit, ut Menerua *Spalding* minerua et liber et magister **A** *1 m.* 8 deioue **A b**, di ioue **S**, dii ioue **B**, deiioue *(altera* i *erasa)* **M**, Diioue (Dijoue) ς *cf. Huebneri Indicem ad C. I. L. I, 603* non deioui uictori **a b**, non dioui **A**, non diioui (dijoui **M**) **B M**, non dii ioui **S** 10 cura **A** *m. 2 in ras.* 13 quoque *om.* **S b** 14 coniunctiones **A B M S** *et sic deinceps* uidelicet et quod **B M** *(sed* et *in* **Bg** *punct.)*, *item* **S**, *sed hic sine* quod 15 et in nom. **M** *et dett.* alteru*m est quod loquimur alterum de* quo l. **A** *in ras. et partim m. 2 s. l. (uidetur in* **A**¹ alt. est quod loq. *defuisse)* 18 syndesmo **Bn** *corr.* **A b** *(sed* smo **A** *in ras.)*: sindesmo **Bn** *1 m.* sundesmo **Bg** magis **A** *corr. ex* gis 19 tralatio **B** a **A** *in ras.* 21 praepositionis **B M** (*corr. in* **b**) appellati **Bn**, appellata **Bg** *1 m.* 23 orationis **M**: orationum **A B S**

tamen ex idoneis dumtaxat auctoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus et aetate nostra Palaemon, qui uocabulum siue appellationem nomini subiecerunt tamquam speciem eius. at ii, qui aliud nomen, aliud uocabulum faciunt, nouem. nihilominus fuerunt, qui ipsum adhuc uocabulum ab appellatione diducerent, ut esset uocabulum corpus uisu tactuque manifestum, 'domus lectus', appellatio, cui uel alterum deesset uel utrumque, 'uentus caelum deus uirtus'. adiciebant et adseuerationem, ut 'eheu', et tractionem ut 'fasciatim', quae
21 mihi non adprobantur. uocabulum an appellatio dicenda sit προσηγορία et subicienda nomini necne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

22 Nomina declinare et uerba in primis pueri sciant: neque enim aliter peruenire ad intellectum sequentium possunt, quod etiam monere superuacuum erat, nisi ambitiosa festinatione plerique a posterioribus inciperent, et dum ostentare discipulos circa
23 speciosiora malunt, conpendio morarentur. atqui si quis et didicerit satis et (quod non minus deesse interim solet) uoluerit docere quae didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria
24 genera et quae sunt duobus omnibusue communia. nec statim diligentem eum putabo, qui promiscua, quae ἐπίκοινα dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum apparet, aut quae feminina positione mares aut neutrali feminas significant,
25 qualia sunt 'Murena' et 'Glycerium'. scrutabitur ille praeceptor acer atque subtilis origines nominum, quae ex habitu corporis 'Rufos Longosque' fecerunt, ubi erit aliud secretius 'Sullae Burri Galbae Plauti Pansae Scauri' taliaque, et ex casu nascentium: hic 'Agrippa et Opiter et Cordus et Postumus' erunt, et ex iis,

2 aristharcus **A** *et 1 m.* **Bg** palemon **A S b**, palaemo **B**; *cf. Meyer. ad 1, 5, 60* 3 speciem *Spalding:* species *libri* 4 nihilhominus **Bg** 5 ab **A S b**: *om.* **B M** 6 diducerent **A B** (cerent **A** *in ras.*): deducerent **M S a b** 9 ut — tractionem *om.* **A** tractionem **B M S** (*sed* **Bn** tra**tionem, *addita* c *in litura*): tractationem **F**, attrectationem *ed. Stoer. cf. Charis. p. 185, 26 sqq. Keil.* fusciatim **A**, fasceatim **B M S** 10 non *om.* **A**[1] 11 parui* **A** 17 speciosiora **A** *in ras.* at si quis *Regius*, at qui *Zumpt* et (*ante* didic.) *om.* **F**, *ut uoluit Burman* 18 solet et uoluerit **B M S** 20 et quae **B M**: et ea quae **A S b**, *sed* **A** et ea *m. 2 in ras.* 21 eum putabo *Meyer:* computabo **A S b**, putabo **B M** epicoena **A**, epicena **B**, *sed sic in* **Bn** *in loco uacuo alio atramento scriptum est, unde probabile uidetur in archetypo nomen graecum fuisse* 24 sunt *om.* **M** scrutabitur ille **A** *ut coni. Burman:* scrutabit mille **B**, scrutabitur mille **M S b**, scrut. mihi ille *Anonymus in Miscell. Obseruu. I, 141* 25 ex] et **B**[1] **M** 26 aut ubi *H. Keil* aliquod secr. *J. Fr. Gronouius*, aliquid s. *Luenemann* syllae **b**, ut Sullae *Spalding*, ut Sili *Sigonius de nomin. Rom. p. 375* 27 planti **M S**, Planci *edd. uett.* aliaque **L T** 28 hic *om. Gronouius* codrus **M**, cirdus **A b**, ciordus **S** et Postumus et Vopiscus *Gronouius*, *infra* Vopiscus *omittens; cf. libellum de praenom. c. 4* et ex his **A**, et his **B M S**

quae post natos eueniunt, unde 'Vopiscus': iam 'Cottae Scipio-
nes Laenates Serani' sunt ex uariis causis. gentes quoque ac 26
loca et alia multa reperias inter nominum causas. in seruis iam
intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde 'Marci-
pores Publiporesque'. quaerat etiam, sitne apud Graecos uis
quaedam sexti casus et apud nos quoque septimi. nam cum dico
'hasta percussi', non utor ablatiui natura, nec si idem graece
dicam, datiui. sed in uerbis quoque quis est adeo imperitus, ut 27
ignoret genera et qualitates et personas et numeros? litterarii
paene ista sunt ludi et triuialis scientiae. iam quosdam illa tur-
babunt, quae declinationibus non tenentur. nam et quaedam
participia an uerba an appellationes sint dubitari potest, quia
aliud alio loco ualent, ut 'lectum' et 'sapiens', *et* quaedam uerba 28
appellationibus similia, ut 'fraudator nutritor'. iam itur in
antiquam siluam nonne propriae cuiusdam rationis est? nam
quod initium eius inuenias? cui simile 'fletur': accipimus ali-
ter, ut

panditur interea domus omnipotentis Olympi,

aliter, ut totis usque adeo turbatur agris. est etiam qui-
dam tertius modus, ut 'urbs habitatur', unde et 'campus curri-
tur' et 'mare nauigatur'. 'pransus' quoque ac 'potus' diuersum 29
ualet quam indicat. quid quod multa uerba non totum declina-
tionis ordinem ferunt? quaedam etiam mutantur, ut 'fero', in
praeterito, quaedam tertiae demum personae figura dicuntur, ut
'licet piget', quaedam simile quiddam patiuntur uocabulis in ad-
uerbium transeuntibus. nam ut 'noctu' et 'diu', ita 'dictu fa-
ctuque'. sunt enim haec quoque uerba participalia quidem, non
tamen qualia 'dicto factoque'.

V. Iam cum oratio tris habeat uirtutes, ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit (quia dicere apte, quod est praecipuum, plerique ornatui subiciunt), totidem uitia, quae sunt supra dictis

---

14 Verg. Aen. 6, 179 18 ib. 10, 1 19 Verg. Ecl. 1, 11 sq.

---

1 post natus *Gronouius* cotta **BS**, contra **M** 2 Serani] sera *libri* sunt ex **A**: sunt et ex **BMS**ς 3 repperias inter n*omin*um **A** 4 intercedit **BMS** marcipartes **Bg** *1 m.* 8 da*tiui* **A** 10 quosdam **A** *in ras.*

11 tenentur **S**: teruntur **ABnM**, tereuntur **Bg**, intereuntur **b**, *an* cernuntur? 12 an] at **B**; participia uerba *coni. Zumpt* uerba an app. **A**: uerba app. **M**, uerbi app. **BS**, *i. e.* nomina uerbalia, *ut explicuit Perizonius ad Sanctii Min. I, 15, 1* 13 uale*nt* **A** et (*ante* quaedam) *add. H. Keil* 16 aliter Panditur — aliter totis *Spalding* 19 turba*mur* **A** est *om.* **B** 20 modus *om.* **A** *1 m.* 25 uocabulis quae in adu. transeunt **A** *solus* 26 factuque **ASb**: factu (factus **Bg**) **BM** 27 participalia **AB**: participialia **MSb** 28 tamen talia qualia **A** *corr.* 29 oratio **BM**: omnis oratio **ASb**, *sed in* **A** omnis — tris *m. 2 in ras.* 30 lucida **M**

contraria: emendate loquendi regulam, quae grammatices prior
2 pars est, examinet. haec exigitur uerbis aut singulis aut pluri-
bus. uerba nunc generaliter accipi uolo: nam duplex eorum in-
tellectus est, alter, qui omnia, per quae sermo nectitur, significat,
ut apud Horatium:

uerbaque prouisam rem non inuita sequentur;

alter, in quo est una pars orationis 'lego scribo': quam uitantes
ambiguitatem quidam dicere maluerunt uoces, locutiones, dictio-
3 nes. singula sunt aut nostra aut peregrina, aut simplicia aut
composita, aut propria aut translata, aut usitata aut ficta.

Uni uerbo uitium saepius quam uirtus inest. licet enim di-
camus aliquod proprium, speciosum, sublime, nihil tamen horum
nisi in complexu loquendi serieque contingit: laudamus enim
4 uerba rebus bene accommodata. sola est, quae notari possit uelut
uocalitas, quae εὐφωνία dicitur: cuius in eo dilectus est, ut
inter duo, quae idem significant ac tantundem ualent, quod me-
lius sonet malis.

5 Prima barbarismi ac soloecismi foeditas absit. sed
quia interim excusantur haec uitia aut consuetudine aut aucto-
ritate aut uetustate aut denique uicinitate uirtutum (nam saepe
a figuris ea separare difficile est): ne qua tam lubrica obseruatio
fallat, acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat,
de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figuris orationis tractan-
6 dum erit. interim uitium, quod fit in singulis uerbis, sit bar-
barismus. occurrat mihi forsan aliquis, quid hic promisso tanti
operis dignum? aut quis hoc nescit, alios barbarismos scribendo
fieri, alios loquendo? (quia quod male scribitur, male etiam dici
necesse est, quae uitiose dixeris, non utique et scripto peccant):
illud prius adiectione detractione inmutatione transmutatione,
hoc secundum diuisione complexione adspiratione sono contineri?
7 sed ut parua sint haec, pueri docentur adhuc et grammaticos

6 Art. poet. 311.

1 contrariae **B**, *sed corr. in* **Bg** 2 examinet] '*sc.* grammaticus *uel* praeceptor. *Hunc nominatiuum subiecti ἀπὸ κοινοῦ intelligi minus miraberis, si reputes capitis diremptionem, qualis hic est, ab ipso Qu. non esse profectam.*' Spalding 4 necti*tur* **A** 7 quam **A** *in ras.* 8 dictiones *om.* **A**[1] 10 tralata **B** *ut fere semper in his compositis* 11 uitium potius *Regius* 12 aliquid **M S** 15 cuius in eo *om.* **A**[1] dilectus **B**: delectus **A M S**, *sed in* **S** *prior* e *ex corr.* 16 ac] aut **M** quid **A** 17 malis. DE BARBARISMIS **A** 18 feditas **A B M**, *om.* **S** 21 difficilest **B** ne quem *edd. ueteres* tamen **A** 22 acriter semper illud **A** 24 barbarissimus **A** 25 promisso **A B**: promissor **M S b**, *cf. Spald.* 26 *aut* **A** 28 qui u. dixerit **M S** peccat **A M S** 30 complex. aspiratione *addidit in* **A** *m. 2*

officii sui commonemus. ex quibus si quis erit plane inpolitus
et uestibulum modo artis huius ingressus, intra haec, quae pro-
fitentium commentariolis uulgata sunt, consistet, doctiores multa
adicient uel hoc primum, quod barbarismum pluribus modis acci-
pimus. unum gente, quale est, si quis afrum uel hispanum la- 8
tinae orationi nomen inserat: ut ferrum, quo rotae uinciuntur,
dici solet 'cantus', quamquam eo tamquam recepto utitur Per-
sius, sicut Catullus 'ploxenum' circa Padum inuenit, et in ora-
tione Labieni (siue illa Corneli Galli est) in Pollionem 'casamo'
adsectator e Gallia adductum est: nam 'mastrucam', quod sar-
dum est, inridens Cicero ex industria dixit. alterum genus bar- 9
barismi accipimus, quod fit animi natura, ut is, a quo insolenter
quid aut minaciter aut crudeliter dictum sit, barbare locutus
existimatur. tertium est illud uitium barbarismi, cuius exempla 10
uulgo sunt plurima, sibi etiam quisque fingere potest, ut uerbo,
cui libebit, adiciat litteram syllabamue uel detrahat aut aliam
pro alia aut eandem alio quam rectum est loco ponat. sed qui- 11
dam fere in iactationem eruditionis sumere illa ex poetis solent
et auctores, quos praelegunt, criminantur. scire autem debet
puer, haec apud scriptores carminum aut uenia digna aut etiam
laude duci, potiusque illa docendi erunt minus uulgata. nam 12
duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinga Placentinus, si
reprehendenti Hortensio credimus, 'preculam' pro 'pergula' di-
cens, et inmutatione, cum c pro g uteretur, et transmutatione,
cum r praeponeret e antecedenti. at in eiusdem uitii gemina-
tione Mettoeo Fufettioeo dicens Ennius poetico iure defen-

---

7 Pers. 5, 71. 8 Cat. 97, 6 11 in or. p. Scauro 26 Ann. lib. II?

---

1 offici **B** 3 consistet **A S b**: consistit **B M** 4 uel **A** *in ras.* barbarum **B**, *item infra* § *9* barbari, *sed utroque loco corr. in* **Bg** pluri-mis **A** 5 unum in gente **S**, u. pro gente **L b** q. est *nos:* q. sit **A B S**, q. fit **M b** 7 canthus ς eo tamquam *om.* **A**[1] 8 ploxinum *Festus p. 230* **M.** 9 cornelii **M S** casamo adsectatoregalliadductum **B** *(sed in* **Bg** *littera post* galli *erasa est)*, casami affectator e gallia ductum **A b**, cassamo assectatore galli adductum **M**, ea samū affectatum e gallia dictum **S**, casnar assectator e G. ductum ς; *cf. Glück Jahrb. f. Philol. 89, 596 (1864)*
10 mastrugam **A M S**, *sed* **A** g *in ras.* est sardum **A** 11 inridens **A b**: inludens **B M S** 12 fit **A S b**: fiat **B M** 13 dictum ** bare **A**[1] 14 barbarismus **Bn** 16 syllabam*ue aut* detrahat **A** 17 *rectum* **A** 19 ut auctores . . criminentur *Obrecht secundum* **S**, *in quo est* ut a. — crimi-nantur 22 *stinga* placentinus **A** (stin *add. m. 2* gap *est in ras. m. 2*)
23 praeculam **A** 24 uterentur **Bg** 25 e *addidit Badius* at in eadem *libri, quod uitiosum esse docuit Ritschl l. c. p. 600 sqq. ipse scribens* at enim adeo; *praepositio* in *ferri posse uidetur, si uerba* in e. u geminatione *referas ad* defenditur 26 etieo fufetioeo **Bn**, etieo fufecio eo **Bg**, metti*oeo et* fur*etioeo* **A** *partim in ras. et* **b**, et tieo suffectio eo **S**; Metioeo Fufetioeo *God. Hermann (apud Meyerum)*. Mettoi Fubettoi *Vahlen in Ennii rell. p. 21*, Metie o Fufettie *Bergk Jahrb. f. Phil. 83, 329 (1861)*, Métti Fúfetioeo *Bue-*

13 ditur. sed in prosa quoque est quaedam iam recepta inmutatio. nam Cicero C a n o p i t a r u m exercitum dicit, ipsi Canobon uocant, et 'Trasumennum' pro Tarsumenno multi auctores, etiamsi est in eo transmutatio, uindicauerunt. similiter alia: nam siue est 'adsentior', Sisenna dixit 'adsentio' multique et hunc et analogian secuti, siue illud uerum est, haec quoque pars con-
14 sensu defenditur: at ille pexus pinguisque doctor aut illic detractionem aut hic adiectionem putabit. quid quod quaedam, quae singula procul dubio uitiosa sunt, iuncta sine reprehensione
15 dicuntur? nam et 'dua' et 'tre' [et 'pondo'] diuersorum generum sunt barbarismi, at 'duapondo' et 'trepondo' usque ad nostram aetatem ab omnibus dictum est et recte dici Messala confirmat.
16 absurdum forsitan uideatur dicere barbarismum, quod est unius uerbi uitium, fieri per numeros aut genera sicut soloecismum: 'scala' tamen et 'scopa' contraque 'hordea' et 'mulsa', licet litterarum inmutationem, detractionem, adiectionem habeant, non alio uitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter et singularia pluraliter efferuntur: et 'gladia' qui dixerunt, genere exciderunt.
17 sed hoc quoque notare contentus sum, ne arti culpa quorundam peruicacium perplexae uidear et ipse quaestionem addidisse.

Plus exigunt suptilitatis quae accidunt in dicendo uitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum in uersus inciderunt, ut diuisio 'Europaï Asiaï', et ei contrarium uitium, quod συναίρεσιν et συναλοιφήν Graeci uocant, nos conplexionem dicamus, qualis est apud P. Varronem

t u m t e f l a g r a n t i d e i e c t u m f u l m i n e P h a e t h o n.

18 nam si esset prosa oratio, easdem litteras enuntiare ueris syllabis licebat. praeterea quae fiunt spatio, siue cum syllaba correpta

2 in or. de rege Alexandrino?

cheler, Grundr. der lat. Decl. p. 54; cf. Ritschl. l. c. p. 602 3 trasumennum p. tarsumenno **B** (*add. in* **Bg** *sup.* um *m. 2* mi): transumenum p. thasumeno **A b**, trasimennum p. tarsimeno *m. 3 in marg.* **Bg**, *item margo* **A**, *sed* trasimenum; *cf. Ritschl l. c. p. 603* 4 eo *om.* **A** siue adsentior (*sc.* uerum est) *Christ* 10 nam dua *edd. uett. recte ut uidetur* 11 et (*post* dua) **A** *in ras.* et pondo **B M S**: et *om.* **A b**; *iam Spaldingius bene monuit, si* et *abicias,* pondo *quoque delendum esse, nec improbabile uidetur* pondo (et pondo) *ex interpolatione adiectum esse* 11 sunt *om.* **Bg** *et* **S** barbarissimi **A** 12 nominibus **A**[1] mesala **B** 15 ordea **A** musta *aliquot edd. uett. prob. Burmano, at cf. 2, 4, 9* 16 inmutationem *Keil:* mutationem *libri* habeant **A S b**: habent **B M** (mutationem — habeant **A** *in ras. fort. 1 m.*) 18 gladia** **A** 19 cul*pa* **A** 20 perplexae **A** *in ras.* 22 scripta **Bg** *1 m.* 2 **M**, tradi* scripto*** non **A** 23 ut diuiset **A** (diuisio *m. 2 in marg.* europa lais ei **A**, europae asiae **B M**, europae et asiae **S a b**, Europaï et Asiaï *Osann (Anal. crit. p. 111)* 24 CYNЄΓЄCYN **Bg**, sinaeresin **A** CYNAΛΙΦΗΝ **B**, synalifen **A** 25 dicamus **B M**: dicimus **A S b**, *cf. I, 7, 1. III, 4, 10. V, 10, 1* 26 flumine **B**[1] phaeton **A**, phoethon **B** 28 lice*bat* **A**

producitur, ut Italiam fato profugus, seu longa corripitur,
ut unius ob noxam et furias, extra carmen non deprendas,
sed nec in carmine uitia dicenda sunt. illa uero nonnisi aure 19
exiguntur, quae fiunt per sonos: quamquam per aspirationem,
siue adicitur uitiose siue detrahitur, apud nos potest quaeri, an
in scripto sit uitium, si h littera est, non nota. cuius quidem
ratio mutata cum temporibus est saepius. parcissime ea ueteres 20
usi etiam in uocalibus, cum 'aedos ircosque' dicebant. diu deinde
seruatum, ne consonantibus adspirarent, ut in 'Graccis' et in
'triumpis'. erupit breui tempore nimius usus, ut 'choronae chen-
turiones praechones' adhuc quibusdam *in* inscriptionibus maneant,
qua de re Catulli nobile epigramma est. inde durat ad nos usque 21
'uehementer' et 'comprehendere' et 'mihi': nam 'mehe' quoque
pro 'me' apud antiquos tragoediarum praecipue scriptores in
ueteribus libris inuenimus.

Adhuc difficilior obseruatio est per tenores (quos quidem 22
ab antiquis dictos tonores comperi, uidelicet declinato a Graecis
uerbo, qui τόνουϲ dicunt) uel adcentus, quas Graeci προϲῳ-
δίαϲ uocant, cum acuta et grauis alia pro alia ponuntur, ut in
hoc 'Cámillus', si acuitur prima, aut grauis pro flexa, ut 'Cé- 23
thegus', et hic prima acuta (nam sic media mutatur): aut flexa
pro graui, ut 'Appî' circumducta sequenti, quam ex duabus
syllabis in unam cogentes et deinde flectentes dupliciter peccant.
sed id saepius in graecis nominibus accidit, ut Atrei, quem 24
nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut

1 Aen. 1, 6. 2 ib. 1, 45. 12 Cat. 81.

1 producitur **A S b**: deducitur **B M** 2 ut *add. Keil* extra .. deprendas ⌄ sed **A** *s. l.* deprehendas **M S** 3 sed nec **A S b**: nec **B M** dicenda **B M**: ducenda **A S b**, *sed* **A** u *in ras. m. 1* 6 notata *cod. Goth. prob. Sarpio Anal. p. 47;* si h — nota *glossema uisum est Buttmanno, cf. Spald. Praef. 1, 75* 7 ea *om.* **B** 8 uocal*ibus* **A** aedos **B**: aedos* **A**, eados **S**, hedos **M**, oedos ς; *cf. Corssen Beitr. zur lat. Formenl. p. 212* 9 seruatum **A b**: reseruatum **B M S** aspirarent **A** gracchis (chis **A** *in ras.*) — triumphis **A B M S** et in **A S b**: et **B M** 10 chenturiones **Bn** (*eadem m. corr. ex* centhuriones): centuriones **A Bg S**, centhuriones **a** 11 in *addidi* inscriptionibus **A**, in scriptionibus *Schuetz, quod si Q. uoluisset, non* maneant, *sed* inueniantur *scripsisset* 12 epigr*amma est* **A** 13 mehe **a**: mehi **A**, mee **B M S**, mehae q. pro meae *Salmasius ad Flor. 1, 1, 18; cf. Buecheler G. d. lat. Decl. p. 25* 14 me/// **A** 16 DE ACCENTIBUS. Adhuc **A** difficilior **B**[1] 17 uidelicet **A Bn** *et* **b**, *ut coni. Spalding:* ut uidelicet **Bg M S**, *item* **Bn** *m. 2 corr.* 18 tonos **b**, tonon **B M**, tono*s* ******* uel accentus ********** ΠΡѠϹ*ѠΔΙΑϹ **A** 19 et grauis — acuitur prima *om.* **S** ponitur **M** in hac **Bg** *1 m.* 20 camilius **Bn** si *om.* **A**[1] cetehegus **A** 22 ut Appî *Spalding:* aut (*aut **A**) apice **A S b**, ut (*om.* Appi) **B M**, ut 'Apici' *Sarpe prob. G. Hermanno apud Meyerum; cf. de loco etiam Luc. Mueller. de re metr. p. 266 sq.* 24 ut **A** *1 m. s. l.* Atrei *Osann (adnot. ad lib. X, Part. 6, 15)*: atreus *libri, sed* **A** us *in rasura; de re cf. Consent. de barb. p. 389, 19 ed. K.*

25 necessario secunda grauis esset, item Nerei Tereique. haec de accentibus tradita.

Ceterum scio iam quosdam eruditos nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quaedam uocum discrimina uerbum interim acuto sono finiant, ut in illis

quae circum litora, circum piscosos scopulos

26 ne, si grauem posuerint secundam, 'circus' dici uideatur, non 'circuitus': itemque cum 'quale' interrogantes graui, conparantes acuto tenore concludunt, quod tamen in aduerbiis fere solis ac pronominibus uindicant, in ceteris ueterem legem secuntur.
27 mihi uidetur condicionem mutare, quod his locis uerba coniungimus. nam cum dico 'circum litora', tamquam unum enuntio dissimulata distinctione, itaque tamquam in una uoce una est acuta, quod idem accidit in illo Troiáe quì primus ab oris.
28 euenit, ut metri quoque condicio mutet accentum, pecudes pìctaeque uolucres: nam 'uolucres' media acuta legam, quia, etsi natura breuis, tamen positione longa est, ne faciat iambum,
29 quem non recipit uersus herous. separata uero haec a praecepto non recedent, aut si consuetudo uicerit, uetus lex sermonis abolebitur, cuius difficilior apud Graecos obseruatio est, quia plura illis loquendi genera, quas διαλέκτους uocant, et quod alia uitiosum, interim alia rectum est, apud nos uero breuissima ratio.
30 namque in omni uoce acuta intra numerum trium syllabarum continetur, siue eae sunt in uerbo solae siue ultimae, et in iis aut proxima extremae aut ab ea tertia. trium porro, de quibus loquor, media longa aut acuta aut flexa erit, eodem loco breuis utique grauem habebit sonum, ideoque positam ante se, id est ab ul-
31 tima tertiam acuet. est autem in omni uoce utique acuta, sed numquam plus una nec umquam ultima, ideoque in disyllabis prior. praeterea numquam in eadem flexa et acuta, quoniam est

6 Aen. 4, 254. 15 Aen. 1, 1. 16 Georg. 3, 243.

1 item N. Tereique *obelo notauit Spalding in praef. uol. I, p. 75* 4 uocum quaedam **A** 5 illiis **Bn**, illi*s **Bg** 8 secundam **A**, *sed* a *in ras.* 9 item quantum quale *edd. ueteres incerta auctoritate* 11 sequuntur **A** 16 pecudes **A B M**: ut pecudes **S b** 19 heroicus **S b**, herois **M** praecepto **A S b**: praecepto nostro **B M** 20 recedunt **Bg** *1 m. et* **M** 22 dialectus **B M**, dialectos **A**, dilectus **S** alia **A B**: alias **M S a b ς** 23 alia rectum **B**: alias rectum **A M S b ς**, *sed* **A** srectum *in ras. m. 2.* 25 siue/// eae **A**, eae sunt **Bg** *in ras.* iis **B**: his **A M ς** 28 tonum *coni. Capperonnier* id est ab ult. tertiam *suspecta Sarpio Anal. p. 23* 30 num*quam* **A** plus — dissillabis prior *add. in* **A** *m. 2* 31 quoniam est in *scripsi:* quiineadem **B**, quin (quia, quia in) eadem *dett.* quoniam — acuta *om.* **A M S**; quoniam flexa est acuta (*uel* q. in flexa est acuta) *Spalding*, q. flexa eadem et acuta est *Gernhard*

in flexa et acuta: itaque neutra cludet uocem latinam. ea uero,
quae sunt syllabae unius, erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua
uox sine acuta. et illa per sonos accidunt, quae demonstrari 32
scripto non possunt, uitia oris et linguae: ἰωτακισμούς et λαβδα-
κισμούς et ἰσχνότητας et πλατειασμούς feliciores fingendis no-
minibus Graeci uocant, sicut κοιλοστομίαν, cum uox quasi in
recessu oris auditur. sunt etiam proprii quidam et inenarrabiles 33
soni, quibus nonnumquam nationes reprendimus. remotis igitur
omnibus, de quibus supra diximus, uitiis erit illa quae uocatur
ὀρθοέπεια, id est emendata cum suauitate uocum explanatio:
nam sic accipi potest recta.

Cetera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt, quorum est 34
s o l o e c i s m u s, quamquam circa hoc quoque disputatum est. nam
etiam qui conplexu orationis accidere eum confitentur, quia ta-
men unius emendatione uerbi corrigi possit, in uerbo esse uitium,
non in sermone contendunt, cum, siue a m a r a e c o r t i c i s seu 35
m e d i o c o r t i c e per genus facit soloecismum — quorum neutrum
quidem reprehendo, cum sit utriusque Vergilius auctor, sed fin-
gamus utrumlibet non recte dictum —, mutatio uocis alterius,
in qua uitium erat, rectam loquendi rationem sit redditura, ut
'amari corticis' fiat uel 'media cortice'. quod manifestae ca-
lumniae est: neutrum enim uitiosum est separatum, sed conpo-
sitione peccatur, quae iam sermonis est. illud eruditius quaeritur, 36
an in singulis quoque uerbis possit fieri soloecismus, ut si unum
quis ad se uocans dicat 'uenite', aut si pluris a se dimittens
ita loquatur 'abi' aut 'discede'. nec non cum responsum ab
interrogante dissentit, ut si dicenti 'quem uideo?' ita occurras
'ego'. in gestu etiam nonnulli putant idem uitium inesse, cum
aliud uoce, aliud nutu uel manu demonstratur. huic opinioni 37

16. Verg. Ecl. 6, 62. 17. Georg. 2, 74.

1 utique **S** *et corr.* **T** claudet **Mb** 2 ne sit — acuta *om.* **A**[1]
4 miotacismus (-os **a**) **ASb** labdaciscus **A**, labdacisimus **Bg**, labdacis-
mos **a** 5 et ischnotetas **BS**: ethischnoetas **A**, et *om. edd.* plateasmus
ABS, plateasmos **a** 6 coelostomian **A**, coelostamian **Bn**, caelostamian
Bg, caelostomian **b** 7 auditur **ASb**: diuiditur **BM** inimitabiles *coni.
Ernesti lex. rhet. lat. p. 170* 8 reprendimus **B**: reprehendimus **AMS**, de-
prehendimus *Burman*, in quibus . . repreh. *Heindorf; cf. Törnebladh q. Q.
p. 8, contra quem disputat Meister in Ann. philol. uol. 85, 642* 9 diximus
om. **A**, dixi **a** 10 orthoepia **BS**, ΟΡΘΟΕΠΟΙΑ **A** 18 uirgilius **MSb**
20 sit redditura ut **Ab**: sic redditur aut **BnMS**, sic reddit*** ut **Bg**
23 quae// iam (*ex* etiam?) **A** 24 ut **A**: uti **BMS**ς 25 quis **B** *corr. e*
quid plures **AS**ς 26 abii **Bn**, abi* **Bg** 27 interrogante (interro-
ganti **M**) *libri*, interrogatione ς, *ut primum scriptum est in ed. Sichardiana
(a. 1529), cf. tamen 6, 3, 81:* contraria est neganti confessionis simulatio
29 nu*tu* **A**

neque omnino accedo neque plane dissentio. nam id fateor acci-
dere uoce una, non tamen aliter quam si sit aliquid, quod uim
alterius uocis optineat, ad quod uox illa referatur: ut soloecis-
mus ex complexu fiat eorum, quibus res significantur et uoluntas
38 ostenditur. atque ut omnem effugiam cauillationem, sit aliquando
in uno uerbo, numquam in solo uerbo. per quot autem et per quas
accidat species, non satis conuenit. qui plenissime, quadriper-
titam uolunt esse rationem nec aliam quam barbarismi, ut fiat
adiectione, ut 'nam enim, de susum, in Alexandriam', detra-
39 ctione 'ambulo uiam, Aegypto uenio, ne hoc fecit', transmuta-
tione, qua ordo turbatur: 'quoque ego, enim hoc uoluit, autem
non habuit': ex quo genere an sit 'igitur' initio sermonis po-
situm dubitari potest, quia maximos auctores in diuersa fuisse
opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios
40 numquam reperiatur. haec tria genera quidam diducunt a soloe-
cismo, et adiectionis uitium πλεοναcμόν, detractionis ἔλλειψιν,
inuersionis ἀναcτροφήν uocant: quae si in speciem soloecismi
41 cadat, ὑπερβατόν quoque eodem appellari modo posse. inmu-
tatio sine controuersia est, cum aliud pro alio ponitur. id per
omnis orationis partis deprendimus, frequentissime in uerbo, quia
plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt soloecismi per genera,
tempora, personas, modos, siue cui 'status' eos dici seu 'qua-
litates' placet, uel sex uel ut alii uolunt octo (nam totidem ui-
tiorum erunt formae, in quot species eorum quidque, de quibus
42 supra dictum est, diuiseris): praeterea numeros, in quibus nos
singularem ac pluralem habemus, Graeci et δυϊκόν. quamquam
fuerunt, qui nobis quoque adicerent dualem 'scripsere legere':
quod euitandae asperitatis gratia mollitum est, ut apud ueteres
pro 'male mereris' 'male merere', ideoque quod uocant dualem

1 nec omnino **A**[1]**S** id] et **A** adcidere **Bn**, posse accidere *dett. pauci* 3 refertur **A**[1] *haud scio an recte* soloecis*mus ex* **A** 4 rex significatur **Bg** *1 m.* 5 effug. cauillationem **A** *1 m. in ras.* fit **M** *ut uidetur* 6 uerbo *om.* **Bg** *1 m.* quod **A**[1] et per **A**: et *rell. et* ς 9 nam enim desusum **AB**: nam ueni de susum (deusum **M**) **MS**, *unde orta est inepta uulgata* nam ueni de Susis; *quae uera esset lectio, primus intellexit Törnebladh in quaestt. Quint. p. 9; de adiectione in illo* de susum (= sursum) *cf. Donati art. gr. 2, 13 p. 387, 14 Keil.* detractione *om.* **Bg** *1 m.* 10 uia *coni. Zumpt* ne **ABM**: nec **Sb** 11 inicio **Bg**, in initio *al.* 13 maximos] mag*** **Bg** *1 m.* 15 diducunt *nescio quis primus:* dicunt **B**, deducunt **ASb**, diuidunt **M** *et* **Bn** *m. 2 in marg. cf. 1, 4, 10* 16 pleonasmon detractionis *el* lipsin **A** 17 ΑΝΑCΤΡΟΦΗ **B**, anastrofen **A** solocismi **A** 18 cadat **BM**: cadunt **ASb**, cadant ς 20 omnes **Bg** *1 m.* orationes **B**[1] partes **ASb** 21 *post* ideoq. *in* **B** *uoc. erasum* 22 cui **ab**: quia **BMS**, cui — uolunt *om.* **A**[1]; *suppleta in marg. partim euanuerunt* staseos **b** qualitatis **BM** (placet seu qualitates **b** *in marg.*) 23 ali **Bn** 26 ΔΥΙΚΟΝ **Bg**, dyicon **A** 28 quod deuitandae **BM** 29 mereris male *om.* **A**[1]

in illo solo genere consistit, cum apud Graecos et in uerbi tota
fere ratione et in nominibus deprendatur et sic quoque rarissi-
mus sit eius usus, apud nostrorum uero neminem haec obseruatio 43
reperiatur, quin e contrario deuenere locos et conticuere
omnes et consedere duces aperte nos doceant nihil horum
ad duos pertinere, dixere quoque, quamquam id Antonius Rufus
ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pro-
nuntiet. quid? non Liuius circa initia statim primi libri tenuere 44
inquit arcem Sabini et mox in aduersum Romani subiere?
sed quem potius ego quam M. Tullium sequar? qui in Oratore
non reprendo inquit scripsere: scripserunt esse uerius
sentio. similiter in uocabulis et nominibus fit soloecismus ge- 45
nere, numero, proprie autem casibus, quidquid eorum alteri suc-
cedet. huic parti subiungantur licet per comparationes et super-
lationes, itemque in quibus patrium pro possessiuo dicitur uel
contra. nam uitium quod fit per quantitatem, ut 'magnum pecu- 46
liolum', erunt qui soloecismum putent, quia pro nomine integro
positum sit deminutum: ego dubito an id inproprium potius
appellem, significatione enim deerrat: soloecismi porro uitium
non est in sensu, sed in complexu. in participio per genus et 47
casum ut in uocabulo, per tempora ut in uerbo, per numerum
ut in utroque peccatur. pronomen quoque genus, numerum,
casus habet, quae omnia recipiunt huiusmodi errorem. fiunt 48
soloecismi et quidem plurimi per partis orationis: sed id tradere
satis non est, ne ita demum uitium esse credat puer, si pro
alia ponatur alia, ut uerbum, ubi nomen esse debuerit, uel ad-
uerbium, ubi pronomen ac similia. nam sunt quaedam cognata, 49
ut dicunt, id est eiusdem generis, in quibus qui alia specie quam
oportet utetur, non minus quam ipso genere permutato deliquerit.

4. Aen. 1, 369. ib. 2, 1. 5. Ouid. Metam 13, 1. 8. 1, 12. 11. Orat. 47, 157.

ideo*que* **A** dualē **AMSb**: duale **B**, quem u. dualem *Meyer* 1 in *om.* **A**[1] et **A** *in ras.* in uerbi **Sab**: uerbi **ABM** 2 deprehendatur **AMS** etsi sic quoque *Spalding, quod utique sententia requirere uidetur* 3 eius sit **BM** 4 repperiatur **A** 5 et cons. duces *om.* **A**[1] nihil **A**: nil **BMS**ς 6 quamquam id **BM**: quod **ASb**, *sed* **A** quo*d** 7 pronuntiere **ASb** 9 *in ad*uersum **A** 10 set **Bg**, et **Bn** 11 repr*endo **A**, reprehendo **M** scripsere **A** *in ras.* 12 similiterne **BMS**, *ex* similiterque ? *cf. 3, 6, 76* 13 quidquid] *sic hoc loco* **A** *quoque* horum **Ab** 14 subiungantur (*sc.* soloecismi) **BM**: subiungatur **AS**; *pluralem uerum esse inde apparet quod sequitur:* itemque in quibus *etc.* 15 patronymicum *Capperonnier et Osann; at cf. Gramm. lat. IV, p. 539, 36 Keil.* 19 deerat **B**, *sed in* **Bn** *ead. m. corr.* 20 sens*u s*ed **A** 22 pronomen **AMSb**: Idoneum **B** 23 casus — recipiunt *om.* **A** *1 m.* omnes **ab** 24 partes **ASb** 26 alia ut **A** *corr. ex* aliut ut 29 quam**** ipso **A**

50 nam et 'an' et 'aut' coniunctiones sunt, male tamen interroges
'hic aut ille sit', et 'ne' ac 'non' aduerbia: qui tamen dicat
pro illo 'ne feceris' 'non feceris', in idem incidat uitium, quia
alterum negandi est, alterum uetandi. hoc amplius 'intro' et
'intus' loci aduerbia, 'eo' tamen 'intus' et 'intro sum' soloe-
51 cismi sunt. eadem in diuersitate pronominum, interiectionum,
praepositionum accident: est enim soloecismus in oratione con-
prensionis unius sequentium ac priorum inter se inconueniens
52 positio. quaedam tamen et faciem soloecismi habent et dici
uitiosa non possunt, ut 'tragoedia Thyestes', ut 'ludi Floralia
ac Megalensia': quamquam haec sequenti tempore interciderunt
numquam aliter a ueteribus dicta. schemata igitur nomina-
buntur, frequentiora quidem apud poetas, sed oratoribus quoque
53 permissa. uerum schema fere habebit aliquam rationem, ut do-
cebimus eo, quem paulo ante promisimus, loco: sed id quoque,
quod schema uocatur, si ab aliquo per inprudentiam factum erit,
54 soloecismi uitio non carebit. in eadem specie sunt, sed schemate
carent, ut supra dixi, nomina feminina quibus mares utuntur,
et neutralia quibus feminae. hactenus de soloecismo: neque enim
artem grammaticam componere adgressi sumus, sed cum in or-
dinem incurreret, inhonoratam transire noluimus.

55 Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, uerba aut latina
aut peregrina sunt. peregrina porro ex omnibus prope dixerim
56 gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa uenerunt. taceo
de tuscis et sabinis et praenestinis quoque: nam ut eorum ser-
mone utentem Vettium Lucilius insectatur, quemadmodum Pollio
reprehendit in Liuio Patauinitatem, licet omnia italica pro ro-
57 manis habeam. plurima gallica eualuerunt ut 'raeda' ac 'petor-
ritum', quorum altero tamen Cicero, altero Horatius utitur. et
'mappam' circo quoque usitatum nomen Poeni sibi uindicant,
et 'gurdos', quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse

1 aṅ. **A** 4 et intus **A b**: intus *om.* **B**, et intus unius **M**, et intus *om.* **S** 7 propositionum **Bg** accident **A L S T**: accidunt **B M** enim **A**, *ut uoluit Regius*: etiam *rell. et* ς conprehensionis **A** 10 ut *(post* possunt) *om.* **A**[1] ut ludi **A S b**: et l. **B M** 11 megalesia **A** sequentia **Bg** *1 m.* 12 ali*ter* **A** 14 *fere* **A** 15 id **A**: hic **B M S**, hoc *edd.* 18 femina **A**[1] 24 ut homines *om.* **S T** 26 uettium **B**: uetticium **A S b**, uehetium **M**, Vectium ς, *ut libri plerique Suetonii de gramm. c. 2 (cf. ed. Reifferscheidii p. 101) habent* polio **B** 27 reprehendit **A**: deprendit **B**, deprehendit **M S** 28 gallicae ualuerunt **Bg M** raeda **S**: rheda **A**, reda **M**, rae **B**, *spatio uacuo relicto, sed additum* da ac *in* **Bg** *m. 2. in* **Bn** *m. 1 in marg.* petor-ritum oriorum **A** 29 tamen cicero **A**: cicero tamen *rell.* oratius **A** 30 cirto quoque **Bn**, circoque **A** poenis (s *in ras.*) sibi uindicat **A**

originem audiui. sed haec diuisio mea ad graecum sermonem 58
praecipue pertinet: nam et maxima ex parte romanus inde con-
uersus est, et confessis quoque graecis utimur uerbis, ubi nostra
desunt, sicut illi a nobis nonnumquam mutuantur. inde illa
quaestio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa qua
nostra conueniat. ac si reperias grammaticum ueterum amato- 59
rem, neget quidquam ex latina ratione mutandum, quia, cum sit
apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conue-
niat uno casu nostro, quinque graecis uti: quin etiam laudet 60
uirtutem eorum, qui potentiorem facere linguam latinam stude-
bant nec alienis egere institutis fatebantur: inde 'Castorem'
media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris
nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas 'Ca-
stor' litteras exit, et ut 'Palaemo' ac 'Telamo' et 'Plato' (nam
sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur retinuerunt, quia la-
tinum, quod o et n litteris finiretur, non reperiebant. ne in a 61
quidem atque s litteras exire temere masculina graeca nomina
recto casu patiebantur, ideoque et apud Caelium legimus 'Pelia
cincinnatus' et apud Messalam 'bene fecit Euthia', et apud
Ciceronem Hermagora, ne miremur, quod ab antiquorum ple-
risque 'Aenea' ut 'Anchisa' sit dictus. nam si ut 'Maecenas 62
Sufenas Aspraenas' dicerentur, genetiuo casu non e littera, sed
tis syllaba terminarentur. inde 'Olympo' et 'tyranno' acutam
syllabam mediam dederunt, quia duabus longis sequentibus pri-
mam breuem acui noster sermo non patitur. sic genetiuus 'Ulixi' 63
et 'Achilli' fecit, sic alia plurima. nunc recentiores instituerunt
graecis nominibus graecas declinationes potius dare, quod tamen
ipsum non semper fieri potest. mihi autem placet rationem lati-
nam sequi, quousque patitur decor. neque enim iam 'Calypso-
nem' dixerim ut 'Iunonem', quamquam secutus antiquos C. Caesar

20. saepius in lib. I de Inuentione, sed formam non agnoscunt codd. nostri.

4 nonnumquam a nobis **B M** 6 repperias **A** 12 omnibus *om. dett. pauci* accidebat **A S b**: accedebat **B M** 14 et (*ante* ut) *om.* **A b** 16 quod o **Bg** *corr. e* quando o et n **A** *in ras.* repperiebant **A** 17 exire **A** 18 paelia **A** 19 Cincinnatus *edd.* 20 *nec mi*remur **A** (nec mi *m. 2*) 21 ut **A B M**: et **S b**, aut *a* dictu* **A** dictum a nam sicut **A b** 22 aspraenas **A B**: asprenas *rell. et* ς genitiuo **M S b** e **A B M**: s b sed tis **A** (*item* b?): sed ·s· **Bn M**, tis *om.* **Bg S** 23 syllaba*** **A** 24 insequentibus **A**, quia una aut duabus longis s. *Lipsius de recta pronunt. l. lat. p. 53*, duabus longis seq. *deleuit G. Hermann (apud Meyerum) recte ut uidetur* 25 genitiuus **M S** *et 1 m.* **Bg** 26 plu*rima **A** recentiores *ut glossema suspectum Spaldingio* 27 graecis *om.* **A**[1] 28 latinam rationem **B M** ς 29 patietur **A b** 30 iu*nonem* **A** C.] G. **A** *in ras.* o *sup.lin.* **b**, *inde in* **T** occaesar

utitur hac ratione declinandi. sed auctoritatem consuetudo su-
64 perauit. in ceteris quae poterunt utroque modo non indecenter efferri, qui graecam figuram sequi malet, non latine quidem, sed tamen citra reprehensionem loquetur.

65 Simplices uoces prima positione, id est natura sua constant, compositae aut praepositionibus subiunguntur, ut 'innocens' (dum ne pugnantibus inter se duabus, quale est 'inperterritus': alioqui possunt aliquando continuari duae, ut 'incompositus reconditus' et quo Cicero utitur 'subabsurdum'), aut e duobus quasi
66 corporibus coalescunt, ut 'maleficus'. nam ex tribus nostrae utique linguae non concesserim, quamuis 'capsis' Cicero dicat compositum esse ex 'cape si uis', et inueniantur, qui 'Lupercalia' aeque tris partes orationis esse contendant quasi 'luere
67 per caprum': nam 'Solitaurilia' iam persuasum est esse 'Suouetaurilia', et sane ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoque est. sed haec non tam ex tribus quam ex particulis trium coeunt. ceterum etiam ex praepositione et duobus uocabulis dure uidetur struxisse Pacuuius:

Nerei repandirostrum incuruiceruicum pecus.

68 iunguntur autem aut ex duobus latinis integris ut 'superfui supterfugi', quamquam ex integris an composita sint quaeritur, aut ex integro et corrupto, ut 'maleuolus', aut ex corrupto et integro, ut 'noctiuagus', aut *ex* duobus corruptis, ut 'pedisecus', aut ex nostro et peregrino, ut 'biclinium', aut contra, ut 'epitogium' et 'Anticato', aliquando et ex duobus peregrinis, ut 'epiraedium'. nam cum sit praepositio graeca, raeda gallicum, neque Graecus tamen neque Gallus utitur composito, Romani
69 suum ex alieno utroque fecerunt. frequenter autem praepositio-

11. Orat. 45, 154. 15. uelut Od. 11, 130

2 poterunt **A** (u *ex corr.*) utroque **B M**: in utroque **A S b** 3 mallet b, malit **M** 4 sed tamen **A S b**: sed **B M** loquitur **A** *1 m. habet deinde titulum:* De uoce simplici 5 positione et natura *J. G. Schneider* 6 dum ne pugnantibus **Bn**: dum repugnantibus **A Bg**, interdum repugnantibus **M S a b** 7 aliqui **A**[1], alioquin *al.* 9 aut duabus **A** 10 trib*us* **A** 11 concesserim **A B M**: concesserimus **S b** capsis **A Bg** 12 ex — uis et *om* **A** inueniuntur **A**, *sed prior* u *in ras.* 13 aeque tres **B**, eque tris **a**, equestris **A** *(?)* 14 persum est **A** sueuetaurilia **B M**, sus obitaurilia **A** 19 *nerei repandi*rostrum in*curuicer*uicum **A** pecus *om.* **A**[1] 21 subterfugi **A** 22 aut integro **A** maliuolus **b** 23 aut ex duobus *Meister:* ex *om. libri* pediseeus **A Bn**: pedisseeus **Bg**, pedissequus **S** 24 biclinium **A S** (*sed* **A** nium *in ras. m. 2*): biclinio **B M** epito*gium* **A** 25 aliquando et *Meyer:* aliquit et **B**, aliquid et **M**, aliquid (*sine* et) **A**, aliquitt **S**, aliquot et *Sander*, aut *Spalding*, *possis etiam* aliqua (aliquae) et 26 epirhedium **A** sit *epi p* positio (epi p̄ *m. 2 in ras.*) **A**, sit praep. epi **M S** rheda **A**

nes quoque compositio ista corrumpit: inde 'abstulit aufugit amisit', cum praepositio sit 'ab' sola, et 'coit', cum sit praepositio 'con': sic 'ignaui' et 'erepublica' et similia. sed res tota magis 70
Graecos decet, nobis minus succedit: nec id fieri natura puto, sed alienis fauemus, ideoque cum κυρταύχενα mirati simus, 'incuruiceruicum' uix a risu defendimus.

Propria sunt uerba, cum id significant, in quod primo 71
denominata sunt: translata, cum alium natura intellectum, alium loco praebent. usitatis tutius utimur, noua non sine quodam periculo fingimus. nam si recepta sunt, modicam laudem adferunt orationi, repudiata etiam in iocos exeunt. auden- 72
dum tamen: namque, ut Cicero ait, etiam quae primo dura uisa sunt, usu molliuntur. sed minime nobis concessa est ὀνοματοποιία: quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis λίγξε βιός et σίζεν ὀφθαλμός fingere audeamus? nam ne 'balare' quidem aut 'hinnire' fortiter diceremus, nisi iudicio uetustatis niterentur.

VI. Est etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. sermo constat ratione, uetustate, auctoritate, consuetudine. rationem praestat praecipue analogia, nonnumquam et etymologia. uetera maiestas quaedam et, ut sic dixerim, religio commendat. auctoritas ab oratoribus uel historicis peti solet: nam poetas 2
metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediente in utroque modulatione pedum alterum malunt, qualia sunt imo de stirpe recisum et aëriae quo congessere palumbes et silice in nuda et similia: cum summorum in eloquentia uiro-

12. de nat. deor. 1, 34, 95. 13. Hom. Il. 4, 125. 14. Odyss. 9, 394. 24. Verg. Aen. 12, 208. 25. Verg. Ecl. 3, 69. 26. ibid. 1, 15.

---

1 compositio **A**: copulatio *rell. noti et* ς 2 cum praep. sit **A** *om. 1 m.* 3 et e (ē **Bg**, est **S**) re publica (erēp **A**) **A B M S** *et omnes fere:* et erepti aς; *cf. Cic. Orat. 47, 158:* dicunt et 'erepublica', quod . . . esset asperitas, nisi litteram sustulisses sed **A**, *sed* s *in ras.* 4 id *om.* **A**[1] 5 ΚΥΡΤΑΥΧΕΝΑ **A**, cyrauchena **B M S** simus **A**: sumus *rell.* 7 in quo **A** 8 tralata **B** 10 nam — audendum tamen *om.* **Bg S T**, *sed suppleta sunt m. 2 in marg.* **Bg** 11 repudiata **Bn M**: si repudiata **A b** in iocos **Bn M**: iniquius **A b**, *sed in* **A** u *secunda in ras.* 13 moliuntur **A** *1 m.* onomatopoeia **A** 14 ait ΞΕΒΙΟϹ **Bn** (*abiit* ΛΙΓ *in* ΑΙΤ), a**ΞΕΒΙΟϹ **Bg**, ΓΑΝΖΕΒΙΟϹ **A** *in ras. m. 2*, anxebios b 15 ϹΙΖΕΟΦΑΛΜΟϹ **B**, ΟΖΕΟΟΦΘΑΛΜΟϹ **A** (*sed* et ΟΖΕΟΟ *in ras.*), σίζε ὀφθ. ς; *incertum uidetur scripseritne Quintil.* σίζεν *an* σίζ', *ut est apud Homerum* nam ne *Spalding (Praef. I p. 76):* iam ne *libri* 19 ratione uel uetustate **S a b**; ratione consuetudine (*mediis om.*) **A** 20 praestet **L S T** nonnumquam — religio *om.* **M** et *om.* **A**[1] **B S** et*molegia **Bg**, ethimologia b 21 religio **B**: religiosa **A**, religiose **S b** 23 nisi si **B M**: nisi **A S** 24 modoratione **A**, moderatione a 25 aeri*ae* **A** et (*ante* silice) **A S b**: *om.* **B M**

rum iudicium pro ratione, et uel error honestus est magnos duces
3 sequentibus. consuetudo uero certissima loquendi magistra, utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est. omnia tamen haec exigunt acre iudicium, analogia praecipue, quam proxime ex graeco transferentes in latinum proportionem uo-
4 cauerunt. eius haec uis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat et incerta certis probet. quod efficitur duplici uia: comparatione similium in extremis maxime syllabis, propter quod ea, quae sunt e singulis, negan-
5 tur debere rationem, et deminutione. comparatio in nominibus aut genus deprendit aut declinationem: genus, ut si quaeratur, 'funis' masculinum sit an femininum, simile illi sit 'panis': declinationem, ut si ueniat in dubium, 'hac domu' dicendum sit an 'hac domo', et 'domuum' an 'domorum', similia sint [domus]
6 'anus manus'. deminutio genus modo detegit, et ne ab eodem exemplo recedam, 'funem' masculinum esse 'funiculus' ostendit.
7 eadem in uerbis quoque ratio conparationis, ut si quis antiquos secutus 'feruere' breui media syllaba dicat, deprendatur uitiose loqui, quod omnia, quae e et o litteris fatendi modo terminantur, eadem, si in infinitis e litteram media syllaba acceperunt, utique productam habent, ut 'prandeo pendeo spondeo, prandere
8 pendere spondere'. at quae o solam habent, dummodo per eandem litteram in infinito exeant, breuia fiunt, 'lego dico curro, legere dicere currere', etiamsi est apud Lucilium:

feruit aqua et feruet: feruit nunc, feruet ad annum.

sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si 'feruit' putat illi
9 simile 'currit' et 'legit', 'feruo' dicetur ut lego et curro, quod nobis inauditum est. sed non est haec uera comparatio: nam 'feruit' est illi simile 'seruit', quam proportionem sequenti dicere

24. Lucil. lib. 9.

1 uel **B M**: uelut **A S b** honestus error **F L**, *quod utique exspectares, si* uelut *lectio uera esset: at est sententia:* etiam error non indecorus est m. d. sequentibus; *cf. 2, 5, 26:* tutius circa priores uel erratur sit *malim* 4 analogia **A B**: in analogia **S a b**, analogiam **M** 6 ut** id **Bg** 7 non **A** *m. 2 in ras. maiore* et **A**: ut **B M S** 9 ex **A** *in ras.* neg. habere rationem *Capp.* 10 diminutione **M** *et dett.* in *om.* **A**[1] 11 deprehendit **A M** 12 *sit* an **A** 13 in dubium — domorum **A** *2 m. in ras.* hac] an **a** 14 sint **A B**: sunt **M S b** domus *spurium esse uidit Meyer,* humus *coni. Buttmann* 18 sequutus **Bg** deprehendatur **A M** 20 eadem **A Bn** *(1 m.)* **M S b**: eandem **Bn** *corr. et* **Bg** in *om. 1 m.* **M T** 21 habeant **A** ut *om.* **B M** spondeo *om.* **Bg** *1 m.* prandere **A** 25 feruit **Bg**, ferunt (*uel* ferunt) **Bn** (feruit aqua et feruit ad annum **A** *mance*) et feruiet **Bg** *ante rasuram* feruit (*ante* nunc) *om.* **S** *et del. m. 2 in* **Bg** 27 dicetur *edd. ueteres:* dicet **B M**, dicit **A S b** 28 haec *om.* **A**[1] 29 est illi **A**: illi est *rell.* portionem **Bn** *1 m.*

necesse est 'feruire' ut 'seruire'. prima quoque aliquando po- 10
sitio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto conuictos a me,
qui reprenderant, quod hoc uerbo usus essem 'pepigi': nam id
quidem dixisse summos auctores confitebantur, rationem tamen
negabant permittere, quia prima positio 'paciscor', cum haberet
naturam patiendi, faceret tempore praeterito 'pactus sum'. nos 11
praeter auctoritatem oratorum atque historicorum analogia quo-
que dictum hoc tuebamur. nam cum legeremus in XII tabulis
ni ita pacunt, inueniebamus simile huic 'cadunt': inde prima
positio, etiamsi uetustate exoleuerat, apparebat 'paco' ut 'cado',
unde non erat dubium sic 'pepigi' nos dicere ut 'cecidi'. sed 12
meminerimus non per omnia duci analogiae posse rationem, cum
et sibi ipsa plurimis in locis repugnet. quaedam sine dubio conan-
tur eruditi defendere, ut, cum deprensum est, 'lepus' et 'lupus'
similia positione quantum casibus numerisque dissentiant, ista
respondent non esse paria, quia lepus epicoenon sit, lupus mascu-
linum, quamquam Varro in eo libro, quo initia romanae urbis
enarrat, lupum feminam dicit Ennium Pictoremque Fabium
secutus. illi autem idem, cum interrogantur, cur 'aper apri' et 13
'pater patris' faciat, illud nomen positum, hoc ad aliquid esse
contendunt. praeterea quoniam utrumque a Graeco ductum sit,
ad eam rationem recurrunt, ut πατρός patris, κάπρου apri faciat.
illa tamen quomodo effugient, ut, *cum* nomina quamuis feminina 14
singulari nominatiuo us litteris finita numquam genetiuo casu
ris syllaba terminentur, faciat tamen 'Venus Veneris': item,
cum es litteris finita per uarios exeant genetiuos, numquam ta-
men eadem ris syllaba terminatos, 'Ceres' cogat dici 'Cereris'?
quid uero quod tota positionis eiusdem in diuersos flexus eunt? 15

---

1 *ut* seruire* **A** 3 reprehenderant **A M** 7 ΑΝΑΛΟΓΙΑ **A** 8 dictum hoc **A**: dictum **B M**, hoc (*om.* dictum) **S** legeramus **A** 9 *ni ita* **A** pacunt **B M S**: pagunt **A** *(sed* g *corr.) et* ς: *cf. Schneideri gr. lat. I, 1, 271 et 294 et Curtius Grundz. der gr. Etym. p. 241 et 468 ed. II* capunt **B**, *sed* cadunt *in marg. corr.* 10 *uetu*state exsoleuerat **A** paco **B M S**: pago **A** ς 11 erat **B** *corr. ex* erit *ut uidetur* 12 ΑΝΑΛΟΓΙΑΙ **A** 13 et sibi **A S b**: et *om.* **B M** 15 similia **A S b**: simili **B M** ista *Keil:* ita *libri* 16 epicoenon **A B**: epicenon **S**, epichenō **M** 17 urbis romanae **A** *1 m.* urbis Romae *edd. uett.* 18 lupus **A** 19 iidem ς 20 n.per se positum *H. Keil coll. Gramm. lat. V, p. 148, 12* 21 a *om.* **A**[1] dictum **A** *1 m.* 22 patros **A** ΚΙΑΠΡΟΥ **b**, apros **A** 23 illi **b** effugient] fient **b** cum *addidit Gallaeus* nomina **B** n *corr. ex* non, *ut est in* **A**; ut nonnumquam uis feminina b *in marg.* 24 ·u·s· **B n M**, us **B g**, os **A S b** genitiuo **B M S** 25 ris **A** *corr. ex* ri terminentur *cod. Bodl. et* **S**: terminantur **B M**, terminatur **A** 27 ris *om.* **A**[1] s*y*llaba termin*a*tos ceres **A** cogit **S T** dici cereris **A M**: dici ceris **B**, dicere cereris **b**, diceres **S** 28 quod **A**: quae **B M**, quiquod **S** eius **A**[1]

cum Alba faciat 'Albanos' et 'Albensis', uolo 'uolui' et 'uo-
laui'. nam praeterito quidem tempore uarie formari uerba prima
persona o littera terminata, ipsa analogia confitetur, si quidem
facit 'cado cecidi, spondeo spopondi, pingo pinxi, lego legi,
16 pono posui, frango fregi, laudo laudaui'. non enim, cum pri-
mum fingerentur homines, analogia demissa caelo formam lo-
quendi dedit, sed inuenta est, postquam loquebantur, et notatum
in sermone, quo quidque modo caderet. itaque non ratione ni-
titur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed obseruatio, ut ipsam
17 analogiam nulla res alia fecerit quam consuetudo. inhaerent ta-
men ei quidam molestissima diligentiae peruersitate, ut 'auda-
citer' potius dicant quam 'audacter', licet omnes oratores aliud
sequantur, et 'emicauit', non 'emicuit', et 'conire', non 'coire'.
his permittamus et 'audiuisse' et 'sciuisse' et 'tribunale' et
'faciliter' dicere: 'frugalis' quoque sit apud illos, non 'frugi':
18 nam quo alio modo fiet 'frugalitas'? idem 'centum milia num-
mum' et 'fidem deum' ostendant duplicis quoque soloecismos
esse, quando et casum mutant et numerum: nesciebamus enim
ac non consuetudini et decori seruiebamus, sicut in plurimis,
19 quae M. Tullius in Oratore diuine ut omnia exequitur. sed Au-
gustus quoque in epistulis ad C. Caesarem scriptis emendat,
quod is 'calidum' dicere quam 'caldum' malit, non quia id non
sit latinum, sed quia sit otiosum et, ut ipse graeco uerbo signi-
20 ficauit, περίεργον. atqui hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putant,
quam ego minime excludo. quid enim tam necessarium quam
recta locutio? immo inhaerendum ei iudico, quoad licet, diu
etiam mutantibus repugnandum: sed abolita atque abrogata reti-
nere insolentiae cuiusdam est et friuolae in paruis iactantiae.

---

20. cap. 46, 155.

1 Alba faciat *om.* **B**, alba faciant **b** albenses **A b**, albensos **S** 2 quidem *om.* **B M** prima positione *Spalding* 3 confiteatur **A S b** si qu*idem facit* cado **A** 4 spondi **A** 6 coelo **Bg** *loquendi **A** 7 *post* loqueb. *in* **A** *septem octone litterae erasae sunt* 8 quo quidque *Spalding:* quid quoque **B M S**, quid quo **A** *et Regius* non **A** *s. l.* nititur **A**, *sed media* i *in ras.* 9 analogian **Bn** *1 manu* 11 ei **A**: *om. rell. et* ς peruorsitate **S** 13 coiuere, non coiere *Lachmann ad Lucret. p. 137* 14 et sciuisse *om.* **A** *1 m.* 15 dicere* frugalis quoq*ue sit* **A** 16 fiat *edd. uett.* iidem ς 17 deum **A**, *sed* e *in ras.* duplices **A b** 19 de*cori* **A** 20 quae M.] quem **B**, que **M** in oratione **B M S** 21 epistolis **B M S** C. **A Bg**, *om.* **M** emendatius calidum (callidam **A**) .. mauult **A S b**, emendat quod is caldum d. quam calidum malit *Baumgarten-Crusius ad Suet. Aug. c. 86* 22 id *mei:* illud ς 23 otiosum *Burman:* odiosum *libri* 24 periergona at*que in hac* quidam **A** ΟΡΘΟΕΠΙΑΝ **B**, ΟΚΤΟΓΟΕΡΙΑΝ (ΟΡΤΟΓΟ *in ras.*) **A** solam **A**, *sed* a *in ras.* 26 recta **A**: certa **B M S** 27 obrogata **B** 28 est *om.* **A**

multum enim litteratus, qui sine aspiratione et producta secunda 21
syllaba salutarit ('auere' est enim), et 'calefacere' dixerit potius
quam quod dicimus et 'conseruauisse', his adiciat 'face' et 'dice'
et similia. recta est haec uia: quis negat? sed adiacet et mollior 22
et magis trita. ego tamen non alio magis angor, quam quod
obliquis casibus ducti etiam primas sibi positiones non inuenire,
sed mutare permittunt, ut cum 'ebur' et 'robur', ita dicta ac
scripta summis auctoribus, in o litteram secundae syllabae trans-
ferunt, quia sit 'roboris' et 'eboris', 'sulpur' autem et 'guttur'
u litteram in genetiuo seruent: ideoque 'iecur' etiam et 'femur'
controuersiam fecerunt. quod non minus est licentiosum, quam 23
si 'sulpuri' et 'gutturi' subicerent in genetiuo litteram o me-
diam, quia esset 'eboris' et 'roboris': sicut Antonius Gnipho,
qui 'robur' quidem et 'ebur' atque etiam 'marmur' fatetur esse,
uerum fieri uult ex his 'ebura robura marmura'. quodsi ani- 24
maduerterent litterarum adfinitatem, scirent sic ab eo, quod est
'robur', 'roboris' fieri, quo modo ab eo, quod est 'miles limes,
militis limitis, iudex uindex, iudicis uindicis' et quae supra iam
attigi. quid uero quod, ut dicebam, similes positiones in longe 25
diuersas figuras per obliquos casus exeunt? ut 'uirgo Iuno, fusus
lusus, cuspis puppis' et mille alia: cum illud etiam accidat, ut
quaedam pluraliter non dicantur, quaedam contra singulari nu-
mero, quaedam casibus careant, quaedam a primis statim posi-
tionibus tota mutentur, ut 'Iuppiter'. quod uerbis etiam accidit, 26
ut illi 'fero', cuius praeteritum perfectum et ulterius non in-
uenitur. nec plurimum refert, nulla haec an praedura sint. nam
quid 'progenies' genetiuo singulari, quid plurali 'spes' faciet?
quo modo autem 'quire' et 'ruere' uel in praeterita patiendi
modo uel in participia transibunt? quid de aliis dicam, cum 27

---

1 **quis·ne A**[1], **quisne b** sine aspirata **A b** 2 salutarit **A b**: salutauit **B M**, salutant **S** 3 dice et *om.* **A** *1 m.* 5 magis trita **A**: magistra **B M**, *sed add. est in* **Bg** tri *sup.* r, magistri **S T** 6 etiam] et **S T** non minuere **A S b**, *sed* minuere **A** *in ras. m. 2* 8 summis ductibus **A S b** 9 sulpur **A B**: sulphur **M S b** ς, *item paulo post* gutur **A** 10 litterarum genetiuo **B**, litteram genetiuo (genitiuo **MS**) **M S b** etiam et] et et **A** 12 sulpuris et gutturis abigerent **A** (abigerent **b** *quoque*) 13 et] ac **A** gnifo *qui* **A** 15 ex his *addidit in* **A** *m. 2, eadem* ebura robora *in ras. habet* 17 quod est uindex uindicis **A** *mance*, quod est limes miles militis limitis iudex iudicis uindex uindicis **a** 19 quod ut d. similes **A**: similes (similis **Bg** *1 m.*) quod ut d. **B S**, similes quaedam (edam *ex corr.*) ut d. **M**, quod similes, ut d. *Spalding* dicebam **A** *quoque habet* (*non* dicebamus) 23 quaedam c. careant *om.* **A** *1 m.* 24 mutentur (m *in ras.*) **A** 25 ut illi fero **A**: uttuli fero **B**, ut (*om.* **S**) fero tuli **M S** cuius **A** *in ras.* 27 species *aliquot edd. uett. cf. Cic. Top. 7, 30* 28 quirem **A**, *sed* m *erasa* ruere **B M S**: urgere **A b** 29 dicam senatus faciat *(mediis omissis)* **A**

senatus 'senati' an 'senatus' faciat incertum sit? quare mihi non inuenuste dici uidetur, aliud esse latine, aliud grammatice loqui. ac de analogia nimium.

28 Etymologia, quae uerborum originem inquirit, a Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelen inuenitur σύμβολον, quod est 'nota': nam uerbum ex uerbo ductum, id est ueriloquium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat. sunt qui
29 uim potius intuiti originationem uocent. haec habet aliquando usum necessarium, quotiens interpretatione res, de qua quaeritur, eget, ut M. Caelius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinens sit (nam id ne ementiri quidem poterat), sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde sit ducta frugalitas.
30 ideoque in definitionibus adsignatur etymologiae locus. nonnumquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere, ut cum 'Triquetram' dici Siciliam an 'Triquedram', 'meridiem' an 'medidiem' oporteat, quaeritur aliaque quae consuetudini seruiunt.
31 continet autem in se multam eruditionem, siue ex graecis orta tractemus, quae sunt plurima, praecipueque aeolica ratione, cui est sermo noster simillimus, declinata, siue ex historiarum ueterum notitia nomina hominum locorum gentium urbium requiramus, unde Bruti, Publicolae, Pythici? cur Latium, Italia, Beneuentum? quae Capitolium et collem Quirinalem et Argiletum appellandi ratio?

32 Iam illa minora, in quibus maxime studiosi eius rei fatigantur, qui uerba paulum declinata uarie et multipliciter ad ueritatem reducunt aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis litteris syllabisue. inde prauis ingeniis

4 et 8. Top. 8, 35. 5. περὶ ἑρμηνείας c. 2.

1 senatus senati an senatus *Spalding:* senatus senatui senati an senatus **B**, senatus senatus senatui an senatus senati senato **S a b**, *item* **M**, *sed hic partim ex corr.* cum senatus 'senatus senatui' an 'senati senatu' *Ritschl l. c. p. 606* 3 uel nimium *edd. uett.* 4 quae *om.* **A**¹ 5 aristotelem **B M S** ς 6 synbolon **A** ductum **A**, *sed prior* u *in ras.* 7 uerbiloquium **a** 8 ui **A**¹ originationem **A** *in ras.* 10 ut **A b**: ut cum **B M S** caelius **A B**: celius **M**, celiciis **S**, Coelius ς 11 qui **A**¹ ne ementiri *Christ:* ne mentiri *libri, sed in* **A** ne *m. 2 additum* 12 ducta **A S b**: dicta **B M** 15 triquetram **A**, *sed* e *in ras.* triquadram **A S b**; *cf. C. L. Schneideri gr. lat. I, 254* 16 aliquando (et aliquando **S**) consuetudini seruit **A S b** 17 siue ex graecis **A b**: si illa graecis **B**, si illa sine ex gr. **S**, Sed grecis **M**, *fort.* siue illa ex gr. 19 noster—declinata *et deinde* notitia — requiramus **A** *1 m. in ras. habet* 21 brutii **B M S** publicol*ae* **A** Pici *Badius,* Potitii *Luenemann et Zumpt; at firmauit lectionem* Pythici *Meyer coll. Dionis Cassii lib. 63, 18 et Perizonii Animadu. hist. p. 438* latin*um* in italia **A** beneuentumq. capit. **A** *et 1 m.* **Bg** 24 illa *minora* **A** 25 qui *Regius:* quae *libri* uerba *om.* **A** *solus* paululum **A** 26 aut adiectis aut detractis *om.* **A**

ad foedissima usque ludibria labuntur. sit enim 'consul' a con-
sulendo uel a iudicando: nam et hoc 'consulere' ueteres uoca-
uerunt, unde adhuc remanet illud 'rogat boni consulas', id est
bonum iudices: 'senatui' nomen dederit aetas (nam idem patres 33
sunt), et 'rex rector' et alia plurima indubitata: nec abnuerim
'tegulae regulaeque' et similium his rationem: iam sit et 'classis'
a calando et 'lepus leuipes' et 'uulpes uolipes': etiamne a con- 34
trariis aliqua sinemus trahi, ut 'lucus', quia umbra opacus pa-
rum luceat, et 'ludus', quia sit longissime a lusu, et 'Ditis',
quia minime diues? etiamne 'hominem' appellari, quia sit humo
natus, quasi uero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi
primi mortales ante nomen inposuerint terrae quam sibi, et
'uerba' ab aëre uerberato? pergamus: sic perueniemus eo usque, 35
ut 'stella' luminis stilla credatur, cuius etymologiae auctorem
clarum sane in litteris nominari in ea parte, qua a me repren-
ditur, inhumanum est. qui uero talia libris complexi sunt, no- 36
mina sua ipsi inscripserunt, ingenioseque uisus est Gauius 'cae-
libes' dicere ueluti 'caelites', quod onere grauissimo uacent,
idque graeco argumento iuuit: ἠϊθέους enim eadem de causa
dici adfirmat. nec ei cedit Modestus inuentione: nam, quia Caelo
Saturnus genitalia absciderit, hoc nomine appellatos, qui uxore
careant, ait: Aelius 'pituitam', quia petat uitam. sed cui non 37
post Varronem sit uenia? qui 'agrum', quia in eo agatur ali-
quid, et 'graculos', quia gregatim uolent, dictos Ciceroni per-
suadere uoluit (ad eum enim scribit), cum alterum ex graeco sit
manifestum duci, alterum ex uocibus auium. sed hoc tanti fuit 38
uertere, ut 'merula', quia sola uolat, quasi mera uolans nomi-
naretur. quidam non dubitarunt etymologiae subicere omnem

23. de l. lat. V, § 34 et 76.

1 fedissima **B M S** sitne consul *edd. uett.* 2 uel] an *Badius* 4 iudices] iud **B** dederit nomen **A** *solus* idem ς 5 sunt; sit rex *Meyer* abnueri*m tegulae* regulaeque **A** 6 et classis (clasis **B**) **B M**: ut classis **A S b** 7 etiamne a contrariis **B**: etiam eam (ea **A**, ne **M**) interpraetationem rectam sequendam improbandam contrariam a *(sic* **A** *m. 2 in ras.)* contrariis **A M S b** *ex interpolatione* 9 dites **A** 11 illi* prim*i* **A** 12 *post* sibi *in* **A** *quattuor fere litterae erasae sunt* 13 eo a, **o **A** 14 stilla **A S b**: stilia **B**, scilla **M** 15 quae a me **A** reprehenditur **A M S b** 16 *com*plexi **A** 17 est] et *Zumpt* gauius **B** *ut coni. Burman:* gauinius **A S b**, gaius **M**, C. Granius *Spalding* caelibes — onere **A** *in ras. m. 1* 18 uacent **A S b**: uacant **B M**, *fort.* uacarent 19 ΗΙΘΕΟΙϹ enim **B** *spatio uacuo trium fere litterarum ante* enim *relicto,* ΠΕΙΘΕΟΥϹ enim **A** *in ras. m. 2* 20 affirmat **A** *(prior* f *in ras.)*, adfirmant **B M** ei**ce*dit **A** 21 appellat*os* qui uxore* care*ant* **A** 24 graculos **B M S**: gragulos **A b** uoluit persuadere ciceroni **A** 26 sed huic *Badius* 27 uertere] *cf. Hofman Peerlkamp in Mnemos. X, 381* 28 quod quidam **S b** dubitarunt **A**: dubitauerunt *rell.*

nominis causam, ut ex habitu, quemadmodum dixi, 'Longos et Rufos', ex sono 'strepere murmurare', etiam deriuata, ut a 'uelocitate' dicitur 'uelox', et composita pluraque his similia, quae sine dubio aliunde originem ducunt, sed arte non egent, cuius in hoc opere non est usus nisi in dubiis.

39 Verba a uetustate repetita non solum magnos adsertores habent, sed etiam adferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione: nam et auctoritatem antiquitatis habent et, quia
40 intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. sed opus est modo, ut neque crebra sint haec nec manifesta, quia nihil est odiosius adfectatione, nec utique ab ultimis et iam oblitteratis repetita temporibus, qualia sunt 'topper' et 'antegerio' et 'exanclare' et 'prosapia' et Saliorum carmina uix sacerdotibus suis
41 satis intellecta. sed illa mutari uetat religio et consecratis utendum est: oratio uero, cuius summa uirtus est perspicuitas, quam sit uitiosa, si egeat interprete? ergo ut nouorum optima erunt maxime uetera, ita ueterum maxime noua.

42 Similis circa auctoritatem ratio. nam etiamsi potest uideri nihil peccare, qui utitur iis uerbis, quae summi auctores tradiderunt, multum tamen refert non solum, quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. neque enim 'tuburchinabundum' et 'lurchinabundum' iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor, nec 'hos lodices', quamquam id Pollioni placet, nec 'gladiola', atqui Messala dixit, nec 'parricidatum', quod in Caelio uix tolerabile uidetur, nec 'collos' mihi Caluus persuaserit: quae nec ipsi iam dicerent.

43 Superest igitur consuetudo: nam fuerit paene ridiculum malle sermonem, quo locuti sint homines, quam quo loquantur. et sane quid est aliud uetus sermo quam uetus loquendi consuetudo? sed huic ipsi necessarium est iudicium constituendumque in primis, id ipsum quid sit, quod consuetudinem uocemus.
44 quae si ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat, periculosissimum dabit praeceptum non orationi modo sed, quod maius est, uitae. unde enim tantum boni, ut pluribus quae recta sunt pla-

1 longus et rufus **S b**, rufos et longos **M** 2 ex **A** *in ras.* extrepere **B**, stertere **A b**, sterteremus **S**, excerpere **M** 3 et *om.* **Bg** *1 m.* pleraque **A S b** 6 a] et **b**, et a **S** magno*s as*sertores **A** 7 sed etiam **A b**: etiam **B M S**, *ut est in Tac. Ann. 3, 19. 4, 35* 8 auctoritate **A**[1] 10 crebrae (crebre) — manifeste **B M S** nec **Bg** *corr. ex* ne 12 oper**A**, opper **S b** antigerio *Paulus Festi p. 8 M. cf. 8, 3, 25* 14 *m*utari **A** consecratis **A**: congregatis **B M S**, et ut consecratis *Burman* 15 quam fit *Francius* 18 potes **A** *1 m.* 19 his *libri* 21 tuburchinabundum et lurchin. **A S b**: tuburchiabundum et lurchiabundum **B M**; *rectius uidetur* tuburcinabundum et lurcin. 23 polioni **A** 27 quam qui **B M** 28 uetus consuetudo **A** *1 m. in ras.* 30 quid (quod **S**) sit quod (quo **M**) **A M S b**: quo **B** 33 ut **A** *in ras.*

ceant? igitur ut 'uelli' et 'comam in gradus frangere' et 'in balneis perpotare', quamlibet haec inuaserint ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprensione (at lauamur et tondemur et conuiuimus ex consuetudine), sic in loquendo, non si quid uitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit. nam ut transeam, quemadmodum uulgo imperiti loquan- 45
tur, tota saepe theatra et omnem circi turbam exclamasse barbare scimus. ergo consuetudinem sermonis uocabo consensum eruditorum, sicut uiuendi consensum bonorum.

VII. Nunc, quoniam diximus, quae sit loquendi regula, dicendum, quae scribentibus custodienda, quod Graeci ὀρθογραφίαν uocant: hoc nos r e c t e s c r i b e n d i s c i e n t i a m nominemus. cuius ars non in hoc posita est, ut nouerimus, quibus quaeque syllaba litteris constet (nam id quidem infra grammatici officium est), sed totam, ut mea fert opinio, suptilitatem in dubiis habet: ut longis syllabis omnibus adponere apicem ineptissimum est, 2
quia plurimae natura ipsa uerbi, quod scribitur, patent, sed interim necessarium, cum eadem littera alium atque alium intellectum, prout correpta uel producta est, facit: ut 'malus' arbo- 3
rem significet an hominem non bonum apice distinguitur, 'palus' aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat, et cum eadem littera nominatiuo casu breuis, ablatiuo longa est, utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus. similiter putauerunt 4
illa quoque seruanda discrimina, ut 'ex' praepositionem, si uerbum sequeretur 'specto', adiecta secundae syllabae s littera, si 'pecto', remota scriberemus. illa quoque seruata est a multis 5
differentia, ut 'ad', cum esset praepositio, d litteram, cum autem coniunctio, t acciperet, itemque 'cum', si tempus significaret, per qu et m, si comitem, per c ac duas sequentis scriberetur.

---

1 ut uelli **A** *in ras.* 3 reprehensione **ASM** lauimur *Bentley ad Hor. Serm. 1, 5, 24* 4 tondimur et conuimus **A**^{1} 6 nam ut **A** *om. 1 m.* loquantur **A**: loquuntur **BS**, locuntur **M** 7 barbar*e scimus* **A** 10 loquendi **BMS**: dicendi **A** *solus, cf. 1, 7, 32* 11 scribentib*us* **A** orthographian **B**, orthografian **A** 12 hoc **A**: *om. rell. et* ς 13 *ante* cuius *in* **A** *uersus et dimidius erasus est* 16 ut **A**, *sed* u *in ras.* 18 *alium* atque **A** 19 malus utrum arborem **Sb** 24 illa *om.* **A** uerbum/// **A** 25 secunda syllabae littera s si (si *om.* **A**^{1}) pecto **A** 27 *D* litteram **A** 29 per qu et m *scripsi:* per q u o m **Bn**, per $\overset{q}{C}$ *(sed* $\overset{q}{\mathrm{C}}$ *m. 2)* **A**, per ***** **Bg**, per cum **b**, per c uero **S**; quom *in* **Bn** *m. 2 suppletum est in spatio uacuo sex septemue litterarum; in litura codicis* **Bg** *extrema littera* d *uidetur fuisse, unde conicias* sed si comitem; *de scriptura loci iam Regius recte iudicauit* comitem] quum **S** per c (q *corr. in* **Bg**) ac duas sequentis **B**: per $\overset{c}{\mathrm{Q}}$ (q **S**) ac duas u sequentes **AS**, *sed* $\overset{c}{\mathrm{Q}}$ *et litterae* s u s **A** *m. 2 in ras.*

frigidiora his alia, ut 'quidquid' c quartam haberet, ne interro-
gare bis uideremur, et 'quotidie' non 'cotidie', ut sit quot die-
bus: uerum haec iam etiam inter ipsas ineptias euanuerunt.
7 Quaeri solet, in scribendo praepositiones sonum, quem iunctae
efficiunt, an quem separatae, obseruare conueniat, ut cum dico
'optinuit': secundam enim b litteram ratio poscit, aures magis
8 audiunt p, et 'immunis': illud enim, quod ueritas exigit, se-
9 quentis syllabae sono uictum m gemina commutatur. est et in
diuidendis uerbis obseruatio, mediam litteram consonantem priori
an sequenti syllabae adiungas. 'haruspex' enim, quia pars eius
posterior a spectando est, s litteram tertiae dabit, 'abstemius',
quia ex abstinentia temeti composita uox est, primae relinquet.
10 nam k quidem in nullis uerbis utendum puto nisi quae signi-
ficat, etiam ut sola ponatur. hoc eo non omisi, quod quidam
eam, quotiens a sequatur, necessariam credunt, cum sit c littera,
quae ad omnis uocalis uim suam perferat.
11 Verum orthographia quoque consuetudini seruit ideoque saepe
mutata est. nam illa uetustissima transeo tempora, quibus et
pauciores litterae nec similes his nostris earum formae fuerunt
et uis quoque diuersa, sicut apud Graecos o litterae, quae in-
terim longa ac breuis, ut apud nos, interim pro syllaba, quam
12 nomine suo exprimit, posita est: ut a Latinis ueteribus d plu-
rimis in uerbis adiectam ultimam, quod manifestum est etiam ex
columna rostrata, quae est Duilio in foro posita: interim g quo-
que, ut in puluinari Solis, qui colitur iuxta aedem Quirini, 'ue-
13 sperug', quod 'uesperuginem' accipimus. de mutatione etiam
litterarum, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse est:
14 fortasse enim sicut scribebant, etiam loquebantur. semiuocalis
geminare diu non fuit usitatissimi moris, atque e contrario usque

1 quicquid **A** 2 uideretur **A** *solus, haud scio an recte hac sententia: ne* 'quidquid' *positum bis interrogare uideretur* et cottidie **A** 4 solent **BM**, *sed* n *in* **Bn** *deleta* iuncta **A**^{1} 5 efficimus **Bn** *1 m.* an **A** *in ras.* 6 obtinuit **A** b∗ **A** 7 immunis **A** b: inmunis **BS** enim] ·n· (·N· **A**) **ABMS**, *h. e.* enim, *ut Spalding bene monuit* 9 mediam litteram *operarum errore abest ab ed. Burm. et ab aliquot sequentibus* 12 relinquet **Ab**, *ut coni. Boxhornius:* relinquetur **BMS** 13 significat — ponatur *om.* **A**^{1}, significant *dett. pauci; at recte monuit C. L. Schneiderus in gr. lat. I, 291 hanc esse uerborum sententiam:* k in nullis uerbis utendum puto nisi in iis quae tamquam nota significat, s. quorum nota est 16 omnes uocales **BMS**ς 17 orthografia **A** 19 similis **A**^{1} 22 ut a **A**: ut *rell. et* ς 23 adiectum ultimam **A** *ut uidetur*, adiectum ultimum a, ultimam adiectam **BMS**, ultimum adiectum *(uel inuerso ordine) edd. pendet infinitiuus* adiectam ultimam *ab illo* transeo *u. 18* 24 Duilio *nos:* dullio **BS**, iulio **Ab**, duellio **M**, C. Duellio ς 25 uesprug **B**, uespurg **M**, *om.* **ASb** 27 qua *om.* **Bg** *1 m.* 28 semiuocales **AMSb** 29 non gemin. diu fuit *ed. Stoeriana* atqui c contrario **A**

ad Accium et ultra porrectas syllabas geminis, ut dixi, uocalibus
scripserunt. diutius durauit, ut e et i iungendis eadem ratione 15
qua Graeci ει uterentur: ea casibus numerisque discreta est, ut
Lucilius praecipit:

iam 'pueri' uenere: e postremum facito atque i,
ut pueri plures fiant:

ac deinceps idem:

mendaci furique addes e, cum dare furi
iusseris.

quod quidem cum superuacuum est, quia i tam longae quam 16
breuis naturam habet, tum incommodum aliquando. nam in iis,
quae proximam ab ultima litteram e habebunt et i longa ter-
minabuntur, illam rationem sequentes utemur e gemina, qualia
sunt haec 'aurei argentei' et his similia: idque iis praecipue, 17
qui ad lectionem instituentur, etiam inpedimento erit, sicut in
graecis accidit adiectione i litterae, quam non solum datiuis ca-
sibus in parte ultima adscribunt, sed quibusdam etiam interpo-
nunt ut in ΛΗΙΣΤΗΙ, quia etymologia ex diuisione in tris syllabas
facta desideret eam litteram. ae syllabam, cuius secundam nunc 18
e litteram ponimus, uarie per a et i efferebant, quidam semper
ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in datiuum uel ge-
netiuum casum incidissent, unde pictai uestis et aquai Ver-
gilius amantissimus uetustatis carminibus inseruit. in eisdem 19
plurali numero e utebantur 'hi Syllae Galbae'. est in hac quo-
que parte Lucili praeceptum, quod quia pluribus explicatur uer-
sibus, si quis parum credet, apud ipsum in nono requirat. quid 20
quod Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quotiens s lit-
tera media uocalium longarum uel subiecta longis esset, gemi-
nabatur? ut 'caussae, cassus, diuissiones': quomodo et ipsum et

22. Aen. 9, 26 et 7, 464.

1 *porrectas syllabas* **A** 2 ·e· et ·i· **A** *solus:* e i *rell. et* ς uterentur iungendis **BM**, *sed* uter. *in* **Bg** *punctatum* 3 graeci ·ei· **A** discreta sunt *ed. Stoeriana* · 5 pueri **B**: puere **ASb**, puerei *Meyer* e **B**: et **ASb** 6 puerei *edd. complures* 8 cum dari furei **L**, cum 'dato Furei' iusseris *Lachmann ad Lucret. p. 245* 10 quo quidem **Ab**, quid quod quidem **B** cum **A** *corr. ex* tum 11 in his *libri* 13 e *om.* **A** 14 his *om.* **BM** 17 in quibusdam **L** 18 ΑΗΙCΤΗ **Bn** *et* b, ΛΝΙCΤΗ **Bg**, ΗΙCΤΗ **A** *in ras.* ΗΝΙCΤΗ **S**; *ipse malim* ΛΗΙCΤΗC tris syllabas **A**: trisyllabas **BS**, tri syllabis **M** 19 desideraret **ASb** syllabam ... cuius **A** 20 uarie **A**, *sed* e *in ras.* 21 datiuum uel **A** *om. 1 m.* gen. uel datiuum **a** 22 et aulai *edd. uett. incerta auctoritate, cf. Wagner ad Verg. Aen. 7, 464* 23 *ante* uetust. *quattuor fere litterae in* **A** *erasae sunt* in eadem (*sc.* ae syllaba) *H. Keil* 24 pluralia **ab** est] et **Sb** 25 luci*li* **A**, lucilii **MSb** qu*ia* **A** 26 credet **BMSa**: credat **A** 27 cicer*onis* **A** 29 causse cassus **M**, causasecassus **A**, causae casus **B**, caussas et cassus **ab**, causas et casus **S** diuissiones (es **A** *in ras.*) **Ab**: diuisiones **BMS**

21 Vergilium quoque scripsisse: manus eorum docent. atqui paulum
superiores etiam illud, quod nos gemina dicimus 'iussi', una
dixerunt. iam 'optimus maximus', ut mediam i litteram, quae
ueteribus u fuerat, acciperent, Gai primum Caesaris inscriptione
22 traditur factum. 'here' nunc e littera terminamus: at ueterum
comicorum adhuc libris inuenio: heri ad me uenit, quod idem
in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendauit, de-
23 prenditur. quid? non Cato Censorius 'dicam' et 'faciam' 'dicem'
et 'faciem' scripsit eundemque in ceteris, quae similiter cadunt,
modum tenuit? quod et ex ueteribus eius libris manifestum est
24 et a Messala in libro de s littera positum. 'sibe' et 'quase'
scriptum in multorum libris est, sed an hoc uoluerint auctores
nescio: T. Liuium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse
25 eum sequebatur: haec nos i littera finimus. quid dicam 'uor-
tices' et 'uorsus' ceteraque in eundem modum, quae primus
26 Scipio Africanus in e litteram secundam uertisse dicitur? nostri
praeceptores 'seruum ceruumque' u et o litteris scripserunt, quia
subiecta sibi uocalis in unum sonum coalescere et confundi ne-
quiret, nunc u gemina scribuntur ea ratione, quam reddidi: neutro
sane modo uox, quam sentimus, efficitur. nec inutiliter Claudius
27 aeolicam illam ad hos usus litteram adiecerat. illud nunc melius,
quod 'cui' tribus quas posui litteris enotamus, in quo pueris
nobis ad pinguem sane sonum qu et oi utebantur, tantum ut
ab illo 'qui' distingueretur.

28 Quid? quae scribuntur aliter quam enuntiantur? nam et
'Gaius' C littera significatur, quae inuersa mulierem declarat,
quia tam Gaias esse uocitatas quam Gaios etiam ex nuptialibus
29 sacris apparet: nec 'Gnaeus' eam litteram in praenominis nota
accipit, qua sonat, et 'columnam' et 'consules' exempta n littera

6. Terent. Phorm. 1, 1, 6.

3 iam **A**: etiam **BMS** 4 Gai] G. **ABnSM** *(sed* **A** *in ras. m. 2)*, C. **Bg** *s. l. ipse malim:* primum in Gai instructione **A**, *lectio mirabilis, quam tamen aegre credas ex* in structione *ortam esse* 8 dice et face **AMS**, dicae et (ut b) faciae (face b) **B** 10 et ex **BM**: ex **ASb** 11 siue **AS** (s **A** *in ras.*) quare **A**, quare se **S** 13 titum **BMS** 15 in **A**: ad **BMS**, *cf. 5, 11, 4* primus **A**, *ut coni. Spalding:* primo *rell.* 17 seruom ceruomque **Ab** quia *subiecta* sibi **A** 21 F (s **S**) litteram **ASb**, *sed sic* **A** *in ras. m. 2*, Ⅎ litteram *Torrentius ad Suet. Claud. 41* 22 posui *Gernhard:* p̄posui **ABMS**, proposui *Spalding* 23 qu (qui **S**) et oi **BMS**: Q. ET. U. ET. O. ET. I **A** 25 quid quae] qui*** **Bg** 27 gaias **A** *corr. ex* gaius etiam **A** *corr. m. 2 ex* iam 28 nec **BM**: set **Ab**, sed **a**, se c̄ **S**
29 qua **BM**: quae **ASb**, *sed* **A** quae sonat *m. 2 in ras.* et columā et consules exempta n littera **BM**: et clarissimos et consules geminata eadem littera **Sab**; *cf. Schneid. gr. lat. II, p. 541 not. et Pomp. comm. art. Don. p. 283, 11 K. Quam tamen incerta sit lectio recepta, inde apparet quod in* **A** *totus locus inde a uerbis* quae sonat *usque ad* ostendit multa, *qui septem uersus comple-*

legimus, et 'Subura', cum tribus litteris notatur, C tertiam
ostendit. multa sunt generis huius, sed haec quoque uereor ne
modum tam paruae quaestionis excesserint.

Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus: 30
nam hoc ualere plurimum debet. ego, nisi quod consuetudo
optinuerit, sic scribendum quidque iudico, quomodo sonat. hic 31
enim est usus litterarum, ut custodiant uoces et uelut depositum
reddant legentibus, itaque id exprimere debent, quod dicturi
sumus. hae fere sunt emendate loquendi scribendique partes: 32
duas reliquas significanter ornateque dicendi non equidem grammaticis aufero, sed, cum mihi officia rhetoris supersint, maiori
operi reseruo.

Redit autem illa cogitatio, quosdam fore, qui haec, quae 33
diximus, parua nimium et inpedimenta quoque maius aliquid
agentibus putent: nec ipse ad extremam usque anxietatem et
ineptas cauillationes descendendum atque iis ingenia concidi et
comminui credo. sed nihil ex grammatice nocuerit, nisi quod 34
superuacuum est. an ideo minor est M. Tullius orator, quod
idem artis huius diligentissimus fuit et in filio, ut epistulis apparet, recte loquendi asper quoque exactor? aut uim C. Caesaris
fregerunt editi de analogia libri? aut ideo minus Messala niti- 35
dus, quia quosdam totos libellos non uerbis modo singulis, sed
etiam litteris dedit? non opstant hae disciplinae per illas euntibus, sed circa illas haerentibus.

VIII. Superest lectio: in qua puer ut sciat, ubi suspendere
spiritum debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando attollenda uel submittenda sit uox,
quo quidque flexu, quid lentius celerius, concitatius lenius dicendum, demonstrari nisi in opere ipso non potest. unum est igitur, 2
quod in hac parte praecipiam: ut omnia ista facere possit, intellegat. sit autem in primis lectio uirilis et cum suauitate qua-

uerat, in litura scriptus est et prima manus duobus uersibus et dimidio plus habuerat quam secunda; ex deletis uerbis nihil iam legi potest nisi in primo uersu . . . . . : . . et (simi *s. l.*) consules, *in quarto* l . . . . . . s l . . . . . s s . . . . . . nt, *in quinto* . . . . . geminata eadem . . l . . . . . s, *in sexto* . . . . tribus litteris, *in septimo* . . . . . . tertia ostendit multi (?); *scriptura 2 et 3. uersus prorsus extincta est.* 1 suburbana **a** 3 modū **A** 5 nisi quid *malebat Spalding* 6 obtinuerit **A** 10 significantur **A S**, *uterque 1 m.* 13 sedit **A**, sedet **S** 15 agendi **B** 16 his **A M S** ς 17 credo] censeo *Cortius ad Sall. Iug. 33 p. 577; at cf. 2, 2, 15* grammatica **b** 18 minor est] minorē **Bg**, minor **S T** M. *om.* **A** *1 m.* 19 ut in epist. **A** *solus ex notis* epistolis **M S** 20 loquendi usquequaque asper **M** 23 obstant **A S** 27 attollenda **B a**: tollenda **A** summittenda **A B**, *sed* **Bn** *corr. ex* subm. 28 quo quidque *Spalding:* quid quoque **A B M S**, *cf. 1, 6, 16* 31 sanctitate **A**

dam grauis, et non quidem prosae similis, quia et carmen est
et se poetae canere testantur, non tamen in canticum dissoluta
nec plasmate, ut nunc a plerisque fit, effeminata, de quo genere
optime C. Caesarem praetextatum adhuc accepimus dixisse: si
3 cantas, male cantas, si legis, cantas. nec prosopopoeias,
ut quibusdam placet, ad comicum morem pronuntiari uelim, esse
tamen flexum quendam, quo distinguantur ab iis, in quibus poeta
4 persona sua utetur. cetera admonitione magna egent, in primis,
ut tenerae mentes tracturaeque altius quidquid rudibus et omnium
ignaris insederit, non modo quae diserta, sed uel magis quae
5 honesta sunt, discant. ideoque optime institutum est, ut ab Homero atque Vergilio lectio inciperet, quamquam ad intellegendas
eorum uirtutes firmiore indicio opus est: sed huic rei superest
tempus, neque enim semel legentur. interim et sublimitate heroi
carminis animus adsurgat et ex magnitudine rerum spiritum ducat
6 et optimis inbuatur. utiles tragoediae: alunt et lyrici, si tamen
in his non auctores modo, sed etiam partes operis elegeris: nam
et Graeci licenter multa et Horatium nolim in quibusdam interpretari. elegea uero, utique quae amat, et hendecasyllabi, qui
sunt commata sotadeorum (nam de sotadeis ne praecipiendum
quidem est) amoueantur, si fieri potest, si minus, certe ad firmius
7 aetatis robur reseruentur. comoediae, quae plurimum conferre
ad eloquentiam potest, cum per omnis et personas et adfectus
eat, quem usum in pueris putem, paulo post suo loco dicam:
nam cum mores in tuto fuerint, inter praecipua legenda erit.
8 de Menandro loquor, nec tamen excluserim alios. nam latini
quoque auctores adferent utilitatis aliquid, sed pueris, quae ma-

1 quia et **A b**: quia **B M S** 3 plasmatae **B** pleri*sque* **A** 5 prosopoeias **B**, prosopeias **A**[1], prosopopeyam **M** 7 quod **A**, *sed* d *erasa* ab his **A** 8 sua **A S b**: *om.* **B M** utitur *Francius* 9 mentis **B** quicquid *hoc loco* **B**, *item* **A** 10 uel *om.* **A**[1] 11 dicant **A** *1 m.* 12 uirgilio **Bg M S** *et corr.* **Bn** 13 firmiore iudicio **B M**: firmioris iudicio *(sic)* **S b**, firmiori*s* (-res **A**[1]?) iudici (iudicii a) **A**: *genetiuus non debebat defendi allato loco 12, 3, 8, quem diuersum esse facile est intellectu* eŝt **A S b**: esset **B M** 14 leguntur **Bg** *1 m.* subtilitate **A S b** heroi **A**: heroici *rell. et* ς*; cf. 10, 1, 88. 1, 5, 28. 9, 4, 88 sq.* 16 tragoaediae **Bg**, tragoedia *alunt **A**[1] 17 iis **B** 18 horatium **A** *1 m. in ras.* nolim in quib. **A**: in qu. nolim **S b**, in qu. notis (*ex* nolis?) **B M** 19 elegea **B S**, *item* **A** *sed* gea *m. 2 in ras.* elegia **M**, elegeam b qua amat **A B M**, quae amant **T**, qui amant **S**
hendecasyllabia qui sunt cômota (commata b) **B**, hendecasyllab*a quae sunt* commata (aquae sunt *m. 2*) **A**, *item* **S**, hendeca sillabi a quibus sunt commota **M**, h. qui sunt scommata *God. Hermann*, h. et quibus sunt commata *Spalding; at u. Marium Victor. p. 2601, 4 ed. P.* 20 de sotadicis **B**, et sota dicimus **M** 22 comoedia eque (aeque **A** *m.2 in ras.*) plurimum **A M S b** 23 omnes **A b** 24 postuolo*co* dicam cum **A**[1] 25 praecipua **A B M S**: praecipue *dett. pauci* 26 nam alii quoque *Francius*

xime ingenium alant atque animum augeant, praelegenda: ceteris,
quae ad eruditionem modo pertinent, longa aetas spatium dabit.
multum autem ueteres etiam latini conferunt, quamquam pleri-
que plus ingenio quam arte ualuerunt, in primis copiam uerbo-
rum, quorum in tragoediis grauitas, in comoediis elegantia et
quidam uelut ἀττικιϲμόϲ inueniri potest. oeconomia quoque in 9
iis diligentior quam in plerisque nouorum erit, qui omnium ope-
rum solam uirtutem sententias putauerunt. sanctitas certe et,
ut sic dicam, uirilitas ab iis petenda est, quando nos in omnia
deliciarum uitia dicendi quoque ratione defluximus. denique cre- 10
damus summis oratoribus, qui ueterum poemata uel ad fidem
causarum uel ad ornamentum eloquentiae adsumunt. nam prae- 11
cipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium
etiam et ceteros, qui sunt proximi, uidemus Enni, Acci, Pacuui,
Lucili, Terenti, Caecili et aliorum inseri uersus summa non eru-
ditionis modo gratia, sed etiam iucunditatis, cum poeticis uo-
luptatibus aures a forensi asperitate respirent. quibus accedit 12
non mediocris utilitas, cum sententiis eorum uelut quibusdam
testimoniis quae proposuere confirment. uerum priora illa ad
pueros magis, haec sequentia ad robustiores pertinebunt, cum
grammatices amor et usus lectionis non scholarum temporibus,
sed uitae spatio terminentur.

In praelegendo grammaticus et illa quidem minora praestare 13
debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto uersu desideret et
pedum proprietates, quae adeo debent esse notae in carminibus,
ut etiam in oratoria compositione desiderentur. deprendat quae
barbara, quae inpropria, quae contra leges loquendi sint posita, 14
non ut ex iis utique inprobentur poetae (quibus, quia plerumque
seruire metro coguntur, adeo ignoscitur, ut uitia ipsa aliis in
carmine appellationibus nominentur: μεταπλαϲμοὺϲ enim et ϲχη-
ματιϲμοὺϲ et ϲχήματα, ut dixi, uocamus et laudem uirtutis neces-
sitati damus), sed ut commoneat artificialium et memoriam agitet.
id quoque inter prima rudimenta non inutile demonstrare, quot 15

1 caeteris **Bg** 4 arte **A** *corr. ex* ante 6 atticismos **A B** 7 *et* 9 iis **B**: his **A M S** 7 implerisque **Bg** 9 est **A S b**: *om.* **B M** nos **A** *1 m. s. l.* 10 defluximus **A**; defluxerimus **B M S**, *quod tuetur Frotscher ad 10, 1, 126* 14 uidemus *Voss. 1:* uidimus **A B M S** ennii accii (ac **A**) pacuuii lucili (lucilii **S a b**) **A B S** 15 terenti caecilii **B**, terentii caelii **A** *in ras.* 17 respirant *libri, em. Regius* 18 uelud **Bg** 19 quae **A Bn**: q; **Bg**, que **M**, qui **S b** 22 terminetur **B M** 26 designentur *malebat Almeloueen* deprehendat **A M**, deprendant **S** 27 quae (*ante* contra) *om.* **b** leges **A b**: legem **B M S** sint (sunt **S**) posita **A S b** (*sed* **A** loquendi *s*int): composita **B M** 28 iis **B**: his **A b** 29 metr*o* **A** 30 metaplasmus enim et schematismus **B M**, metaplasmos enim et schematismos **A S ς** 33 quod **A**[1]

quaeque uerba modis intellegenda sint. circa glossemata etiam,
id est uoces minus usitatas, non ultima eius professionis dili-
16 gentia est. enimuero iam maiore cura doceat tropos omnes,
quibus praecipue non poema modo sed etiam oratio ornatur,
schemata utraque, id est figuras, quaeque λέξεως quaeque
διανοίας uocantur: quorum ego sicut troporum tractatum in eum
17 locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. prae-
cipue uero illa infigat animis, quae in oeconomia uirtus, quae
in decore rerum, quid personae cuique conuenerit, quid in
sensibus laudandum, quid in uerbis, ubi copia probabilis, ubi
modus.

18 His accedet enarratio historiarum, diligens quidem illa, non
tamen usque ad superuacuum laborem occupata: nam receptas
aut certe claris auctoribus memoratas exposuisse satis est. per-
sequi quidem, quid quis umquam uel contemptissimorum hominum
dixerit, aut nimiae miseriae aut inanis iactantiae est et detinet
19 atque obruit ingenia melius aliis uacatura. nam qui omnis etiam
indignas lectione scidas excutit, anilibus quoque fabulis accom-
modare operam potest: atqui pleni sunt huius modi impedimentis
grammaticorum commentarii uix ipsis, qui composuerunt, satis
20 noti. nam Didymo, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut, cum historiae cuidam tamquam uanae repugnaret,
21 ipsius proferretur liber, qui eam continebat. quod euenit prae-
cipue in fabulosis usque ad deridicula quaedam, quaedam etiam
pudenda, unde inprobissimo cuique pleraque fingendi licentia
est, adeo ut de libris totis et auctoribus, ut succurrit, mentian-
tur tuto, quia inueniri qui numquam fuere non possunt: nam in
notioribus frequentissime deprenduntur a curiosis. ex quo mihi
inter uirtutes grammatici habebitur, aliqua nescire.

IX. Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio
pollicetur, id est, ratio loquendi et enarratio auctorum, quarum
illam methodicen, hanc historicen uocant. adiciamus tamen
eorum curae quaedam dicendi primordia, quibus aetatis nondum
2 rhetorem capientis instituant. igitur Aesopi fabellas, quae

1 etiam *om.* **M** 3 maiora **A** 5 lexeos quaeque dianoeas **A B** 6 uocant **A**[1] 8 infig*at∗a*nimis **A** 9 in decoro rerum *Regius*, in decore, tum *coni. Spalding*, *illo* rerum *offensus* 12 accedet **B M**: accedit **A S b**, accedat *al.* 14 memoratus **A**[1] 15 quis umquam **B**: quis numquam **M**, quisq. nequam **A S b**, quisque umquam ς contemptis*simorum* **A** 17 aliis *om.* **A** *1m.* omnes **A b** 18 scidas **B a**: schidis **A** *ut uidetur*, scedas **M S b**, *cf. Cic. ad Att. I, 20, 7* 19 huiusmodi **A**: eiusmodi *rell.* 21 dydimo **A** quo **B M**: quoque quo **A S b** 24 quaedam quaedam **B**: quaedam *rell. et* ς 28 deprehenduntur **A M** 29 nescire. DE OFFICIO GRAMMATICI **A B** 33 aetatis — capientis **B M**: aetates — capientes **A S** ς

fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro et nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant: uersus primo soluere, mox mutatis uerbis interpretari: tum paraphrasi audacius uertere, qua et breuiare quaedam et exornare saluo modo poetae sensu permittitur. quod 3 opus, etiam consummatis professoribus difficile, qui commode tractauerit, cuicumque discendo sufficiet. sententiae quoque et chriae et ethologiae subiectis dictorum rationibus apud grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt: quorum omnium similis est ratio, forma diuersa, quia sententia uniuersalis est uox, ethologia personis continetur. chriarum plura 4 genera traduntur: unum simile sententiae, quod est positum in uoce simplici 'dixit ille' aut 'dicere solebat': alterum, quod est in respondendo 'interrogatus ille' uel 'cum hoc ei dictum esset, respondit': tertium huic non dissimile 'cum quis dixisset aliquid uel fecisset'. etiam in ipsorum factis esse chrian putant ut 5 'Crates, cum indoctum puerum uidisset, paedagogum eius percussit', et aliud paene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, sed dicunt χρειώδες, ut 'Milo, quem uitulum adsueuerat ferre, taurum ferebat'. in his omnibus et declinatio per eosdem ducitur casus, et tam factorum quam dictorum ratio est. narratiunculas a poetis celebratas notitiae causa, non elo- 6 quentiae tractandas puto. cetera maioris operis ac spiritus latini rhetores relinquendo necessaria grammaticis fecerunt: graeci magis operum suorum et onera et modum norunt.

X. Haec de grammatice quam breuissime potui, non ut omnia dicerem sectatus, quod infinitum erat, sed ut maxime necessaria: nunc de ceteris artibus, quibus instituendos, priusquam rhetori tradantur, pueros existimo, strictim subiungam, ut efficiatur orbis ille doctrinae, quem Graeci ἐγκύκλιον παιδείαν

---

4 parafrasi **A** 6 profectibus *coni. Sarpe Anal. p. 25* 8 aethiologiae **A**, aetiologiae **B**, ethimologiae **S a b**, theologie **M**; *cf. 6, 2, 17 et Suet. de gramm. 4* doctorum **S a b** 9 ex **A S b**: et ex **B M** 10 sentia **A**[1] 11 ethiologia **M**, aetiologia **B**, *aetimo*logia **A**, ethymologia (-ie, b) **S b** *chria*rum **A** 12 genera *om.* **A**[1] propositum **A** *ante rasuram* 14 uel **A S b**: et **B M** hoc *om.* **B** *1m.* 16 chrian **A**: chriam *rell. et* ς 19 chriodes **A** 20 declamatio **B**, *at cf. Diom. p. 310 Keil.* 21 et tam **B**: etiam **A S b** 22 notiae **B**[1] 24 rhetores **A b**: praeceptores **B M S** relinquenda **Bg** *1m.* necessaria fecerunt graeci magis grammatici operum **A** 25 *post* norunt *est in* **A B** *titulus:* an oratori futuro necessaria sit (*om.* **B**[1]) plurium artium cognitio (scientia **B**) 30 quem **A S**: quam **B M** ς; *Q. in talibus enuntiatis genus pron. relatiui substantiuo antecedenti, non praedicato accommodare solet: cf. locos apud Meyerum ad 1, 10, 35* encyclionpedian **A**, enclycon paedian **BS**, *om.* **M** *ut omnia fere uoc. graeca*

2 uocant. nam isdem fere annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt: quae, quia et ipsae artes sunt et esse perfectae sine orandi scientia possunt, nec rursus ad efficiendum oratorem satis ualent solae, an sint huic operi necessariae quae-
3 ritur. nam quid, inquiunt, ad agendam causam dicendamue sententiam pertinet, scire quemadmodum in data linea constitui triangula aequis lateribus possint? aut quo melius uel defendet reum uel reget consilia, qui citharae sonos nominibus et spatiis di-
4 stinxerit? enumerent etiam fortasse multos quamlibet utiles foro, qui neque geometren audierint nec musicos nisi hac communi uoluptate aurium intellegant. quibus ego primum hoc respondeo, quod M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur: non eum a nobis institui oratorem, qui sit aut fuerit, sed imaginem quandam concepisse nos animo perfecti illius et nulla
5 parte cessantis. nam et sapientem formantes eum, qui sit futurus consummatus undique et, ut dicunt, mortalis quidam deus, non modo cognitione caelestium uel mortalium putant instruendum, sed per quaedam parua sane, si ipsa demum aestimes, ducunt sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinae aut crocodillinae possint facere sapientem, sed quia illum ne in mi-
6 nimis quidem oporteat falli. similiter oratorem, qui debet esse sapiens, non geometres faciet aut musicus, quaeque his alia subiungam, sed hae quoque artes, ut sit consummatus, iuuabunt: nisi forte ἀντιδότους quidem atque alia, quae oculis aut uulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi uidemus, quorum ex diuersis fit una illa mixtura, quae nulli earum similis est, ex quibus constat, sed
7 proprias uires ex omnibus sumit, et muta animalia mellis illum

3 possunt **B**: non possunt **AMSb**, *cf. Meyeri adnot.* 4 ualent solet an sint . . quaeri **A** (quaeri *item* **b**) 5 ad agen*dam causam dicen*damue **A** 6 in data **BM**: ducta **Sab** (ducta linea **A** *habet m. 2 in ras. nec quidquam ueteris lectionis dispici potest); geometrae solent dicere:* super (supra) datam lineam triangulum constituere, *cf. Boetii quae fertur geometria p. 380, 2. 390, 6 etc. ed. Friedl.* 7 possit **AS** aut **AMSb**: et **B** defend*et reum* uel **A** 8 distincxerit **Bg** 10 neque *mei:* nec ς geometren **Bn**: geometron **BgS**, geometres **ab**, geometris **A***(?)* 12 in scripto **M** 13 eum **Ab**: enim **BMS** a nobis **A** *in ras.* 14 istius **b** et* **A**, ex **BMS**, *ipse malim* et ex 15 *eum* **A** 19 si*cut* **A** non *om.* **B** ΚΕΡΑΤΙΝΑΙ **A** 20 crocodillinae **BMS**: ΚΡΟΚΟΔΙΛΙΝΑΙ (ΔΙΛ *in ras.*) **A**, crocodilinae ς 22 subiungas **A**, *sed extrema* s *in ras.* 23 *ut sit consummatus iuua*bunt **A** 24 antidotus **BMS**, antidotos **A** ς quae morbis *Spalding cum ed. Aldina, cf. Cic. de Inu. I, § 7* 25 ex multis herbis . . quarum *coni. Spalding* 26 diuersis **ASb**: diuersa **BM**, *fort.* diuersa ui una illa **A**: illa una **BMS** 27 eorum *malebat Spalding, sed Quint.* uires *quod sequitur iam animo uidetur praecepisse* ex quibus **A**: quibus **BMS** ς 28 mel*lis* **A**

inimitabilem humanae rationi saporem uario florum ac sucorum
genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil praestan-
tius homini dedit prouidentia, pluribus artibus egeat, quae, etiam
cum se non ostendunt in dicendo nec proferunt, uim tamen oc-
cultam suggerunt et tacitae quoque sentiuntur. 'fuit aliquis sine 8
iis disertus': sed ego oratorem uolo. 'non multum adiciunt':
sed aeque non erit totum, cui uel parua deerunt: et optimum
quidem hoc esse conueniet, cuius etiamsi in arduo spes est, nos
tamen praecipiamus omnia, ut saltem plura fiant. sed cur deficiat
animus? natura enim perfectum oratorem esse non prohibet,
turpiterque desperatur quidquid fieri potest.

Atque ego uel iudicio ueterum poteram esse contentus. nam 9
quis ignorat musicen, ut de hac primum loquar, tantum iam
illis antiquis temporibus non studii modo, uerum etiam uenera-
tionis habuisse, ut idem musici et uates et sapientes iudicaren-
tur, mittam alios, Orpheus et Linus: quorum utrumque dis geni-
tum, alterum uero, quia rudes quoque atque agrestes animos
admiratione mulceret, non feras modo, sed saxa etiam siluasque
duxisse posteritatis memoriae traditum est. itaque et Timagenes 10
auctor est, omnium in litteris studiorum antiquissimam musicen
extitisse, et testimonio sunt clarissimi poetae, apud quos inter
regalia conuiuia laudes heroum ac deorum ad citharam caneban-
tur. Iopas uero ille Vergili nonne canit errantem lunam
solisque labores et cetera? quibus certe palam confirmat
auctor eminentissimus, musicen cum diuinarum etiam rerum cog-
nitione esse coniunctam. quod si datur, erit etiam oratori neces- 11
saria, si quidem, ut diximus, haec quoque pars, quae ab orato-
ribus relicta a philosophis est occupata, nostri operis fuit ac sine
omnium talium scientia non potest esse perfecta eloquentia. at- 12
qui claros nomine sapientiae uiros nemo dubitauerit studiosos
musices fuisse, cum Pythagoras atque eum secuti acceptam sine
dubio antiquitus opinionem uulgauerint, mundum ipsum ratione
esse compositum, quam postea sit lyra imitata, nec illa modo

23. Aen. 1, 742.

1 saporem **A** *in ras.* 2 perficiunt *om.* **A**[1] 3 egeat **A**: eget **BMS**; *cf. Cic. p. Rosc. Am. § 131* 5 tacite **M** fuit — disertus **A** *om. 1 m.* 6 his **MSa**ς sed **A**: ast **BS**, at **M** 7 aeque **BM**: utique **Sab** *(lectio* **A** *ignoratur); sententia est:* ut concedam eas non multum adicere, pari ratione non erit totum *etc.* 8 cuius — spes **A** *om. 1 m.* 9 cur **A** *in ras.*
11 potest. DE MVSICE. *libri* 12 *uel* indicio ueterum *poteram* esse contentus **A** 19 itaque *om.* **BM** et timagenes **BM**: et imagines **ASb**
20 auctor sunt (s̃ *s. l.*) **A**, auctores sunt **Sb** 23 uergilii **A**, uirgilii **BMS** 28 a *om.* **A** 29 atqui **A**: atque *rell. et* ς 31 cum** **Bg**

contenti dissimilium concordia, quam uocant ἁρμονίαν, sonum
13 quoque iis motibus dederint. nam Plato cum in aliis quibusdam
tum praecipue in Timaeo ne intellegi quidem nisi ab iis, qui
hanc quoque partem disciplinae diligenter perceperint, potest.
de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates iam senex in-
14 stitui lyra non erubescebat? duces maximos et fidibus et tibiis
cecinisse traditum, et exercitus Lacedaemoniorum musicis accensos
modis. quid autem aliud in nostris legionibus cornua ac tubae
faciunt? quorum concentus quanto est uehementior, tantum ro-
15 mana in bellis gloria ceteris praestat. non igitur frustra Plato
ciuili uiro, quem πολιτικόν uocat, necessariam musicen credidit.
et eius sectae, quae aliis seuerissima, aliis asperrima uidetur,
principes in hac fuere sententia, ut existimarent sapientium ali-
quos nonnullam operam his studiis accommodaturos. et Lycurgus,
durissimarum Lacedaemoniis legum auctor, musices disciplinam
16 probauit. atque eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius
labores uelut muneri nobis dedisse, si quidem et remigem cantus
hortatur: nec solum in iis operibus, in quibus plurium conatus
praeeunte aliqua iucunda uoce conspirat, sed etiam singulorum
17 fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur. laudem adhuc
dicere artis pulcherrimae uideor, nondum eam tamen oratori
coniungere. transeamus igitur id quoque, quod grammatice quon-
dam ac musice iunctae fuerunt: si quidem Archytas atque Euenus
etiam subiectam grammaticen musicae putauerunt, et eosdem
utriusque rei praeceptores fuisse cum Sophron ostendit, mimo-
rum quidem scriptor, sed quem Plato adeo probauit, ut suppo-
18 sitos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur, tum
Eupolis, apud quem Prodamus et musicen et litteras docet et

3. Tim. p. 47.

1 contenti* **A** harmonian **BS**, armonian **A** sonum **A** *ut uidetur, sed* so *erasa* 2 iis **B**: his **AMS**ς monitis **Ab** 3 timeo **A** his **A** 4 partem quoque **A** 5 de **B**: quid de **AMb**, *sed* **A** quid *in ras. m. 2*, quod de **S** loqu*ar* **A** ipso **Bn** *1 m.* socrates se iam **ASb** senes institui ly*ra* **A** 7 et exercitus **S**: et *om.* **ABM** 8 ac **ASb** (*sed* **A** *2 m. in ras.*): *om.* **BM** 10 caeteris **B** plato* **Bg** 11 politicon uocat **A**, πολιτικον (politicon) uocant *rell. et* ς 12 aliis seuerissima **ST** *om. perperam probante Meyero* 14 histudiis **B** et **ASb**: *om.* **BM** ly*gurgus* **A** 15 lacedaemonis **Bg** 18 in his **AMS** 19 conspirant **ST** 21 uideor nondum **AMSb**: uitandum **B** 22 coniungeret **A** quoque quo **A**[1] 23 euenus **B**: ***nus **A**, aristoxenus **MSab**ς 24 etiam **A** *corr. m. 2 ex* et grammaticē **B** 25 minorum **A**[1] 27 credatur **ABMS**: tradatur *dett. pauci* 28 Prodicus *Bergk in commentt. de reliq. com. Atticae p. 335*, Pronomus (*Alcibiadis ille in arte musica praeceptor, cf. Athen. IV, p. 184 d*) *coni. Maurit. Horstig apud Meinek. Com. gr. fragm. II, 1, p. 431*

Maricas, qui est Hyberbolus, nihil se ex musice scire nisi litteras
confitetur. Aristophanes quoque non uno libro sic institui pueros
antiquitus solitos esse demonstrat, et apud Menandrum in Hy-
pobolimaeo senex, qui reposcenti filium patri uelut rationem im-
pendiorum, quae in educationem contulerit, exponens psaltis se
et geometris multa dicit dedisse. unde etiam ille mos, ut in 19
conuiuiis post cenam circumferretur lyra, cuius cum se imperi-
tum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, est
habitus indoctior. sed ueterum quoque Romanorum epulis 20
fides ac tibias adhibere moris fuit: uersus quoque Saliorum ha-
bent carmen. quae cum omnia sint a Numa rege instituta, fa-
ciunt manifestum ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi uidentur,
curam musices, quantam illa recipiebat aetas, defuisse. denique 21
in prouerbium usque Graecorum celebratum est, indoctos a
Musis atque a Gratiis abesse. uerum quid ex ea proprie 22
petat futurus orator, disseramus.

Numeros musice duplices habet, in uocibus et in corpore:
utriusque enim rei aptus quidam modus desideratur. uocis ratio-
nem Aristoxenus musicus diuidit in ῥυθμόν et μέλος, quorum
alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat. num igitur
non haec omnia oratori necessaria? quorum unum ad gestum,
alterum ad conlocationem uerborum, tertium ad flexus uocis, qui
sunt in agendo quoque plurimi, pertinet: nisi forte in carmini- 23
bus tantum et in canticis exigitur structura quaedam et inoffensa
copulatio uocum, in agendo superuacua est, aut non conpositio
et sonus in oratione quoque uarie pro rerum modo adhibetur
sicut in musice. namque et uoce et modulatione grandia elate, 24
iucunda dulciter, moderata leniter canit, totaque arte consentit
cum eorum, quae dicuntur, adfectibus. atqui in orando quoque 25
intentio uocis, remissio, flexus pertinet ad mouendos audientium
adfectus, aliaque et conlocationis et uocis, ut eodem utar uerbo,
modulatione concitationem iudicis, alia misericordiam petimus,

1. Aristoph. Equ. 188. 8. Tusc. 1, 2, 4.

1 yperbolus **A** 2 non uno loco *Gesner* sic *om.* **A**[1] 3 demonstra*t et* apu*d* **A** hypolimeo **A** 5 exponens **A S b**: opponens **B M** 7 caenam **A B** 13 quantam **B**: quantum **A M S b** 15 mus*is* **A** (is *in ras. maiore*) gratiis **A b**: grecis **B M S** 16 disseram **A**[1] 19 rythmon **A** melos **A S b**, ΜΕΛΟϹ ΜΕΤΡΟΝ **B**, μέλος et μέτρον *Regius*, μέλος ἔμμετρον *alii* 22 co*llo*cationem **A** 25 superuacua **B M**: superuacuum **A S b** est *om.* **A** 26 pro — adhibetur **A** *in ras.* 27 musicen **A** namque uoce **A**[1] grandi **A b** elata **A** 31 aliqua ÷ (*i. e.* est) et **b** 32 modulatione concitationem] modulationem **A** *1 m.* iudicis **A S b**: iud (*sic*) **B**, uidet **M**; *ipse malim* iudicum

cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, adfici ani-
26 mos in diuersum habitum sentiamus. corporis quoque aptus et
decens motus, qui dicitur εὐρυθμία, et est necessarius nec aliunde
peti potest: in quo pars actionis non minima consistit, qua de
27 re sepositus est nobis locus. age, non habebit in primis curam
uocis orator? quid tam musices proprium? sed ne haec quidem
praesumenda pars est: uno interim contenti simus exemplo C.
Gracchi, praecipui suorum temporum oratoris, cui contionanti
consistens post eum musicus fistula, quam τονάριον uocant, mo-
28 dos, quibus deberet intendi, monstrabat. haec ei cura inter tur-
bidissimas actiones uel terrenti optimates uel iam timenti fuit.
libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore, ut uocant,
29 Musa dubitationem huius utilitatis eximere. nam poetas certe
legendos oratori futuro concesserint: num igitur hi sine musice?
ac si quis tam caecus animi est, ut de aliis dubitet, illos certe,
qui carmina ad lyram composuerunt. haec diutius forent dicenda,
30 si hoc studium uelut nouum praeciperem. cum uero antiquitus
usque a Chirone atque Achille ad nostra tempora apud omnis,
qui modo legitimam disciplinam non sint perosi, durauerit, non
est committendum, ut illa dubia faciam defensionis sollicitudine.
31 quamuis autem satis iam ex ipsis, quibus sum modo usus, exem-
plis credam esse manifestum, quae mihi et quatenus musice
placeat: apertius tamen profitendum puto, non hanc a me prae-
cipi, quae nunc in scaenis effeminata et inpudicis modis fracta
non ex parte minima, si quid in nobis uirilis roboris manebat,
excidit, sed qua laudes fortium canebantur quaque ipsi fortes
canebant: nec psalteria et spadicas etiam uirginibus probis recu-
sanda, sed cognitionem rationis, quae ad mouendos leniendosque
32 adfectus plurimum ualet. nam et Pythagoran accepimus con-
citatos ad uim pudicae domui adferendam iuuenes iussa mutare

1 adduci animos **b** 2 aptus **BM**: actus **ASb** 3 eu*r*omia **A** 5 nobis est **BM** locus age non **Ab**: locus agendus **BM**, locus. Age si **S** *et edd. priores; fort.* locus agendi . habebit in primis curam uocis orator: quid tam musices proprium? 7 uno **ASb**: ut ñ **B**, ut nullo **M** G. **A** 8 praecipue **b** 10 quibus deberet (debere **A**[1]) intendi *scil.* uox, *nisi hoc uoc. post* quibus *intercidit* monstrabat **ASb**: ministrabat **BM**, *haud scio an recte, ut Gellius quoque 1, 11, 10 de eadem re habet:* praeisse ac praeministrasse modulos ferunt 11 fuit **B**: profuit **AMSb** 13 dubitationem huius **A** *in ras.* 15 caecus **A**, *sed prior* c *in ras. maiore* 18 usque a ch. atq .ē achille usque ad nostra **Bg** 19 pero*si du*rauerit **A** 21 ipsis **ABM**: his **b**, hiis **S** 22 quae **Bg** *corr. ex* quā, *ut est in* **A** 23 praeci quae **A**[1] 24 in caenis **A** 27 nec **A** *m.2 s. l.* psadicas **b**, ipsa dicas (*om.* et) **S**, sambucas *Regius* recusandas **A** 29 accipimus *libri, em. Philander* 30 iussa **BM**: iussum **ASb**

in spondium modos tibicina conposuisse, et Chrysippus etiam nu-
tricum illi quae adhibetur infantibus adlectationi suum quoddam
carmen adsignat. est etiam non inerudite ad declamandum ficta 33
materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium ceci-
nerat, acto illo in insaniam et per praecipitia delato accusari,
quod causa mortis extiterit: quae si dici debet ab oratore nec
dici citra scientiam musices potest, quomodo non hanc quoque
artem necessariam esse operi nostro uel iniqui consentient?

In **geometria** partem fatentur esse utilem teneris aetati- 34
bus: agitari namque animos et acui ingenia et celeritatem per-
cipiendi uenire inde concedunt, sed prodesse eam non ut ceteras
artis, cum perceptae sint, sed cum discatur, existimant: ea uul-
garis opinio est. nec sine causa summi uiri etiam inpensam 35
huic scientiae operam dederunt. nam cum sit geometria diuisa
in numeros atque formas, numerorum quidem notitia non oratori
modo, sed cuicumque saltem primis litteris erudito necessaria
est. in causis uero uel frequentissime uersari solet: in quibus
actor, non dico, si circa summas trepidat, sed si digitorum sal-
tem incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit, iudi-
catur indoctus. illa uero linearis ratio et ipsa quidem cadit 36
frequenter in causas (nam de terminis mensurisque sunt lites),
sed habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria cognatio-
nem. iam primum ordo est geometriae necessarius: nonne et 37
eloquentiae? ex prioribus geometria probat insequentia, ex certis
incerta: nonne id in dicendo facimus? quid? illa propositarum
quaestionum conclusio non fere tota constat syllogismis? propter
quod pluris inuenias, qui dialecticae similem quam qui rhetoricae
fateantur hanc artem. uerum et orator, etiamsi raro, non tamen
numquam probabit dialectice. nam et syllogismo, si res poscet, 38
utetur et certe enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus.

---

1 spondeum **S b** tibi*cina* **A** crisippus **A** nutricum quae adhibentur **B M** 2 adlactationi **M**, allectioni **S**, lallationi *Hemsterhuys*, ablactationi *Gebhard: apte contulit Gesner Colum. 2, 3, 2:* oportet (boues) sibilo . . allectari 4 tibicinem *Aldus* phygium **B** 6 quae si quid (quidem *2 m.*) dici debeat **A** 8 artem — nostro uel in **A** *m. 1 in ras. sequitur* ique *(sic)* consentient *m. 2 scriptum* 9 DE GEOMETRIA. In **A B** 12 artes **A S b** ea *edd. uett.* id *libri, sed* **A** *m. 2 in ras.* 13 est **A** *in ras.* 14 ***Nā* cum **A** 16 saltem primis **A**: primis s. **B M**, in primis saltem **S b** 17 uel *om.* **A** 18 summa **A**[1] 19 a *om.* **A**[1] dissensit **B S** 21 nam . . sunt lites **B M**: si (iam si **S**) . . sint lites **S a b**, *om.* **A** 22 habet **A**: habent **B M S** alia **A**[1] cog*na*tionem **A** 23 iam *om.* **A b** 24 geometria* **A** ex certis *ed. Taruisiana et Burman:* et certis *libri, sed* **A** et *in ras.* 25 nonne idem *malim* 26 fere tota **A**: tota fere (fore **Bg** *1 m.*) **B M**, tam fere **S**; *cf. 6, 2, 20. 6, 4, 2 etc.* 27 qui *om.* **A**[1] 28 et orator **A** *in ras.* 29 dialecticen **A** syllogismo **A**: syllogismis **B M** ς 30 certe* **A** ενογμημάτε **B**, enthymema **A**

denique probationum quae sunt potentissimae γραμμικαὶ ἀπο-
δείξεις uulgo dicuntur: quid autem magis oratio quam proba-
39 tionem petit? falsa quoque ueris similia geometrica ratione
deprendit. fit hoc et in numeris per quasdam, quas ψευδογρα-
φίας uocant, quibus pueri ludere solebamus. sed alia maiora
sunt. nam quis non ita proponenti credat? 'quorum locorum
extremae lineae eandem mensuram colligunt, eorum spatium quo-
40 que, quod iis lineis continetur, par sit necesse est'. at id fal-
sum est: nam plurimum refert, cuius sit formae ille circuitus,
reprehensique a geometris sunt historici, qui magnitudinem in-
sularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt. nam
41 ut quaeque forma perfectissima, ita capacissima est. ideoque
illa circumcurrens linea, si efficiet orbem, quae forma est in
planis maxime perfecta, amplius spatium complectetur, quam si
quadratum paribus oris efficiat, rursus quadrata triangulis, trian-
42 gula ipsa plus aequis lateribus quam inaequalibus. sed alia for-
sitan obscuriora: nos facillimum etiam imperitis sequamur ex-
perimentum. iugeri mensuram ducentos et quadraginta longitu-
dinis pedes esse dimidioque in latitudinem patere, non fere
quisquam est qui ignoret, et qui sit circuitus et quantum campi
43 claudat, colligere expeditum. at centeni et octogeni in quamque
partem pedes idem spatium extremitatis, sed multo amplius clusae
quattuor lineis areae faciunt. id si computare quem piget, bre-
uioribus numeris idem discat. nam deni in quadram pedes qua-
draginta per oram, intra centum erunt. at si quini deni per
latera, quini in fronte sint, ex illo quod amplectuntur quartam
44 deducent eodem circumductu. si uero porrecti utrimque unde-
uiceni singulis distent, non plures intus quadratos habebunt,
quam per quot longitudo ducetur: quae circumibit autem linea,
eiusdem spatii erit, cuius ea quae centum continet. ita quidquid
45 formae quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. ergo

1 denique** potentissimae **A**[1]; *defectum 2 m. suppleuit* grammaticae (dialetice **S**) apodixis **A B M S**, *em. Regius; cf. 5, 10, 7 et infra § 49* lineares probationes 3 ueris similia **BSa**: ueri similia **A M ς** geometrica r. deprendit (*sc.* oratio *siue* orator) *Christ:* geometria r. deprendit (deprehendit **A**) *libri* 4 fit *om.* **A**[1]; fit hoc et in num. *Spaldingio ut glossema suspecta* pseudografias **A S** 7 lineae **A**, *sed media* e *in ras.* 8 iis **B**: his **A ς** lineis *om.* **A**[1] 9 plurimum **A** *et Aldus:* primum **B M S** 10 rep̄hensi a **A**, *sed* ia *m. 2 in ras.* geometricis **A b** qui **A M**: quia **B S** 13 efficiat b 15 tri*an*gulis **A** 16 *fort.* set talia 20 ign*or*et **A** circumitus **B**[c] 21 claudat *hic mei, sed paulo post eidem* clusae at **Bg** *corr. ex* ac 23 *com*putare **A** 24 quadrum *dett. pauci* 25 per ora **A** quini denique **A**, totidem **S** 26 inter frontes **A** āplectuntur (ā *in ras.*) **A** 27 porrectis **A S b** 29 per quod **Bn** ducetur **A B M**: circumducetur **S a b** 30 itaque b 31 ergo — ut **A** *in ras.*

etiam id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo
cludatur. haec in planis. nam in collibus uallibusque etiam
imperito patet plus soli esse quam caeli. quid quod se eadem 46
geometria tollit ad rationem usque mundi? in qua, cum siderum
certos constitutosque cursus numeris docet, discimus nihil esse
inordinatum atque fortuitum: quod ipsum nonnumquam pertinere
ad oratorem potest. an uero cum Pericles Atheniensis solis ob- 47
scuratione territos redditis eius rei causis metu liberauit, aut
cum Sulpicius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunae defectione
disseruit, ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terre-
rentur, non uidetur usus esse oratoris officio? quod si Nicias 48
in Sicilia scisset, non eodem confusus metu pulcherrimum Athe-
niensium exercitum perdidisset: sicut Dion, cum ad destruendam
Dionysi tyrannidem uenit, non est tali casu deterritus. sint
extra licet usus bellici transeamusque, quod Archimedes unus
obsidionem Syracusarum in longius traxit: illud utique iam pro- 49
prium ad efficiendum quod intendimus, plurimas quaestiones,
quibus difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione diui-
dendi, de sectione in infinitum, de celeritate augenda, linearibus
illis probationibus solui solere, ut, si est oratori, quod proximus
demonstrabit liber, de omnibus rebus dicendum, nullo modo sine
geometria esse possit orator.

XI. Dandum aliquid comoedo quoque, dum eatenus, qua
pronuntiandi scientiam futurus orator desiderat. non enim pue-
rum, quem in hoc instituimus, aut femineae uocis exilitate frangi
uolo aut seniliter tremere. nec uitia ebrietatis effingat nec seruili 2
uernilitate imbuatur nec amoris, auaritiae, metus discat adfectum:
quae neque oratori sunt necessaria et mentem praecipue in aetate
prima teneram adhuc et rudem inficiunt: nam frequens imitatio
transit in mores. ne gestus quidem omnis ac motus a comoedis 3
petendus est. quamquam enim utrumque eorum ad quendam
modum praestare debet orator, plurimum tamen aberit a scae-

1 maiore (-rē *1 m.*) circūitu (-tū *1 m.*) *minor loci* amplitudo **A** 2 claudatur **A M** 3 p*a*tet **A** 4 qua* **A** 7 athenienses **A** ς, *sed in* **A** *extrema* e *in ras.* 9 exercitui **A** 11 uidetur usus esse (esse usus **B M**) **A B M**: uidentur *(sic* b *quoque)* esse usi (essensi **S**) **S** ς 13 perdidisset **A B**, *ut coni. Regius:* prodidisset **S** b 14 dyonisi **A** tali causa **A** *sint* extra **A** 17 plurimos **B**, *sed corr. in* **Bg** 18 quarum *Regius* uidendi **B M S**, uiuendi **A**, *em. Regius* 19 in *om.* **A B M** (*habet* **S**) augenda **BM**: augendi **A S** b liniaribus **B**, lineareis **M** 21 demonstrauit **A** 22 geometria* **A** orator] *sequitur in* **A B** *inscriptio*: De prima pronuntiationis et gestus institutione 23 aliquid **A** *corr. ex* aliud concedo **M**, *item* **B** *prima manu* 25 femin*ea*e **A** 26 neque seruili b 27 uernitate **A**[1] 32 ab **A**

nico, nec uultu nec manu nec excursionibus nimius. nam si
qua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse uideatur.
4 Quod est igitur huius doctoris officium? in primis uitia si
qua sunt oris emendet, ut expressa sint uerba, ut suis quaeque
litterae sonis enuntientur. quarundam enim uel exilitate uel
pinguitudine nimia laboramus, quasdam uelut acriores parum
efficimus et aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus per-
5 mutamus. quippe et rho litterae, qua Demosthenes quoque labo-
rauit, labda succedit, quarum uis est apud nos quoque, et cum
6 c ac similiter g non eualuerunt, in t ac d molliuntur. ne illas
quidem circa s litteram delicias hic magister feret, nec uerba
in faucibus patietur audiri nec oris inanitate resonare nec, quod
minime sermoni puro conueniat, simplicem uocis naturam ple-
niore quodam sono circumliniri, quod Graeci καταπεπλασμένον
7 dicunt: sic appellatur cantus tibiarum, quae praeclusis, quibus
clarescunt, foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum
8 reddunt. curabit etiam, ne extremae syllabae intercidant, ut par
sibi sermo sit, ut, quotiens exclamandum erit, lateris conatus sit
ille, non capitis: ut gestus ad uocem, uultus ad gestum adcom-
9 modetur. obseruandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis,
ne labra distorqueantur, ne inmodicus hiatus rictum distendat,
ne supinus uultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata utro-
10 libet ceruix. nam frons pluribus generibus peccat. uidi multos,
quorum supercilia ad singulos uocis conatus adleuarentur, alio-
rum constricta, aliorum etiam dissidentia, cum alterum in uerticem
11 tenderent, altero paene oculus ipse premeretur. infinitum autem,
ut mox dicemus, in his quoque rebus momentum est, et nihil
potest placere quod non decet.

1 *manu* nec excursionibus **A** nimiis *dett. pauci* 2 in iis **B** ui-detur **Bg** *1 m.* 3 huius **ABMS**: in his *edd. uett.; cf. § 6* hic magister 6 pinguitudine **ABM**: pinguedine **LST** 8 et rho **BM**: etro **S**, ro **A** *in ras.* 9 labda **ABMS**: λ *uulgo* quoque — g **A** *in ras. m. 2 cum rasura post* nos *et ante* non 10 c ac similiter t non ual. in g ac d *transponit Baiterus apud Meyerum p. 465, recte ut uidetur; cf. tamen Schneid. gr. lat. 1, 241* non eualuerunt **A**: n (*pro* ñ) ualuerunt **B**, nonne (.n.ne **S**) ual. **Sb** in t] inter **b** d molliuntur **A**: demoliuntur **B**, d demoliuntur **b**, d demolliuntur **S**, d emolliuntur *Meyer, at cf. 9, 4, 39* 11 feret** **A** 12 inanitatem *cod. Iulii Victoris c. 24 (Rhett. min. p. 441, 7)* 14 circumliniri *Victor:* circumlinire *Quintil. libri* catapeplasmenon **Ab** (menon **A** *in ras.*): catapeplasmen **B**, cataplasmon **M**, catapelasme **S** 15 sic enim app. *malebat Spalding* cantus **BMS**: sonus **A** 18 sit (*post* sermo) **A** *2 m. s. l.*

19 adcommodetur **B**: commodetur **A** 21 nec labra **A**[1] distorqueantur **A**: detorqueantur **BMS** *et Victor (p. 442, 15)* distendat **B** *et Victor:* discendat **S**, discindat **A** 22 nec sup. u. nec deiecti **A**[1] ne (*ante* incl.) *errore operarum abest ab editt. Spald. Zumpt. Bonn.* 25 alterum (alteru *1 m.*) **A**: altero **BMS** tenderet **A** 26 oculus **ASb**: oculis **BM** 27 dicimus **A**[1]

Debet etiam docere comoedus, quomodo narrandum, qua 12
sit auctoritate suadendum, qua concitatione consurgat ira, qui
flexus deceat miserationem. quod ita optime faciet, si certos ex
comoediis elegerit locos et ad hoc maxime idoneos, id est actio-
nibus similes. idem autem non ad pronuntiandum modo utilis- 13
simi, uerum ad augendam quoque eloquentiam maxime accom-
modati erunt. et haec, dum infirma aetas maiora non capiet: 14
ceterum cum legere orationes oportebit, cum uirtutes earum iam
sentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus adsistat, neque so-
lum lectionem formet, uerum ediscere etiam electa ex iis cogat
et ea dicere stantem clare et quemadmodum agere oportebit, ut
protinus pronuntiationem, uocem, memoriam exerceat.

Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palae- 15
stricis uacauerunt. non de his loquor, quibus pars uitae in oleo, pars
in uino consumitur, qui corporum cura mentem obruerunt (hos enim
abesse ab eo, quem instituimus, quam longissime uelim): sed 16
nomen est idem iis, a quibus gestus motusque formantur, ut recta
sint brachia, ne indoctae, rusticae manus, ne status indecorus,
ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab
alia corporis inclinatione dissideant. nam neque haec esse in 17
parte pronuntiationis negauerit quisquam, neque ipsam pronun-
tiationem ab oratore secernet: et certe, quod facere oporteat,
non indignandum est discere, cum praesertim haec c h i r o n o -
m i a, quae est, ut nomine ipso declaratur, lex gestus, et ab illis
temporibus heroicis orta sit et a summis Graeciae uiris atque
ipso etiam Socrate probata, a Platone quoque in parte ciuilium
posita uirtutum, et a Chrysippo in praeceptis de liberorum edu-
catione compositis non omissa. nam Lacedaemonios quidem etiam 18
saltationem quandam tamquam ad bella quoque utilem habuisse
inter exercitationes accepimus. neque id ueteribus Romanis de-
decori fuit: argumentum est sacerdotum nomine ac religione
durans ad hoc tempus saltatio et illa in tertio Ciceronis de ora-

2 *sit* **A** qui **AMSb**: quis **Ba** 4 comoedis **BM** idoneos id est **A** *in ras.* 5 *d*em **A**, iidem ς autē **A** (ē *in ras.*) 7 et haec dum infirma *om.* **A**[1] 9 peri*tus assistat* **A** 10 lectionem **A** *ut coni. Gesner*: lectione **BMS** his **A** 12 protenus **B** (*non item* b), pro*t*inus **A** memoria **A**[1] 14 palestris **M**, palaestritis *coni. Spalding, at u. 2, 7, 8* palaestricus ille (magister) *et 12, 2, 12* *uaca*uerunt **A** 17 his **A** formantur **A**: formatur **BMS** ut — ne **A** *2 m. in ras.* 18 bracchia **Bn** indoctae **ab**: indocte **AB** rusticaeue *edd. priores* inde*corus* **ne **A** 19 proferundis **BS** insci*tia* **A** 24 ut nomine **A**: in nomine **BS**, ut in n. **L** declarat **M** *et cod. Vossianus, unde Gronouius (ad Sen. de ira 1, 3)* in nomine ipso declarata 25 atque **A**: et ab **BMS** 27 et a **A**: a *om.* **BMS**ς 28 lachedemonios **A** 30 exercitationē **A** 32 in tertio] intentio **Sb**

tore libro uerba Crassi, quibus praecipit, ut orator utatur laterum inclinatione forti ac uirili non a scaena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra: cuius disciplinae usus in nostram usque aetatem sine reprehensione
19 descendit. a me tamen nec ultra puerilis annos retinebitur nec in his ipsis diu. neque enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis uolo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos non id agentis furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

XII. Quaeri solet, an, etiamsi discenda sint haec, eodem tempore tamen tradi omnia et percipi possint. negant enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens nec corpus nec dies ipse sufficiat, et, si maxime patiatur hoc aetas robustior, pueriles
2 annos onerari non oporteat. sed non satis perspiciunt, quantum natura humani ingenii ualeat, quae ita est agilis ac uelox, sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum, in plura uero non eodem die modo,
3 sed eodem temporis momento uim suam intendat. an uero citharoedi non simul et memoriae et sono uocis et plurimis flexibus seruiunt, cum interim alios neruos dextra percurrunt, alios laeua trahunt, continent, praebent, ne pes quidem otiosus certam legem
4 temporum seruat, et haec pariter omnia? quid? nos agendi subita necessitate deprensi nonne alia dicimus, alia prouidemus, cum pariter inuentio rerum, electio uerborum, compositio, gestus, pronuntiatio, uultus, motus desideretur? quae si uelut sub uno conatu tam diuersa parent simul, cur non pluribus curis horas partiamur? cum praesertim reficiat animos ac reparet uarietas ipsa, contraque sit aliquanto difficilius in labore uno perseuerare. ideo et stilus lectione requiescit, et ipsius lectionis taedium uici-
5 bus leuatur. quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id, quod incipimus. quis non optundi potest,

1. c. 59, 220.

1 praecepit **ABMS**, praecipitur b *in mg.* 2 inflexione *Cic.* fort*i ac ui*rili **A** non ab *Cic.* 4 usum **A** 5 descendit — ultra **A** *m. 2 in rasura minoris spatii* pueriles **BM**ς 8 agentes **Sa**ς 9 persequatur **AB**, persequitur **S**; *deinde in libris titulus sequitur:* An plura eodem tempore doceri prima aetas possit 11 tamen tempore **FL** negat **A**[1] 16 ac **A**: et *rell.* 19 intendat **A**: inpendat *rell. et* ς cytharedi **A** *in ras.* 21 leua **B** 22 praebent] prement b leg*ē* **A** 23 temporis **A** 24 deprehensi **A** *sequente rasura* 25 cum **A** *corr. ex* cur 26 uel*ut* **A** 27 parent• **A** 28 animos *om.* **A**[1] 29 aliquando **ASb** 30 lectione *redescit* **A** 32 incipi*mus* quis non *op*tundi **A** potest **A**: possit *rell.*

si per totum diem cuiuscumque artis unum magistrum ferat?
mutatione recreabitur sicut in cibis, quorum diuersitate reficitur
stomachus et pluribus minore fastidio alitur. aut dicant isti 6
mihi, quae sit alia ratio discendi? grammatico soli deseruiamus?
deinde geometrae tantum, omittamus interim quod didicimus?
mox transeamus ad musicum, excidant priora? et cum latinis
studebimus litteris, non respiciamus ad graecas, et, ut semel finiam,
nihil faciamus nisi nouissimum? cur non idem suademus agri- 7
colis, ne arua simul et uineta et oleas et arbustum colant? ne
pratis et pecoribus et hortis et aluearibus auibusque accommo-
dent curam? cur ipsi aliquid forensibus negotiis, aliquid desi-
deriis amicorum, aliquid rationibus domesticis, aliquid curae cor-
poris, nonnihil uoluptatibus cotidie damus? quarum nos una res
quaelibet nihil intermittentis fatigaret: adeo facilius est multa
facere quam diu.

Illud quidem minime uerendum est, ne laborem studiorum 8
pueri difficilius tolerent: neque enim ulla aetas minus fatigatur.
mirum sit forsitan, sed experimentis deprendas: nam et dociliora
sunt ingenia, priusquam obduruerunt. id uel hoc argumento 9
patet, quod intra biennium, quam uerba recte formare potuerunt,
quamuis nullo instante omnia fere locuntur: at nouiciis nostris
per quot annos sermo latinus repugnat! magis scias, si quem
iam robustum instituere litteris coeperis, non sine causa dici
παιδομαθεῖς eos, qui in sua quidque arte optime faciant. et pa- 10
tientior est laboris natura pueris quam iuuenibus. uidelicet ut
corpora infantium nec casus, quo in terram totiens deferuntur,
tam grauiter adfligit, nec illa per manus et genua reptatio nec
post breue tempus continui lusus et totius diei discursus, quia
pondus illis abest nec sese ipsi grauant: sic animi quoque, credo,
quia minore conatu mouentur nec suo nisu studiis insistunt, sed
formandos se tantummodo praestant, non similiter fatigantur.
praeterea secundum aliam aetatis illius facilitatem uelut simpli- 11

1 si **A** *s. l.* diem* cuiusque **A** 2 rec*re*abitur **A** 3 sthomacus **A** et minore **a** 4 soli **ASb**: solo **BM** 5 geometre **M**, geometri **AB** (*ex forma* γεωμέτρη?), geomet' **S** omitamus **B** interim **A** *corr. ex* in 7 et ut **A**: ut et **BMS** finiam **ABM**: finiamus **ab**, finimus **S** 8 idem (*i. e.* iidem) **ABMS**: item *Meyer praeeunte Spaldingio* 9 ne pratis **ASb**: ne *om.* **BM** 10 aluearibus (al*ue*ariaribus **A**) auibusque **AMSb**: auibusque *om.* **B**; *at cf. Varr. de re rust. 3, 5 et Colum. 2, 15* 11 negotis **B** desideris **Bn** *1 m.* 13 cottidie **A** 14 intermittentes **BMaς** 18 deprehendas **ASb** 19 obdur*ue*runt **A** 20 recta **Bg** 21 loquuntur **Aς** 23 coeperimus **A**[1] (?)**Sb** 24 paediomathis **Ab** quique **Bg** 26 diferuntur **A**[1] 27 a*f*flictet **A** 28 breue quoque t. **A** *solus* 29 sese **A**: se **BMS** 30 mouen*tur* **A** suo* **A**

cius docentis secuntur nec quae iam egerint metiuntur: abest
illis adhuc etiam laboris iudicium. porro, ut frequenter experti
sumus, minus adficit sensus fatigatio quam cogitatio.
12 Sed ne temporis quidem umquam plus erit, quia his aeta-
tibus omnis in audiendo profectus est. cum ad stilum secedet,
cum generabit ipse aliquid atque componet, tum inchoare haec
13 studia uel non uacabit uel non libebit. ergo cum grammaticus
totum occupare diem non possit nec debeat, ne discentis animum
taedio auertat, quibus potius studiis haec temporum uelut sub-
14 siciua donabimus? nam nec ego consumi studentem in his arti-
bus uolo: nec moduletur aut musicis notis cantica excipiat, nec
utique ad minutissima usque geometriae opera descendat. non
comoedum in pronuntiando nec saltatorem in gestu facio: quae
si omnia exigerem, suppeditabat tamen tempus: longa est enim,
15 quae discit, aetas, et ego non de tardis ingeniis loquor. deni-
que cur in his omnibus, quae discenda oratori futuro puto, emi-
nuit Plato? qui non contentus disciplinis, quas praestare poterant
Athenae, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat,
Aegypti quoque sacerdotes adiit atque eorum arcana perdidicit.
16 Difficultatis patrocinia praeteximus segnitiae: neque enim
nobis operis amor est, nec, quia sit honesta ac rerum pulcher-
rima eloquentia, petitur ipsa, sed ad uenalem usum et sordidum
17 lucrum accingimur. dicant sine his in foro multi et adquirant,
dum sit locupletior aliquis sordidae mercis negotiator et plus
uoci suae debeat praeco. ne uelim quidem lectorem dari mihi,
18 quid studia referant computaturum. qui uero imaginem ipsam
eloquentiae diuina quadam mente conceperit quique illam, ut ait
non ignobilis tragicus, reginam rerum orationem ponet ante
oculos fructumque non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo
et contemplatione ac scientia petet perpetuum illum nec fortu-

28. Pacuuius u. 177 Ribb.

1 docentes **ASb**, dicentis **B**, dicentes **M** sequuntur **BM**ς nec quae iam legerint **A** *m. 2 in ras. minoris spatii* 3 sensu **Bg** fatigatio **A** *in ras.* 4 *um*quam **A** qui **A**[1] 5 secedet **BM**: recedet **ASb** 6 generabit **ASb**: onerabit **B**, honorabit **M** tum **A**: tunc **BMS** 7 licebit **A**[1] *ut uidetur* 8 occupare diem **A**: diem occupare *rell.* ne — auertat *om.* **A** *1 m.* 9 h*aec* **A** subficiua **Ab**, subfitiua **S** 10 commi*nui* **A** artibus **BM**: partibus **ASb** 14 et longa est **A** 16 futuri (-ro *corr.*) **puto **A** 17 potuerant **A** 18 qu*os in italiam na*uigauerat **A** 20 difficult*atis* **A** neq: **A** *corr. ex* nec enim **A** *in ras.* 22 *petitur ip*sa **A** uenalem **Ab**: uilem **BMS** us*u*m **A** *(altera* u *in ras.)* 23 accing*imur* **A** et *om.* **A**[1] adquirunt **A**[1] 25 uocis **Bg** praco **A**[1] ne **BMS**: nec **A** 27 illum **A**[1] 28 non **A** *m. 2 s. l.* 29 e*x* s*ti*pe **A**, extipe **Bg** *1 m.* 30 illud **ASb**

nae subiectum, facile persuadebit sibi, ut tempora, quae specta-
culis, campo, tesseris, otiosis denique sermonibus, ne dicam somno
et conuiuiorum mora conteruntur, geometrae potius ac musico
inpendat, quanto plus delectationis habiturus quam ex illis ine-
ruditis uoluptatibus: dedit enim hoc quoque prouidentia homini-
bus munus, ut honesta magis iuuarent. sed nos haec ipsa dulcedo 19
longius duxit. hactenus ergo de studiis, quibus, antequam maiora
capiat, puer instituendus est: proximus liber uelut nouum sumet
exordium et ad rhetoris officia transibit.

3 conteruntur **ASb**: conterunt **BM** geometriae p. ac musicae *Par. 1 et S* 4 quam* **A** 5 quoque **A**: *om. rell. et* ς 8 uel ut ad **A**, *sed* ad *erasum* sumat **A** *2 m. in ras.* 9 M. FABI. QVINTILIANI. INSTITUTIONIS ORATORIAE LIBER ·I· EXP. INCIP. LIBER ·II· FELICITER. **A**, M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONUM ORATORIARUM AD UICTORIUM MARCELLUM LIB. I. EXPLICIT. INCIPIT SECUNDUS **B**, **S** *subscriptione caret.*

LIBER SECVNDVS.

I. Tenuit consuetudo, quae cotidie magis inualescit, ut praeceptoribus eloquentiae, latinis quidem semper, sed etiam graecis interim, disciputi serius quam ratio postulat traderentur. eius rei duplex causa est, quod et rhetores utique nostri suas partis
2 omiserunt et grammatici alienas occupauerunt. nam et illi declamare modo et scientiam declamandi ac facultatem tradere officii sui ducunt idque intra deliberatiuas iudicialisque materias (nam cetera ut professione sua minora despiciunt), et hi non satis credunt excepisse, quae relicta erant (quo nomine gratia quoque iis habenda est), sed ad prosopopoeïas usque ac suasorias,
3 in quibus onus dicendi uel maximum est, inrumpunt. hinc ergo accidit ut, quae alterius artis prima erant opera, facta sint alterius nouissima, et aetas iam altioribus disciplinis debita in schola minore subsidat ac rhetoricen apud grammaticos exerceat. ita, quod est maxime ridiculum, non ante ad declamandi magistrum mittendus uidetur puer quam declamare sciat.

4 Nos suum cuique professioni modum demus: et grammatice, quam in latinum transferentes litteraturam uocauerunt, fines suos norit, praesertim tantum ab hac appellationis suae paupertate, intra quam primi illi constitere, prouecta: nam tenuis a fonte adsumptis historicorum criticorumque uiribus pleno iam satis alueo fluit, cum praeter rationem recte loquendi non parum

1 Tenuit] *praemissus est in* **AB** *titulus:* Quando rhetori sit tradendus (tradendus sit **A**) puer cottidie **A** 4 quod et **B**: quod **A** partes **A** ς 7 indicialesque ς 8 et **A** *1 m. s. l.* 10 his **A** prosopeias **A**[1] usque ac *Obrecht:* usque ad **ABS**, usque et ad *edd. uett.* 13 iam altioribus **A**: altioribus iam **B** 16 uideatur **A** *corr. et* **b** sciat*** *nos suum* cuique **A** 17 grammaticę **Bg** 18 quam — uocauerunt *suspecta Gesnero et Lochmanno* 21 historicorum criticorumque **A**: historicorumque **Bn** *1 m.* poetarum historicorumque **Bn** *corr. m. 2 et* **Bg**, criticorum historicorumque **b**, oratorum historicorumque **S** 22 fluit **A**

alioqui copiosam prope omnium maximarum artium scientiam
amplexa sit: et rhetorice, cui nomen uis eloquendi dedit, officia 5
sua non detrectet nec occupari gaudeat pertinentem ad se laborem: quae, dum opere cedit, iam paene possessione depulsa est.
neque infitiabor aliquem ex his qui grammaticen profiteantur 6
eo usque scientiae progredi posse, ut ad haec quoque tradenda sufficiat, sed cum id aget, rhetoris officio fungetur, non suo.

Nos porro quaerimus, quando iis, quae rhetorice praecipit, 7
percipiendis puer maturus esse uideatur. in quo quidem non id est aestimandum, cuius quisque sit aetatis, sed quantum in studiis iam effecerit. et ne diutius disseram, quando sit rhetori tradendus, sic optime finiri credo: cum poterit. sed hoc ipsum ex
superiore pendet quaestione. nam si grammatices munus usque 8
ad suasorias prorogatur, tardius rhetore opus est: at si rhetor prima officia operis sui non recusat, a narrationibus statim et
laudandi uituperandique opusculis cura eius desideratur. an igno- 9
ramus antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut thesis dicerent et communes locos et cetera citra complexum rerum personarumque, quibus uerae fictaeque controuersiae continentur? ex quo palam est, quam turpiter deserat eam partem rhetorices institutio, quam et primam habuit et diu
solam. quid autem est ex iis, de quibus supra dixi, quod non 10
cum in alia, quae sunt propria rhetorum, tum certe in illud iudiciale causae genus incidat? an non in foro narrandum est?
qua in parte nescio an sit uel plurimum. non laus ac uitupe- 11
ratio certaminibus illis frequenter inseritur? non communes loci, siue qui sunt in uitia derecti, quales legimus a Cicerone compositos, seu quibus quaestiones generaliter tractantur, quales sunt editi a Quinto quoque Hortensio, ut 'sitne paruis argumentis credendum?' et pro testibus et in testes in mediis litium medullis
uersantur? arma sunt haec quodammodo praeparanda semper, 12
ut iis, cum res poscet, utare. quae qui pertinere ad orationem non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet, cum eius

1 alioquin a, aliqui **A** 4 opere **Bn** 5 his **AB**: iis *Meyer* profitentur *dett.* 8 his **A** 10 est *om.* **A** 12 finire **B** 14 ad suasorias quae sunt apu*d rhe*torem materiae inter rudimenta dicendi*** prorogatur **A** at si **A**: si **B** 15 statim] standi **Bg**, *sed in mg. m. 2* al. statim et laudandi **A** *in ras.* 18 et cetera **Bn** *m. 2 in spatio uacuo relicto; si abesset* et cetera, *nemo desideraret* citra **A**: circa **B**; *at cf. 2, 4, 22. 3, 3, 5 et 7* 19 fictaeque controuersiae **A** *in ras.* 20 continetur **Bg** *m. pr.* 22 ex his **AB** 23 propria rhetorum **A**: rhetorum propria **B** 25 non **Bg** *s. l.*, nonne **b** *in marg.* 27 derecti **B**: directi **Ab** 29 quoque *suspectum Spaldingio* 32 utare **Ab**: utaris **B** — ad oratorem *al.*

membra fundentur. neque hanc, ut aliqui putabunt, festinatio-
nem meam sic quisquam calumnietur, tamquam eum, qui sit
13 rhetori traditus, abducendum protinus a grammaticis putem. da-
buntur et illis tum quoque tempora sua, neque erit uerendum ne
binis praeceptoribus oneretur puer. non enim crescet, sed diui-
detur qui sub uno miscebatur labor, et erit sui quisque operis
magister utilior: quod adhuc optinent Graeci, a Latinis omis-
sum est, et fieri uidetur excusate, quia sunt qui labori isti suc-
cesserint.

II. Ergo cum ad eas in studiis uires peruenerit puer, ut,
quae prima esse praecepta rhetorum diximus, mente consequi
possit, tradendus eius artis magistris erit, quorum in primis in-
2 spici mores oportebit. quod ego non idcirco potissimum in hac
parte tractare sum adgressus, quia non in ceteris quoque docto-
ribus idem hoc examinandum quam diligentissime putem, sicut
testatus sum libro priore, sed quod magis necessariam eius rei
3 mentionem facit aetas ipsa discentium. nam et adulti fere pueri
ad hos praeceptores transferuntur et apud eos iuuenes etiam facti
perseuerant, ideoque maior adhibenda tum cura est, ut et tene-
riores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat et ferociores
4 a licentia grauitas deterreat. neque uero sat est summam prae-
stare abstinentiam, nisi disciplinae seueritate conuenientium quo-
que ad se mores adstrinxerit.

Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos ani-
mum ac succedere se in eorum locum, a quibus sibi liberi tra-
5 dantur, existimet. ipse nec habeat uitia nec ferat. non austeritas
eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc con-
temptus oriatur. plurimus ei de honesto ac bono sermo sit: nam
quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit. minime iracundus,
nec tamen eorum quae emendanda erunt dissimulator: simplex
6 in docendo, patiens laboris, adsiduus potius quam inmodicus. in-
terrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur
ultro. in laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec
effusus, quia res altera taedium laboris, altera securitatem parit.
7 in emendando quae corrigenda erunt non acerbus minimeque

---

1 putabunt **A**, *sed* u *secundo loco in ras.* putabant b 2 calumpnietur **Bg** tamquam — sit **A** *in ras.* 3 traditus **B**: tradendus **Ab**, *cf. Spald. ad h. l.* 4 et illis **A**: illis **B** 5 diuidetur **Ab**: diuiditur **B** 8 successerint **Ab**: successerunt **B**; *sequitur in* **AB** *inscriptio:* De moribus et officiis praeceptoris 12 *ins*pici **A** 19 perseu*erant* **A** 21 summam **B**: suam **A** 23 ad se mores **A** *in ras.* 27 tristris **Bg** 28 o*r*iatur **A** 32 percontentur **Bg** 34 thedium **Bg**

contumeliosus: nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant, quasi oderint. ipse aliquid, immo 8
multa cotidie dicat, quae secum auditores referant. licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius praecipueque praeceptoris, quem discipuli, si modo recte sunt instituti, et amant et uerentur. uix autem dici potest, quanto libentius imitemur eos, quibus fauemus.

Minime uero permittenda pueris, ut fit apud plerosque, ad- 9
surgendi exultandique in laudando licentia: quin etiam iuuenum modicum esse, cum audient, testimonium debet. ita fiet ut ex iudicio praeceptoris discipulus pendeat atque id se dixisse recte, quod ab eo probabitur, credat. illa uero uitiosissima, quae iam 10
humanitas uocatur, inuicem qualiacumque laudandi, cum est indecora et theatralis et seuere institutis scholis aliena, tum studiorum perniciosissima hostis: superuacua enim uidentur cura ac labor, parata quidquid effuderint laude. uultum igitur prae- 11
ceptoris intueri tam qui audiunt debent quam ipse qui dicit: ita enim probanda atque inprobanda discernet, si stilo facultas continget, auditione iudicium. at nunc proni atque succincti ad 12
omnem clausulam non exsurgunt modo, uerum etiam excurrunt et cum indecora exultatione conclamant. id mutuum est et ibi declamationis fortuna. hinc tumor et uana de se persuasio usque adeo, ut illo condiscipulorum tumultu inflati, si parum a praeceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. sed se quoque prae- 13
ceptores intente ac modeste audiri uelint: non enim iudicio discipulorum dicere debet magister, sed discipulus magistri. quin, si fieri potest, intendendus animus in hoc quoque, ut perspiciat quae quisque et quo modo laudet, et placere, quae bene dicet, non suo magis quam eorum nomine delectetur, qui recte iudicabunt.

Pueros adulescentibus permixtos sedere non placet mihi. 14
nam etiamsi uir talis, qualem esse oportet studiis moribusque praepositum, modestam habere potest etiam iuuentutem, tamen uel infirmitas a robustioribus separanda est et carendum non

3 auditores **Ab**: audita **B** 5 praeceptoris **AB**: eius praeceptoris **S** *et dett. alii, item* ς 6 discipulis modo **A**^{1} amant **A** *in ras. 1 m.* 13 probabitur **A**, *sed* it *s. l.* uitiosissima **ABn**: utiosissima **Bg**, otiosissima **ST**, *unde Meyer* odiosissima iam **AB**: etiam **b** 15 in scholis **b** 16 uidentur **Ab**: uidetur **B** 17 ac **B**: et **A** quid **A**, quicquid **b** effunderint **Bg** *ante rasuram* 19 sic stilo *edd. uett.* 20 auditioni **A** *corr. 2 m.* 27 discipulus **A**: discipuli *rell. noti* 32 mixtos **A**^{1} 34 praepositus **A**, *sed* s *in ras. m. 2*

15 solum crimine turpitudinis, uerum etiam suspicione. haec notanda
breuiter existimaui. nam ut absit ab ultimis uitiis ipse ac schola,
ne praecipiendum quidem credo. ac si qui est, qui flagitia ma-
nifesta in eligendo filii praeceptore non uitet, iam hinc sciat,
cetera quoque, quae ad utilitatem iuuentutis conponere conamur,
esse sibi hac parte omissa superuacua.

III. Ne illorum quidem persuasio silentio transeunda est,
qui, etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamen
continuo tradendos eminentissimo credunt, sed apud minores
aliquamdiu detinent, tamquam instituendis artibus magis sit apta
mediocritas praeceptoris cum ad intellectum atque ad imitatio-
nem facilior, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus
2 superba. qua in re mihi non arbitror diu laborandum, ut osten-
dam, quanto sit melius optimis inbui, quanta in eluendis quae
semel insederint uitiis difficultas consequatur, cum geminatum
onus succedentis premat, et quidem dedocendi grauius ac prius
3 quam docendi. propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum
ferunt duplices ab iis, quos alius instituisset, solitum exigere
mercedes, quam si rudes traderentur. error tamen est in re du-
plex: unus, quod interim sufficere illos minores existimant et
4 bono sane stomacho contenti sunt: quae quamquam est ipsa
reprensione digna securitas, tamen esset utcumque tolerabilis, si
eius modi praeceptores minus docerent, non peius: alter ille
etiam frequentior, quod eos, qui ampliorem dicendi facultatem
sint consecuti, non putant ad minora descendere, idque interim
fieri, quia fastidiant praestare hanc inferioribus curam, interim,
5 quia omnino non possint. ego porro eum, qui nolit, in numero
praecipientium non habeo, posse autem maxime, si uelit, opti-
mum quemque contendo: primum, quod eum, qui eloquentia
ceteris praestet, illa quoque, per quae ad eloquentiam perueni-
6 tur, diligentissime percepisse credibile est, deinde, quia plurimum
in praecipiendo ualet ratio, quae doctissimo cuique plenissima
est, postremo, quia nemo sic in maioribus eminet, ut eum minora

1 suspitione a 2 ipse **AB**: ipse praeceptor b *et edd.* 4 fili **Bn** *1 m.* 6 superuacua] *sequitur in* **AB** *titulus:* An protinus praeceptore optimo sit utendum 7 Ne **B** *corr.*, De **Bg** *1 m.*, *e **Bn** 8 rhetori **AB**: ad discendum b 9 tradendus **A** *sed* u *ex corr.* 11 atque ad **A**: atque **B** 12 suspiciendas **A**[1] *ut uidetur* 14 eludendis **A**[1] *(?)* 16 succedentes **B** a ς prem † **A**, *sed* r *in ras. maiore* 18 ab his **AB** 19 rudis **A**[1] 20 minoris **B** 21 quanquam **Bg** est ipsa **A**: et ipsa **B** 22 reprehensione **A** ς 23 alter ille **AB**: alter error ille b, alter et ille *Burman*, alter illo *Baiter apud Meyerum* 28 posse * **A** 32 plenissima **AB**: planissima *dett. pauci*

deficiant. nisi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa
autem quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius
elaborasset, aut orator loqui nesciet aut leuiores morbos curare
non poterit praestantissimus medicus.

Quid ergo? non est quaedam eloquentia maior, quam ut eam 7
intellectu consequi puerilis infirmitas possit? ego uero confiteor:
sed hunc disertum praeceptorem prudentem quoque et non ignarum docendi esse oportebit summittentem se ad mensuram discentis, ut uelocissimus quoque, si forte iter cum paruulo faciat,
det manum et gradum suum minuat, nec procedat ultra quam
comes possit. quid? si plerumque accidit, ut faciliora sint ad 8
intellegendum et lucidiora multo, quae a doctissimo quoque dicuntur? nam et prima est eloquentiae uirtus perspicuitas, et,
quo quis ingenio minus ualet, hoc se magis attollere et dilatare
conatur, ut statura breues in digitos eriguntur et plura infirmi
minantur. nam tumidos et corruptos et tinnulos et quocumque 9
alio cacozeliae genere peccantes certum habeo non uirium, sed
infirmitatis uitio laborare, ut corpora non robore, sed ualetudine
inflantur, et recto itinere lassi plerumque deuertunt. erit ergo
etiam obscurior, quo quisque deterior.

Non excidit mihi, scripsisse me in libro priore, cum potio- 10
rem in scholis eruditionem esse quam domi dicerem, libentius
se prima studia tenerosque profectus ad imitationem condiscipulorum, quae facilior esset, erigere: quod a quibusdam sic accipi
potest, tamquam haec, quam nunc tueor, sententia priori diuersa
sit. id a me procul aberit: namque ea causa uel maxima est, 11
cur optimo cuique praeceptori sit tradendus puer, quod apud
eum discipuli quoque melius instituti aut dicent, quod inutile non
sit imitari, aut si quid errauerint, statim corrigentur: at indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa et placere audientibus
iudicio suo coget. sit ergo tam eloquentia quam moribus prae- 12
stantissimus, qui ad Phoenicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

IV. Hinc iam, quas primas in docendo partis rhetorum

---

1 deficiant (deficiantur *1 m.?*) **A** tidias **A** 2 autem **AB**: quidem **T** 3 elaborasset **A**: laborasset **B** 5 e*go **A** 6 fateor **A**[1] confiteor disertum . . oportere b (*non item* **A**) 8 docen*di* **A** 9 quoque **B**: quisque **A**b ς, *sed* **A** is *in ras.* paruolo **B** 15 infirma **A**[1] *(?)* 17 alios cacoteliae b 19 lapsi *dett. pauci* deuertunt **B**: diuertunt **A**b, *sed* **A** di *in ras.* 22 quā *domi* **A** 26 ea igitur causa b uel **AB**: quam b 28 discent b 32 quid **A** *ante rasuram* phaenicis **A** 33 *post* doceat *sequitur in* **AB** *titulus:* De primis apud rhetorem exercitationibus 34 primas inducendi **A**, *sed* i *extrema in ras.*

putem, tradere incipiam dilata parumper illa, quae sola uulgo
uocatur, arte rhetorica: ac mihi oportunus maxime uidetur in-
gressus ab eo, cuius aliquid simile apud grammaticos puer di-
dicerit.

2 Et quia narrationum, excepta qua in causis utimur, tris
accepimus species, f a b u l a m, quae uersatur in tragoediis atque
carminibus non a ueritate modo, sed etiam a forma ueritatis
remota, a r g u m e n t u m, quod falsum, sed uero simile comoediae
fingunt, h i s t o r i a m, in qua est gestae rei expositio, gramma-
ticis autem poeticas dedimus: apud rhetorem initium sit historica,
3 tanto robustior, quanto uerior. sed narrandi quidem quae nobis
optima ratio uideatur tum demonstrabimus, cum de iudiciali parte
dicemus: interim admonere illud satis est, ut sit ea neque arida
prorsus atque ieiuna (nam quid opus erat tantum studiis laboris
inpendere, si res nudas atque inornatas indicare satis uideretur?),
neque rursus sinuosa et arcessitis descriptionibus, in quas pleri-
4 que imitatione poeticae licentiae ducuntur, lasciuiat. uitium
utrumque, peius tamen illud, quod ex inopia quam quod ex copia
uenit. nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest:
melior autem indoles laeta generosique conatus et uel plura iusto
5 concipiens interim spiritus. nec umquam me in his discentis
annis offendat, si quid superfuerit. quin ipsis quoque doctoribus
hoc esse curae uelim, ut teneras adhuc mentes more nutricum
mollius alant et satiari uelut quodam iucundioris disciplinae lacte
patiantur. erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta
6 aetas adstringat. hinc spes roboris: maciem namque et infirmi-
tatem in posterum minari solet protinus omnibus membris ex-
pressus infans. audeat haec aetas plura et inueniat et inuentis
gaudeat, sint licet illa non satis sicca interim ac seuera. facile
7 remedium est ubertati, sterilia nullo labore uincuntur. illa
mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium
iudicio praesumitur. materiam esse primum uolo uel abundan-
tiorem atque ultra quam oporteat fusam. multum inde deco-

6 accepimus **A**: accipimus **B**, *quod praefert Spalding in Praef. I, p. 82* tragoedis **B** 11 *post* robustior *est in* **A** *rasura* 12 tum **Ab**: *om.* **B** 13 satis **A**: sat **B**ς 15 atque inornatas *om.* **A**[1] 17 lasciua *edd. uett. incerta auctoritate* uitiosum *malebat Meyer* 20 autem **AB**: autem et **a**, autem est *dett. pauci* uel *om.* **A** *1 m.* 21 *fort.* concipientis dicentis **A** 22 superauerit **Ab**, *sed* **A** au *in ras. m. 2* quiin **Bg** quoque **A**: *om. rell. et* ς 23 nutric*um* **A** 25 erit **Bg** *corr. ex* erat 26 macies namque infirmitatem **A** 27 exp*r*essus **A** 30 ubertati *Iulius Victor p. 444, 34:* ubertatis **AB**ς, *cf. 11, 1, 72 et Cic. diuin. in Q. Caec. § 70* 31 mihi] nihil **b** 33 dequoquent **B**

quent anni, multum ratio limabit, aliquid uelut usu ipso detere-
tur, sit modo unde excidi possit et quod exculpi, erit autem, si
non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus et quam cae-
latura altior rumpat. quod me de his aetatibus sentire minus 8
mirabitur, qui apud Ciceronem legerit: uolo enim se efferat
in adulescente fecunditas.

Quapropter in primis euitandus et in pueris praecipue ma-
gister aridus, non minus quam teneris adhuc plantis siccum et
sine umore ullo solum. inde fiunt humiles statim et uelut terram 9
spectantes, qui nihil supra cotidianum sermonem attollere audeant.
macies illis pro sanitate et iudicii loco infirmitas est, et dum
satis putant uitio carere, in id ipsum incidunt uitium, quod uir-
tutibus carent. quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet
nec musta in lacu statim austera sint: sic et annos ferent et
uetustate proficient.

Ne illud quidem quod admoneamus indignum est, ingenia 10
puerorum nimia interim emendationis seueritate deficere: nam et
desperant et dolent et nouissime oderunt et, quod maxime nocet,
dum omnia timent, nihil conantur. quod etiam rusticis notum 11
est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem,
quia reformidare ferrum uidentur et nondum cicatricem pati posse.
iucundus ergo tum maxime debet esse praeceptor, ut remedia, 12
quae alioqui natura sunt aspera, molli manu leniantur: laudare
aliqua, ferre quaedam, mutare etiam reddita cur id fiat ratione,
inluminare interponendo aliquid sui. nonnumquam hoc quoque
erit utile, ipsum totas dictare materias, quas et imitetur puer et
interim tamquam suas amet: at si tam neglegens ei stilus fuerit, 13
ut emendationem non recipiat, expertus sum prodesse, quotiens
eandem materiam rursus a me tractatam scribere de integro
iuberem: posse enim adhuc eum melius: quatenus nullo magis
studia quam spe gaudent. aliter autem alia aetas emendanda 14
est et pro modo uirium et exigendum et corrigendum opus. so-
lebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut laetius, lau-

5. de Orat. II, 21, 88.

1 ratio — deteretur *addidit in* **A** *m. 2* 2 sit — unde **A** *2 in ras.* sculpi *malebat Spald. cum Voss. 2* 3 laminam **A**: lamnam **B** *(add. in* **Bg** *syllaba* mi *m. 2); cf. Lachm. ad Lucr. p. 205* celatura **AB** 13 ne **B**: nec **A** 15 pro*ficient* **A** 16 nec illud **A**, *idem* quidem *s. l. habens* ammonemus **A** 21 uide **A**[1] 22 ut que natura *(mediis om.)* b 23 *manu* **A** 26 ipsum totas **A**: totas ipsum *rell.* 27 at si **B**: et si **A** *solus* 29 tractatam **A**: retractatam **B** 30 adhuc eum **A**: eum adhuc **B**ς 31 studio **A** illa aetas b 33 licent*ius* **A**

dare illud me adhuc: uenturum tempus, quo idem non permit-
terem: ita et ingenio gaudebant et iudicio non fallebantur.
15 Sed ut eo reuertar, unde sum digressus: narrationes stilo
componi quanta maxima possit adhibita diligentia uolo. nam ut
primo, cum sermo instituitur, dicere quae audierint utile est
pueris ad loquendi facultatem, ideoque et retro agere expositio-
nem et a media in utramque partem discurrere sane merito co-
gantur, sed ad gremium praeceptoris et dum *aliud* non possunt
et dum res ac uerba conectere incipiunt, ut protinus memoriam
firment: ita cum iam formam rectae atque emendatae orationis
accipient, extemporalis garrulitas nec expectata cogitatio et uix
16 surgendi mora circulatoriae uere iactationis est. hinc parentium
imperitorum inane gaudium, ipsis uero contemptus operis et in-
uerecunda frons et consuetudo pessime dicendi et malorum exer-
citatio et quae magnos quoque profectus frequenter perdidit,
17 adrogans de se persuasio innascitur. erit suum parandae facilitati
tempus, nec a nobis neglegenter locus iste transibitur. interim
satis est, si puer omni cura et summo, quantum illa aetas capit,
labore aliquid probabile scripserit: in hoc adsuescat, huius sibi
rei naturam faciat. ille demum in id, quod quaerimus, aut ei
proximum poterit euadere, qui ante discet recte dicere quam cito.
18 Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi con-
firmandique eas, quod ἀνασκευή et κατασκευή uocatur. id porro
non tantum in fabulosis et carmine traditis fieri potest, uerum
etiam in ipsis annalium monumentis: ut, si quaeratur 'an sit
credibile super caput Valeri pugnantis sedisse coruum, qui os
oculosque hostis Galli rostro atque alis euerberaret', sit in utram-
19 que partem ingens ad dicendum materia: aut de serpente, quo
Scipio traditur genitus, et lupa Romuli et Egeria Numae: nam
graecis historiis plerumque poeticae similis licentia est. saepe
etiam quaeri solet de tempore, de loco, quo gesta res dicitur,
nonnumquam de persona quoque, sicut Liuius frequentissime du-
bitat et alii ab aliis historici dissentiunt.

3 digressus **Ab**: egressus **B** 5 institu*it*ur **A** 8 gremium **A** *in ras.* aliud *ed. Gryphiana: om. libri* (et dum — possunt *obelo notauit Gernhard*) 11 et temporalis **b** 12 circ*u*latoriae **A** uere **A**: uerae **Ba**, fere *Spalding* 14 maiorum **B**[1] 16 persuas*io* **A** facilitatis **ab** 19 sibi rei **A**: rei sibi **B** 20 ei **A** *in ras.* 22 *inutili*ter **A** destruendi **Ab**: restruendi **B** 23 anasceue et catasceue **A** 24 et **A** *in ras. maioris spatii* 26 *ual*erii pugnantis **A** os **A** *in ras.* 27 *rostro atque* alis euerberaret **A** 28 materia *om.* **A** aut **Ab**: ut **B** 30 graecis **A** 31 *post* loco *est in* **A** *rasura* 32 sicut **AB**: sicuti **a** dubitat **A** *s. l.* 33 ab alis **Ba** *pr. m.*

Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, laudare claros 20
uiros et uituperare inprobos: quod non simplicis utilitatis opus
est. namque et ingenium exercetur multiplici uariaque materia
et animus contemplatione recti prauique formatur, et multa inde
cognitio rerum uenit exemplisque, quae sunt in omni genere
causarum potentissima, iam tum instruit, cum res poscet, usurum.
hinc illa quoque exercitatio subit comparationis, uter melior uterue 21
deterior: quae quamquam uersatur in ratione simili, tamen et
duplicat materiam et uirtutum uitiorumque non tantum naturam,
sed etiam modum tractat. uerum de ordine laudis contraque,
quoniam tertia haec rhetorices pars est, praecipiemus suo tempore.

Communes loci (de iis loquor, quibus citra personas in 22
ipsa uitia moris est perorare, ut in adulterum, aleatorem, petulantem)
ex mediis sunt iudiciis et, si reum adicias, accusationes:
quamquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci
species solent, ut si ponatur adulter caecus, aleator pauper, petulans
senex. habent autem nonnumquam etiam defensionem:
nam et pro luxuria et pro amore dicimus, et leno interim para- 23
situsque defenditur sic, ut non homini patrocinemur, sed crimini.

Thesis autem, quae sumuntur ex rerum comparatione, ut 24
'rusticane uita an urbana potior? iuris periti an militaris uiri
laus maior?' mire sunt ad exercitationem dicendi speciosae atque
uberes, quae uel ad suadendi officium uel etiam ad iudiciorum
disceptationem iuuant plurimum: nam posterior ex praedictis locus
in causa Murenae copiosissime a Cicerone tractatur. sunt et 25
illae paene totae ad deliberatiuum pertinentes genus 'ducendane
uxor, petendine sint magistratus': namque et hae personis modo
adiectis suasoriae erunt.

Solebant praeceptores mei neque inutili et nobis etiam iu- 26
cundo genere exercitationis praeparare nos coniecturalibus causis,
cum quaerere atque exsequi iuberent 'cur armata apud Lacedaemonios
Venus?' et 'quid ita crederetur Cupido puer atque
uolucer et sagittis ac face armatus', et similia, in quibus scru-

2 improbos **Ba** simplicis **A** *in ras.* 4 et animus — exercitatio subit] *haec* **A** *m.* 2 *in rasura habet, uetere lectione prorsus deleta* erecti **B**, *sed prior* e *in* **Bn** *punctata* 5 et exemplis **a** 6 instruit — usurum **B**: instruitur — usurus **ab** 13 de his **AB** 14 ipsa uita **B** 16 tractatu **A**, *sed* tr *in ras. maioris spatii* 19 leno **A** 21 thesis **AB**: theses ς 23 mirae **a** exercitationes **B** 24 iudiciorum *disceptat*ionem **A**: iudicium disceptationemque **B**, iudiciorum disceptationumque b 27 pertinentis **A**[1] 28 et **Ab**: *om.* **B** haec b 31 ex*ercitat*ionis praep*arare* (praepa** *1 m.*) **A** 32 exequi **B**

tabamur uoluntatem, cuius in controuersiis frequens quaestio est:
quod genus chriae uideri potest.
27 Nam locos quidem, quales sunt de testibus 'semperne his
credendum' et de argumentis 'an habenda etiam paruis fides',
adeo manifestum est ad forensis actiones pertinere, ut quidam
neque ignobiles in officiis ciuilibus scriptos eos memoriaeque
diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut quotiens esset
occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exor-
28 narentur: quo quidem (neque enim eius rei iudicium differre
sustineo) summam uidebantur mihi infirmitatem de se confiteri.
nam quid ii possint in causis, quarum uaria et noua semper est
facies, proprium inuenire? quo modo propositis ex parte aduersa
respondere? altercationibus uelociter occurrere? testem rogare?
qui etiam in iis, quae sunt communia et in plurimis causis tra-
ctantur, uulgatissimos sensus uerbis nisi tanto ante praeparatis
29 prosequi nequeant. necesse uero iis, cum eadem iudiciis plu-
ribus dicunt, aut fastidium moueant uelut frigidi et repositi cibi,
aut pudorem deprensa totiens audientium memoria infelix su-
pellex, quae sicut apud pauperes ambitiosos pluribus et diuersis
30 officiis conteratur: cum eo quidem, quod uix ullus est tam com-
munis locus, qui possit cohaerere cum causa nisi aliquo propriae
quaestionis uinculo copulatus (appareat alioqui non tam insertum
31 quam adplicitum), uel quod dissimilis est ceteris, uel quod ple-
runque adsumi etiam parum apte solet, non quia desideratur,
sed quia paratus est: ut quidam sententiarum gratia uerbosissi-
32 mos locos arcessunt, cum ex locis debeat nasci sententia. ita
sunt autem speciosa haec et utilia, si oriuntur ex causa: ceterum
quamlibet pulchra elocutio, nisi ad uictoriam tendit, utique su-
peruacua, sed interim etiam contraria est. uerum hactenus eua-
gari satis fuerit.
33 Legum laus ac uituperatio iam maiores ac prope summis
operibus suffecturas uires desiderant: quae quidem suasoriis an

---

3 locus **A**[1] 5 forenses **Ba** 7 promp*tu* **A** 8 uel temporalibus eorum dictionibus **b** *in mg.* 9 diferre **Bg** 11 ii **B**: hi **A**ς caus*is* **A** 12 aduersa **Ab**: diuersa **B**, *cf. 5, 6, 6* 13 *uel*ociter occurrere* **A** 14 in his **A** 16 *malim* persequi necesse uero] nec uero **AB**, necesse est *edd. uett.* iis **b**: is **B**, his **A**, ipsis *Meyer; cf. Spald.* 18 deprensa **AB**, deprehensa ς 20 cum eo] *cf. lexic. Quintil. s. u.* cum *p. 192, III* 21 nisi sit aliquo *Lochmann* 22 appareat alioqui *Spalding (ad 10, 3, 16)*: appareatque cum *libri, sed in* **A** *litterae* que cum *m. 2 in ras.* 24 non quia **A**, *sed* a *in ras.* 25 gra*tia* **A** 26 accersunt **A** nasci **AB**: innasci **ab** 28 pulchrae locutioni si **B** *utique super*uacua **A** 29 actenus **B** uagari **A** 31 ac **A** *in ras. maioris spatii,* et *dett. aliqui* iam **Ab**: *om.* **B** 32 suasori*is* **A**

controuersiis magis accommodata sit exercitatio, consuetudine et
iure ciuitatium differt. apud Graecos enim lator earum ad iudicem uocabatur: Romanis pro contione suadere ac dissuadere moris
fuit. utroque autem modo pauca de his et fere certa dicuntur:
nam et genera sunt tria sacri, publici, priuati iuris. quae diuisio 34
ad laudem magis spectat, si quis eam per gradus augeat, quod
lex, quod publica, quod ad religionem deum conparata sit. ea
quidem, de quibus quaeri solet, communia omnibus. aut enim 35
de iure dubitari potest eius, qui rogat, ut de P. Clodi, qui non
rite creatus tribunus arguebatur: aut de ipsius rogationis, quod
est uarium, siue non trino forte nundino promulgata siue non
idoneo die siue contra intercessionem uel auspicia aliudue quid,
quod legitimis obstet, dicitur lata esse uel ferri, siue alicui manentium legum repugnare. sed haec ad illas primas exercitatio- 36
nes non pertinent: nam sunt eae citra conplexum personarum,
temporum, causarum. reliqua eadem fere uero fictoque certamine huiusmodi tractantur: nam uitium aut in uerbis aut in 37
rebus est. in uerbis quaeritur, an satis significent, an sit in iis
aliquid ambiguum: in rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in
praeteritum ferri debeat, an in singulos homines. maxime uero
commune est quaerere, an sit honesta, an utilis. nec ignoro 38
plures fieri a plerisque partes, sed nos iustum, pium, religiosum
ceteraque his similia honesto complectimur. iusti tamen species
non simpliciter excuti solent. aut enim de re ipsa quaeritur, ut
dignane poena uel praemio sit, aut de modo praemii poenaeue,
qui tam maior quam minor culpari potest. utilitas quoque in- 39
terim natura discernitur, interim tempore. quaedam an optineri
possint, ambigi solet. ne illud quidem ignorare oportet, leges
aliquando totas, aliquando ex parte reprendi solere, cum exemplum rei utriusque nobis claris orationibus praebeatur. nec me 40
fallit eas quoque leges esse, quae non in perpetuum rogentur,
sed de honoribus aut imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. sed de his nihil hoc loco praecipi potest: constant enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate.

---

2 ciuitatum **Ab** *iu*dicem **A** 8 qu*aeri* solet **A** omnib*us aut* enim **A** 9 clodi **B**: clodio **Ab** 11 siue non idoneo die **Bg** *om. pr. m.* (*non item* **Bn**) 12 intercessiones **b**, *item* **A**, *sed in hoc extrema* s *in ras.* 13 legitim*is* **A** 15 sunt *haec (sic* **b** *quoque) citra* **A** 18 an satis **Ab**: satis **B** his **A** 19 reb*us an* **A** 20 ferri **AB**: referri **ab** 21 quaerere an sit **A** *in ras.* inutilis **B** ne ignoro **Bg** *pr. m.* 24 solent **Ab**: solet **B** 25 praemi **Bn** 26 qui **AB**: quia **T** *corr.* 27 obtineri **A**, optinere **b** 28 ignorari **a** leges — parte **A** *2 m. in ras.* 29 reprehendi **A b**, *sed* **A** *in ras.*

41 His fere ueteres facultatem dicendi exercuerunt, adsumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa
42 Demetrium Phalerea institutum fere constat. an ab ipso id genus exercitationis sit inuentum, ut alio quoque libro sum confessus, parum comperi: sed ne ii quidem, qui hoc fortissime adfirmant, ullo satis idoneo auctore nituntur. Latinos uero dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse Cicero auctor est, quorum insignis maxime Plotius fuit.

V. Sed de ratione declamandi post paulo: interim, quia prima rhetorices rudimenta tractamus, non omittendum uidetur id quoque, ut moneam, quantum sit conlaturus ad profectum discentium rhetor, si, quemadmodum a grammaticis exigitur poetarum enarratio, ita ipse quoque historiae atque etiam magis orationum lectione susceptos a se discipulos instruxerit: quod nos in paucis, quorum id aetas exigebat et parentes utile esse
2 crediderant, seruauimus. ceterum sentientibus iam tum optima duae res inpedimento fuerunt, quod et longa consuetudo aliter docendi fecerat legem, et robusti fere iuuenes nec hunc laborem
3 desiderantes exemplum nostrum sequebantur. nec tamen, etiam si quid noui uel sero inuenissem, praecipere in posterum puderet. nunc uero scio id fieri apud Graecos, sed magis per adiutores, quia non uidentur tempora suffectura, si legentibus singulis
4 praeire semper ipsi uelint. et hercule praelectio, quae in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur, etiam illa, quae uim cuiusque uerbi, si quod minus usitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium existimanda est.
5 at demonstrare uirtutes uel, si quando ita incidat, uitia, id professionis eius atque promissi, quo se magistrum eloquentiae pollicetur, maxime proprium est, eo quidem ualidius, quod non utique hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium reuocatis
6 cuius quisque eorum uelit libri lectione deseruiant. nam mihi

8. de Orat. 3, 24, 93.

2 *a dia*lecticis **A** iam b 4 phalaerea **A**[1] constabat **Ab** 6 hi **AB** 9 fuit] *sequitur in* **AB** *inscriptio:* De lectione oratorum et historicorum (historiarum **B**) apud rhetorem 10 paulo **B**: paulum **Ab**, *sed* ũ **A** *in ras. m. 2* 13 *dis*centium **A** a *om.* **Bg** 14 ip*se* **A** istoriae **Bn**, storiae **Bg** *1 m.* 15 suscep*tos a se discipu*los **A** 18 quod et longa — sequebantur **Bn** *in marg. m. 2 sed eiusdem aetatis* 21 quod **A** *1 m.* 24 praelectio **A** 26 quod **A**, *sed* o *in ras.* 27 officium*** uirtutes **A**, *quae desunt suppleuit 2 m.* 30 ualdius **Bn** *1 m.* 31 docentium **A** *om. 1 m.* 32 cuius quisque eorum uelit libri **B**: cuiusque eorum liberis **Ab**, cuiusque liberis *G. Hermann apud Meyerum*, cuius cuique eorum libuerit libri *Meister in Philologi 8, 182*

cum facilius, tum etiam multo uidetur magis utile, facto silentio unum aliquem, quod ipsum imperari per uices optimum est, constituere lectorem, ut protinus pronuntiationi quoque adsuescant: tum exposita causa, in quam scripta legetur oratio (nam sic 7 clarius quae dicentur intellegi poterunt), nihil otiosum pati, quodque in inuentione quodque in elocutione adnotandum erit, quae in prooemio conciliandi iudicis ratio, quae narrandi lux, breuitas, fides, quod aliquando consilium et quam occulta calliditas: nam- 8 que ea sola in hoc ars est, quae intellegi nisi ab artifice non possit: quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam subtilis et crebra argumentatio, quibus uiribus inspiret, qua iucunditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, ut denique dominetur in adfectibus atque in pectora inrumpat animumque iudicum similem iis, quae dicit, efficiat. tum in ratione 9 eloquendi, quod uerbum proprium, ornatum, sublime: ubi amplificatio laudanda, quae uirtus ei contraria: quid speciose translatum, quae figura uerborum, quae leuis et quadrata, sed uirilis tamen compositio.

Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando et uitiosas 10 orationes, quas tamen plerique iudiciorum prauitate mirantur, legi palam ostendique in his, quam multa inpropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciua, effeminata sint: quae non laudantur modo a plerisque, sed, quod est peius, propter hoc ipsum, quod sunt praua, laudantur. nam sermo rectus et secundum na- 11 turam enuntiatus nihil habere ex ingenio uidetur: illa uero, quae utcumque deflexa sunt, tamquam exquisitiora miramur, non aliter quam distortis et quocumque modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est pretium quam iis, quae nihil ex communi habitu boni perdiderunt. atque etiam qui specie capiuntur, uulsis 12 leuatisque et inustas comas acu comentibus et non suo colore nitidis plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura, ut pulchritudo corporis uenire uideatur ex malis morum.

Neque solum haec ipse debebit docere praeceptor, sed fre- 13 quenter interrogare et iudicium discipulorum experiri. sic audientibus securitas aberit nec quae dicentur superfluent aures:

1 prouidetur b 3 protenus Bn, quatenus Bg *1 m.* 14 his AB 16 specio*se* A tralatum B 17 sed Ab: *om.* B 18 composito A[1] *ut uidetur* 20 mirantur Ab: mirentur B 21 palam AB: palam pueris b 23 pleri*sq.* A 28 praetium A his A communi habitu boni A *solus:* communis habitus bonis B 29 atqui *Meister in Philol. VIII, 183* 30 colore A *in ras.* 32 morum B: moribus Ab; *cf. Spald. adnot. crit.* 33 *deb*ebit A 35 docentur T

simul ad id perducentur, quod ex hoc quaeritur, ut inueniant
ipsi et intellegant. nam quid aliud agimus docendo eos, quam
14 ne semper docendi sint? hoc diligentiae genus ausim dicere plus
conlaturum discentibus quam omnes omnium artes, quae iuuant
sine dubio multum, sed latiore quadam comprensione per omnes
quidem species rerum cotidie paene nascentium ire qui possunt?
15 sicut de re militari quamquam sunt tradita quaedam praecepta
communia, magis tamen proderit scire, qua ducum quisque ratione
in quali re, tempore, loco sit sapienter usus aut contra:
nam in omnibus fere minus ualent praecepta quam experimenta.
16 an uero declamabit quidem praeceptor, ut sit exemplo suis auditoribus:
non plus contulerint lecti Cicero aut Demosthenes?
corrigetur palam, si quid in declamando discipulus errauerit: non
potentius erit emendare orationem, quin immo etiam iucundius?
17 aliena enim uitia reprendi quisque mauult quam sua. nec deerant
plura quae dicerem: sed neminem haec utilitas fugit, atque
utinam tam non pigeat facere istud quam non displicebit.

18 Quod si potuerit optineri, non ita difficilis supererit quaestio,
qui legendi sint incipientibus. nam quidam illos minores, quia
facilior eorum intellectus uidebatur, probauerunt, alii floridius
genus, ut ad alenda primarum aetatium ingenia magis accom-
19 modatum. ego optimos quidem et statim et semper, sed tamen
eorum candidissimum quemque et maxime expositum uelim, ut
Liuium a pueris magis quam Sallustium, etsi hic historiae maior
est auctor, ad quem tamen intellegendum iam profectu opus sit.
20 Cicero, ut mihi quidem uidetur, et iucundus incipientibus quoque
et apertus est satis, nec prodesse tantum, sed etiam amari
potest: tum, quemadmodum Liuius praecipit, ut quisque erit Ciceroni
simillimus.

21 Duo autem genera maxime cauenda pueris puto: unum, ne
quis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum Catonisque
et aliorum similium lectione durescere uelit, fient enim horridi

1 simul **AB**: simulque b 3 ne docendi semper **A** *2 m. in ras.* ausim **A** 5 latoria **A** *compre*hensione **A** 9 re **Ab**: *om.* **B** tempore loco *sit* sap. usus **A**: loco tempore sit usus sap. **B** 12 demonsthenes **A**[1] *ut uidetur* 13 corrigitur **Ab** 15 reprehendi quisque **A**, quisque reprendi **B** derant **B**, *sed corr. in* **Bg** 16 sed **Ab**: nec **B** 17 quam fecisse non displ. *coni. Gesner* displicebit **A** *in ras. minoris spatii: sequitur in* **AB**: QUI PRIMI LEGENDI. 19 sint **A** *in ras.* quia **A** *corr. ex* qua 20 facilior eorum intellectus uidebatur **B**: facilior *est eorum* int. **A**; *ipse malim* facilior esset eorum i. ali **B** 21 aetatium **B**: aetatum **A**, *cf. 1, 1, 20* 23 expolitum *ed. Tarvisina* 24 salustium b etsi *Spalding*: et **AB** hic **Ab**: *om.* **B** 25 profecto **A**[1] 32 durescere **A** horridi **A**

atque ieiuni: nam neque uim eorum adhuc intellectu consequen-
tur et elocutione, quae tum sine dubio erat optima, sed nostris
temporibus aliena est, contenti, quod est pessimum, similes sibi
magnis uiris uidebuntur. alterum, quod huic diuersum est, ne 22
recentis huius lasciuiae flosculis capti uoluptate praua delenian-
tur, ut praedulce illud genus et puerilibus ingeniis hoc gratius,
quo propius est, adament. firmis autem iudiciis iamque extra
periculum positis suaserim et antiquos legere (ex quibus si ad- 23
sumatur solida ac uirilis ingenii uis deterso rudis saeculi squa-
lore, tum noster hic cultus clarius enitescet) et nouos, quibus
et ipsis multa uirtus adest. neque enim nos tarditatis natura 24
damnauit, sed dicendi mutauimus genus et ultra nobis quam
oportebat indulsimus: ita non tam ingenio illi nos superarunt
quam proposito. multa ergo licebit eligere, sed curandum erit
ne iis, quibus permixta sunt, inquinentur. quosdam uero etiam, 25
quos totos imitari oporteat, et fuisse nuper et nunc esse, quidni
libenter non modo concesserim, uerum etiam contenderim? sed 26
hi qui sint non cuiuscumque est pronuntiare. tutius circa prio-
res uel erratur, ideoque hanc nouorum distuli lectionem, ne imi-
tatio iudicium antecederet.

VI. Fuit etiam in hoc diuersum praecipientium propositum,
quod eorum quidam materias, quas discipulis ad dicendum dabant,
non contenti diuisione dirigere latius dicendo prosequebantur,
nec solum probationibus implebant, sed etiam adfectibus. alii, 2
cum primas modo lineas duxissent, post declamationes, quid omi-
sisset quisque, tractabant, quosdam uero locos non minore cura,
quam cum ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. utile utrum-
que et ideo neutrum ab altero separo: sed si facere tantum al-
terum necesse sit, plus proderit demonstrasse rectam protinus
uiam quam reuocare ab errore iam lapsos: primum, quia emen- 3
dationem auribus modo accipiunt, diuisionem uero ad cogitatio-
nem etiam et stilum perferunt: deinde, quod libentius praeci-
pientem audiunt quam reprehendentem. si qui uero paulo sunt
uiuaciores, in his praesertim moribus, etiam irascuntur admoni-

1 athuc **B** 2 sed **A** *1 m. s. l.* 3 pessimus **A**[1] 5 *flos*culis **A** deleniantur **Ba**: deliniantur **b**, leniantur **A**[1] 6 ut **A** *corr. ex* aut et] ut **A**[1] 12 sed **Ab**: *om.* **B** mutabimus **Bg** 13 superaru*nt* quam propos*ito* **A** 15 his **A** 17 non modo conc. **A**: non conc. modo **B** 18 cuiusque *lect. uar. in mg.* **Bn** *m. 2* totius **A**[1] 19 hanc *om.* **T** 21 Fuit] *praepositus in* **AB** *titulus:* De diuisione et parenchiresi (parenchirensi **B**) 24 affectibus *hoc loco* **AB** 26 non minore **A** *in ras.* 27 cum *om.* **A**[1]; *ipse malim* quam si utrumque, ideo *Spalding in Praef. I, 82* 29 sit **A** *in ras. m. 2, fort.* est 34 uiuaciores **b**: uiuatiores **A** *(prior* u *in ras.)*, iubatiores **B** admonutioni **Bg**

4 tioni et taciti repugnant. neque ideo tamen minus uitia aperte
coarguenda sunt: habenda enim ratio ceterorum, qui recta esse,
quae praeceptor non emendauerit, credent. utraque autem ratio
5 miscenda est, et ita tractanda, ut ipsae res postulabunt. nam-
que incipientibus danda erit uelut praeformata materia secundum
cuiusque uires. at cum satis composuisse se ad exemplum uide-
buntur, breuia quaedam demonstranda uestigia, quae persecuti
6 iam suis uiribus sine adminiculo progredi possint. nonnumquam
credi sibi ipsos oportebit, ne mala consuetudine semper alienum
laborem sequendi nihil per se conari et quaerere sciant. quodsi
satis prudenter dicenda uiderint, iam prope consummata fuerit
praecipientis opera: at si quid errauerint adhuc, erunt ad ducem
7 reducendi. cui rei simile quiddam facientes aues cernimus, quae
teneris infirmisque fetibus cibos ore suo conlatos partiuntur: at
cum uisi sunt adulti, paulum egredi nidis et circumuolare sedem
illam praecedentes ipsae docent: tum expertas uires libero caelo
suaeque ipsorum fiduciae permittunt.

VII. Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in
iis, de quibus nunc disserimus, aetatibus, ne omnia, quae scri-
pserint, ediscant et certa, ut moris est, die dicant: quod quidem
maxime patres exigunt, atque ita demum studere liberos suos,
si quam frequentissime declamauerint, credunt, cum profectus
2 praecipue diligentia constet. nam ut scribere pueros plurimum-
que esse in hoc opere plane uelim, sic ediscere electos ex ora-
tionibus uel historiis alioue quo genere dignorum ea cura uolu-
3 minum locos multo magis suadeam. nam et exercebitur acrius
memoria aliena complectendo quam sua, et qui erunt in diffici-
liore huius laboris genere uersati, sine molestia, quae ipsi com-
posuerint, iam familiaria animo suo adfigent: et adsuescent optimis
semperque habebunt intra se, quod imitentur, et iam non sen-
tientes formam orationis illam, quam mente penitus acceperint,
4 expriment. abundabunt autem copia uerborum optimorum et
compositione ac figuris iam non quaesitis, sed sponte et ex
reposito uelut thensauro se offerentibus. accedit his et iucunda

---

4 ipse res postulabant **A**[1] 6 at **A** *corr. ex* ac *com*posuisse *sese ad exemplum (litterae* sese ad ex *in ras. maioris spatii)* **A** 7 pręuia **A**, *sed* e *ex corr.* 9 ipsos **Ab**: eos **B** 10 sciant **A** *quoque* (*non* resciant) 12 at si **A**: si **B** 14 foetibus **a** 17 permittunt. DE EDISCENDO **AB** 19 iis **Bn** *et* **b**: is **Bg**, his **A** 23 plurimum **A**[1] 24 in **A** *s. l.* 25 al*i*oue∗qu*o* **A**, alioque genere **b** 27 *com*plectendo **A** 28 *sine* **A** composuerint **Ab**: composuerunt **B** 29 familiaria **A**: familiari **B**, familiarius *edd. recc.* 30 et etiam **a** 33 ac **B**: et **A** 34 thensauro **A**: thesauro **B**ς

in sermone bene a quoque dictorum relatio et in causis utilis.
nam et plus auctoritatis adferunt ea, quae non praesentis gratia
litis sunt conparata, et laudem saepe maiorem, quam si nostra
sint, conciliant. aliquando tamen permittendum quae ipsi scri- 5
pserint dicere, ut laboris sui fructum etiam ex illa, quae maxime
petitur, laude plurium capiant. uerum id quoque tum fieri opor-
tebit, cum aliquid commodius elimauerint, ut eo uelut praemio
studii sui donentur ac se meruisse ut dicerent gaudeant.

VIII. Virtus praeceptoris haberi solet, nec inmerito, dili-
genter in iis, quos erudiendos susceperit, notare discrimina in-
geniorum, et quo quemque natura maxime ferat, scire. nam
est in hoc incredibilis quaedam uarietas, nec pauciores animo-
rum paene quam corporum formae. quod intellegi etiam ex ipsis 2
oratoribus potest, qui tantum inter se distant genere dicendi,
ut nemo sit alteri similis, quamuis plurimi se ad eorum, quos
probabant, imitationem composuerint. utile deinde plerisque ui- 3
sum est ita quemque instituere, ut propria naturae bona doctrina
fouerent et in id potissimum ingenia, quo tenderent, adiuuaren-
tur: ut si quis palaestrae peritus, cum in aliquod plenum pueris
gymnasium uenerit, expertus eorum omni modo corpus animum-
que discernat, cui quisque certamini praeparandus sit, ita prae- 4
ceptorem eloquentiae, cum sagaciter fuerit intuitus, cuius ingenium
presso limatoque genere dicendi, cuius acri, graui, dulci, aspero,
nitido, urbano maxime gaudeat, ita se commodaturum singulis,
ut in eo, quo quisque eminet, prouehatur, quod et adiuta cura 5
natura magis eualescat, et qui in diuersa ducatur, neque in iis,
quibus minus aptus est, satis possit efficere et ea, in quae natus
uidetur, deserendo faciat infirmiora. quod mihi (libera enim uel 6
contra receptas persuasiones rationem sequenti sententia est) in
parte uerum uidetur: nam proprietates ingeniorum dispicere pror-
sus necessarium est. in his quoque certum studiorum facere 7
dilectum nemo dissuaserit. namque erit alius historiae magis
idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut
nonnulli rus fortasse mittendi. sic discernet haec dicendi ma-
gister, quomodo palaestricus ille cursorem faciet aut pugilem aut

1 bene a **B**: idonea **ab** (b**** **A**) dictorem **B**[1] 3 *et* laudem **A** 6 plurimum **A** 7 limauerint **B**[1] 8 gaudeant] *sequitur in* **AB** *titulus:* An secundum sui quisque ingeni (ingenii **Ab**) naturam docendus sit (doc. sit nat. **B**) 17 propria **AB**: propriae a 18 fauerent **A**, *malim* fouerentur 21 praeceptorem **B**: praeceptor **Ab** 24 maximae **Bg** 25 quod et **AB**: quod *dett.* 26 et qui **AB**: et si b *di*uersa **A** in his **AB** 31 est in **A** *in ras.* 32 dilectum **B**: delectum **A**ς 34 discendi **A**

luctatorem aliudue quid ex iis, quae sunt sacrorum certaminum.
8 uerum ei, qui foro destinabitur, non in unam partem aliquam, sed in omnia, quae sunt eius operis, etiam si qua difficiliora discenti uidebuntur, elaborandum est: nam et omnino superuacua
9 erat doctrina, si natura sufficeret. an si quis ingenio corruptus ac tumidus, ut plerique sunt, inciderit, in hoc eum ire patiemur? aridum atque ieiunum non alemus et quasi uestiemus? nam si quaedam detrahere necessarium est, cur non sit adicere conces-
10 sum? neque ego contra naturam pugno: non enim deserendum id bonum, si quod ingenitum est, existimo, sed augendum adden-
11 dumque quod cessat. an uero clarissimus ille praeceptor Isocrates, quem non magis libri bene dixisse quam discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atque Theopompo sic iudicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret, aut in illo lentiore tarditatem aut in illo paene praecipiti concitationem adiuuandam docendo existimauit, cum alterum alterius natura miscen-
12 dum arbitraretur? inbecillis tamen ingeniis sane sic obsequendum sit, ut tantum in id, quo uocat natura, ducantur: ita enim, quod solum possunt, melius efficient. si uero liberalior materia contigerit et in qua merito ad spem oratoris simus adgressi, nulla
13 dicendi uirtus omittenda est. nam licet sit aliquam in partem pronior, ut necesse est, ceteris tamen non repugnabit, atque ea cura paria faciet iis, in quibus eminebat, sicut ille, ne ab eodem exemplo recedamus, exercendi corpora peritus non, si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire uel calce tantum aut nexus modo atque in iis certos aliquos docebit, sed omnia, quae sunt eius certaminis. erit qui ex his aliqua non possit: in id maxime,
14 quod poterit, incumbet. nam sunt haec duo uitanda prorsus: unum, ne temptes quod effici non possit, alterum, ne ab eo, quod quis optime facit, in aliud, ad quod minus est idoneus, transferas. at si fuerit, qui docebitur, ille, quem adulescentes senem uidimus, Nicostratus, omnibus in eo docendi partibus similiter utetur efficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnan-

1 aliutue **A** ex his **AB** 6 ut **AB**: uti a 7 et (sed **A**[1]) quasi **AB**: certe eum et quasi b uestiemus. **A** *in ras. 1 m.* 9 deserendum **B**: deterendum **Ab**, *sed* **A** t *in ras.* 10 addendumque **A**, *sed extrema* e *in ras. maiore* 11 praeceptor **A**(?) **B**: praeceptorum ab 13 de ephoro b *in mg.*: de ephero **A**, deophoro **Bn**, deoforo **Bg**, de eforo b *s. l.* 14 aut — tarditatem **Bg** *in marg. habet* 15 poene **A** 16 exis*ti*mauit **A** 17 inbecillis **B**: inbecillibus b, *im*becilli*b*. (b. *in ras.*) **A** 18 uoca **A**[1] 19 efficiunt **Bg** *pr. m.* 20 oratori **Bg** 21 discendi **AB**, *sed* s *in* **A** *s. l. m. 1* 23 his **A** eminebit b 24 docentium **A**[1] 27 ex iis **B** in id **A** *in ras.* 28 incumbet **B**: componet **Ab**, *sed* **A** maxime — componet *s. l. 1 m.* 29 temp*tes* **A** 30 ad quod **A**: cui **B**

doque, quorum utroque certamine isdem diebus coronabatur, inuictum. et quanto id magis oratoris futuri magistro prouidendum 15 erit? non enim satis est dicere presse tantum aut subtiliter aut aspere, non magis quam phonasco acutis tantum aut mediis aut grauibus sonis aut horum etiam particulis excellere. nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.

IX. Plura de officio docentium locutus discipulos id unum interim moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament et parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant. multum haec pietas conferet studio: nam ita et libenter 2 audient et dictis credent et esse similes concupiscent, in ipsos denique coetus scholarum laeti alacresque conuenient: emendati non irascentur, laudati gaudebunt, ut sint carissimi studio merebuntur. nam ut illorum officium est docere, sic horum praebere 3 se dociles: alioqui neutrum sine altero sufficit. et sicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur et frustra sparseris semina, nisi illa praemollitus fouerit sulcus: ita eloquentia coalescere nequit nisi sociata tradentis accipientisque concordia.

X. In his primis operibus, quae non ipsa parua sunt, sed maiorum quasi membra atque partes, bene instituto ac satis exercitato iam fere tempus adpetet adgrediendi suasorias iudicialesque materias: quarum antequam uiam ingredior, pauca mihi de ipsa ratione declamandi dicenda sunt, quae quidem ut ex omnibus nouissime inuenta, ita multo est utilissima. nam et cuncta illa, 2 de quibus diximus, in se fere continet et ueritati proximam imaginem reddit, ideoque ita est celebrata, ut plerisque uideretur ad formandam eloquentiam uel sola sufficere. neque enim uirtus ulla perpetuae dumtaxat orationis reperiri potest, quae non sit cum hac dicendi meditatione communis. eo quidem res ista culpa 3 docentium reccidit, ut inter praecipuas, quae corrumperent eloquentiam, causas licentia atque inscitia declamantium fuerit. sed eo, quod natura bonum est, bene uti licet. sint ergo et ipsae 4 materiae, quae fingentur, quam simillimae ueritati, et declamatio, in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum

1 isdem AB: iisdem ς 7 consentiat. DE OFFICIO DISCIPULORUM AB 8 officiis B id A: in B 9 minus A *1 m. in ras.* 11 confert B 13 alacresque A: alacres B, et alacres *al.* 16 alioquin b 18 fuderit A 19 ni*si* A' concordia] *sequitur in* AB *titulus:* De utilitate et ratione declamandi. 21 ac satis Ab: atque B 22 *app*etet A 24 declamandi ratione B 25 *in*uenta A 30 culpā B 31 reccidit B: recidit Ab, *cf. ad 4, 1, 51. 6, 3, 32* praecipu*as* A 34 ueritatis A; ueritati *Victor quoque habet c. 25, p. 445, 31; cf. infra § 12*

5 exercitationem reperta est. nam magos et pestilentiam et re-
sponsa et saeuiores tragicis nouercas aliaque magis adhuc fabu-
losa frustra inter sponsiones et interdicta quaeremus. quid ergo?
numquam haec supra fidem et poetica, ut uere dixerim, themata
iuuenibus tractare permittamus, ut exspatientur et gaudeant ma-
6 teria et quasi in corpus eant? erit optimum, sed certe sint
grandia et tumida, non stulta etiam et acrioribus oculis intuenti
ridicula, ut, si iam cedendum est, impleat se declamator ali-
quando, dum sciat, ut quadrupedes, cum uiridi pabulo distentae
sunt, sanguinis detractione curantur et sic ad cibos uiribus con-
seruandis idoneos redeunt, ita sibi quoque tenuandas adipes, et
quidquid umoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus
7 ac robustus uolet. alioqui tumor ille inanis primo cuiusque ueri
operis conatu deprehendetur. totum autem declamandi opus qui
diuersum omni modo a forensibus causis existimant, ii profecto
ne rationem quidem, qua ista exercitatio inuenta sit, peruident:
8 nam si foro non praeparet, aut scaenicae ostentationi aut furiosae
uociferationi simillimum est. quid enim attinet iudicem praepa-
rare, qui nullus est? narrare, quod omnes sciant falsum? pro-
bationes adhibere causae, de qua nemo sit pronuntiaturus? et
haec quidem otiosa tantum: adfici uero et ira uel luctu permo-
ueri cuius est ludibrii, nisi quibusdam pugnae simulacris ad uerum
9 discrimen aciemque iustam consuescimus? nihil ergo inter fo-
rense genus dicendi atque hoc declamatorium intererit? si pro-
fectus gratia dicimus, nihil. utinamque adici ad consuetudinem
posset, ut nominibus uteremur et perplexae magis et longioris
aliquando actus controuersiae fingerentur et uerba in usu coti-
diano posita minus timeremus et iocos inserere moris esset: quae
nos, quamlibet per alia in scholis exercitati simus, tirones in
10 foro inueniunt. si uero in ostentationem comparetur declamatio,
sane paulum aliquid inclinare ad uoluptatem audientium debemus.
11 nam et in iis actionibus, quae in aliqua sine dubio ueritate uer-
santur, sed sunt ad popularem aptatae delectationem, quales

2 tragi*cis* **A** 5 permittant ut et spatientur **A** 6 erit **Ab**: erat **B** 7 a*crioribus* **A** 10 sunt **Bn** *pr. m. corr. ex* sint 11 tenuandas **AB** *(in* **A** *prior* a *in ras.)*: tenuandos **LT** 12 quicquid **A** humoris **Ab** 13 alioquin **Ab** cuiusque **A**: cuiuscumque **B** 14 dep*re*henditur **A**[1] 15 hi **Ab**ς, *om.* **B** 16 iuuenta sit **A** 17 scaenicae **AB**: scenicae *edd.* 19 probationes **A** *corr. e* bationes 21 permoueri **A**, *ut coni. Capperonnier*: permouere **B**ς 23 nihil ergo **A** *in ras.* 26 nominib*us* **A** 27 cottidiano **B** 28 iocis **A** 29 *si*mus **A** 30 inueniuntur **b**, inueni*mur* **A** si *et* comparetur **A** *2 m. in ras.* 31 paulum **AB**: paululum **b** inclinare **Ab**: inclamare **B** uoluptatem **A**: uoluntatem **B** debemus **Ab**: demus **B** 32 in **Ab**: *om.* **B** his **A** 33 delectationem **Ba**: declamationem **A***(?)*

legimus panegyricos totumque hoc demonstratiuum genus, per-
mittitur adhibere plus cultus omnemque artem, quae latere ple-
rumque in iudiciis debet, non confiteri modo, sed ostentare etiam
hominibus in hoc aduocatis. quare declamatio, quoniam est iu- 12
diciorum consiliorumque imago, similis esse debet ueritati: quo-
niam autem aliquid in se habet ἐπιδεικτικόν, nonnihil sibi nitoris
adsumere. quod faciunt actores comici, qui neque ita prorsus, 13
ut nos uulgo loquimur, pronuntiant, quod esset sine arte, neque
procul tamen a natura recedunt, quo uitio periret imitatio, sed
morem communis huius sermonis decore quodam scaenico exor-
nant. sic quoque aliqua nos incommoda ex iis, quas finxerimus, 14
materiis consequentur, in eo praecipue, quod multa in iis relin-
quuntur incerta, quae sumimus, ut uidetur, aetates, facultates,
liberi, parentes, urbium ipsarum uires, iura, mores, alia his
similia: quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum 15
uitiis ducimus. sed haec suo quoque loco. quamuis enim omne
propositum operis a nobis destinati eo spectet, ut orator insti-
tuatur, tamen, ne quid studiosi requirant, etiam si quid erit,
quod ad scholas proprie pertineat, in transitu non omittemus.

XI. Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex
qua capere initium solent, qui priora omiserunt: quamquam uideo
quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi, qui nihil egere
huiusmodi praeceptis eloquentiam putent, sed natura sua et uul-
gari modo et scholarum exercitatione contenti rideant etiam di-
ligentiam nostram exemplo magni quoque nominis professorum,
quorum aliquis, ut opinor, interrogatus, quid esset σχῆμα et
νόημα, nescire se quidem, sed si ad rem pertineret, esse in sua
declamatione respondit. alius percontanti Theodoreus an Apol- 2
lodoreus esset, ‘ego’ inquit ‘parmularius sum’. nec sane potuit
urbanius ex confessione inscitiae suae elabi. porro hi, quia et
beneficio ingenii praestantes sunt habiti et multa etiam memoria

---

3 in *om.* **A**¹ 5 *si*milis **A** 6 autē **A** *corr. ex* aut epidicticon **AB** 8 loquimur] *haec usque ad finem capitis in* **Bg** *alia manu scripta sunt* 9 recedunt*** quo **A** 11 his **AB** quae **Bg** (quas *habet* **Bn**) 12 iis **Bn**: is **Bg**, his **Ab** relincuntur **A** 13 uidetur **ABn**: uidentur **Bg**, *item* **Bn** *corr. m. 2* 14 liberi **A**: liberos **B**ς 15 quin **B**: *om.* **A** argumentum *ed. Bonnelli* 16 quoque **A**: quaeque **Ba**, *cf. 4, 2, 62* 18 studiosi **A**, *sed* i *extrema e corr.* 19 proprie (-iae **A**¹) pertineat **A**: pertineat proprie **B**ς 20 Iam] *praecedit in* **AB** *titulus:* An artis necessaria cognitio hic **B** 21 pri*ora* A (pri***** **A**¹) 22 legere **b** 23 huiusmodi **A**: eiusmodi **B** 24 et (*post* modo) *om.* **A** 25 nominis usi *Meister* 27 noema **B**: enigma **Ab** 29 parmularius **A**, *sed prior* u *in ras.* sum **Ab**: *om.* **B** 30 inscit*iae* **A**, insisceię **Bg**, insicię **b**, inscientiae *m. 3 in mg.* **Bg** quia **B**: qui **A** 31 mult*a et*iam **A**

digna exclamauerunt, plurimos habent similes neglegentiae suae,
3 paucissimos naturae. igitur impetu dicere se et uiribus uti glo-
riantur: neque enim opus esse probatione aut dispositione in
rebus fictis, sed, cuius rei gratia plenum sit auditorium, sen-
tentiis grandibus, quarum optima quaeque a periculo petatur.
4 quin etiam in cogitando nulla ratione adhibita aut tectum in-
tuentes magnum aliquid, quod ultro se offerat, pluribus saepe
diebus expectant, aut murmure incerto uelut classico instincti
concitatissimum corporis motum non enuntiandis, sed quaerendis
5 uerbis accommodant. nonnulli certa sibi initia, priusquam sen-
sum inuenerint, destinant, quibus aliquid diserti subiungendum
sit: eaque diu secum ipsi clareque meditati desperata conectendi
facultate deserunt et ad alia deinceps atque inde alia non minus
6 communia ac nota deuertunt. qui plurimum uidentur habere
rationis, non in causas tamen laborem suum, sed in locos in-
tendunt, atque in iis non corpori prospiciunt, sed abrupta quae-
7 dam, ut forte ad manum uenere, iaculantur. unde fit, ut disso-
luta et ex diuersis congesta oratio cohaerere non possit, similisque
sit commentariis puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus
laudata sunt, regerunt. magnas tamen sententias et res bonas
(ita enim gloriari solent) elidunt, nam et barbari et serui: et,
si hoc sat est, nulla est ratio dicendi.

XII. Ne hoc quidem negauerim, sequi plerumque hanc opi-
nionem, ut fortius dicere uideantur indocti, primum uitio male
iudicantium, qui maiorem habere uim credunt ea, quae non ha-
beant artem, ut effringere quam aperire, rumpere quam soluere,
2 trahere quam ducere putant robustius. nam et gladiator, qui
armorum inscius in rixam ruit, et luctator, qui totius corporis
nisu in id, quod semel inuasit, incumbit, fortior ab iis uocatur,
cum interim et hic frequenter suis uiribus ipse prosternitur et
3 illum uehementis impetus excipit aduersarii mollis articulus. sed
sunt in hac parte, quae imperitos etiam naturaliter fallant: nam
et diuisio, cum plurimum ualeat in causis, speciem uirium minuit,
et rudia politis maiora et sparsa compositis numerosiora credun-
4 tur. est praeterea quaedam uirtutum uitiorumque uicinia, qua

1 declamauerunt *Huetius, recte ut uidetur* 12 clare (clareq. *corr.*) med*itati* **A** 16 iis **B**: his **A**ς 19 commentaris **B**[1], puerorum comm. *Zumpt et Bonnell* (*non item* **A**) alis **B**[1] 22 dicendi] *sequitur titulus in* **AB**: Quae inerud iti ingeniosiores uulgo habeantur 23 plerosque *Francius, at cf. Spald.* 25 habeant **A**: habent **B**ς 26 effingere **A**[1] 28 inscius **Bn** *corr. m. 1 ex* inscits, insci**s **Bg** *1 m.* ruit*** et **A** 29 incumbit **A**b: incubuit **B** his **A** 31 illius uehementis impetus *Badius* aduersari **Bn** *pr. m.*

maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. maledicit autem ineruditus apertius et saepius uel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. adfert et ista 5
res opinionem, quia libentissime homines audiunt ea quae dicere ipsi noluissent. illud quoque alterum, quod est in elocutione ipsa periculum, minus uitat conaturque perdite, unde euenit nonnumquam ut aliquid grande inueniat qui semper quaerit quod nimium est: uerum id et raro prouenit et cetera uitia non pensat.

Propter hoc quoque interdum uidentur indocti copiam habere 6
maiorem, quod dicunt omnia, doctis est et electio et modus. his accedit, quod a cura docendi quod intenderint recedunt. itaque illud quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant nihilque aliud, quam quod uel prauis uoluptatibus aures adsistentium permulceat, quaerunt. sententiae quoque ipsae, quas 7
solas petunt, magis eminent, cum omnia circa illas sordida et abiecta sunt, ut lumina non inter umbras, quemadmodum Cicero dicit, sed plane in tenebris clariora sunt. itaque ingeniosi uocentur, ut libet, dum tamen constet contumeliose sic laudari disertum. nihilo minus confitendum est etiam detrahere doctri- 8
nam aliquid, ut limam rudibus et cotes hebetibus et uino uetustatem, sed uitia detrahit, atque eo solo minus est quod litterae perpolierunt, quo melius.

Verum hi pronuntiatione quoque famam dicendi fortius quae- 9
runt: nam et clamant ubique et omnia leuata, ut ipsi uocant, manu emugiunt, multo discursu, anhelitu, iactatione gestus, motu capitis furentes. iam conlidere manus, terrae pedem incutere, 10
femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus, ut in oratione multa summittere, uariare, disponere, ita etiam in pronuntiando suum cuique eorum, quae dicet, colori adcommodare actum sciat, et si quid sit perpetua obseruatione dignum, modestus et esse et uideri malit. at illi 11

17. de Orat. 3, 26, 101.

4 audiunt Bn *corr. 1 m. ex* audient 8 id A: *om.* B prouenit Ab: euenit B cetera A: certa Bg 12 intenderint B: intenderunt Ab 14 quod Ab: quo B 15 permulceant B 18 in tenebris Ab: inter tenebras B, *quod tuens Burman comparauit Gell. N. A. 9, 7* inter diem 19 uocentur Bg *corr. e* uocantur, A *quoque e in ras. habet* 21 *limam* A ut (et a) uino A 26 emug*iunt (n superscr.) A, emungiunt b i. gestus AB: iactatione, gestu *edd. uett. at cf. 11, 1, 51* iactantior gestus 27 furentes B: frequentes A nam A *1 m.* 29 uariare disponere *om.* A[1] 31 colori AB: colorem ab sit A: *om.* B 32 mallit B, *sed corr. in* Bg

hanc uim appellant, quae est potius uiolentia: cum interim
non actores modo aliquos inuenias, sed, quod est turpius, prae-
ceptores etiam, qui breuem dicendi exercitationem consecuti omissa
ratione, ut tulit impetus, passim tumultuentur eosque, qui plus
honoris litteris tribuerunt, ineptos et ieiunos et tepidos et in-
firmos, ut quodque uerbum contumeliosissimum occurrit, appel-
12 lent. uerum illis quidem gratulemur sine labore, sine ratione,
sine disciplina disertis: nos, quando et praecipiendi munus iam
pridem deprecati sumus et in foro quoque dicendi, quia honestis-
simum finem putabamus desinere dum desideraremur, inquirendo
scribendoque talia consolemur otium nostrum, quae futura usui
bonae mentis iuuenibus arbitramur, nobis certe sunt uoluptati.

XIII. Nemo autem a me exigat id praeceptorum genus,
quod est a plerisque scriptoribus artium traditum, ut quasi quas-
dam leges inmutabili necessitate constrictas studiosis dicendi fe-
ram: utique prooemium et id quale, proxima huic narratio, quae
lex deinde narrandi, propositio post hanc uel, ut quibusdam
placuit, excursio, tum certus ordo quaestionum ceteraque, quae,
uelut si aliter facere fas non sit, quidam tamquam iussi secun-
2 tur. erat enim rhetorice res prorsus facilis ac parua, si uno et
breui praescripto contineretur: sed mutantur pleraque causis,
temporibus, occasione, necessitate. atque ideo res in oratore
praecipua consilium est, quia uarie et ad rerum momenta con-
3 uertitur. quid si enim praecipias imperatori, quotiens aciem in-
struat, *ut* derigat frontem, cornua utrimque promoueat, equites
pro cornibus locet? erit haec quidem rectissima fortasse ratio,
quotiens licebit: sed mutabit natura loci, si mons occurret, si
4 flumen obstabit, collibus, siluis, asperitate alia prohibebitur: mu-
tabit hostium genus, mutabit praesentis condicio discriminis:
nunc acie derecta, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugna-
bitur, nonnumquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit.
5 ita prooemium necessarium an superuacuum, breue an longius,
ad iudicem omni sermone derecto an aliquando auerso per ali-

3 missa **A**[1] 5 tepidos **A**: trepidos *rell. et edd.* 8 iam **A**: etiam **B** 10 in quaerendo **A** 12 cert*e* **A** uoluptati. QUIS MODUS IN ARTE **AB** 18 tunc **A** ce*tera*que **A** 19 tamquam iussi **B**: tantum quantum iussi sic **Ab** sequuntur **B**ς 24 quid si enim **AB** (*sed* **A** si* *et* enim *1 m. s. l.*): quid enim si *dett. pauci; cf. 3, 6, 6 et Lachm. ad Lucr. p. 184* instrua* **A**: instruet **B** 25 ut *addidit Aldus* derigat **Bn**: dirigat **Ab**, **dirigat **Bg** 26 rectissima (a *in ras.*) forte **A** 27 mutabit *Francius:* mutabitur *libri* 28 flumen **Bn** *corr. ex* fluct collibus **AB**: si collibus *edd. uett.* aliqua *Spalding* 30 derecta **B**: directa **A**ς 33 a iudice **A**[1] derecto **B**: directo **Ab**, *sed* **A** re *in ras.* an *om.* **A**[1]

quam figuram dicendum sit, constricta an latius fusa narratio,
continua an diuisa, recta an ordine permutato, causae docebunt.
itemque de quaestionum ordine, cum in eadem controuersia aliud 6
alii parti prius quaeri frequenter expediat. neque enim rogatio-
nibus plebisue scitis sancta sunt ista praecepta, sed hoc, quid-
quid est, utilitas excogitauit. non negabo autem sic utile esse 7
plerumque, alioqui nec scriberem, uerum si eadem illa nobis aliud
suadebit utilitas, hanc relictis magistrorum auctoritatibus se-
quemur.

Equidem id maxime 8

praecipiam ac repetens iterumque iterumque
monebo:

res duas in omni actu spectet orator, quid deceat et quid ex-
pediat. expedit autem saepe mutare ex illo constituto traditoque
ordine aliqua, et interim decet, ut in statuis atque picturis uide-
mus uariari habitus, uultus, status. nam recti quidem corporis 9
uel minima gratia est: nempe enim aduersa sit facies et demissa
brachia et iuncti pedes et a summis ad ima rigens opus. flexus
ille et, ut sic dixerim, motus dat actum quendam et adfectum:
ideo nec ad unum modum formatae manus et in uultu mille
species. cursum habent quaedam et impetum, sedent alia uel 10
incumbunt, nuda haec, illa uelata sunt, quaedam mixta ex utro-
que. quid tam distortum et elaboratum quam est ille discobolos
Myronis? si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne
ab intellectu artis afuerit, in qua uel praecipue laudabilis est
ipsa illa nouitas ac difficultas? quam quidem gratiam et dele- 11
ctationem adferunt figurae, quaeque in sensibus quaeque in uerbis
sunt. mutant enim aliquid a recto atque hanc prae se uirtutem
ferunt, quod a consuetudine uulgari recesserunt. habet in pictura 12
speciem tota facies: Apelles tamen imaginem Antigoni latere
tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret. quid?
non in oratione operienda sunt quaedam, siue ostendi non de-
bent siue exprimi pro dignitate non possunt? ut fecit Timanthes, 13

---

11. secundum Verg. Aen. 3, 436.

---

4 queri **B** 5 plebis*ue*scitis **A** quicquid **A** 6 utilem esse **B** 7 alioquin *hoc loco* **B** *quoque* 8 auctori*tatibus* sequemur **A** 11 praedicam *Vergilius* 13 deceat et **Ab**: deceat **B** 15 interim et decet *Francius* 16 uariare **A** 17 ne*que* enim **A** (que *in ras. m. 2*) sit **AB**: fit *Gibson* 18 bracchia **ABn** et iuncti pedes *om.* **A**[1] 19 affectum **A**: factum **B**; *cf. 8, 6, 11* cum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus 23 discobolus **b** 25 precipie **Bg** 28 enim **A**: etiam **B** 29 habet et **A** 30 *ap*pelles **A** Antigoni **Bg** *om. 1 m.* 31 oculi* **A** 33 timamthes **B** (*sed corr. in* **Bg**), thimantes **A**

opinor, Cythnius in ea tabula, qua Coloten Teium uicit. nam cum in Iphigeniae immolatione pinxisset tristem Calchantem, tristiorem Ulixen, addidisset Menelao quem summum poterat ars efficere maerorem: consumptis adfectibus non reperiens, quo digne modo patris uultum posset exprimere, uelauit eius caput
14 et suo cuique animo dedit aestimandum. nonne huic simile est illud Sallustianum: nam de Carthagine tacere satius puto quam parum dicere? propter quae mihi semper moris fuit quam minime alligare me ad praecepta, quae καθολικά uocitant, id est, ut dicamus quomodo possumus, uniuersalia uel perpetualia: raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari
15 parte aliqua et subrui possit. sed de his plenius suo quidque loco tractabimus: interim nolo se iuuenes satis instructos, si quem ex his, qui breues plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint et uelut decretis technicorum tutos putent. multo labore, adsiduo studio, uaria exercitatione, plurimis experimentis, altissima prudentia, praesentissimo consilio constat ars dicendi.
16 sed adiuuatur his quoque, si tamen rectam uiam, non unam orbitam monstrent, a qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. itaque et stratum militari labore iter saepe deserimus conpendio ducti, et si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circumire cogemur, et si ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus.
17 late fusum opus est et multiplex et prope cotidie nouum, et de quo numquam dicta erunt omnia. quae sint tamen tradita, quid ex his optimum, et si qua mutari, adici, detrahi melius uidebitur, dicere experiar.

XIV. Rhetoricen in latinum transferentes tum oratoriam, tum oratricem nominauerunt. quos equidem non fraudauerim debita laude, quod copiam romani sermonis augere temptarint: sed non omnia nos ducentes e graeco sequuntur, sicut ne illos quidem, quotiens utique suis uerbis signare nostra uoluerunt.

7. Iug. 19.

1 cytnius **B**, sythnius **A** qua **A** *2 m. in ras.* 2 ifigeniae **B** chalcantem **A** 3 menalao **A** 4 repperiens **AB** 5 posset **A**, *sed* e *2 m. in ras.* 7 chartagine **A**, charthagine **Bg** silere melius puto *Sallustius*, puto *om.* **A** 8 fuit **Ab**: *om.* **Bn** *1 m.* fuerit **Bn** *s. l. m. 2 et* **Bg** 9 uocitant **A** *solus:* uocant **B** 11 repperitur **A** 12 et **AB**: aut *aliquot edd. uett.* 13 se* **A** 15 putent **Bg** *corr. 1 m. ex* putant 17 consilio **A** 19 monst*ent **A**: monstret **B** a qua *ed. Col. 1527:* qua **AB**, quae **b** 20 et stratum **B**: et si rarum **A** *corr. m. 2* 22 *fort.* interciderint 23 cogimur **A**[1] 24 prope cotidie **A**, p. cottidie **B** 25 quae sunt *ed. Col. 1536* 26 obtimum **B** 27 experiar. DIUISIO TOTIUS OPERIS. **AB** 31 e **B** *(sed in* **Bn** *punct.):* ex **A** *m. 2 in ras.* 32 utique suis **A**: suis utique **B**

et haec interpretatio non minus dura est quam illa Plauti es- 2
sentia et queentia, sed ne propria quidem: nam oratoria
sic effertur ut elocutoria, oratrix ut elocutrix, illa autem,
de qua loquimur, rhetorice talis est qualis eloquentia: nec dubie
apud Graecos quoque duplicem intellectum habet. namque uno 3
modo fit adpositum, ars rhetorica, ut nauis piratica, altero nomen
rei, qualis est philosophia, amicitia. nos ipsam nunc uolumus
significare substantiam, ut grammatice litteratura est, non
litteratrix, quemadmodum oratrix, nec litteratoria, quem-
admodum oratoria: uerum id in rhetorice non fit. ne pugne- 4
mus igitur, cum praesertim plurimis alioqui graecis sit utendum.
nam certe et philosophos et musicos et geometras dicam nec
uim adferam nominibus his indecora in latinum sermonem mu-
tatione: denique cum M. Tullius etiam *in* ipsis librorum quos
hac de re primum scripserat titulis graeco nomine utatur, pro-
fecto non est uerendum ne temere uideamur oratori maximo de
nomine artis suae credidisse.

Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillationis utemur 5
hac appellatione) sic, ut opinor, optime diuidetur, ut de arte,
de artifice, de opere dicamus. ars erit, quae disciplina percipi
debet: ea est bene dicendi scientia. artifex est, qui percepit
hanc artem: id est orator, cuius est summa bene dicere. opus,
quod efficitur ab artifice: id est bona oratio. haec omnia rursus
diducuntur in species: sed illa sequentia suo loco, nunc quae de
prima parte tractanda sunt ordiar.

XV. Ante omnia, quid sit rhetorice: quae finitur quidem
uarie, sed quaestionem habet duplicem: aut enim de qualitate
ipsius rei aut de comprensione uerborum dissensio est. prima 2
atque praecipua opinionum circa hoc differentia, quod alii malos
quoque uiros posse oratores dici putant, alii, quorum nos sen-

1 Plauti *libri, ut 3, 6, 23, sed 8, 3, 33 haec interpretatio* Sergio Flauo *addicitur, eadem a Seneca ep. 58, 6* Fabiano; *hinc alii* Flauium *hic reponendum censent, Spaldingius in edit.* Flauianum, *sed postea in dissertatione academica (Acta acad. Berol 1804—11 p. 1 sqq.)* Verginium Flauum 2 et queentia **AB**: atque entia **b** *et edd. cf. 8, 3, 33, ubi item ex optimis libris* queens *restituendum erat* sed **Bg** *corr. ex* se et 3 effertur **Ab**: efferetur **B** 6 ut **Ab**: *om.* **B** 7 qualis **Ab**: quae **B** *amicitia* **A** 8 significare **A** *in ras.* 9 quemadm. oratrix *om.* **A** 10 id (i *in ras. m. 2*) in **A**: id *om. rell. noti* non sic *edd. multae priores* 11 alioquin **Ab** 12 certe et **A**: certe si **B**, c. sic *Gesnerus* 14 in *addidit Capperonnier* 16 tenere **Bg** *1m.* 19 diuiditur **A** 21 *debet* et ea est **A** percepit **B**: percipit **Ab** 22 opus est quod *Regius* 25 ordiar] *sequitur in* **AB** *titulus:* Quid sit rhetorice et quis eius finis. 26 quid sit *ab* ordiar *(u. 25) pendere bene monuit Spalding. unde falsam esse capitum descriptionem apparet* 27 de *om.* **B** (**Bn** *initio uersus*)

tentiae accedimus, nomen hoc artemque, de qua loquimur, bonis
2 demum tribui uolunt. eorum autem, qui dicendi facultatem a
maiore ac magis expetenda uitae laude secernunt, quidam rhe-
toricen uim tantum, quidam scientiam, sed non uirtutem, quidam
usum, quidam artem quidem, sed a scientia et uirtute diiunctam,
quidam etiam prauitatem quandam artis, id est κακοτεχνίαν no-
3 minauerunt. hi fere aut in persuadendo aut in dicendo apte ad
persuadendum positum orandi munus sunt arbitrati: id enim fieri
potest ab eo quoque, qui uir bonus non sit. est igitur frequen-
tissimus finis rhetoricen esse uim persuadendi. quod ego
uim appello, plerique potestatem, nonnulli facultatem uo-
cant: quae res ne quid adferat ambiguitatis, uim dico δύναμιν.
4 haec opinio originem ab Isocrate, si tamen re uera ars quae
circumfertur eius est, duxit. qui cum longe sit a uoluntate in-
famantium oratoris officia, finem artis temere comprendit dicens
esse rhetoricen persuadendi opificem, id est πειθοῦς δη-
μιουργόν: neque enim mihi permiserim eadem uti declinatione,
5 qua Ennius M. Cethegum suadae medullam uocat. apud
Platonem quoque Gorgias in libro, qui nomine eius inscriptus
est, idem fere dicit, sed hanc Plato illius opinionem uult accipi,
non suam. Cicero pluribus locis scripsit, officium oratoris esse
6 dicere adposite ad persuadendum. in rhetoricis etiam,
quos sine dubio ipse non probat, finem facit persuadere. ue-
rum et pecunia persuadet et gratia et auctoritas dicentis et
dignitas, postremo aspectus etiam ipse sine uoce, quo uel recor-
datio meritorum cuiusque uel facies aliqua miserabilis uel formae
7 pulchritudo sententiam dictat. nam et Manium Aquilium defen-
dens Antonius, cum scissa ueste cicatrices, quas is pro patria
pectore aduerso suscepisset, ostendit, non orationis habuit fidu-
ciam, sed oculis populi Romani uim attulit: quem illo ipso aspectu
8 maxime motum in hoc, ut absolueret reum, creditum est. Ser-
uium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos

18. Ann. IX v. 309 Vahl. 19. Gorg. p. 453 A. 21. de Inu. 1, 5, 6. de Orat. 1, 31, 138. 22. I, 5, 6.

3 rhetorice **A** 5 diiunctam **B**: disiunctam **Ab** 6 cacotechnian **A** 7 dicendo **A**: docendo **B** apte **Ab**: apte **B**, apposite *ed. Ald.* 12 afferat *hic* **B** *quoque* dico dynallin **B**, *sed corr. in* **Bg** *m. rec.* (λλ *pro* M) 13 *si tamen* **A** 15 comprehendit dic*ens esse* **A** 16 opificem **B**: artificem **A** πιοουc **A**, πεοουc **B** 18 suade mede*llam* **A** (ella *m. 2* 22 appositum **A**[1] 23 persuadere dictione *Cic.* 25 cum (*uel* quom) *Spalding* 27 manium **Ab**: m **B** 28 qua*s* **A** 30 ipso **Ab**: *om.* **B** 31 seruum **Bg** *1 m.*

paruulos in contione produxerat, sed Galli etiam Sulpici filium
suis ipse manibus circumtulerat, elapsum esse cum aliorum mo-
numentis, tum Catonis oratione testatum est. et Phrynen non 9
Hyperidis actione quamquam admirabili, sed conspectu corporis,
quod illa speciosissimum alioqui diducta nudauerit tunica, putant
periculo liberatam. quae si omnia persuadent, non est hic, de
quo locuti sumus, idoneus finis. ideoque diligentiores sibi sunt 10
uisi, qui, cum de rhetorice idem sentirent, existimarunt eam
uim dicendo persuadendi. quem finem Gorgias in eodem,
de quo supra diximus, libro uelut coactus a Socrate facit, a quo
non dissentit Theodectes, siue ipsius id opus est, quod de rhe-
torice nomine eius inscribitur, siue, ut creditum est, Aristotelis:
in quo est finem esse rhetorices, ducere homines dicendo
in id quod actor uelit. sed ne hoc quidem satis est compre- 11
hensum: persuadent enim dicendo uel ducunt in id quod uolunt
alii quoque, ut meretrices, adulatores, corruptores. at contra
non persuadet semper orator, ut interim non sit proprius hic
finis eius, interim sit communis cum iis, qui ab oratore procul
absunt. atqui non multum ab hoc fine abest Apollodorus dicens 12
iudicialis orationis primum et super omnia esse persuadere
iudici et sententiam eius ducere in id quod uelit. nam
et ipse oratorem fortunae subicit, ut, si non persuaserit, nomen
suum retinere non possit. quidam recesserunt ab euentu, sicut 13
Aristoteles dicit: rhetorice est uis inueniendi omnia in
oratione persuasibilia. qui finis et illud uitium, de quo
supra diximus, habet, et insuper, quod nihil nisi inuentionem
conplectitur, quae sine elocutione non est oratio. Hermagorae, 14
qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere, et aliis, qui
eandem sententiam, non isdem tantum uerbis explicant ac finem
esse demonstrant, dicere quae oporteat omnia ad persua-
dendum, satis responsum est, cum persuadere non tantum ora-

9. p. 452 E. 24. Rhet. 1, 2.

1 paruolos **B** produxerit — circumtulerit *malebat Spalding* gallica **A**¹ sulpici **AB**: sulpicii **b** 3 est *om.* **T** 4 adspectu pectoris *Valckenaer ad Callim. p. 196* 5 ille *malebat Spalding; at cf. Fr. Jacobs verm. Schriften IV, 455* aliqui deducta **A** nudauerit **A** *ut coni. Spalding*: nudauerat **B a** ς 7 idoneis **Bg** *1 m.* sibi sunt uisi **A**: sunt uisi sibi **B** ς 8 existimarunt **AB**: existimauerunt ς 9 in dicendo **a b** 14 actor **A**: auctor **B**, orator *L. Spengel Mus. rhen. (1863) 18, 515* comprehensum *h. l. etiam* **B**, *sed* **Bg** *corr. ex* comprensum 16 at **A**, *sed* a *in ras.* 18 his **A** 19 ab*sunt* **A** 22 ipse **B**: ipsum **A b** 24 aristotelis **A**¹ uis uidendi *Francius et Spengel l. c. p. 491, ut est infra § 16; apud Aristotelem est:* δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν 25 persuadibilia **B** 27 est. Oratio hermag. **B** 28 ait **A** *in ras.* 29 tantum **AB**: tamen *dett. pauci*

15 toris esse conuicimus. addita sunt his alia uarie. quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modo uersari rhetoricen putauerunt: quorum uerius utrum sit, in eo loco, qui huius quae-
16 stionis proprius est, dicam. omnia subiecisse oratori uidetur Aristoteles, cum dixit, uim esse uidendi, quid in quaque re possit esse persuasibile, et Patrocles, qui non quidem adicit in quaque re, sed nihil excipiendo idem ostendit. uim enim uocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile: qui fines et ipsi solam conplectuntur inuentionem. quod uitium fugiens Theodorus uim putat inueniendi et eloquendi
17 cum ornatu credibilia in omni oratione. sed cum eodem modo credibilia, quo persuasibilia, etiam non orator inueniat, adiciendo in omni oratione magis quam superiores concedit
18 scelera quoque suadentibus pulcherrimae rei nomen. Gorgias apud Platonem suadendi se artificem in iudiciis et aliis coetibus esse ait, de iustis quoque et iniustis tractare: cui Socrates per-
19 suadendi, non docendi concedit facultatem. qui uero non omnia subiciebant oratori, sollicitius ac uerbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina, quorum fuit Ariston, Critolai Peripatetici discipulus, cuius hic finis est: scientia uidendi et agendi in quaestionibus ciuilibus per orationem popularis
20 persuasionis. hic scientiam, quia Peripateticus est, non ut Stoici uirtutis loco ponit: popularem autem conprendendo persuasionem etiam contumeliosus est aduersus artem orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. illud de omnibus, qui circa ciuiles demum quaestiones oratorem iudicant uersari, dictum sit, excludi ab iis plurima oratoris officia, illam certe laudatiuam
21 totam, quae est rhetorices pars tertia. cautius Theodorus Gadareus, ut iam ad eos ueniamus, qui artem quidem esse eam, sed non uirtutem putauerunt. ita enim dicit, ut ipsis eorum uerbis utar, qui haec ex graeco transtulerunt: ars inuentrix et iudicatrix et enuntiatrix decente ornatu secundum mensionem eius, quod in quoque potest sumi persuasibile,

14. p. 451 B.

1 addite A 4 dicā A (ā *in ras. m. 2*) uidendi Ab: dicendi B 6 patrocles Ab: latrocles B 8 quid *uar. lectio in mg* Bg 10 theodorus A: teodorus b, eudorus B, *unde Spengel in Artium script. p. 102* Diodorus, *quam coniecturam ipse recepit in Mus. rhen. 18, 521* loquendi A 11 ratio.e A 13 oratione A, *sed prior* o *in ras.* conced t A, *sed* i *in ras. m. 2* 14 suadentibus A 17 non docendi *om.* A[1] 19 critulai b, critola A[1] 20 scientiā A 22 quia Bn, *sed* i *deleta*, qua *item* Bg *1 m.* 23 conprehen endo Ab 27 iis B: his A 32 nuntiatrix AB decente B *sed* nte *in* Bn *eras.*: detecente b, decentis ornatus A mensionem BMS: mentionem A, inuentionem *margo Venetae 1494 (Valla?)* 33 in quocumque b

in materia ciuili. itemque Cornelius Celsus, qui finem rhe- 22
torices ait dicere persuasibiliter in dubia ciuili materia.
quibus sunt non dissimiles, qui ab aliis traduntur, qualis est ille:
uis uidendi et eloquendi de rebus ciuilibus subiectis
sibi cum quadam persuasione et quodam corporis ha-
bitu et eorum quae dicet pronuntiatione. mille alia, 23
sed aut eadem aut ex isdem conposita, quibus item, cum de
materia rhetorices dicendum erit, respondebimus. quidam eam
neque uim neque scientiam neque artem putauerunt, sed Crito-
laus usum dicendi (nam hoc τριβή significat), Athenaeus fal-
lendi artem. plerique autem, dum pauca ex Gorgia Platonis 24
a prioribus inperite excerpta legere contenti neque hoc totum
neque alia eius uolumina euoluunt, in maximum errorem inci-
derunt creduntque, eum in hac esse opinione, ut rhetoricen non
artem, sed peritiam quandam gratiae ac uoluptatis exi-
stimet, et alio loco ciuilitatis particulae simulacrum et 25
quartam partem adulationis, quod duas partes ciuilitatis
corpori adsignet, medicinam et quam interpretantur exercitatri-
cem, duas animo, legalem atque iustitiam, adulationem autem
medicinae uocet cocorum artificium, exercitatricis mangonum,
qui colorem fuco et uerum robur inani sagina mentiantur, legalis
cauillatricem, iustitiae rhetoricen. quae omnia sunt quidem scripta 26
in hoc libro dictaque a Socrate, cuius persona uidetur Plato
significare quid sentiat: sed alii sunt eius sermones ad coarguen-
dos, qui contra disputant, compositi, quos ἐλεγκτικούς uocant,
alii ad praecipiendum, qui δογματικοί appellantur. Socrates au- 27
tem seu Plato eam quidem, quae tum exercebatur, rhetoricen
talem putat (nam et dicit his uerbis τοῦτον τὸν τρόπον ὃν ὑμεῖς
πολιτεύεσθε), ueram autem et honestam intellegit, itaque dispu-
tatio illa contra Gorgian ita cluditur: οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητο-
ρικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράττειν. ad 28

14. Gorg p. 462 **B.** 16. ib. p 463 D. 18. p 466 A. 19. ib. p. 464 B — 465 E. 28. ib. p. 500 C. 30. p 460 C.

2 et ciuili **A**, *item* **Bn** *in marg. m. 2* 3 quibus non sunt **A** *m. 2 in ras.* dissimiles — qualis *om* **A** est **A**: est et **B** ille **AB**: illa **a** 4 inuenendi *Spengel l. c. p 522* 6 dicit pronuntiatione **b** 10 atheneus **AB**
16 particulae (le *1 m.*) simulacrum **A** 17 partem quartam **LT** 20 exercitatricis **A**: et exercitatricis **B** 23 cuius — sentiat **A** *om. 1 m.* 24 ali **Bn** *1 m.* 25 ΕΛΕΙΚΙΚΟΥϹ **B**, elencticos **A** *m 2 in ras.* 26 ΔΟΓΜΑΤΙΚΟΥ **B**, dogmatici **Ab** 27 *tum* exercebatur **A** 28 putat **B**: putant **A**, putauit *al.* τὸν *om.* **B** 29 ΠΟΛΕΙΤΕΥΕϹΘΕ **B**, ΠΟΛΙΤΕΥΕϹΘΑΙ **A** ueram **A**, *sed a ex corr.* 30 illi **A** cluditur **B**: clauditur **Ab** ΑΝΑΝΚΗ **B** 31 ΑΙΚΑΙΟΝ **A** δέ *om.* **A** ΔΙΚΕΟΝ ΒΟΥΛΕϹΘΑΙ ΔΙΚΑΙΑ **B** ΠΡΑΠΕΙΝ **A**, ΠΡΑϹϹΕΙΝ **B**

quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsideratior, contra quem illa de simulacro et adulatione dicuntur. tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc perducitur clausulam, τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι καὶ δίκαιον ἄνδρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων, ut appareat Platoni non rhetoricen uideri malum, sed eam ueram
29 nisi iusto ac bono non contingere. adhuc autem in Phaedro manifestius facit, hanc artem consummari citra iustitiae quoque scientiam non posse, cui opinioni nos quoque accedimus. an aliter defensionem Socratis et eorum, qui pro patria ceciderant,
30 laudem scripsisset? quae certe sunt oratoris opera. sed in illud hominum genus, quod facilitate dicendi male utebatur, inuectus est. nam et Socrates inhonestam sibi credidit orationem, quam ei Lysias reo composuerat, et tum maxime scribere litigatoribus, quae illi pro se ipsi dicerent, erat moris, atque ita iuri, quo non
31 licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. doctores quoque eius artis parum idonei Platoni uidebantur, qui rhetoricen a iustitia separarent et ueris credibilia praeferrent: nam id quoque
32 dicit in Phaedro. consensisse autem illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus, cuius haec uerba sunt: orator simile tantum ueri petit: deinde paulo post: non enim bona conscientia, sed uictoria litigantis est praemium. quae si uera essent, pessimorum hominum foret haec tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta et nequitiam praeceptis adiuuare. sed illi rationem opinionis suae uiderint.

33 Nos autem ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse uirum bonum uolumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiunt, reuertamur. rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt, Cicero scientiae ciuilis partem uocat (ciuilis autem scientia idem quod sapientia est), qui-
34 dam eandem philosophiam, quorum est Isocrates. huic eius

4. p. 508 C. 7. Phaedr. p. 261 A. 273 E. 18. p. 267 A. 29. de Inu. 1, 5, 6.

1 conticescit **A** (es *in ras. m. 1*) suscipit **A** polus **B**: populus **Ab** 5 ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΝ ΑΝΔΡΑ **A**: ΔΙΚΑΙΟΝ ΑΡΑ **B** ΕΠΙCΤΗΛΛΟΝΑ **B** ut appareat **A** *1 m. in ras.* 7 nisi iusto **A** fedro **B** (*sed recte infra § 31 extr.*) 10 **eciderant **A**[1] 11 scripsissent **B** 12 facilitate **AB**: facultate *edd. uett.* 15 ipsi **Ab** (*sed* **A** si *in ras.*): ipse **B** 16 *doctores* **A** 17 idonii **A**[1] 18 separant **Bn**, *sed corr. m. 2 rec.* praeferrent **Ab**: praeferent **Bn** *1 m.* praeferunt **Bg** *1 m. et corr.* **Bn** 26 imprimis **A**[1] 28 reuertamur **A** eandem quam *Burman*, eandem ac *Spalding* 31 eandem philosophiam (-ia **A**[1]) **A**: etiam philosophiae (philosophia *al.*) **B** *et rell. noti* quorum est I. **BM**: sed isocratis **ATb**, *sed* **A**: *sedisocratis partim m. 2 in ras.* eius **Ab**: *om.* **B**

substantiae maxime conueniet finitio, rhetoricen esse bene dicendi scientiam. nam et orationis omnes uirtutes semel conplectitur et protinus etiam mores oratoris, cum bene dicere non possit nisi bonus. idem ualet Chrysippi finis ille ductus a Cleanthe, scientia recte dicendi. sunt plures eiusdem, sed 35 ad alias quaestiones magis pertinent. idem sentit et finis hoc modo conprensus, persuadere quod oporteat, nisi quod artem ad exitum alligat. bene Areus: dicere secundum uir- 36 tutem orationis. excludunt a rhetorice malos et illi, qui scientiam ciuilium officiorum eam putauerunt, si scientiam uirtutem iudicant, sed anguste intraque ciuiles quaestiones coercent. Albutius non obscurus professor atque auctor scientiam bene dicendi esse consentit, sed exceptionibus peccat adiciendo circa ciuiles quaestiones et credibiliter: quarum utrique iam responsum est. probabilis et illi uoluntatis, qui recte sentire 37 et dicere rhetorices putauerunt.

Hi sunt fere fines maxime inlustres et de quibus praecipue disputatur. nam omnis quidem persequi neque attinet neque possum, cum prauum quoddam, ut arbitror, studium circa scriptores artium extiterit, nihil isdem uerbis, quae prior aliquis occupasset, finiendi, quae ambitio procul aberit a me. dicam 38 enim non utique quae inuenero, sed quae placebunt, sicut hoc rhetoricen esse bene dicendi scientiam, cum reperto quod est optimum, qui quaerit aliud, peius uelit. his adprobatis simul manifestum est illud quoque, quem finem uel quid summum et ultimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit: nam si est ipsa bene dicendi scientia, finis eius et summum est bene dicere.

XVI. Sequitur quaestio, an utilis rhetorice. nam quidam uehementer in eam inuehi solent, et quod sit indignissimum,

---

2 scientia **A**[1] 3 etiam mores **A**: mores etiam *rell. noti* 4 possit nisi **A** bonus **Ba**: bonusus **A** *ante ras.* (*non* bonus uir), uir bonus *al.* 6 sentit et *Spalding:* sentiret **ABn** *et corr.* **Bg**, sentirent **Bg** *1 m.* sentiet *duo Vossiani* 8 alligat **AB**: alligat at **b**5 reus diceret **A** 9 malos **A** *in ras.* 10 officiorum eam putauerunt — indicant **B**: officiorum ue*ram* (ue**** *1 m*) scientiam uirtu*tum* (tum *m. 2* iudicant **A**, *item m. 3 in marg.* **Bg**, eam putauerunt — indicant *om* **MSb**; *apparet in* **A** *1 m. paruam lacunam fuisse:* officiorum [eam puta]uerunt [si] scientiam uirtutem iudicant 11 intraque **AB**: utraeque **b**, intra *al.* uiles **B**, *sed corr. in marg.* **Bg** coercent *(in ras. 1 m.)* **albucius **A** 12 actor *Spald. coni. coll. 2, 12, 12 et Cic. Brut. c. 89 extr.* 13 consensit **B** 14 utrique iam **A**: iam utrique **B** 18 omnes **Ab** 20 isdem **A**: eisdem **B** 21 finiendi **Ab**: finiendo **B** ambitio quoque procul **b** 26 et ultimum *om.* **A**[1] 28 dicere. AN UTILIS **AB** 30 inu*ehi* **A** fit indignissime *Gensler, ipse malim* est indignissimum

2 in accusationem orationis utuntur orandi uiribus: 'eloquentiam
esse, quae poenis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiones modo turbaeque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur, cuius denique tum maximus sit usus, cum pro falsis contra ueritatem
3 ualet.' nam et Socrati obiciunt comici, docere eum, quo modo peiorem causam meliorem faciat, et contra Tisian et Gorgian
4 similia dicit polliceri Plato. et his adiciunt exempla Graecorum Romanorumque et enumerant, qui perniciosa non singulis tantum, sed rebus etiam publicis usi eloquentia turbauerint ciuitatium status uel euerterint, eoque et Lacedaemoniorum ciuitate expulsam, et Athenis quoque, ubi actor mouere adfectus uetaba-
5 tur, uelut recisam orandi potestatem. quo quidem modo nec duces erunt utiles nec magistratus nec medicina nec denique ipsa sapientia. nam et dux Flaminius et Gracchi, Saturnini, Glauciae magistratus, et in medicis uenena, et in his, qui philosophorum nomine male utuntur, grauissima nonnumquam flagitia
6 deprehensa sunt. cibos aspernemur, attulerunt saepe ualetudinis causas: numquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt: non fabricetur militi gladius, potest uti eodem ferro latro. quis nescit ignes aquas, sine quibus nulla sit uita, et, ne terrenis inmorer, solem lunamque praecipua siderum aliquando et nocere?

7 Num igitur negabitur deformem Pyrri pacem caecus ille Appius dicendi uiribus diremisse? aut non diuina M. Tulli eloquentia et contra leges agrarias popularis fuit et Catilinae fregit audaciam et supplicationes, qui maximus honor uictoribus bello
8 ducibus datur, in toga meruit? non perterritos militum animos frequenter a metu reuocat oratio et tot pugnandi pericula ineuntibus laudem uita potiorem esse persuadet? neque uero me Lacedaemonii atque Athenienses magis mouerint quam populus romanus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit.
9 equidem nec urbium conditores reor aliter effecturos fuisse, ut

1 accussationem **B** 2 damnentur **A**. *sed* e *in ras.* 4 pupulares **A** inexpiabilia **A**: inexpugnabilia **B** 6 *is*ocrati **A** 7 tisian **B**; et tisian **A** 10 ciuitatium **AB**: ciuitatum *dett.* 11 uerterint **Bg** *1 m.* 12 expulsa **A**[1] et **A** *2 m. in ras.* 16 glauciae **B**: glauciaegere **b**, glauci *egere* **A**, Glauciae egere *Zumpt*, Gl. gessere *Meyer; apparet cogitatione fuerunt supplendum esse* medicis **AB**: medicinis *ed. Jenson.* 18 deprehensa *hic* **B** *quoque* cibos **A** *in ras.* 20 procumbu*nt* **A** 21 qui nescit **B** 22 praecipia **Bn** *1 m.* 23 et **AB**: *om. cod. Guelf.* etiam *Spald.* 24 phyrri **B** (phyri **Bg** *1 m.*), pyrrhi **A** 25 diremis*se* **A** M. *om.* **A** tulli **AB**: tullii ς 28 non **AB**: nonne *pauci dett.* 29 frequentur a metu *r*euoca*t* **A** orator *cod. Vallensis* 31 mouerunt **Bg** *1 m.*

uaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta uoce commota:
nec legum repertores sine summa ui orandi consecutos, ut se
ipsi homines ad seruitutem iuris adstringerent. quin ipsa uitae 10
praecepta, etiamsi natura sunt honesta, plus tamen ad forman-
das mentes ualent, quotiens pulchritudinem rerum claritas ora-
tionis inluminat. quare, etiamsi in utramque partem ualent
arma facundiae, non est tamen aecum id haberi malum, quo
bene uti licet.

Verum haec apud eos forsitan quaerantur, qui summam rhe- 11
torices ad persuadendi uim rettulerunt. si uero est bene dicendi
scientia, quem nos finem sequimur, ut sit orator in primis uir
bonus, utilem certe esse eam confitendum est. et hercule deus 12
ille princeps [parens] rerum fabricatorque mundi nullo magis
hominem separauit a ceteris, quae quidem mortalia essent, ani-
malibus quam dicendi facultate. nam corpora quidem magnitu- 13
dine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate praestantiora in illis
mutis uidemus, eadem minus egere adquisitae extrinsecus opis:
nam et ingredi citius et pasci et tranare aquas citra docentem
natura ipsa sciunt. et pleraque contra frigus ex suo corpore 14
uestiuntur et arma iis ingenita quaedam et ex obuio fere uictus,
circa quae omnia multus hominibus labor est. rationem igitur
nobis praecipuam dedit eiusque nos socios esse cum dis immor-
talibus uoluit. sed ipsa ratio neque tam nos iuuaret neque tam 15
esset in nobis manifesta, nisi quae concepissemus mente promere
etiam loquendo possemus, quod magis deesse ceteris animalibus
quam intellectum et cogitationem quandam uidemus. nam et 16
mollire cubilia et nidos texere et educare fetus et excludere,
quin etiam reponere in hiemem alimenta, opera quaedam nobis
inimitabilia, qualia sunt cerarum ac mellis, efficere nonnullius
fortasse rationis est, sed quia carent sermone, quae id faciunt,
muta atque inrationalia uocantur. denique homines, quibus ne- 17
gata uox est, quantulum adiuuat animus ille caelestis? quare si
nihil a dis oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu

---

2 *ui orandi* **A** 3 ad se nirtutem **Bg**, ad seueritatem *ed. Camp.* 4 formandas **A**, *sed* o *in ras.* 7 est tamen **A**: tamen est **B** aecum **AB**: aequum **b** *id haberi* **A** 10 retulerunt **B**ς 11 nos **Ab**: *om.* **B** 13 ille *parens* rerum **A** (arens *m. 2*); *nos* parens *ut glossema inclusimus* 14 ceterisque **A**[1] 17 eademque *Gallaeus*, eadem m. egent (*uel* eaque m. egere) *malebat Spalding* 18 *tra*nare (n *corr. ex* h) **A** 20 arma his **A**, armis **B** et *om.* **A**[1] 22 eiusque nos s. esse cum diis imortalibus **A** *m. 2 in rasura minoris spatii* 24 promere **A**, *sed* m *in ras.* 27 mollire **AB**: moliri *edd. uett.* 29 cerarum **A** 31 inrationalia **AB**: irrationabilia *dett. pauci* 33 diis *hic* **B** *quoque*

ac labore ducamus aut in quo malimus praestare hominibus,
18 quam quo ipsi homines ceteris animalibus praestant, eo quidem
magis, quod nulla in arte plenius labor gratiam refert? id adeo
manifestum erit, si cogitauerimus, unde et quo usque iam pro-
19 uecta sit orandi facultas: et adhuc augeri potest. nam ut omit-
tam, defendere amicos, regere consiliis senatum, populum, exer-
citum in quae uelit ducere quam sit utile conueniatque bono
uiro: nonne pulcrum uel hoc ipsum est ex communi intellectu
uerbisque, quibus utuntur omnes, tantum adsequi laudis et glo-
riae, ut non loqui et orare, sed, quod Pericli contigit, fulgurare
ac tonare uidearis?

XVII. Finis non erit, si exspatiari in parte hac et indul-
gere uoluptati uelim. transeamus igitur ad eam quaestionem,
2 quae sequitur, an **rhetorice ars sit**. quod quidem adeo ex iis,
qui praecepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiam ipsis
librorum titulis testatum sit, scriptos eos de arte rhetorica, Ci-
cero uero eam, quae rhetorice uocetur, esse artificiosam elo-
quentiam dicat. quod non oratores tantum uindicarunt, ut
studiis aliquid suis praestitisse uideantur, sed cum iis philosophi
3 et Stoici et Peripatetici plerique consentiunt. ac me dubitasse
confiteor, an hanc partem quaestionis tractandam putarem: nam
quis est adeo non ab eruditione modo, sed a sensu remotus ho-
minis, ut fabricandi quidem et texendi et e luto uasa ducendi
artem putet, rhetoricen autem maximum ac pulcherrimum, ut
supra diximus, opus in tam sublime fastigium existimet sine
4 arte uenisse? equidem illos, qui contra disputauerunt, non tam
id sensisse, quod dicerent, quam exercere ingenia materiae dif-
ficultate credo uoluisse, sicut Polycraten, cum Busirim laudaret
et Clytaemnestram: quamquam is, quod his dissimile non est,
composuisse orationem, quae est habita contra Socraten, di-
citur.

5 Quidam naturalem esse rhetoricen uolunt, et tamen adiuuari

17. de Inu. I, 5, 6.

3 quod **Bn** *corr. ex* quo arte **Ab**: parte **B** 4 unde **Ab**: *om.* **B** *in lacuna decem fere litterarum* 5 *omittam* **A** 6 consilis **Bn** *1 m.* 7 uelit **Ab**: uult **B** 8 pulcrum **A**: pulchrum **B**ς 9 utuntur **Ab**: utantur **B** 10 fulgurare **Ab**: fulgere **B**; *illud habet Plin. ep. 1, 20, 19, sed Cic. Orat. § 29* fulgere tonare 12 *si* spatiari **A** in parte hac **A**: parte in hac **B**ς 14 ars sit **A** *in ras. m. 1* ex his **AB** 17 eam *nos:* ea **A**, etiam **B**, etiam eam *ed. Jenson.* 18 iudicarunt (iudicauerunt) *dett.* 20 ac me dubitasse **A** *1 m. in ras.* 22 a **A** *2 m. in ras.* 23 e **Ab**: *om.* **B** 24 maximum **A** (i *in ras.*) 26 arte* uenisse **A** 28 busirim **B**: busiridem **Ab**, *sed* **A** cum busiridem *in ras. m. 2* 29 clytaemestram **B**, clytaemistram **A** *quod his* (is *1 m.*) *dissimile* **A** est **A**, *ut coniecit Francius:* esset **B**

exercitatione non diffitentur, ut in libris Ciceronis de Oratore
dicit Antonius, obseruationem quandam esse, non artem.
quod non ideo, ut pro uero accipiamus, est positum, sed ut An- 6
toni persona seruetur, qui dissimulator artis fuit: hanc autem
opinionem habuisse Lysias uidetur. cuius sententiae talis defensio
est, quod indocti et barbari et serui, pro se cum locuntur, ali-
quid dicant simile principio, narrent, probent, refutent et, quod
uim habeat epilogi, deprecentur. deinde adiciunt illas uerborum 7
cauillationes, nihil, quod ex arte fiat, ante artem fuisse: atqui
dixisse homines pro se et in alios semper: doctores artis sero et
circa Tisian et Coraca primum repertos: orationem igitur ante
artem fuisse eoque artem non esse. nos porro, quando coeperit 8
huius rei doctrina, non laboramus exquirere, quamquam apud
Homerum et praeceptorem Phoenicen cum agendi tum etiam
loquendi et oratores plures et omne in tribus ducibus orationis
genus et certamina quoque proposita eloquentiae inter iuuenes
inuenimus, quin in caelatura clipei Achillis et lites sunt et
actores. illud enim admonere satis est, omnia quae ars consum- 9
mauerit a natura initia duxisse: aut tollatur medicina, quae ex
obseruatione salubrium atque iis contrariorum reperta est et, ut
quibusdam placet, tota constat experimentis: nam et uulnus de-
ligauit aliquis, antequam haec ars esset, et febrem quiete et
abstinentia, non quia rationem uidebat, sed quia id ualetudo ipsa
cogebat, mitigauit. nec fabrica sit ars: casas enim primi illi 10
sine arte fecerunt: nec musica: cantatur ac saltatur per omnis
gentis aliquo modo. ita si rhetorice uocari debet sermo quicum-
que, fuisse eam, antequam esset ars, confitebor: si uero non 11
quisquis loquitur orator est et tum non tamquam oratores loque-
bantur, necesse est oratorem factum arte nec ante artem fuisse
fateantur. quo illud quoque excluditur, quod dicunt, non esse
artis id, quod faciat qui non didicerit: dicere autem homines et
qui non didicerint. ad cuius rei confirmationem adferunt De- 12

1. II, 57, 232.

1 libris **A** *quoque (non* libro) 4 artis fuit **A** *1 m. in ras. maiore* hanc — uidetur] *haec Schneidewino (Philol. X, 355) emblema uidebantur ex loco Ciceronis Bruti c. 12 male intellecto* 6 loquuntur **B**ς 10 sero **B**: sero iam **A**b 11 tisiam **B** 13 exquirere **A**b: *om.* **B** 14 e* **A**, ē a phoenicen **A**: phoenicem **B** 16 genus est certamina **A** 17 qui*n* **A** in *om.* **B** caelatur*a* **A** 19 tollatur **A** *1 m. in ras.* 20 iis **B**: his **A**ς 24 cogebat **A**: coegerat **B**ς fabrica* **A** casus **A**[1] 25 ac saltatur *om.* **A** omnes **B**ς 26 gentes **AB**ς, *sed* **A** es *in ras.* 27 esset *om.* **A** 30 quo* **A** 31 faciant qui non didicerint b et *om.* **L**, et homines *ed. Camp.* 32 qui **B**: quo **A**, quod a

maden remigem et Aeschinen hypocriten oratores fuisse. falso:
nam neque orator esse qui non didicit potest, et hos sero potius
quam numquam didicisse quis dixerit, quamquam Aeschines ab
initio sit uersatus in litteris, quas pater eius etiam docebat,
Demaden neque non didicisse certum sit et continua dicendi
exercitatio potuerit tantum, quantuscumque postea fuit, fecisse:
13 nam id potentissimum discendi genus est. sed et praestantiorem,
si didicisset, futurum fuisse dicere licet: neque enim orationes
scribere est ausus, ut eum multum ualuisse in dicendo sciamus.
14 Aristoteles, ut solet, quaerendi gratia quaedam suptilitatis suae
argumenta excogitauit in Gryllo: sed idem et de arte rhetorica
tris libros scripsit, et in eorum primo non artem solum eam
fatetur, sed ei particulam ciuilitatis sicut dialectices adsignat.
15 multa Critolaus contra, multa Rhodius Athenodorus. Agnon
quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua rhetorices accusationem professus est. nam de Epicuro, qui disciplinas omnes
fugit, nihil miror.

16 Hi complura dicunt, sed ex paucis locis ducta: itaque potentissimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum quaestio
17 euadat. prima iis argumentatio ex materia est. omnis enim
artes aiunt habere materiam, quod est uerum: rhetorices nullam
18 esse propriam, quod esse falsum in sequentibus probabo. altera
est calumnia, nullam artem falsis adsentiri opinionibus, quia constitui sine perceptione non possit, quae semper uera sit: rheto-
19 ricen adsentiri falsis, non esse igitur artem. ego rhetoricen
nonnumquam dicere falsa pro ueris confitebor, sed non ideo in
falsa quoque esse opinione concedam, quia longe diuersum est,
ipsi quid uideri et ut alii uideatur efficere. nam et imperator
falsis utitur saepe: ut Hannibal, cum inclusus a Fabio sarmentis
circum cornua bouum deligatis incensisque per noctem in aduersos montes agens armenta speciem hosti abeuntis exercitus
dedit: sed illum fefellit, ipse quid uerum esset non ignorauit.
20 nec uero Theopompus Lacedaemonius, cum permutato cum uxore

1 hypocriten **B** (*sed* **Bg** *corr. ex* hypogriten): hyperiten **Ab** 6 poterit **A**[1] 7 potentissimum id **LT** discendi **ABn** (*sed* s *in* **Bn** *punct.*): dicendi **Bg** et **A** *1 m. s. l.* 9 ut eum multum inde ualuisse dicendo sciamus *Burman; ipse malim:* cum eum m. u. i. d. sciamus 10 subtilitatis **A** 11 grylo **B** (*uel* gyrlo, *nam* r *et* y *in utroque cod. simillimae sunt*), grippo **Ab** 12 tres **A** 13 ei **A** *ex corr.* dialectices *(Pseudo)Turnebus:* dialecticis *libri* 14 Athenodorus *om.* **Bg** *1 m.* aihenodorus **A**[1] agnon **B**: acnon **A** 15 ista **b** accussationem **Bn**, accusatio **A**[1] 18 hichoriplura dicunt et ex **A** 21 aiunt **A** *corr. ex* adunt *ut uidetur* 25 falsis sit non **B**, falsis sic non **b** 28 ut ali **Bn** *1 m.* 29 annibal **A**[1] 30 bouum **A**: boum **B**5 32 non ignorauit **A** *2 m. in ras.*

habitu e custodia ut mulier euasit, falsam de se opinionem ha-
buit, sed custodibus praebuit. item orator, cum falso utitur pro
uero, scit esse falsum eoque se pro uero uti: non ergo falsam
habet ipse opinionem, sed fallit alium. nec Cicero, cum se tene- 21
bras offudisse iudicibus in causa Cluenti gloriatus est, nihil ipse
uidit. et pictor, cum ui artis suae efficit, ut quaedam eminere
in opere, quaedam recessisse credamus, ipse ea plana esse non
nescit. aiunt etiam, omnes artes habere finem aliquem proposi- 22
tum, ad quem tendant: hunc modo nullum esse in rhetorice,
modo non praestari eum, qui promittatur. mentiuntur: nos enim
esse finem iam ostendimus et quis esset diximus. et praestabit 23
hunc semper orator, semper enim bene dicet. firmum autem
hoc, quod opponitur, aduersus eos fortasse sit, qui persuadere
finem putauerunt: noster orator arsque a nobis finita non sunt
posita in euentu. tendit quidem ad uictoriam qui dicit, sed cum
bene dixit, etiamsi non uincat, id, quod arte continetur, effecit.
nam et gubernator uult salua naue in portum peruenire: si ta- 24
men tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator
dicetque notum illud: dum clauum rectum teneam. et me- 25
dicus sanitatem aegri petit: si tamen aut ualetudinis ui aut in-
temperantia aegri alioue quo casu summa non contingit, dum
ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non ex-
cidet. ita oratori bene dixisse finis est. nam est ars ea, ut post
paulum clarius ostendemus, in actu posita, non in effectu. ita 26
falsum erit illud quoque, quod dicitur, artes scire, quando sint
finem consecutae, rhetoricen nescire: nam se quisque bene dicere
intellegit. uti etiam uitiis rhetoricen, quod ars nulla faciat, crimi-
nantur, quia et falsum dicat et adfectus moueat. quorum neutrum 27
est turpe, cum ex bona ratione proficiscitur, ideoque nec uitium.
nam et mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum
est, et adfectus, si aliter ad aequitatem perduci iudex non po-
terit, necessario mouebit orator: imperiti enim iudicant et qui
frequenter in hoc ipsum fallendi sint, ne errent. nam si mihi 28

19. Ennii Ann. u. 472 Vahl.

1 abitu **B** 5 cluenti **AB**: Cluentii ς 6 art*is* **A** efficit **Ab**: effecit **B** 11 fin*em* **A** et praestabit **A**: et *om. rell. et* ς 16 efficit **A** 20 aegri petit **B**: aegro promittit **A** *solus* aut sui ualetudinis ui (ui *erasum*) **A**, aut ualetudinis sui **Bg** aut **Bg** *ex corr.* 21 summa *suspectum Spaldingio* contingit **Bn**, *sed* n *extra uersum m. 2 perantiqua* 22 excidit **b** 24 paulum **AB**: paululum *dett* 26 dicere* **A** 27 intellegit **A**: intelleget **B**, intelligat *alii* 29 nec **B**: neutrum **A** *solus* 33 sint **AB**: sunt *edd. priores multae*

sapientes iudices dentur, sapientium contiones atque omne con-
silium, nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio praesumpta
falsique testes: perquam sit exiguus eloquentiae locus et prope
29 in sola delectatione ponatur. sin et audientium mobiles animi
et tot malis obnoxia ueritas, arte pugnandum est et adhibenda
quae prosunt: neque enim qui recta uia depulsus est, reduci ad
eam nisi alio flexu potest.

30 Plurima uero ex hoc contra rhetoricen cauillatio est, quod
ex utraque causae parte dicatur. inde haec: nullam esse artem
contrariam sibi, rhetoricen esse contrariam sibi: nullam artem de-
struere quod effecerit, accidere hoc rhetorices operi: item aut dicenda
eam docere aut non dicenda: ita uel per hoc non esse artem, quod
non dicenda praecipiat, uel per hoc, quod, cum dicenda praeceperit,
31 etiam contraria his doceat. quae omnia apparet de ea rhetorice
dici, quae sit a bono uiro atque ab ipsa uirtute seiuncta: alioqui
ubi iniusta causa est, ibi rhetorice non est, adeo ut uix admi-
rabili quodam casu possit accidere, ut ex utraque parte orator,
32 id est uir bonus dicat. tamen quoniam hoc quoque in rerum
naturam cadit, ut duos sapientes aliquando iustae causae in di-
uersum trahant, quando etiam pugnaturos eos inter se, si ratio
ita duxerit, credunt, respondebo propositis atque ita quidem, ut
appareat haec aduersus eos quoque frustra excogitata, qui malis
33 moribus nomen oratoris indulgent. nam rhetorice non est con-
traria sibi: causa enim cum causa, non illa secum ipsa compo-
nitur. nec si pugnent inter se qui idem didicerunt, idcirco ars,
quae utrique tradita est, non erit: alioqui nec armorum, quia
saepe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se compo-
34 nuntur: nec gubernandi, quia naualibus proeliis gubernator est
gubernatori aduersus: nec imperatoria, quia imperator cum im-
peratore contendit. item non euertit opus rhetorice quod efficit:
neque enim positum a se argumentum soluit orator, sed ne rhe-
torice quidem, quia apud eos, qui in persuadendo finem putant,

1 concilium *coni. Spalding* 3 sit **A** *ex corr.* 4 sin et **Bg** *corr. ex* sine 5 *m*alis **A** 8 hoc **A**: eo **B**ς 11 destruere **Ab** (*sed* d **A** *2 m. in ras.*): restituere **B** 12 aut dicenda **Bg** *corr. ex* audienda ita **B**: itaque **A** uel per hoc praecipiat *om.* **B**; *quae desunt, suppleuit* b *in* **Bg**, *sed ita, ut leui errore iam legatur*: uel per hoc non esse artem quod cum non dicenda praecipiat uel per hoc quod cum dicenda *etc. hinc magna confusio nata est in* **MT** *aliisque libris* 15 alioquin **Ab** 16 ibi **Ab**: ubi **B** uix **A**: ex **B** 21 ut *om.* **A** 23 indulgeant **A** *solus ex notis* 25 pugnare **A** quidem **A** *corr. in* quidam 26 alioquin et **A**, alioquin nec **ab** 30 effecit *dett. pauci, ut est supra § 30* 31 *uerba* sed ne rhetorice quidem *Lochmanno spuria uidebantur aut saltem* qua (*pro* quia) *scribendum*

aut si quis, ut dixi, casus duos inter se bonos uiros composuerit, ueri similia quaerentur: non autem, si quid est altero credibilius, id ei contrarium est, quod fuit credibile. nam ut candido can- 35 didius et dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili probabilius. neque praecipit umquam non dicenda nec dicendis contraria, sed quae in quaque causa dicenda sunt. non semper 36 autem ei, etiamsi frequentissime, tuenda ueritas erit, sed aliquando exigit communis utilitas, ut etiam falsa defendat.

Ponuntur hae quoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones: artem earum rerum esse, quae sciantur: oratoris omnem actionem opinione, non scientia contineri, quia et apud eos dicat, qui nesciant, et ipse dicat aliquando quod nesciat. ex his alterum, id est, an 37 sciat iudex de quo dicatur, nihil ad oratoris artem: alteri respondendum. 'ars earum rerum est, quae sciuntur'. rhetorice ars est bene dicendi, bene autem dicere scit orator. 'sed nescit, an 38 uerum sit quod dicit.' ne hi quidem, qui ignem aut aquam aut quattuor elementa aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt, nec qui interualla siderum et mensuras solis ac terrae colligunt, disciplinam tamen suam artem uocant. quodsi ratio efficit, ut haec non opinari, sed propter uim probationum scire uideantur, eadem ratio idem praestare oratori potest. 'sed an causa uera sit nescit.' ne medicus qui- 39 dem, an dolorem capitis habeat qui hoc se pati dicet: curabit tamen, tamquam id uerum sit, et erit ars medicina. quid quod rhetorice non utique propositum habet semper uera dicendi, sed semper ueri similia? scit autem esse ueri similia quae dicit. adi- 40 ciunt his qui contra sentiunt, quod saepe, quae in aliis litibus inpugnarunt actores causarum, eadem in aliis defendant. quod non artis, sed hominis est uitium. haec sunt praecipua, quae contra rhetoricen dicantur, alia et minora et tamen ex his fontibus deriuata.

Confirmatur autem esse artem eam breuiter. nam siue, ut 41 Cleanthes uoluit, ars est potestas uiam, id est ordinem efficiens, esse certe uiam atque ordinem in bene dicendo nemo dubitauerit, siue ille ab omnibus fere probatus finis obseruatur,

9. II, 7, 30.

3 id eius **b** 4 probabili **Ab**: *om.* **B** 5 praecipit **A**, *sed prior* i *in ras.* 7 ei **A**: *om. noti rell.* sed **Ba**: et **A** 9 hae **Bn** *corr. ex* haec 13 quae nesciat *dett.* 19 omnis **A** 22 oratio **b** 23 sit **A** *1 m in ras.* 31 fortibus **A**[1] 33 na*m sine* **A** 34 uiam id est ordinem **A**: uia id est ordine **B** 35 esse certam uiam *dett. pauci*

artem constare ex perceptionibus consentientibus et coexercitatis ad finem utilem uitae, iam ostendemus nihil non horum in rhe-
42 torice inesse. quid quod et inspectione et exercitatione, ut artes ceterae, constat? nec potest ars non esse, si est ars dialectice, quod fere constat, cum ab ea specie magis quam genere differat. sed nec illa omittenda sunt: qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem, et in eo, quod qui
43 didicerit melius faciat, quam qui non didicerit, esse artem. atqui non solum doctus indoctum, sed etiam doctior doctum in rhetorices opere superabit, neque essent aliter eius tam multa praecepta tamque magni qui docerent. idque cum omnibus confitendum est, tum nobis praecipue, qui rationem dicendi a bono uiro non separamus.

XVIII. Cum sint autem artium aliae positae in inspectione, id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet intellectu contenta, quae θεωρητική uocatur, aliae in agendo, quarum in hoc finis est et ipso actu perficitur nihilque post actum operis
2 relinquit, quae πρακτική dicitur, qualis saltatio est, aliae in effectu, quae operis, quod oculis subicitur, consummatione finem accipiunt, quam ποιητικήν appellamus, qualis est pictura: fere iudicandum est rhetoricen in actu consistere, hoc enim, quod est
3 officii sui, perficit: atque ita ab omnibus dictum est. mihi autem uidetur etiam ex illis ceteris artibus multum adsumere: nam et potest aliquando ipsa res per se inspectione esse contenta. erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, et si desierit agere uel proposito uel aliquo casu impeditus, non magis desinet esse
4 orator quam medicus, qui curandi fecerit finem. nam est aliquis ac nescio an maximus etiam ex secretis studiis fructus ac tum pura uoluptas litterarum, cum ab actu, id est opera recesserunt
5 et contemplatione sui fruuntur. sed effectiuae quoque aliquid

1 perceptionibus **B**: praeceptionibus **Ab** 2 ostendemus **Ab**: ostendimus **B** 4 constant **B** dialectice b 6 inartificaliter **B** 7 quod quid **Bg** 8 facit **A** 9 sed — doctum **Bn** *in marg. m. 2, item* **Bg**, *sed hic 1 m.* 10 aliter eius **A**: eius aliter **B** 11 idque **AB**: id quod **LT** 13 separamus. EX QUIBUS ARTIBUS. **AB** 14 artium aliae — qualis est pictura *(u. 21) habent exc. Cass. (Rhett. lat. min. p. 501, 17)* 17 ΘΕωΡΗΤΙΚΗ **A**: retorice **Bn** (*sed adscriptum in marg. post* hoc *m. 2* theoretice), rhetorice **Bg** 18 in hoc theoretice finis **Bg** 19 ΠΡΑΚΤΙΚΗ **A** *sed* ΤΙΚΗ *in ras. maiore*, practice **B** alia **A** 20 quae **B** *et exc. Cass.* quoq. **Ab** consummatione **A** *et exc. Cass.* consummationē non **B** 21 poeticen **AB** 24 artibus **A** *1 m. in ras.* 29 fructus ac tum **A** *2 m. in ras. (prima tantum 4—5 litteras habuerat)* 30 est **AB**: est ab a opera **AB**: opere *edd.* 31 effectiue *dett.*

simile scriptis orationibus uel historiis, quod ipsum opus in parte oratoria merito ponimus, consequetur. si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maxime eius usus actu continetur atque est in eo frequentissima, dicatur actiua uel administratiua: nam et hoc eiusdem rei nomen est.

XIX. Scio quaeri etiam, naturane plus ad eloquentiam conferat an doctrina. quod ad propositum quidem operis nostri nihil pertinet (neque enim consummatus orator nisi ex utroque fieri potest), plurimum tamen referre arbitror, quam esse in hoc loco quaestionem uelimus. nam si parti utrilibet omnino alteram 2
detrahas, natura etiam sine doctrina multum ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. sin ex pari coeant, in mediocribus quidem utrisque maius adhuc credam naturae esse momentum, consummatos autem plus doctrinae debere quam naturae putabo, sicut terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit, e terra uberi utile aliquid etiam nullo colente nascetur: at in solo fecundo plus cultor quam ipsa per se bonitas soli efficiet. et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide 3
conatus esset exsculpere, Parium marmor mallem rude: at si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset quam in marmore. denique natura materia doctrinae est: haec fingit, illa fingitur. nihil ars sine materia, materiae etiam sine arte pretium est, ars summa materia optima melior.

XX. Illa quaestio est maior, ex mediis artibus, quae neque laudari per se nec uituperari possunt, sed utiles aut secus secundum mores utentium fiunt, habenda sit rhetorice, an sit, ut compluribus etiam philosophorum placet, u i r t u s. equidem illud, 2
quod in studiis dicendi plerique exercuerunt et exercent, aut nullam artem, quae ἀτεχνία nominatur, puto (multos enim uideo sine ratione, sine litteris, qua uel impudentia uel fames duxit, ruentes), aut malam quasi artem, quam κακοτεχνίαν dicimus. nam et fuisse multos et esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterint. ματαιοτεχνία que- 3
que est quaedam, id est superuacua artis imitatio, quae nihil

2 orator*ia merito* **A** 6 Scio] *praecedit in* **AB** *titulus:* Natura an doctrina plus ei conferatur 7 operis nostri **A**: nostri operis **B**ς 12 *sine* **A** 13 naturae credam **B** 16 ubere **A** *corr.* 17 ipsa **A** *sed* a *in ras.* 19 exculpere **AB** *si i*llud idem a. expolis*set* **A** 21 naturae materia, ars doctrinae est *malebat Spalding* 23 materia **A** *rasura ex* materiae melior. AN UIRTUS RHETORICE (RHETORICE **Bn**) **AB** 26 ut *om.* **A** *1 m.* 29 atechnia **A**, ατεχnia **Bn**, *quod etiam* ατexnia *legere possis, ut est in* **Bg** 30 qua* **A** 31 aut **B**. ad **A** malam **A**, *sed* am *add. m. 2* cacotechnian **A** 33 mateotechnia **A**

sane neque boni neque mali habeat, sed uanum laborem, qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuo et sine frustratione inserebat, quem cum spectasset Alexander, donasse dicitur eiusdem leguminis modio: quod qui-
4 dem praemium fuit illo opere dignissimum. his ego comparandos existimo, qui in declamationibus, quas esse ueritati dissimillimas uolunt, aetatem multo studio ac labore consumunt. uerum haec, quam instituere conamur et cuius imaginem animo concepimus, quae bono uiro conuenit quaeque est uere rhetorice, uirtus erit.
5 quod philosophi quidem multis et acutis conclusionibus colligunt, mihi uero etiam planiore hac proprieque nostra probatione uidetur esse perspicuum.

Ab illis haec dicuntur. si consonare sibi in faciendis ac non faciendis uirtus est, quae pars eius prudentia uocatur, eadem
6 in dicendis ac non dicendis erit. et si uirtutes sunt, ad quas nobis, etiam ante quam doceremur, initia quaedam ac semina sunt concessa natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago, nos certe sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro nobis etiamsi non perfecte, tamen ut inessent quaedam, ut dixi, semina eius facultatis, manifestum
7 est. non eadem autem natura est iis artibus, quae a uirtute sunt remotae. itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice, quas quidem Zeno adeo coniunxit, ut hanc compressae in pugnum manus, illam explicatae diceret similem, etiam disputatrix uirtus erit: adeo de hac, quae speciosior atque apertior tanto est, nihil dubitabitur.

8 Sed plenius hoc idem atque apertius intueri ex ipsis operibus uolo. nam quid orator in laudando faciet nisi honestorum et turpium peritus? aut in suadendo nisi utilitate perspecta? aut in iudiciis, si iustitiae sit ignarus? quid? non fortitudinem postulat res eadem, cum saepe contra turbulentas populi minas,

2 distanti **A** (distante *firmat Iulius Victor p. 445, 41*) 4 alexsander **Bg** 8 et **A** *in ras.* 9 uere **A**: uera **B** 11 hac **AB**: ac **b** propriae quae **Bg** 13 ac **A**: hac **B** 14 uirtus **Ab**: uirtutis **B** 17 cuius in rusticis *Huetius* 19 nobis **A**: bonis **B** 21 natura *est* his artibus **A**, his natura artibus est **B** 22 *o*rationis (rationis *1 m.*) altera *perpetua **A** 24 zeno **A** *et exc. Cass. p. 501, 25 (sed* **A** zeno adeo *in ras. m. 2):* zenon **B**; *fluctuant libri inter utramque formam item 4, 2, 117. 12, 1, 18. 12, 7, 9 cf. tamen 1, 5, 60* coniunexit **Bg**, coniu*xit ut h*anc co*mpressae* (-se *1 m.*) **A** 25 explicatae **Ab** *et exc. Cass.* explicitae **B** disputa*t*rix **A** 26 speciosi*or atque* **A** 28 planius *malebat Spalding* 30 et **A**: ac **B** 31 *aut* in iudiciis **A**, aut in iudicis **B** 32 contra — saepe **Bn** *in marg. 2 m. habet, sed perantiqua*

saepe cum periculosa potentium offensa, nonnumquam, ut iudicio
Miloniano, inter circumfusa militum arma dicendum sit: ut, si
uirtus non est, ne perfecta quidem esse possit oratio. quodsi ea 9
in quoque animalium est uirtus, qua praestat cetera uel plera-
que, ut in leone impetus, in equo uelocitas, hominem porro
ratione atque oratione excellere ceteris certum est: cur non tam
in eloquentia quam in ratione uirtutem eius esse credamus, recte-
que hoc apud Ciceronem dixerit Crassus: 'est enim eloquen-
tia una quaedam de summis uirtutibus', et ipse Cicero
a sua persona cum ad Brutum in epistulis tum aliis etiam locis
uirtutem eam appellet? at prooemium aliquando ac narrationem 10
dicet malus homo et argumenta, sic ut nihil sit in iis requiren-
dum. nam et latro pugnabit acriter, uirtus tamen erit fortitudo,
et tormenta sine gemitu feret malus seruus, tolerantia tamen
doloris laude sua non carebit. multa fiunt eadem, sed aliter.
sufficiant igitur haec, quia de utilitate supra tractauimus.

XXI. Materiam rhetorices quidam dixerunt esse oratio-
nem, qua in sententia ponitur apud Platonem Gorgias. quae
si ita accipitur, ut sermo quacumque de re compositus dicatur
oratio, non materia, sed opus est, ut statuarii statua: nam et
oratio efficitur arte sicut statua. sin hac appellatione uerba ipsa
significari putamus, nihil haec sine rerum substantia faciunt.
quidam argumenta persuasibilia: quae et ipsa in parte sunt operis
et arte fiunt et materia egent. quidam ciuiles quaestiones: quo- 2
rum opinio non qualitate, sed modo errauit: est enim haec ma-
teria rhetorices, sed non sola. quidam, quia uirtus sit rhetorice, 3
materiam eius totam uitam uocant. alii, quia non omnium uir-
tutum materia sit tota uita, sed pleraeque earum uersentur in
partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia propriis officiis et
suo fine intelleguntur, rhetoricen quoque dicunt in una aliqua
parte ponendam, eique locum in ethice negotialem adsignant, id
est πραγματικόν.

Ego (neque id sine auctoribus) materiam esse rhetorices 4
iudico omnes res, quaecumque ei ad dicendum subiectae erunt.

---

8. de Orat. 3, 14, 55. 10. in loco deperdito. 18. Gorg. p. 449 E.

---

1 in iudicio *aliquot edd. uett.* 4 praestat **A** 7 eius *om.* **A** 8 disserit *ac deinde* eam appellat *complures edd. priores puncto ante* recteque *posito* 10 a sua **A**: sua *rell. noti et* ς 12 dicit **B** 13 fortitudo **A** 16 tractauimus. QUAE MATERIA EIUS **AB** 20 nam — statua *om.* **A** *1 m.* 21 sin **A**: si non (*ex* siñ) **B** 22 significata iri **A** 31 ΗΘΙΚΗ **A** 32 pragmaticon **B** 34 dicendum*** **A** erunt **B**: sunt **A**

nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiae uidetur, non in uerbis esse materiam, sed in rebus: et in Phaedro palam non in iudiciis modo et contionibus, sed in rebus etiam priuatis ac domesticis rhetoricen esse demonstrat: quo manifestum est hanc
5 opinionem ipsius Platonis fuisse. et Cicero quodam loco materiam rhetorices uocat res, quae subiectae sint ei, sed certas demum putat esse subiectas. alio uero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur his quidem uerbis: quamquam uis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri uidetur, ut omni de re, quaecumque sit pro-
6 posita, ornate ab eo copioseque dicatur. atque adhuc alibi: uero enim oratori quae sunt in hominum uita, quandoquidem in ea uersatur orator atque ea est ei subiecta materies, omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.

7 Hanc autem, quam nos materiam uocamus, id est res subiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam rhetorices esse dixerunt, eamque artem circumcurrentem uocauerunt,
8 quod in omni materia diceret. cum quibus mihi minima pugna est: nam de omni materia dicere eam fatentur, propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. sed neque infinita est, etiamsi est multiplex, et aliae quoque artes minores habent multiplicem materiam, uelut architectonice: namque ea
9 in omnibus, quae sunt aedificio utilia, uersatur: et caelatura, quae auro, argento, aere, ferro opera efficit. nam scalptura etiam lignum, ebur, marmor, uitrum, gemmas praeter ea quae supra
10 dixi complectitur. neque protinus non est materia rhetorices, si in eadem uersatur et alius. nam si quaeram, quae sit materia statuarii, dicetur aes: si quaeram, quae sit excusoris, id est fabricae eius, quam Graeci χαλκευτικήν uocant, similiter aes esse
11 respondeant: atqui plurimum statuis differunt uasa. nec medicina ideo non erit ars, quia unctio et exercitatio cum palae-

1. Gorg. p. 449 E sqq. 2. Phaedr. p. 261 A. 5. de Inu. 1, c. 5 sq. 7. de Orat. I, 6, 21. 11. ibid. III, 14, 54.

2 in (*post* et) *om.* **A**[1] 8 iis **B** 10 uidetur *Cicero:* uidēτur *(sic)* **A**, uideatur **B**ς 14 materies **Ab** *et libri Tulliani:* materia **B** electa **A** 15 agitata *om.* **A**[1] 17 infinita **A**[1]**B** propria **B** 20 nam **AB**: nam qui **a** 23 architectonicae **a** 24 in aedificio **T** 25 *post* auro *in* **A** *rasura* sculptura **A**, *sed prior* u *in ras. m. 2* 26 ligna **A** uitrum **Bg** *corr. ex* utrum 29 statuari **Bn** *et* **A**, *uterque m. 1* excussoris **Bg** *1 m.* 30 eius fabricae **B** 31 a statuis *edd. complures* differant **B** 32 quia **A** *ex corr.*

strica, ciborum uero qualitas etiam cum cocorum ei sit arte
communis.

Quod uero de bono, utili, iusto disserere philosophiae offi- 12
cium esse dicunt, non obstat: nam cum philosophum dicunt,
hoc accipi uolunt uirum bonum. quare igitur oratorem, quem a
bono uiro non separo, in eadem materia uersari mirer? cum 13
praesertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam
hanc ab oratoribus partem occupasse, quae rhetorices propria
semper fuisset, ut illi potius in nostra materia uersentur. deni-
que cum sit dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit
autem dialectice oratio concisa, cur non eadem perpetuae quoque
materia uideatur?

Solet a quibusdam et illud opponi: omnium igitur artium 14
peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. possem hic
Ciceronis respondere uerbis, apud quem hoc inuenio: mea qui-
dem sententia nemo esse poterit omni laude cumula-
tus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque
artium scientiam consecutus: sed mihi satis est eius esse
oratorem rei, de qua dicet, non inscium. neque enim omnis 15
causas nouit, et debet posse de omnibus dicere. de quibus ergo
dicet? de quibus didicit. similiter de artibus quoque, de quibus
dicendum erit, interim discet, et de quibus didicerit dicet.

Quid ergo? non faber de fabrica melius aut de musice mu- 16
sicus? si nesciat orator, quid sit, de quo quaeratur, plane me-
lius: nam et litigator rusticus inlitteratusque de causa sua melius
quam orator, qui nesciet quid in lite sit: sed accepta a musico,
a fabro, sicut a litigatore, melius orator quam ipse qui docuerit.
uerum et faber, cum de fabrica, et musicus, cum de musica, si 17
quid confirmationem desiderauerit, dicet: non quidem erit orator,
sed faciet illud quasi orator, sicut cum uulnus imperitus deli-
gabit, non erit medicus, sed faciet ut medicus. an huiusmodi 18
res neque in laudem neque in deliberationem neque in iudicium
ueniunt? ergo cum de faciendo portu Ostiensi deliberatum est,
non debuit sententiam dicere orator? atqui opus erat ratione

15. de Orat. I, 6, 20.

1 coquorum *hoc loco* **A**, *cf.* 2, 15, 25   4 obstat **A**, *sed ultima* t *in ras.*   12 materia *Regius:* materiae **AB**, *fort.* materia esse (materiae uideatur **A** *1 m. in ras.*)   13 solet a quibusdam **A** *m. 2 in ras.*   opponi **A**: poni *noti rell.*   18 est eius **A** *in ras.*   19 rei**de **A**   dicit **Bg**, *sed 1 m. (?)* dicet *corr.*   omnes **Bς**   21 dicit **A**   23 faber de **A**: faber aut de **B** aut de musice — melius **Bn** *in marg. sed m. perantiqua*   26 orator quid (qui id a) **A**   29 quidem erit **A**: erit quidem **B**   30 deligauit **B**   33 postu **Bg** *1 m.*   ostensi **A**   34 sent. dicere **A**: dicere sent. **Bς**

19 architectorum. liuores et tumores in corpore cruditatis an ueneni
signa sint, non tractat orator? at est id ex ratione medicinae.
circa mensuras et numeros non uersabitur? dicamus has geo-
metriae esse partes. equidem omnia fere credo posse casu aliquo
uenire in officium oratoris: quod si non accidet, non erunt ei
subiecta.

20 Ita sic quoque recte diximus, materiam rhetorices esse omnis
res ad dicendum ei subiectas, quod quidem probat etiam sermo
communis: nam cum aliquid, de quo dicamus, accepimus, posi-
tam nobis esse materiam frequenter etiam praefatione testamur.
21 Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus rebus putauit esse di-
cendum, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque
de re uellet. Hermagoras quoque dicendo materiam esse in causa
22 et in quaestionibus omnes res subiectas erat complexus. sed
quaestiones si negat ad rhetoricen pertinere, dissentit a nobis:
sin autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuuamur:
nihil est enim, quod non in causam aut quaestionem cadat.
23 Aristoteles tris faciendo partes orationis, iudicialem, deliberati-
uam, demonstratiuam, paene et ipse oratori subiecit omnia: nihil
enim non in haec cadit.

24 Quaesitum a paucissimis et de instrumento est. instru-
mentum uoco, sine quo formari materia in id quod uelimus
effici opus non possit. uerum hoc ego non artem credo egere,
sed artificem. neque enim scientia desiderat instrumentum, quae
potest esse consummata, etiam si nihil faciat, sed ille opifex, ut
caelator caelum et pictor penicilla. itaque haec in eum locum,
quo de oratore dicturi sumus, differamus.

---

1 *cr*uditatis **A** 3 et numeros — has **A** *m. 2 in ras.* non uersabitur **a**: conuersabitur **B**, *sed in* **Bn** c *punctata et add. in marg.* Non, non conseruabitur **b** dicam **a** geometrae *malebat I. F. Heusinger ad Cic. de Offic. 3, 7, 3* 4 credo posse **A**: posse credo **B** 5 accidet **A** *sed* i *in ras.* 7 omnes **B**ς 10 praeratione **A** 11 de omnibus rebus **A**: de omnibus **B**, *ut est* § *14* 12 qua **Ab**: quas **B** 13 ermagoras **A** 16 sin (i *in ras.*) **A**: si **B**ς ad rhetorem pertinent **A** 18 tris **AB**: tres *dett.* iudiciale **B** 19 ni*hil* **A** 21 etiam de *aliquot edd.* 22 in **A**: et in **B** 25 ille **A** (e *in ras.*) opifex **B**: artifex **Ab** 27 M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONIS ORATORIAE (INST. OR. *om.* **B**) LIB. II. EXPLICITUS. INCIPIT LIBER (LIB. *om.* **A**) ·III· **AB**

LIBER TERTIVS.

I. Quoniam in libro secundo quaesitum est, quid esset rhe-
torice et quis finis eius, artem quoque esse eam et utilem et
uirtutem, ut uires nostrae tulerunt, ostendimus, materiamque ei
res omnes, de quibus dicere oporteret, subiecimus: iam hinc,
unde coeperit, quibus constet, quo quaeque in ea modo inue-
nienda atque tractanda sint, exsequar, intra quem modum pleri-
que scriptores artium constiterunt, adeo ut Apollodorus contentus
solis iudicialibus fuerit. nec sum ignarus, hoc a me praecipue, 2
quod hic liber inchoat, opus studiosos eius desiderasse, ut in-
quisitione opinionum, quae diuersissimae fuerunt, longe difficil-
limum, ita nescio an minimae legentibus futurum uoluptati,
quippe quod prope nudam praeceptorum traditionem desideret:
in ceteris enim admiscere temptauimus aliquid nitoris, non iactandi 3
ingenii gratia (namque in id eligi materia poterat uberior), sed
ut hoc ipso adliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorum,
quae necessaria studiis arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua
lectionis libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atque arida
traditio auerteret animos et aures praesertim tam delicatas ra-
deret uerebamur. qua ratione se Lucretius dicit praecepta phi- 4
losophiae carmine esse complexum: namque hac, ut est notum,
similitudine utitur:

21. Lucr. 4, 11 et partim 1, 936.

1 Prohoemium de scriptoribus artis rhetoricae. Quoniam **AB** quid esse **A**[1] 2 esse *om.* **Bg** *1 m.* 6 exequar **B** 7 apullodorus **A** 9 stodiosos **A** 11 minimae **AB**: minime *al.* 13 temptabimus **A** non** (in *1 m.?*) **A** 15 iuuentem **A**[1] 16 arbitrabamur **Ab**: arbitramur **B** 17 nec **a** 18 radere **A**

ac ueluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras pocula circum
inspergunt mellis dulci flauoque liquore

5 et quae secuntur. sed nos ueremur, ne parum hic liber mellis et absinthi multum habere uideatur, sitque salubrior studiis quam dulcior. quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quod pleraque non inuenta per me, sed ab aliis tradita continebit, habeat etiam quosdam, qui contra sentiant et aduersentur, propterea quod plurimi auctores, quamuis eodem tenderent, diuersas tamen uias muniuerunt atque in suam quisque induxit
6 sequentes. illi autem probant qualecumque ingressi sunt iter, nec facile inculcatas pueris persuasiones mutaueris, quia nemo
7 non didicisse mauult quam discere. est autem, ut procedente libro patebit, infinita dissensio auctorum, primo ad ea, quae rudia atque inperfecta adhuc erant, adicientibus quod inuenissent scriptoribus, mox ut aliquid sui uiderentur adferre, etiam recta mutantibus.

8 Nam primus post eos, quos poetae tradiderunt, mouisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. artium autem scriptores antiquissimi Corax et Tisias Siculi, quos insecutus est uir eiusdem insulae Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, disci-
9 pulus. is beneficio longissimae aetatis (nam centum et nouem uixit annos) cum multis simul floruit, ideoque et illorum, de quibus supra dixi, fuit aemulus et ultra Socraten usque durauit.
10 Thrasymachus Chalcedonius cum hoc et Prodicus Cius et Abderites Protagoras, a quo decem milibus denariorum didicisse artem, quam edidit, Euathlus dicitur, et Hippias Elius, et, quem
11 Palameden Plato appellat, Alcidamas Elaites. Antiphon quoque

28. in Phaedro p. 261 D.

1 nam ueluti *Lucretius 4, 11*, sed ueluti *idem 1, 936;* ac ueluti *Nonius quoque habet p. 413* 3 inspergunt (*uel* aspergunt) *M. Haupt:* inspirant **A**, adspirant **B**, contingunt *Lucretii libri utroque loco* fauoque **B** 4 sequuntur **A** 5 absinthii **A**, absinti **b**, absenthi **Bn**, absenti **Bg** 6 ineat **A** *in ras.* 7 ab **B** *om.* 10 munierunt **B**, inierunt *Francius et cod. Goth. at cf. Spald.* produxit *(pro perduxit?)* **A** 12 facile **A** 14 primum a 16 recta **A** (cta *in ras. septem fere litterarum*) 18 Nã **A** *in ras.* 19 enpedocles **B**, *item infra* enpedoclis 22 centum **B** *corr. ex* certum 25 thrasymachus **b**: therasymachus **B**, chrasymacus **A**, thrasymacus a calchedonius **AB** hoc *om.* **A**[1] Cius *Spalding:* chius **AB**, Ceus *Ernesti* 27 euathius **AB**, *cf. Diog. Laert. 9, § 54 p. 380 Huebn.* hippia selius **B**, hyppias elius **A** quem Pal. Plato appellat *spuria uidentur Spaldingio et Heindorfio ad Plat. Phaedrum p. 69; incertum est num Quintil. ipse grauiter errauerit, an librarius aliquis interpolator loco Platonis leuiter inspecto Alcidamantem cum Zenone, qui ibi descriptus est, confuderit* 28 elaites **A**: eleites **B**, Elaeites *al. cf. Athen. 13, 62* Ἀλκ. ὁ Ἐλαΐτης

et orationem primus omnium scripsit, et nihilo minus et artem
ipse composuit et pro se dixisse optime est creditus, etiam Po-
lycrates, a quo scriptam in Socraten diximus orationem, et Theo-
dorus Byzantius, ex iis et ipse, quos Plato appellat logodaedalos.
horum primi communis locos tractasse dicuntur Protagoras, Gor- 12
gias, adfectus Prodicus et Hippias et idem Protagoras et Thra-
symachus. Cicero in Bruto negat ante Periclea scriptum quid-
quam, quod ornatum oratorium habeat: eius aliqua ferri. equidem
non reperio quidquam tanta eloquentiae fama dignum, ideoque
minus miror esse, qui nihil ab eo scriptum putent, haec autem,
quae feruntur, ab aliis esse composita. his successere multi, sed 13
clarissimus Gorgiae auditorum Isocrates, quamquam de prae-
ceptore eius inter auctores non conuenit: nos tamen Aristoteli
credimus. hinc uelut diuersae secari coeperunt uiae. nam et 14
Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum ge-
nere: eoque iam seniore (octauum enim et nonagensimum im-
pleuit annum) postmeridianis scholis Aristoteles praecipere artem
oratoriam coepit noto quidem illo, ut traditur, uersu ex Philo-
cteta frequenter usus: t u r p e e s s e t a c e r e e t I s o c r a t e n p a t i
d i c e r e. ars est utriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles
complexus est. eodem tempore Theodectes fuit, de cuius opere
supra dictum est. Theophrastus quoque, Aristotelis discipulus, 15
de rhetorice diligenter scripsit, atque hinc uel studiosius philo-
sophi quam rhetores praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum
principes. fecit deinde uelut propriam Hermagoras uiam, quam 16
plurimi sunt secuti, cui maxime par atque aemulus uidetur Athe-
naeus fuisse. multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa
Caecilius et Halicarnasseus Dionysius. praecipue tamen in se 17

4. ibid. p. 266 E. 7. c. 7, 27. 18. uersus Euripidis ut uidetur; cf. Cic. de Orat. 3, 35, 141.

1 et artem ipse **A**: artem et ipse **B** 2 policrates **B** 4 bizantins **ABg** his **A** legodaedalos **Bg** *1m. apud Platonem est singularis de solo Theodoro; cf. Spald. et Meisteri quaestt. Q. I, 6* 5 communes **Ba** gorgias affectus prodicus hippias et idem protagoras (prot. et **ab**) trasimacus **A**, *item* **b**, *sed in hoc* affectus *erasum*, gorgias prodicus et thrasymachus **B** 8 eius aliqua ferri *pro glossemate habet H. Nolte in Philol. 21, 307* 9 repperio **B**, repperio**** **A** tantae **A**, *sed* e *in ras.* 13 tamen **A**: autem **Bς** 14 ceperunt **A** nam *et iso*cratis **A** (nam isocr. **A**[1]?) 16 nonagensimum **A**: nonagesimum **Baς** 17 postmeridianis **AB**: pomeridianis *complures edd.* scol*is* **A** 18 cepit **Bg** philotecta **Bg** 19 usus turpe **AB**: *additum in marg.* **Bg** *post* usus: ΑΙCΧΡΟΝΤΙCΩΠΑΝ ΙCΟΚΡΑΤΗΝΔΑΝ ΛΕΓΕΙΝ, *i. e.* αἶcχρὸν cιωπᾶν Ἰcοκράτην δ' ἐὰν λέγειν (*alii* κἰcοκράτην ἐᾶν λ.) esse se tacere **a** 22 theoprastus **A** 23 philosophi **AB**: philosophiae **ab** 24 rhetoris **A**, rhetorices **a** 26 atheneus **AB** 27 fuisse multa **A** *in ras.* opollonius **A** 28 halicarnaseus **B** dionysius **A** *in ras.* dyonisius **B**

conuerterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apol-
loniae Caesaris Augusti fuit, et Theodorus Gadareus, qui se dici
maluit Rhodium: quem studiose audisse, cum in eam insulam
18 secessisset, dicitur Tiberius Caesar. hi diuersas opiniones tra-
diderunt appellatique inde Apollodorei ac Theodorei ad
morem certas in philosophia sectas sequendi. sed Apollodori
praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus
in tradendo fuit latine C. Valgius, graece Atticus. nam ipsius
sola uidetur ars edita ad Matium, quia ceteras missa ad Domi-
tium epistula non agnoscit. plura scripsit Theodorus, cuius au-
ditorem Hermagoran sunt qui uiderint.

19 Romanorum primus, quantum ego quidem sciam, condidit
aliqua in hanc materiam M. Cato ille censorius, post M. Anto-
nius inchoauit: nam hoc solum opus eius atque id ipsum inper-
fectum manet. secuti minus celebres, quorum memoriam, si quo
20 loco res poscet, non omittam. praecipuum uero lumen sicut elo-
quentiae, ita praeceptis quoque eius dedit unicum apud nos
specimen orandi docendique oratorias artes M. Tullius, post quem
tacere modestissimum foret, nisi et rhetoricos suos ipse adule-
scenti sibi elapsos diceret, et in oratoriis haec minora, quae
21 plerumque desiderantur, sciens omisisset. scripsit de eadem ma-
teria non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater
Gallio, adcuratius uero priores Gallione Celsus et Laenas et aetatis
nostrae Verginius, Plinius, Tutilius. sunt et hodie clari eiusdem
operis auctores, qui si omnia complexi forent, consuluissent labori
meo, sed parco nominibus uiuentium: ueniet eorum laudi suum
tempus: ad posteros enim uirtus durabit, non perueniet in-
uidia.

22 Non tamen post tot ac tantos auctores pigebit meam qui-
busdam locis posuisse sententiam. neque enim me cuiusquam
sectae uelut quadam superstitione imbutus addixi, et electuris
quae uolent facienda copia fuit, sicut ipse plurium in unum con-

---

2 aug*usti* **A** gadeseus **A** 4 secessisset **A**, *sed prima* s *in ras.* ti. **B**, titus **A** *m. 2 in ras.* t' b 6 appollodori **B** 8 gaius **Ab** 9 mattium **A** 10 epistola **Bg** scripsit *om.* **A**[1] 12 tradidit *Obrecht* 13 m. cato post (post *om.* **B**) m. antonius ille censorius **ABb**, *uerum ordinem restituit Regius* 15 celebres dederit quorum **FTb**, *nisi quod in* **b** dederit *rursus erasum est, quod uoc. quo casu ex p. 123, 6 inuectum esset, docuimus in 'Sitzungsberichte der bair. Akad.' 1866, I, p. 503 sq.* 17 eiusdem dedit **A** 20 lapsos **A**[1] orator*iis* **A** 21 plerumque desiderantur **Ab**: plerique desiderant **B** omisisset et scripsit **B** 23 accuratius **Ab**, adcurate **B** 24 tutillius **b**, tutilius insalubria **Bg**, *sed* insal. *eadem m. punct.* 30 posiuisse **B** 31 *imb*utus **A** (inbutus *1 m.?*)

fero inuenta, ubicumque ingenio non erit locus, curae testimonium meruisse contentus.

II. Nec diu nos moretur quaestio, quae rhetorices origo
sit. nam cui dubium est, quin sermonem ab ipsa rerum natura
geniti protinus homines acceperint (quod certe principium est
eius rei), huic studium et incrementum dederit utilitas, summam ratio et exercitatio? nec uideo, quare curam dicendi 2
putent quidam inde coepisse, quod ii, qui in discrimen aliquod
uocabantur, adcuratius loqui defendendi sui gratia instituerint.
haec enim ut honestior causa, ita non utique prior est, cum
praesertim accusatio praecedat defensionem, nisi quis dicet etiam
gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui quam
qui in perniciem alterius compararit. initium ergo dicendi dedit 3
natura, initium artis obseruatio. homines enim sicut in medicina, cum uiderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione
eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprenderent. notarunt ea ad imitandum uitandumque, et
quaedam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque: haec
confirmata sunt usu, tum quae sciebat quisque docuit. Cicero 4
quidem initium orandi conditoribus urbium ac legum latoribus
dedit, in quibus fuisse uim dicendi necesse est: cur tamen hanc
primam originem putet, non uideo, cum sint adhuc quaedam
uagae et sine urbibus ac sine legibus gentes, et tamen qui sunt
in iis nati, et legationibus fungantur et accusent aliqua atque
defendant et denique alium alio melius loqui credant.

III. Omnis autem orandi ratio, ut plurimi maximique auctores tradiderunt, quinque partibus constat: inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione siue
actione: utroque enim modo dicitur. omnis uero sermo, quo
quidem uoluntas aliqua enuntiatur, habeat necesse est rem et
uerba. ac si est breuis et una conclusione finitus, nihil fortasse 2
ultra desideret, at oratio longior plura exigit. non tantum enim
refert, quid et quo modo dicamus, sed etiam quo loco: opus

19. de Inu. I, 2.

1 *inu*enta **A** 2 contentus. QVOD INITIVM RHETORICES **AB** 4 quin, cum sermonem *malebat Spalding* 5 acceperunt **Ab** 8 hi **A** 9 uocabatur **Bg** *1 m.* gratiā stituerint **Bg** *1 m.* 11 dicet **Ab**: dicit **B** 14 sicuti **A** 17 notarea ad **Bg** *1 m.* ad imitandum uitandumque **Ba**: ad mitandum*** (mitandumque?) **A** 18 ipso **A** 19 tum quae **Ab**: cum quae **Bn**, cumq; **Bg**, dum quae *m. 3 in* **Bg** 21 necessest **Bg** 22 primum **A** putet **B**: putem **A**, putent **b** 23 ac **A** *in ras.* 24 iis **B**: his **A**ς 25 credant. QVAE PARTES **AB** 28 siuae **Bg** *corr. ex* suae 31 ac **AB**: hic **b** 32 tantum enim **A**: enim tantum *rell.*

ergo est et dispositione. sed neque omnia, quae res postulat, dicere neque suo quaeque loco poterimus nisi adiuuante memoria,
3 quapropter ea quoque pars quarta erit. uerum haec cuncta conrumpit ac propemodum perdit indecora uel uoce uel gestu pronuntiatio: huic quoque igitur tribuendus est necessario quintus locus.

4 Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tris modo primas esse partis uolunt, quoniam memoria atque actio natura, non arte contingant (quarum nos praecepta suo loco dabimus), licet
5 Thrasymachus quoque idem de actione crediderit. his adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterent, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. ego porro ne inuenisse quidem credo eum, qui non iudicauit: neque enim contraria, communia, stulta inuenisse dicitur quisquam, sed non
6 uitasse. et Cicero quidem in Rhetoricis iudicium subiecit inuentioni: mihi autem adeo tribus primis partibus uidetur esse permixtum (nam neque dispositio sine eo neque elocutio fuerit), ut pronuntiationem quoque uel plurimum ex eo mutuari putem.
7 quod hoc audacius dixerim, quod in Partitionibus oratoriis ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque peruenit partes. nam cum dupliciter primum diuisisset in inuentionem atque elocutionem, res ac dispositionem inuentioni, uerba et pronuntiationem elocutioni dedit quintamque constituit communem ac uelut custodem omnium memoriam. idem in Oratore quinque rebus constare eloquentiam dicit: in quibus postea scriptis certior eius
8 sententia est. non minus mihi cupidi nouitatis alicuius uidentur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio quam rerum ordine quam optimo conlocatio. Dion inuentionem modo et dispositionem tradidit, sed utramque duplicem rerum et uerborum, ut sit elocutio inuentionis, pronuntiatio dispositionis, his quinta pars memoriae accedat.

15. nihil tale legitur in libris de Inuent. 19. c. 1, 3. 24. Orat. c. 14—17, nisi locus ex I de Orat. 31, 142 intellegendus est.

1 est et **B**: est **A** 5 quoque *om. dett. pauci* 8 partes **Ab**ς quoniam **A**: quia **B** 9 contingant **Ab**: contingat **B** 10 thrasymacus **Bg**, thrasimacus (-chus **a**) **A** tradiderit *margo ed. Basil.* 13 iudicauit **B**: iudicabit **A**, iudicarit *malebat Spald.* 15 in topicis *ed. Aldina* subiunxit *malebat Spalding* 16 tribus *om.* **A**[1] 19 quo hoc **A** *m. 2 in ras.* 20 supra dictum est **A** *in ras. minoris spatii* 21 in *om. 1 m.* **Bg** *et* **A** 23 quintam quoque **Ab** 24 in libris de Oratore *Spalding* 25 in quibus libris p. s. *Schuetz* 26 sententiast **Bn** 27 adiece*runt ordinem* **A** 28 collocatio** **A** 29 tradit *Spalding* 31 pronuntio **A**[1] memoria *alii, at cf. 3, 5, 1*

Theodorei fere inuentionem duplicem rerum atque elocutionis, deinde tris ceteras partes. Hermagoras iudicium, partitionem, 9
ordinem quaeque sunt elocutionis subicit o e c o n o m i a e, quae graece appellata ex cura rerum domesticarum et hic per abusionem posita nomine latino caret.

Est et circa hoc quaestio, quod memoriam in ordine partium 10
quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerunt: nobis quartus eius locus maxime placet. non enim tantum inuenta tenere, ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur, sed etiam uerbis formata memoriae mandare debemus: hac enim omnia, quaecumque in orationem conlata sunt, continentur.

Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut has non rhe- 11
torices partis esse existimarent, sed opera oratoris: eius enim esse inuenire, disponere, eloqui et cetera. quod si accipimus, nihil arti relinquemus. nam bene dicere est oratoris, rhetorice 12
tamen erit bene dicendi scientia: uel ut alii putant artificis est persuadere, uis autem persuadendi artis. ita inuenire quidem et disponere oratoris, inuentio autem et dispositio rhetorices propria uideri potest. in eo plures dissenserunt, utrumne hae p a r t e s 13
essent rhetorices an eiusdem o p e r a an, ut Athenaeus credit, e l e m e n t a, quae uocant στοιχεῖα. sed neque elementa recte quis dixerit: alioqui tantum initia erunt, ut mundi uel umor uel ignis uel materia uel corpora insecabilia: nec operum recte nomen accipient, quae non ab aliis perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt: partes igitur. nam cum sit ex his rhetorice, fieri 14
non potest ut, cum totum ex partibus constet, non sint partes totius, ex quibus constat. uidentur autem mihi qui haec opera dixerunt eo quoque moti, quod in alia rursus diuisione nollent in idem nomen incidere: partes enim rhetorices esse dicebant l a u d a t i u a m, d e l i b e r a t i u a m, i u d i c i a l e m. quae si partes sunt, materiae sunt potius quam artis. namque in his singulis 15
rhetorice tota est, quia et inuentionem et dispositionem et elocutionem et memoriam et pronuntiationem quaecumque earum desiderat. itaque quidam g e n e r a tria rhetorices dicere malu-

2 tres **A** 3 elocutionis sunt *al.* 8 inue*n*ta **A** 11 collocata **A** 13 partes **Ab**ς 15 relinquemus **B**, *ut coni. Regius*: relinquimus **Ab**, *sed* **A** quimus *m. 2 in ras.* rhetoricae **T** *corr.* rhetoricēs *Spalding cum Goth. et Voss. 2* 16 scientia (a *ex corr.*) **A** 18 orator*i*s **A** 20 eidem **A**^{1} *(?)* atheneus **A**, atenaeus **B** tradit *malebat Spalding* 21 CTOIXIA **A** 22 alioquin **b** humor **A** 23 rectae **B**^{1} 25 igitur sunt **b** nam cum **A** *in ras.* 26 ut cum **Ab**: ut **B** 32 et dispositionem *om.* **A**

erunt, optime autem ii, quos secutus est Cicero, genera causarum.

IV. Sed tria an plura sint ambigitur. nec dubie prope
omnes utique summae apud antiquos auctoritatis scriptores Ari-
stotelen secuti, qui nomine tantum alio contionalem pro de-
2 liberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. uerum et
tum leuiter est temptatum, cum apud Graecos quosdam tum
apud Ciceronem in libris de oratore, et nunc maximo temporum
nostrorum auctore prope inpulsum, ut non modo plura haec
3 genera, sed paene innumerabilia uideantur. nam si laudandi ac
uituperandi officium in parte tertia ponimus, in quo genere uer-
sari uidebimur, cum querimur, consolamur, mitigamus, concita-
mus, terremus, confirmamus, praecipimus, obscure dicta inter-
pretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur,
obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renuntiamus,
4 optamus, opinamur, plurima alia? ut mihi in illa uetere per-
suasione permanenti uelut petenda sit uenia quaerendumque,
quo moti priores rem tam late fusam tam breuiter adstrinxerint.
quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quod in his
5 fere uersari tum oratores uidebant: nam et laudes ac uitupera-
tiones scribebantur, et ἐπιταφίους dicere erat moris et plurimum
in consiliis ac iudiciis insumebatur operae, ut scriptores artium
6 pro solis conprenderint frequentissima. qui uero defendunt, tria
faciunt genera auditorum: unum, quod ad delectationem conue-
niat, alterum, quod consilium accipiat, tertium, quod de causis
iudicet. mihi cuncta rimanti et talis quaedam ratio succurrit,
quod omne orationis officium aut in iudiciis est aut extra iudicia.
7 eorum, de quibus iudicio quaeritur, manifestum est genus: ea,
quae ad iudicem non ueniunt, aut praeteritum habent tempus
aut futurum: praeterita laudamus aut uituperamus, de futuris
8 deliberamus. item omnia, de quibus dicendum est, aut certa sint
necesse est aut dubia. certa, ut cuique est animus, laudat aut
culpat: ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera,
de his deliberatur, partim aliorum sententiae commissa, de his
lite contenditur.

1. de Orat. 1, 31, 141. Top. 24, 91. 8. de Orat. 2, 10 sq. 9. auctore] Plinio maiore? cf. 3, 1, 21.

1 hi **A** causarum. QVAE GENERA CAVSARVM **AB** 4 aristotelem **A**^{1} 5 tamen *dett.* continualem **B** 16 plurima **AB**: et plurima *al.* 19 is (iis *corr.*) **Bg** 22 opere **A** 23 conprehenderint **A**, conprehenderunt **b** frequentis*sima* qui *uero de*fendunt **A** 27 oratoris *edd. uett.* 32 cert*a* **A** 33 culp*at* **A** 34 liberatur **A**^{1}

Anaximenes iudicialem et contionalem generalis partis esse 9
uoluit, septem autem species: hortandi, dehortandi, laudandi,
uituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quod ἐξεταστικόν
dicit: quarum duae primae deliberatiui, duae sequentes demon-
stratiui, tres ultimae iudicialis generis sunt partes. Protagoran 10
transeo, qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod
εὐχωλήν dixit, partes solas putat. Plato in Sophiste iudiciali et
contionali tertiam adiecit προσομιλητικήν, quam sane permittamus
nobis dicere sermocinatricem: quae a forensi ratione diiungitur
et est accommodata priuatis disputationibus, cuius uis eadem
profecto est, quae dialecticae. Isocrates in omni genere inesse 11
laudem ac uituperationem existimauit.

Nobis et tutissimum est auctores plurimos sequi et ita uide- 12
tur ratio dictare. est igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac
uituperatio continetur, sed est appellatum a parte meliore lau-
datiuum: idem alii demonstratiuum uocant. utrumque no-
men ex graeco creditur fluxisse: nam ἐγκωμιαστικόν aut ἐπιδει-
κτικόν dicunt. sed mihi ἐπιδεικτικόν non tam demonstrationis 13
uim habere quam ostentationis uidetur et multum ab illo ἐγκω-
μιαστικῷ differre: nam ut continet laudatiuum in se genus, ita
non intra hoc solum consistit. an quisquam negauerit panegy- 14
ricos ἐπιδεικτικούς esse? atqui formam suadendi habent et ple-
rumque de utilitatibus Graeciae loquuntur: ut causarum quidem
genera tria sint, sed ea tum in negotiis, tum in ostentatione
posita. nisi forte non ex graeco mutuantes demonstratiuum uo-
cant, uerum id sequuntur, quod laus ac uituperatio quale sit
quidque demonstrat. alterum est deliberatiuum, tertium iudiciale. 15
ceterae species in haec tria incident genera: nec inuenietur ex
iis ulla, in qua non laudare aut uituperare, suadere aut dissua-
dere, intendere quid uel depellere debeamus. illa quoque sunt

7. p. 222 C.

1 et *om.* **B**; *P. Victorius, Capperonnerius aliique tertiam generalem partem* demonstratiuam *siue* laudatiuam *intercidisse censent; cf. tamen Spengel. de artium scriptt. p. 183* generalis partes **B**, generales partes **A** 2 hostendi **Bg** *1 manu* 4 dicitur **Bg**, *sed* ur *eras.* 5 sunt **Bg** *corr. ex* sint 8 ΠΡΟCΟΜΕΙΛΗΤΙΚΗΝ **A**, ΠΡΟCΟΜΕΙΛΗΝΤΙΚΗΝ **Bn** *et similiter* **Bg** 9 disiungitur **Ab** 10 *disputa*tionibus **A** 11 profectio **B**[1] isocratis **B** esse **A** 13 *tu*tissimum **A** plures *dett.* 17 ΕΝΚΩΜΙΑCΤΙΚΟΝ **Ab**, ΕΤΚΩΜΙΑCΤΙΚΟΝ **B** ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ **A**, *sed* ΕΠΙ *in ras.* ΕΠΙΑΕΙΚΤΙΚΟΝ **B** 18 ΕΠΙΑΕΙΚΤΙΚΟ (ΚΟΝ **b**) non **B** 19 encomiastico **A**, et (en **b**) ΚΩΜΙΑCΤΙΚΩ **B** 20 differe **A**[1], diferre **Bg** 22 epidicticos **A**, ΕΠΙΑΙΚΤΙΚΟΥC **B** pleraque **A** 24 sunt **Bg** *ante rasuram* set **A**[1] 25 mutuantes *ed. Aldina et Badius:* mutantes *libri, cf. 3, 3, 6* demonstrati*uum* **A** 27 demonstrant *Francius* 29 is **B**, his **A** in **quam non l. ac uituperare **A** suadere aut **AB**: suadere ac **T**

communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere, conci-
16 tandis componendisue adfectibus animos audientium fingere. ne
iis quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorum,
deliberatiuam utilium, iudicialem iustorum quaestione contineri
putant, celeri magis ac rotunda usi distributione quam uera:
stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. nam et in laude
iustitia utilitasque tractatur et in consiliis honestas, et raro iu-
dicialem inueneris causam, in cuius non parte aliquid eorum,
quae supra diximus, reperiatur.

V. Omnis autem oratio constat aut ex iis quae significantur,
aut ex iis quae significant, id est rebus et uerbis. facultas orandi
consummatur n a t u r a, a r t e, e x e r c i t a t i o n e, cui partem quar-
tam adiciunt quidam i m i t a t i o n i s, quam nos arti subicimus.
2 tria sunt item, quae praestare debet orator, ut d o c e a t, m o-
u e a t, d e l e c t e t. haec enim clarior diuisio quam eorum, qui
totum opus in res et in adfectus partiuntur. non semper autem
omnia in eam, quae tractabitur, materiam cadent. erunt enim
quaedam remotae ab adfectibus, qui ut non ubique habent locum,
3 ita quocumque inruperunt, plurimum ualent. praestantissimis
auctoribus placet alia in rhetorice esse, quae probationem desi-
derent, alia quae non desiderent, cum quibus ipse consentio.
quidam uero, ut Celsus, de nulla re dicturum oratorem, nisi de
qua quaeratur, existimant: cui cum maxima pars scriptorum
repugnat, tum etiam ipsa partitio, nisi forte laudare, quae con-
stet esse honesta, et uituperare, quae ex confesso sint turpia,
non est oratoris officium.

4 Illud iam omnes fatentur esse quaestiones aut in s c r i p t o
aut in n o n s c r i p t o. in scripto sunt de iure, in non scripto
de re: illud r a t i o n a l e, hoc l e g a l e genus Hermagoras atque
5 eum secuti uocant, id est νομικόν et λογικόν. idem sentiunt, qui
omnem quaestionem ponunt in rebus et uerbis.

Item conuenit quaestiones esse aut i n f i n i t a s aut f i n i t a s.

2 componendis*ue* **A** nec **Bg** *ante rasuram* 3 iis **B**: his **Ab**, *sed* **A** *in ras.* 5 rutunda **B** 7 tractantur *al.* honesta **B** 8 parte non aliquid *Meyer, quod utique exspectares* 9 repperiatur **A** 10 Omnis] *praemittitur in* **AB** *titulus:* Quibus contineatur omnis ratio dicendi his — his **A** 14 debet *exc. Cassiod. (Rhett. lat. p. 501, 33) et ed. Gryph.* debeat **AB** *et plerique* 15 eorum *om.* **B** *in fine columnae* 17 cadent **Ab**: cadunt **B** 18 adabfectibus **B** non ut **A** 20 desiderarent **Bg** *1 m.* 23 existimant **a**: existimat **AB** 24 nisi **ab**: nissi **B**, nisi si **A** 27 quaestiones in scripto et in n. s. **A** 28 sunt *om.* **A** 29 illud legale, hoc rationale *edd. ueteres, ut utique exspectares, sed monet Meyerus Quintilianum haud raro* hunc — illum *eius loco quod est* alter — alter *dicere, coll. 1, 5, 13. 3, 10, 1. 4, 1, 28. 6, 1, 9 etc.*

infinitae sunt, quae remotis personis et temporibus et locis cete-
risque similibus in utramque partem tractantur, quod Graeci
θέcιν dicunt, Cicero propositum, alii quaestiones uniuer-
sales ciuiles, alii quaestiones philosopho conuenientis,
Athenaeus partem causae appellat. hoc genus Cicero scientia et 6
actione distinguit, ut sit scientiae 'an prouidentia mundus regatur',
actionis 'an accedendum ad rem publicam administrandam'. pri-
mum trium generum 'an sit, quid sit, quale sit,' omnia enim haec
ignorari possunt: sequens duorum 'quo modo adipiscamur, quo modo
utamur'. finitae autem sunt ex complexu rerum, personarum, 7
temporum ceterorumque: hae ὑποθέcειc a Graecis dicuntur, cau-
sae a nostris. in his omnis quaestio uidetur circa res personas-
que consistere. amplior est semper infinita, inde enim finita 8
descendit. quod ut exemplo pateat, infinita est 'an uxor du-
cenda', finita 'an Catoni ducenda', ideoque esse suasoria potest.
sed etiam remotae a personis propriis ad aliquid referri solent.
est enim simplex 'an res publica administranda': refertur ad
aliquid 'an in tyrannide administranda'. sed hic quoque subest 9
uelut latens persona: tyrannus enim geminat quaestionem, sub-
estque et temporis et qualitatis tacita uis: nondum tamen hoc
proprie dixeris causam. hae autem, quas infinitas uoco, et ge-
nerales appellantur: quod si est uerum, finitae speciales
erunt. in omni autem speciali utique inest generalis, ut quae
sit prior. ac nescio an in causis quoque, quidquid in quaestio- 10
nem uenit qualitatis, generale sit. Milo Clodium occidit, iure
occidit insidiatorem: nonne hoc quaeritur, an sit ius insidiatorem
occidendi? quid in coniecturis? non illa generalia: 'an causa
sceleris odium? cupiditas? an tormentis credendum? testibus an
argumentis maior fides habenda?' nam finitione quidem con-
prendi nihil non in uniuersum certum erit. quidam putant etiam 11
eas θέcειc posse aliquando nominari, quae personis causisque
contineantur, aliter tantummodo positas, ut causa sit, cum Ore-
stes accusatur, thesis an Orestes recte sit absolutus: cuius generis

3. Top. 21, 79. 5. ibid. § 81 sq. Partit. orat. 18, 62.

3 θεcιc **Bn**, θεcι **Bg** propos*itum* al*ii* **A**, ali — ali **Bn** *ut saepius* uniuersales alii ciuiles *m. 3 in* **A** 4 conuenientes **Ab** 5 atheneus **AB** 7 primum **Ab**: prius **B** 8 an si. **Bg** 9 apiscamur **Bg** *1 m.* 11 hae **B**: quae **A** causae nostris **Bg** *1 m.* 12 in is **Bg** *1 m.* 18 tyranni*de* a*mmi*nistranda **A** 19 tyrannus **AB**: tyrannis *dett. pauci* 23 generali **A**[1] 24 cau*sis* **A** quicquid **A** 26 *sit*ius **A** 28 credendū (ū *in ras.*) **A** 29 comprehendi **A** 31 thesis **B** 33 apsolutus **B**

est ‘an Cato recte Marciam Hortensio tradiderit’. hi θέσιν a causa sic distingunt, ut illa sit spectatiuae partis, haec actiuae: illic enim ueritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi.

12 Quamquam inutiles quidam oratori putant uniuersales quaestiones, quia nihil prosit, quod constet ducendam esse uxorem uel administrandam rem publicam, si quis uel aetate uel ualetudine impediatur. sed non omnibus eiusmodi quaestionibus sic occurri potest, ut illis ‘sitne uirtus finis, regaturne prouidentia
13 mundus’: quin etiam in iis, quae ad personam referuntur, ut non est satis generalem tractasse quaestionem, ita perueniri ad speciem nisi illa prius excussa non potest. nam quo modo ‘an sibi uxor ducenda sit’ deliberabit Cato, nisi constiterit uxores esse ducendas? et quo modo ‘an ducere debeat Marciam’ quae-
14 retur, nisi Catoni ducenda uxor est? sunt tamen inscripti nomine Hermagorae libri, qui confirmant illam opinionem, siue falsus est titulus siue alius hic Hermagoras fuit. nam eiusdem esse quo modo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, cum, sicut ex Ciceronis quoque Rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in thesis et causas diuiserit? quod reprehendit Cicero ac thesin nihil ad oratorem pertinere contendit totumque hoc genus quaestionis ad philosophos refert.
15 sed me liberauit respondendi uerecundia, et quod ipse hos libros improbat, et quod in Oratore atque his, quos de oratore scripsit, et Topicis praecipit, ut a propriis personis atque temporibus auocemus controuersiam, quia latius dicere liceat de genere quam de specie, et quod in uniuerso probatum
16 sit, in parte probatum esse necesse sit. status autem in hoc omne genus materiae idem qui in causas cadunt. adhuc adicitur, alias esse quaestiones in rebus ipsis, alias, quae ad aliquid referantur: illud ‘an uxor ducenda’, hoc ‘an seni ducenda’: illud ‘an fortis’, hoc ‘an fortior’ et similia.

17 Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgi discipuli eius utar, ita: causa est negotium omnibus suis

18. de Inu. 1, 6. 23. de Orat. 3, 30. Top. 21. 25. Cic. Orat. 14, 45.

1 martiam **B**, *item § 13* thesin **B** 2 distingunt **AB**: distinguunt ς 4 oratori *Regius:* orationi **AB** 7 eiusmodi **A**: eiusdem **B**, eiusdem modi *Klein in Miscell. crit. Hildesh. 1, 659* 8 illi* **A** fi**s **A**, fides a 9 his **A** referunt **B** 10 ad specialem *Francius* 12 *sibi* **A** deliberauit **A**[1] 14 scripti **A** 15 confirmant **A**: confirment **B**ς 16 hic *om.* **A**[1] 18 manifestatum b 20 thesim **A** adhoratorem **Bg** *1 m.* 22 reprehendendi *dett. aliquot* 23 iis *al.* 24 ut **A**, *sed* t *e corr.* 26 probatum sit in parte *om.* **Bg** *1 m.* 27 sit id in p. *Cicero* 28 idem **AB**: iidem ς ad hoc *al.* 30 ali*quid* **A** 32 apolorus **Bg** *1 m.* ualgii **A**

partibus spectans ad quaestionem, aut causa est negotium, cuius finis est controuersia. ipsum deinde negotium sic finit: negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum et non scriptorum. causam nunc intellegamus ὑπόθεσιν, nego- 18
tium περίστασιν. sed et ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus negotium. Isocrates autem causam esse ait quaestionem finitam ciuilem aut rem controuersam in personarum finitarum complexu, Cicero his uerbis: causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur aut in omnibus aut in plerisque eorum.

VI. Ergo cum omnis causa contineatur aliquo statu, prius quam dicere adgredior, quo modo genus quodque causae sit tractandum, id quod est commune omnibus, quid sit status et unde ducatur et quot et qui sint, intuendum puto. quamquam id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt, quorum inscitiam, cum omnia tria genera fuero exsecutus, res ipsa deprendet. quod nos statum, id quidam constitutionem 2
uocant, alii quaestionem, alii quod ex quaestione appareat, Theodorus caput, id est κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referantur omnia. quorum diuersa appellatio, uis eadem est: nec interest discentium, quibus quidque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. statum Graeci στάσιν uocant, quod 3
nomen non primum ab Hermagora traditum putant, sed alii a Naucrate Isocratis discipulo, alii a Zopyro Clazomenio: quamquam uidetur Aeschines quoque in oratione contra Ctesiphontem uti hoc uerbo, cum a iudicibus petit, ne Demostheni permittant euagari, sed eum dicere de ipso causae statu cogant. quae ap- 4
pellatio dicitur ducta uel ex eo, quod ibi sit primus causae congressus, uel quod in hoc causa consistat. et nominis quidem haec origo: nunc quid sit. statum quidam dixerunt primam

10. Top. 21, 80. 27. § 206 Bekk.

3 sic finit **Ab**: si finit **Bn**, finit **Bg** 6 intelligimus *Badius, at cf. Spald.* 7 ΠΕΡCΤΑCΙΝ **A**[1], peristasin **B** sed et **A**: sed **B**ς causam quidam **A** *in ras.* 8 pollodorus **A**[1] socrates **A** autem **A**: *om.* **B** 9 rem controuersiam **AB**, rerum controuersiam a *haud scio an recte* 12 implerisque **Bg** 13 QVID SIT STATVS. Ergo **AB** 16 *et* quot **A** 19 deprehendet **A** 21 capud **Bg**, generale caput *Regius, contra Spengelio in libro de artium scriptt. p. 184 uoc.* γενικώτατον *glossema uidetur* 25 primū **A** ermagora **B** 26 abeucrate **AB**, ab Naucrate *Philander et edd.* socratis **B** alii azop y ro *(sic cum spatiis)* **B**, a zopiroclya ro **b** 27 ctesifontem **Bg**, stesiphontem **b** 28 uti* **A** 29 euagri **A** cogant **A** *om. 1 m.* 30 ducta **B**: dictus **A** *2 m. in ras.* dictis **b**

causarum conflictionem: quos recte sensisse, parum elocu-
5 tos puto. non enim est status prima conflictio 'fecisti, non
feci', sed quod ex prima conflictione nascitur, id est genus quae-
stionis: 'fecisti, non feci, an fecerit? hoc fecisti, non hoc feci,
quid fecerit?' quia ex his apparet illud coniectura, hoc fini-
tione quaerendum atque in eo pars utraque insistit, erit quaestio
6 coniecturalis uel finitiui status. quid si enim dicat quis 'sonus
est duorum inter se corporum conflictio', erret, ut opinor: non
enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. sed hoc leuius:
intellegitur enim utcumque dictum. inde uero ingens male in-
terpretantibus innatus est error, qui quia primam conflictionem
legerant, crediderunt statum semper ex prima quaestione ducen-
7 dum, quod est uitiosissimum. nam quaestio nulla non habet
utique statum (constat enim ex intentione et depulsione), sed
aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est,
aliae adductae extrinsecus, aliquid tamen ad summam causae
conferentes uelut auxilia quaedam: quo fit ut in controuersia
8 una plures quaestiones esse dicantur. harum porro plerumque
leuissima quaeque primo loco fungitur. namque et illud frequens
est, ut ea, quibus minus confidimus, cum tractata sunt, omitta-
mus interim sponte nostra uelut donantes, interim ad ea, quae
9 sunt potentiora, gradum ex iis fecisse contenti. simplex autem
causa, etiamsi uarie defenditur, non potest habere plus uno, de
quo pronuntietur, atque inde erit status causae, quod et orator
praecipue sibi optinendum et iudex spectandum maxime intel-
legit: in hoc enim causa consistet. ceterum quaestionum possunt
10 esse diuersi. quod ut breuissimo pateat exemplo, cum dicit reus
'etiam si feci, recte feci', qualitatis utitur statu: cum adicit
'sed non feci', coniecturam mouet. semper autem firmius est
non fecisse, ideoque in eo statum esse iudicabo, quod dicerem,
11 si mihi plus quam unum dicere non liceret. recte igitur est
appellata causarum prima conflictio, non quaestionum. nam et
pro Rabirio Postumo Cicero prima parte orationis in hoc in-

4 an fecerit quid fecerit *mediis omissis* **A**, *addidit m. 2:* hoc fecisti non hoc feci quis, *ut nunc in extremo membro legatur* quis quid fecerit, *ut est in* **b** 6 utraq*ue ins*titerit quaestio **A**, u. institerit erit q. **b** 7 quid si enim **AB**: quod si enim *L et Gesner*, quid enim? si *Regius, cf. ad 2, 13, 3* 9 ex conflicti **B** *in fine uersus* sed **A**: set **b**, et **B**, at *Francius* 12 ducendum **AB**: deducendum **b** 17 in *om.* **A** 19 fungitur **Bg** *corr. ex* fungan'tr (?) 20 munus **Bg** *ante ras.* cum tr. **Bn** *corr. ex* contr. 22 iis **B**: his **A**ς 23 potes **A**[1] 25 optinendum (obt. **A**) **Ab**: opponendum **B**, proponendum *dett. pauci* 27 diuersi **A**, *sed ultima* i *in ras.* 28 adicit **Ab**: dicit **B** 29 sed **A** *et 1m.* **Bn**: si **Bn** *corr. et* **Bg** 31 si **A** *in ras.* igitur **A** *in ras.* 33 prima parte *Badius:* primam partem **AB**, *an* prima in parte? intendit **AB**: tendit **LT**

tendit, ut actionem competere in equitem romanum neget, se-
cunda nullam ad eum pecuniam peruenisse confirmat. statum
tamen in eo dicam fuisse, quod est potentius. nec in causa Mi- 12
lonis circa primas quaestiones [quae sunt ante prooemium po-
sitae] iudicabo conflixisse causam, sed ubi totis uiribus insidiator
Clodius ideoque iure interfectus ostenditur. et hoc est, quod
ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiamsi pro
causa plura dicturus est, quid maxime liquere iudici uelit. quod
tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicen-
dum erit.

Alii statum crediderunt primam eius, cum quo ageretur, 13
deprecationem. quam sententiam his uerbis Cicero complectitur:
in quo primum insistit quasi ad repugnandum con-
gressa defensio. unde rursus alia quaestio, an eum semper
is faciat, qui respondet. cui rei praecipue repugnat Cornelius
Celsus dicens non a depulsione sumi, sed ab eo, qui
propositionem suam confirmet: ut, si hominem occisum
reus negat, status ab accusatore nascatur, quia is uelit probare:
si iure occisum reus dicit, translata probationis necessitate idem
a reo fiat et sit eius intentio. cui non accedo equidem: nam 14
est uero propius, quod contra dicitur, nullam esse litem, si is,
cum quo agatur, nihil respondeat, ideoque fieri statum a respon-
dente. mea tamen sententia uarium id est et accidit pro con- 15
dicione causarum, quia et uideri potest propositio aliquando
statum facere, ut in coniecturalibus causis (utitur enim conie-
ctura magis qui agit, quo moti quidam eundem a reo infitia-
lem esse dixerunt) et in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est,
qui intendit. sed quia uidetur illic quoque necessitatem hos status 16
exequendi facere qui negat (is enim si dicat 'non feci', coget
aduersarium coniectura uti, et si dicat 'non habes legem', syl-
logismo), concedamus ex depulsione nasci statum. nihilominus
enim res eo reuertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo
agitur, statum faciat. sit enim accusatoris intentio 'hominem 17

---

13. Top. 25, 93.

---

1 equitem romanum (*sine* in) A, equiti romano a 2 secundam a 4 ante prohoemium AB, iuxta (*uel* post) prooemium *Regius*, ante in prooemium (*i. e. ut faciant p.*) *Badius*, tamquam p. *Luenemann*, ἀντὶ προοιμίου *Buttmann*, ante pro prooemio *T. Baden coll. 4, 2, 26; nos haec inclusimus* 5 ubi totis A *in ras.* 8 li*quere* A 9 utique Ab *et* Bn *in marg.* utrique B dicendum erit. VNDE DVCATVR AB 12 de*pre*catione m A *comple*ctitur A 18 nascatur A *in ras.* uelit is T 20 equidem A, *sed prior* e *ex corr.* 23 *id est et accidi*t A 27 et A *in ras.* sillogismo Bg 28 illic *Regius:* illi A, illis B 30 habes A: habet B*ς*

occidisti', si negat reus, faciat statum qui negat. quid? si
confitetur, sed iure a se adulterum dicit occisum (nempe legem
esse certum est, quae permittat), nisi aliquid accusator respon-
det, nulla lis est. 'non fuit' inquit 'adulter': ergo depulsio
incipit esse actoris, ille statum faciet. ita erit quidem status ex
18 prima depulsione, sed ea fiet ab accusatore, non a reo. quid?
quod eadem quaestio potest eundem uel accusatorem facere uel
reum: 'qui artem ludicram exercuerit, in quattuordecim primis
ordinibus ne sedeat': qui se praetori in hortis ostenderat neque
19 erat productus, sedit in quattuordecim ordinibus. nempe intentio
est: 'artem ludicram exercuisti', depulsio: 'non exercui artem
ludicram', quaestio: 'quid sit artem ludicram exercere.' si ac-
cusabitur theatrali lege, depulsio erit rei: si excitatus fuerit de
20 spectaculis et aget iniuriarum, depulsio erit accusatoris. fre-
quentius tamen illud accidet, quod est a plurimis traditum. effu-
gerunt has quaestiones qui dixerunt, statum esse id, quod appareat
ex intentione et depulsione, ut 'fecisti', 'non feci' aut 'recte
21 feci'. uiderimus tamen, utrum id sit status an in eo status.
Hermagoras statum uocat, per quem subiecta res intellegatur et
ad quem probationes etiam partium referantur. nostra opinio
semper haec fuit, cum essent frequenter in causa diuersi quae-
stionum status, in eo credere statum causae, quod esset in ea
potentissimum et in quo maxime res uerteretur. id si quis ge-
neralem quaestionem uel caput generale dicere malet,
cum hoc mihi non erit pugna, non magis quam si aliud adhuc,
quo idem intellegatur, eius rei nomen inuenerit, quamquam tota
uolumina in hanc disputationem impendisse multos sciam: nobis
22 statum dici placet. sed cum in aliis omnibus inter scriptores
summa dissensio est, tum in hoc praecipue uidetur mihi studium
quoque diuersa tradendi fuisse: adeo nec qui sit numerus nec
quae nomina nec qui generales quiue speciales sint status con-
uenit.

23 Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quae
uersari uideatur omnis quaestio: οὐσίαν, quam Plautus essen-
tiam uocat (neque sane aliud est eius nomen latinum), sed ea

1 si negat **AB**: si neget *al.* 3 certum **A**, *sed* t *e corr.* 4 in quid **B** 6 accusatoris **b** 10 quatuordecim *hoc loco* **Bg** *Nēpe* **A** 13 legem **Bg** *1 m.* exercitatus **A** 16 statum **A** *in rasura* 17 et depulsione **Ab**: *om.* **B** 21 fuit — credere **AB**: fuit ut — crederem *edd. uett.* 23 maximae **B** 24 mallet **Ab** 25 *si a*liud **A** 30 quis numerus **A** 31 quiue **B**: uel qui **A** 34 Plautus *libri*, Flauius *Spalding coll.* 2, 14, 2

quaeritur 'an sit': qualitatem, cuius apertus intellectus est:
quantitatem, quae dupliciter a posterioribus diuisa est, quam
magnum et quam multum sit: ad aliquid, unde ducta est
translatio et comparatio: post haec ubi et quando: deinde 24
facere, pati, habere, quod est quasi armatum esse, uestitum
esse: nouissime κεῖcθαι, quod est compositum esse quodam
modo, ut iacere, sedere. sed ex iis omnibus prima quattuor ad
status pertinere, cetera ad quosdam locos argumentorum uiden-
tur. alii nouem elementa posuerunt: personam, in qua de 25
animo, corpore, extra positis quaeratur, quod pertinere ad con-
iecturae et qualitatis instrumenta uideo: tempus, quod χρόνον
uocant, ex quo quaestio, an is, quem, dum addicta est, mater
peperit, seruus sit natus: locum, unde controuersia uidetur, an
fas fuerit tyrannum in templo occidere, an exulauerit qui domi
latuit: tempus iterum, quod καιρόν appellant: hanc autem ui- 26
deri uolunt speciem illius temporis, ut aestatem uel hiemem,
huic subicitur ille in pestilentia comisator: actum, id est πρᾶξιν,
quod eo referunt, sciens commiserit an insciens, necessitate an
casu, et talia: numerum, qui cadit in speciem quantitatis, an
Thrasybulo triginta praemia debeantur, quia tot tyrannos sustu-
lerit: causam, cui plurimae subiacent lites, quotiens factum 27
non negatur, sed quia iusta ratione sit factum, defenditur: τρό-
πον, cum id, quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum:
hinc est adulter loris caesus uel fame necatus: occasionem
factorum, quod est apertius, quam ut uel interpretandum uel
exemplo sit demonstrandum, tamen ἀφορμὰc ἔργων uocant. hi 28
quoque nullam quaestionem extra haec putant. quidam detra-
hunt duas partis, numerum et occasionem, et pro illo, quod dixi
actum, subiciunt res, id est πράγματα. quae ne praeterisse ui-
derer, satis habui attingere. ceterum his nec status satis ostendi

20. ex Polycrate? cf. Speng. ad Arist. Rhet. II, p. 334.

3 ducta est **A**: ductae **B** 4 tralatio **B** 7 ut iacere sedere *Spalding*: ut calere stare irasci **Bn** *1 m. et* **A**, *sed hic* cal*ere*, ut calere facere stare irasci **Bn** *corr. et* **Bg**; *cf. Aristot. categ. 2, 6* κεῖcθαι δὲ οἷον ἀνάκειται, κάθηται. *Mart. Cap. 4 § 363* Quid situs? ut puta iacet, sedet (ut sedere, stare *coni. Gernhard*, deinde facere ut calefacere, pati ut irasci . . nouissime κεῖcθαι . . ut stare *Meyer*) iis **B**: his **A** 10 ani*mo* **A** 12 dum **AB**: non b 13 peperit **Ab** *et 1 m.* **Bn**: pepererit **Bn** *corr. et* **Bg** locum *ed. Gryph.* locus **AB** esse an fas **A** *m. 2 in ras.* 17 comisator **B**: comesatur **Ab**, *sed* **A** esator *in ras. m. 2, cf. 11, 3, 57* 18 comiserit **A**[1] 19 et alia **A**[1] 20 thrasybolo **B** XXX **A** *ex corr.* quia **Ab**: qui **B** 21 causam **A**: causa **B** factum (m *in ras.*) **A** 26 ερτιωn **B** 28 partes **Ab** quod **A**: quem **Ba**ς 29 actum **Ab**: actu **B** 30 his **A**, *sed* s *in ras.*

nec omnis contineri locos credo, quod apparebit diligentius legentibus quae de utraque re dicam: erunt enim plura multo, quam quae his elementis comprehenduntur.

29 Apud plures auctores legi, placuisse quibusdam unum omnino statum esse coniecturalem: sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt neque ego usquam reperire potui. rationem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnis signis colligeretur. quo modo licet qualitatis quoque solum statum faciant, quia ubique, qualis sit cuiusque rei natura, quaeri potest. sed utrocumque modo
30 sequetur summa confusio. neque interest, unum quis statum faciat an nullum, si omnes causae sunt condicionis eiusdem. coniectura dicta est a coniectu, id est directione quadam rationis ad ueritatem, unde etiam somniorum atque ominum interpretes coniectores uocantur. appellatum tamen est hoc genus uarie, sicut sequentibus apparebit.

31 Fuerunt qui duos status facerent: Archedemus coniecturalem et finitiuum exclusa qualitate, quia sic de ea quaeri existimabat 'quid esset inicum? quid iniustum? quid dicto au-
32 dientem non esse?' quod uocat de eodem et alio. huic diuersa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse uoluerunt, sed unum infitialem, alterum iuridicialem. infitialis est, quem dicimus coniecturalem, cui ab infitiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem, qui accusatorem coniectura, reum in-
33 fitiatione uti putauerunt. iuridicialis est, qui graece dicitur δικαιολογικός. sed quemadmodum ab Archedemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio. nam subiciunt eam iuridiciali quaerendumque arbitrantur, iustumne sit sacrilegium appellari
34 quod obiciatur uel furtum uel amentiam: qua in opinione Pamphilus fuit, sed qualitatem in plura partitus est: plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem, de qua constet et in rem, de qua non constet. nam est uerum, nec aliter fieri potest, quam ut aut certum sit factum esse quid aut non sit: si non est certum, coniectura sit, si certum est, reliqui

1 omnes **B**ς 4 legi (i *in ras.*) **A** 5 coiecturalem **B** *et sic saepius, ut bis* § *30* 7 eodem modo licitum est *lectio uaria in marg.* **Bg** 10 sequeretur **b** quis **b**: qui **B**, quisq. **A** *2 m. in ras.* 12 a coniectu animi id est intentione mentis ad ueritatem *etc. Iulius Victor c. 3, 2* 13 hominum A^1 15 in sequentibus **b** apparebit. QVOT ET QVI STATVS **AB** 16 archidemus **Ab**, archiedemus **B**, *cf. Strab. XIV p. 674 Cas.* 18 iniquum **B**ς quid dicti **B**, quo dicto **b** 21 iuridicialem **b**: iuridicalem **AB**, *et sic item u. 24* est **Ab**: *om.* **B** 22 ali*i in* **A** 23 quia *edd. uett.* 25 archidemo **A**, arcaedemo **B**, arciedomo **b** 26 ab iis **B** repudiata*** **A** iuridicali **A** 30 muta*tis* **A** de qua non constet et rem de qua constet **B** 33 sit si non **A** *in ras.* *est re*liqui **A**

status. nam idem dicit Apollodorus, cum quaestionem aut in 35
rebus extra positis, quibus coniectura explicatur, aut in
nostris opinionibus existimat positam, quorum illud πραγματικόν, hoc περὶ ἐννοίας uocat. idem, qui ἀπρόληπτον et
προληπτικόν dicunt, id est dubium et praesumptum, quo
significatur de quo liquet. idem Theodorus, qui de eo an sit 36
et de accidentibus ei, quod esse constat, id est περὶ
οὐσίας καὶ συμβεβηκότων existimat quaeri. nam in his omnibus
prius genus coniecturam habet, sequens reliqua. sed haec reliqua
Apollodorus duo uult esse, qualitatem et de nomine, id est
finitiuam: Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid.
sunt et qui de eodem et de alio modo qualitatem esse, 37
modo finitionem uelint. in duo et Posidonius diuidit, uocem
et res. in uoce quaeri putat 'an significet, quid, quam multa,
quo modo': rebus coniecturam, quod κατ' αἴσθησιν uocat, et
qualitatem et finitionem, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν, et ad aliquid. unde et illa diuisio est, alia esse scripta, alia inscripta.
Celsus Cornelius duos et ipse fecit status generales, an sit? 38
quale sit? priori subiecit finitionem, quia aeque quaeratur,
an sit sacrilegus, qui nihil se sustulisse de templo dicit et qui
priuatam pecuniam confitetur sustulisse. qualitatem in rem et
scriptum diuidit. scripto quattuor partes legales exclusa translatione, quantitatem et mentis quaestionem coniecturae subiecit.
est etiam alia in duos diuidendi status ratio, quae docet aut de 39
substantia controuersiam esse aut de qualitate, ipsam porro
qualitatem aut in summo genere consistere aut in succedentibus. de substantia est coniectura: quaestio enim tra- 40
ctatur rei, an facta sit, an fiat, an futura sit, interdum etiam
mentis: idque melius, quam quod iis placuit, qui statum eundem
facti nominauerunt, tamquam de praeterito tantum et tantum
de facto quaereretur. pars qualitatis, quae est de summo genere, 41
raro in iudicium uenit, quale est 'idne sit honestum, quod uulgo
laudatur'. succedentium autem aliae de communi appellatione,

4 ΕΝΝΟΙΑC **A** *sed* ΝΟΙΑ *in ras.* idem quia — dicunt **B**, idemque — dicit **A** ΑΠΡΟΑΗΤΙΤΟΝ **B**, ΑΠΡΟΛΗΜΤΟΝ (Λ *in ras.*) **A**, ΠΡΟΑΗΤΙΤCΝ **b** *ut uidetur* 5 ΠΡΟΛΗΜΠΤΚΟΝ **A**, ΠΡΟΑΗΜΤΙΤΙΚΟΝ **B** est quo dubium **b** quo **b**: quod **A**, *om.* **B** 6 idem **Ab**: item **B** 7 constet *edd. uett.* 8 ΟΥCΙΑC ΚΑΙ CΥΜΒΕΒΗΚΟCΙΝ **A**, *sed* ΟΥCΙΑCΚΑΙCΥ *et* ΙΝ *in ras.* in iis **B** 10 apollorus **A**[1] 11 finitionem *coni. Spalding* ad *om.* **A**[1] 12 et qui **A**: qui et **B**ς 15 in rebus *ed. Gryph.* 17 inscripta **Ab**: in scriptam **B** 19 subicit *dett. pauci* 20 dicit **B**: dicet **A** 22 tralatione **B** 23 subicit *Spalding* 24 alia **B**: illa **A** 25 esse ut **A**[1] aut de qualitate i. p. qualitatem **Bg** *m. 2 in marg.* 29 his placu*it* **A** 31 est *om.* **A**[1] 33 succidentium **B**

ut 'sitne sacrilegus, qui pecuniam priuatam ex templo furatus
est', aut de re denominata, ubi et factum esse certum est nec
dubitatur, quid sit quod factum est. cui subiacent omnes de
42 honestis, iustis, utilibus quaestiones. his etiam ceteri status con-
tineri dicuntur, quia et quantitas modo ad coniecturam referatur,
ut 'maiorne sol quam terra', modo ad qualitatem 'quanta poena
quempiam quantoue praemio sit adfici iustum', et translatio uer-
43 setur circa qualitatem et definitio pars sit translationis: quin et
contrariae leges et ratiocinatiuus status, id est syllogismos, et
plerumque scripti et uoluntatis aequo nitantur, nisi quod hic
tertius aliquando coniecturam accipit 'quid senserit legis con-
stitutor', ambiguitatem uero semper coniectura explicari necesse
sit, quia, cum sit manifestum uerborum intellectum esse dupli-
cem, de sola quaeritur uoluntate.
44 A plurimis tres sunt facti generales status, quibus et Cicero
in Oratore utitur, et omnia, quae aut in controuersiam aut in
contentionem ueniant, contineri putat, sitne? quid sit? quale
sit? quorum nomina apertiora sunt, quam ut dicenda sint. idem
45 Patrocles sentit. tres fecit et M. Antonius his quidem uerbis:
paucae res sunt, quibus ex rebus omnes orationes
nascuntur, factum non factum, ius iniuria, bonum
malum. sed quoniam, quod iure dicimur fecisse, non hunc so-
lum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut iuste fecisse
uideamur, secuti Antonium apertius uoluerunt eosdem status
distinguere. itaque dixerunt coniecturalem, legalem, iu-
46 ridicialem, qui et Verginio placent. horum deinde fecerunt
species, ita ut legali subicerent finitionem et alios, qui ex
scripto ducuntur, legum contrariarum, quae ἀντινομία di-
citur, et scripti et sententiae uel uoluntatis, id est κατὰ
ῥητὸν καὶ διάνοιαν et μετάληψιν, quam nos uarie translati-
uam, transumptiuam, transpositiuam uocamus, cυλλο-
γιcμόν, quem accipimus ratiocinatiuum uel collectiuum,
ambiguitatis, quae ἀμφιβολία nominatur: quos posui, quia et
ipsi a plerisque status appellantur, cum quibusdam legales po-
tius quaestiones eas dici placuerit.

16. c. 14, 45.

2 certum est — factum est **Bg** *m. 2 in marg.* 5 quan*t*itas **A** co-
iecturam **B**, *item u. 11* 7 tralatio — tralationis **B** 9 syllogismus **b**
16 quae in *Schuetz, ut habet Cic.* 17 sitne **Bg** *corr. ex* sine 18 do
cenda *Badius* 19 patrocles **Ab**: iatrocles **B** 26 uirginio **A** 27 sub-
iecerent **B** 30 ΡΕΤΟΝ ΚΑΙ ΔΙΑΝΟΙΑΜ **B** ΜΕΤΑΛΗΜΨΙΝ **Ab**, metalempsim **B**
31 CYNΛΟΓΙCΜΟΝ **B** 32 accepimus **AB** 34 a plerisque status **A**
m. 2 in ras. cum **Ab**: *om.* **B** 35 placuit *Aldina* (*sine* cum)

Quattuor fecit Athenaeus, προτρεπτικὴν ϲτάϲιν uel παρορμη- 47
τικήν, id est exhortatiuum, qui suasoriae est proprius, ϲυν-
τελικήν, qua coniecturam significari magis ex his, quae secuntur,
quam ex ipso nomine apparet, ὑπαλλακτικήν, ea finitio est, mu-
tatione enim nominis constat, iuridicialem, eadem appella-
tione graeca qua ceteri usus: nam est, ut dixi, multa in nomi-
nibus differentia. sunt qui ὑπαλλακτικήν translationem esse 48
existimant, secuti hanc mutationis significationem. fecerunt alii
totidem status, sed alios an sit? quid sit? quale sit? quan-
tum sit? ut Caecilius et Theon. Aristoteles in rhetoricis an 49
sit, quale, quantum et quam multum sit, quaerendum
putat. quodam tamen loco finitionis quoque uim intellegit, quo
dicit quaedam sic defendi: 'sustuli, sed non furtum feci, per-
cussi, sed non iniuriam feci'. posuerat et Cicero in libris rhe- 50
toricis facti, nominis, generis, actionis, ut in facto
coniectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius
intellegeretur: iuri subiecerat translationem. uerum hic legales
quoque quaestiones alio loco tractat ut species actionis.

Fuerunt qui facerent quinque: coniecturam, finitio- 51
nem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. Theodorus
quoque, ut dixi, isdem generalibus capitibus utitur: an sit?
quid sit? quale sit? quantum sit? ad aliquid. hoc ulti-
mum maxime in comparatiuo genere uersari putat, quoniam me-
lius ac peius, maius et minus nisi alio relata non intelleguntur.
sed in illas quoque translatiuas, ut supra significaui, quaestiones 52
incidit 'an huic ius agendi sit, uel facere aliquid conueniat, an
contra hunc, an hoc tempore, an sic': omnia enim ista referri
ad aliquid necesse est. alii sex status putant: coniecturam, 53
quam γένεϲιν uocant, et qualitatem et proprietatem, id

10 sqq. cf. Speng. ad Arist. Rhet. p. 181 sq. 12. 1, 13. 14. de Inu. 1, 8, 10. 18. Part. orat. c. 31 et 38.

1 atheneus **AB** protrepticen stasin uel parhermeticen **B** 3 qua **A**: quae **B** secuntur **AB**: sequuntur ς 4 ΥΠΑΛΛ*ΚΗΝ **A**, ΥΠΑΜΑΚΤΙΚΗΝ **Bg** 5 iuridicalem **A** 6 qua **Bg** *ras. ex* quia in omnibus **A**[1] 7 ΥΠΑΛΛΑΚΤΙΚΗΝ **A**, *sed* ΛΛΑΚΤΙ *in ras.* tralationem **B**, *item* §§ *50 et 53* 8 existimant **A**: existiment **B** 10 in rhetoricis an sit **B**: in rhetoricis etiam sic (etiamsi *Buttmann*) omne opus diuidet in ueritatem et petenda ac fugienda. quod est suasoriae. et de eodem atque alio. partiendo tamen ad haec peruenit. an sit **Ab**; *cf. inpr. Capper. ad hunc l. et Spengel. ad Aristot. Rhet. II, p. 181* 12 quo **AB**: quod **b**, quando *Spald. malebat* 13 furtum non **A** 14 iuriam **A**[1] 16 in (*ante* genere) *om.* **A**[1] 21 iisdem **b** 23 putat **B**: putant **Ab** 26 incidit (*sc.* ultimum genus) *Capperonnier*: incidunt *libri, cf. Spalding* 28 ali*i* sex status **A** 29 ΤΕΝΕϹΙΝ **A**, genesim **B**

est ἰδιότητα, quo uerbo finitio ostenditur, et quantitatem, quam ἀξίαν dicunt, et comparationem et translationem, cuius adhuc nouum nomen inuentum est μετάστασις, nouum, in quam, in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridicialis
54 usitatum. aliis septem esse placuit, a quibus nec translatio nec quantitas nec comparatio recepta est, sed in horum trium locum subditae quattuor legales adiectaeque tribus illis rationalibus.
55 alii peruenerunt usque ad octo translatione ad septem superiores adiecta. a quibusdam deinde diuisa ratio est, ut status rationales appellarent, quaestiones, quemadmodum supra dixi, legales, in illis de re, in his de scripto quaereretur. quidam
56 in diuersum hos status esse, illas quaestiones maluerunt. sed alii rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit, Hermagoras solus quattuor, coniecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia, id est κατὰ συμβεβηκός, uocat hac interpretatione: an illi accidat uiro bono esse uel malo. hanc ita diuidit: de adpetendis et fugiendis, quae est pars deliberatiua: de persona, ea ostendi-
57 tur laudatiua: negotialem, quam πραγματικήν uocat, in qua de rebus ipsis quaeritur, remoto personarum complexu, ut 'sitne liber qui est in adsertione, an diuitiae superbiam pariant, an iustum quid, an bonum sit': iuridicialem, in qua fere eadem, sed certis destinatisque personis quaerantur: 'an ille iuste hoc
58 fecerit uel bene'. nec me fallit in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptum sit: negotialis est, in qua, quid iuris ex ciuili more et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae prae-
59 esse apud nos iure consulti existimantur. sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. sunt enim uelut regestae in hos commentarios, quos adulescens deduxerat, scholae: et si qua est in iis culpa, tradentis est, siue eum mouit, quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quae-

24. de Inu. 1, 11, 14.

1 ΙΔΙωΤΗΤΑ **B**, ΗΔΙΟΤΗΤΑ **A** 2 ΑΤΙΑΝ **A** 3 adhuc **A** *ut coni. Regius*: abhoc **Bn**, ob hoc **Bg** *ex corr.* ΜΕΤΑCIC **B** inquam *Regius*: tāquam **AB** 4 iuridicialis **B**: iuridiciales **A** *et edd. priores fere omnes* 5 nec quantitas **B**: *om.* **A**, nec qualitas **ab** 6 necomparatio **Bg** *1 m.* 7 rationalibus **Ab**: rationibus **B** 9 ut appellarent **B**: et — appellarunt **A** 11 in illis **B**: ut in illis **Ab** 13 ali **B** 15 accedentia **B**[1] 16 CYMBEBΗΚÓΤΑ *ed. Stoeriana* 17 *petendis **A**[1] 18 deliberatiua **Bg**, *sed* a *ultima ex corr.* 19 quam *om.* **A** pragmaticen **B** 22 sit **AB**: *om.* **T** iuridicalem **A**[1] 25 scriptum est *dett.* 28 iure **A**(?)**B** *et Cic. libri*: iuris **ab** 30 res gestae **A** comentarios **B** scolae **A** 31 qua est **Ab**: quasi **B** (*ex* quast) in is **B**, in his **Ab** 32 quod **AB**: id quod **ab**

stionibus iuris, siue quod Graeci πραγματικούς uocant iuris in-
terpretes. sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore 60
substituit, ideoque culpari, tamquam falsa praecipiat, non potest.
nos ad Hermagoran. translationem hic primus omnium tra-
didit, quamquam semina eius quaedam citra nomen ipsum apud
Aristotelen reperiuntur. legales autem quaestiones has fecit: 61
scripti et uoluntatis (quam ipse uocat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπ-
εξαίρεσιν, id est dictum et exceptionem: quorum prius ei cum
omnibus commune est, exceptionis nomen minus usitatum), ra-
tiocinatiuum, ambiguitatis, legum contrariarum. Al- 62
butius eadem diuisione usus detrahit translationem, subiciens
eam iuridiciali. in legalibus quoque quaestionibus nullum putat
esse, qui dicatur ratiocinatiuus. scio plura inuenturos adhuc,
qui legere antiquos studiosius uolent, sed ne haec quoque ex-
cesserint modum uereor.

Ipse me paulum in alia, quam prius habuerim, opinione 63
nunc esse confiteor. et fortasse tutissimum erat famae modo
studenti nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem
modo, uerum etiam adprobassem. sed non sustineo esse conscius 64
mihi dissimulati, in eo praesertim opere, quod ad bonorum iu-
uenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte iudicii mei.
nam et Hippocrates clarus arte medicinae uidetur honestissime
fecisse, quod quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus
est, et M. Tullius non dubitauit aliquos iam editos libros aliis
postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum et
hos ipsos, de quibus modo sum locutus, artis rhetoricae: etenim 65
superuacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius
inuenire praeteritis. neque tamen quidquam ex iis, quae tum
praecepi, superuacuum fuit: ad easdem enim particulas haec
quoque, quae nunc praecipiam, reuertentur: ita neminem didi-
cisse paeniteat, colligere tantum eadem ac disponere paulo signifi-
cantius conor. omnibus autem satis factum uolo, non me hoc
serius demonstrare aliis, quam mihi ipse persuaserim. secundum 66
plurimos auctores seruabam tris rationales status: coniectu-

22. Epid. 5, 14.

1 iuris **Ab**: *om.* **B** siue — uocant **Bn** *in marg. habet a manu aequali* ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΩC **B**, pragmaticos **A** 6 repperiuntur **A** 7 uoluptatis **A**^{1} *ut uidetur* 8 et **A** *in ras.* ei **B**: et **A** 10 albucius **AB**^{1}, *ut* **A** *item 2, 15, 36 habet* 13 rationatiuus **Bg** *1 m.* 14 hae **B**^{1} 17 formae **A**^{1} *(?)* 20 dissimulanti *dett. pauci* 21 indici **B** 24 aliquos suos *edd. uett.* 25 ipe **A** dampnare **Bg** 28 iis **B**: his **A** 29 praecipi **A**^{1} 31 peniteat **A** 34 tres **A**ς

ram, qualitatem, finitionem, unum legalem. hi mihi
status generales erant. legalem in quinque species partiebar:
scripti et uoluntatis, legum contrariarum, collectiuum,
67 ambiguitatis, translationis. nunc quartum ex generalibus
intellego posse remoueri, sufficit enim prima diuisio, qua diximus
alios rationales, alios legales esse: ita non erit status, sed quae-
68 stionum genus, alioqui et rationalis status esset. ex iis etiam,
quos speciales uocabam, remoui translationem, frequenter quidem
(sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt) testatus
et in ipsis etiam illis sermonibus me nolente uulgatis hoc tamen
conplexus, uix in ulla controuersia translationis statum posse
reperiri, ut non et alius in eadem recte dici uideretur, ideoque
69 a quibusdam eum exclusum. neque ignoro multa transferri, cum
in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur,
hae sint quaestiones, 'an huic, an cum hoc, an hac lege, an
apud hunc, an hoc tempore liceat agere' et si qua sunt talia.
70 sed personae, tempora, actiones ceteraque propter aliquam cau-
sam transferuntur: ita non est in translatione quaestio, sed in
eo, propter quod transferuntur. 'non debes apud praetorem pe-
tere fidei commissum, sed apud consules: maior enim praetoria
cognitione summa est'. quaeritur, an maior summa sit: facti
71 controuersia est. 'non licet tibi agere mecum: cognitor enim
fieri non potuisti': iudicatio an potuerit. 'non debuisti inter-
dicere, sed petere': an recte interdictum sit ambigitur. quae
72 omnia succedunt legitimis quaestionibus. an non praescriptiones,
etiam in quibus maxime uidetur manifesta translatio, easdem
omnes species habent, quas eae leges, quibus agitur, ut aut de
nomine aut scripto et sententia uel ratiocinatione quaeratur?
deinde status ex quaestione oritur: translatio non habet quae-
stionem, de qua contendit orator, sed propter quam contendit.
73 hoc apertius: 'occidisti hominem: non occidi': quaestio an
occiderit, status coniectura. non est tale: 'habeo ius actionis:
non habes': ut sit quaestio an habeat, et inde status. accipiat
enim actionem necne ad euentum pertinet, non ad causam, et
ad id, quod pronuntiat iudex, non id, propter quod pronuntiat.

1 hii **A** 2 in quinque **AB**: in has **b**, in hasque **T**, in has quinque **L** *et edd. recc.* 6 sed **A** *in ras.* 7 alioquin **b** ex iis **A** *in ras.* ex his **B** 11 conplexus dixi in nulla **A** 12 repperiri A^2 14 quis **ABnb**: qui **Bg** 15 an hic **a** 17 sed ut personae *Francius* ceteraque **Ab**: ceteraeque **B** 19 debet **A** 21 an maiore **A** 22 ibi **b** 24 an **Bg** *corr. ex* ac 25 succidunt **B** 26 manifesta** translatio *eas*dem **A** 27 hae **A** 30 sed per quam *Regius* 32 coiectura **B** 33 quaestio sit **LT** 35 non ad id *Capper. cum cod. Voss. 2*

hoc illi simile est 'puniendus es: non sum': uidebit iudex an 74
puniendus sit, sed non hic erit quaestio nec hic status. ubi
ergo? 'puniendus es, hominem occidisti: non occidi': an occi-
derit. 'honorandus sum: non es' num statum habet? non, ut
puto. 'honorandus sum, quia tyrannum occidi: non occidisti':
quaestio et status. similiter 'non recte agis: recte ago', non
habet statum: ubi est ergo? 'non recte agis ignominiosus'. 75
quaeritur an ignominiosus sit, aut an agere ignominioso liceat:
quaestiones et status. ergo translatiuum genus causae, ut con-
paratiuum et mutuae accusationis. at enim simile est illi 'habeo 76
ius, non habes' occidisti, recte occidi. non nego, sed nec haec
res statum facit: non enim sunt hae propositiones (alioqui causa
non explicabitur), sed cum suis rationibus. 'scelus commisit
Horatius, sororem enim occidit': 'non commisit: debuit enim
occidere eam, quae hostis morte maerebat': quaestio, an haec
iusta causa: ita qualitas. et similiter in translatione: 'non habes 77
ius abdicandi, quia ignominioso non est actio': 'habeo ius, quia
abdicatio actio non est': quaeritur, quid sit actio: finiemus
'non licet abdicare filium' syllogismo. item cetera per omnes
et rationales et legales status. nec ignoro fuisse quosdam, qui 78
translationem in rationali quoque genere ponerent hoc modo:
'hominem occidi iussus ab imperatore: dona templi cogenti ty-
ranno dedi: deserui tempestatibus, fluminibus, ualetudine impe-
ditus', id est, non per me stetit, sed per illud. a quibus etiam 79
liberius dissentio: non enim actio transfertur, sed causa facti,
quod accidit paene in omni defensione. deinde is, qui tali utitur
patrocinio, non recedit a forma qualitatis: dicit enim se culpa
uacare, ut magis qualitatis duplex ratio facienda sit, altera, qua
et factum defenditur, altera, qua tantum reus.

Credendum est igitur iis, quorum auctoritatem secutus est 80
Cicero, tria esse, quae in omni disputatione quaerantur: an sit,
quid sit, quale sit: quod ipsa nobis etiam natura praescribit.

1 simile est illi **T** 4 nū **A** *corr. ex* nō *ut uidetur* 5 tyrannum **Ab** *(sed* **A** annum *in uetere ras.)*: tyrandum **B** 6 non habet — ergo *om.* **A** 7 agis ignominiosus sit aut **Bn**, agis ignominiosus aut **Bg**; *in utriusque marg. m. antiqua* queritur an ignom. sit *suppletum est* 9 g. causae non est, ut comp. *Regius probante Capper. cf. tamen Gesnerum* 10 '*si* simile est illi *ponatur post* non habes, *longe facilius sit*' Spalding 11 ne **A** *corr. ex* nec 12 propositionis **Bg** *1 m.* alioquin **Ab** 14 enim **ABnb**: eius **Bg** 15 mortem **A** 16 et **A**: ac **B** tralatione *hoc loco* **A** *quoque* 17 *ha*beo **A** 18 quaeretur **T** 19 filium **Ab**: *om.* **B** syllogismo **A**: syllogismos **Bg** 24 illud **AB**: illa *edd. uett.* 25 liber*ius* **A** 30 his **A** 32 praescribit **Bg** *corr. ex* perscribit

nam primum oportet subesse aliquid, de quo ambigitur, quod,
quid sit et quale sit, certe non potest aestimari, nisi prius esse
81 constiterit, ideoque ea prima quaestio. sed non statim, quod
esse manifestum est, etiam quid sit apparet. hoc quoque con-
stituto nouissima qualitas superest, neque his exploratis aliud
est ultra. his infinitae quaestiones, his finitae continentur: ho-
rum aliqua in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia uti-
82 que tractatur: haec rursus iudicialis causas et rationali parte et
legali continent: neque enim ulla iuris disceptatio nisi finitione,
83 qualitate, coniectura potest explicari. sed instituentibus rudes
non erit inutilis latius primo fusa ratio, et, si non statim rectis-
sima linea tensa, facilior tamen et apertior uia. discant igitur
ante omnia, quadripertitam in omnibus causis esse rationem,
quam primam intueri debeat qui acturus est. nam ut a defen-
sore potissimum incipiam, longe fortissima tuendi se ratio est,
si, quod obicitur, negari potest: proxima, si non id, quod obi-
citur, factum esse dicitur: tertia honestissima, qua recte factum
defenditur. quibus si deficiamur, ultima quidem, sed iam sola
superest salus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod
neque negari neque defendi potest, ut non uideatur iure actio
84 intendi: hinc illae quaestiones siue actionis siue translationis.
sunt enim quaedam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut
in duodecim tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit,
quam legem mos publicus repudiauit: et aliquid aecum, sed pro-
85 hibitum iure, ut libertas testamentorum. accusatori nihilo plura
intuenda sunt, ut probet factum esse, hoc esse factum, non
recte factum, iure se intendere. ita circa species easdem lis
omnis uersabitur translatis tantum aliquando partibus, ut in
causis, quibus de praemio agitur, recte factum petitor probat.]

86 Haec quattuor uelut proposita formaeque actionis, quae tum
generales status uocabam, in duo, ut ostendi, genera discedunt,
r a t i o n a l e et l e g a l e. rationale simplicius est, quia ipsius tan-
tum naturae contemplatione constat: itaque in eo satis est osten-

1 ambig*it*ur **A** (ambiatur **A**^{1}?) quod *in* **Bg** *erasum* 2 et **B**: aut **ab** (aut **A** *habet m. 2 in ras. duarum litterarum*) 4 esse **A** *s. l.* quod sit **A**^{1}*(?)* 7 deliberatiua *om.* **Bg** *1 m.* 8 tractatur **AB**: tractantur **b**ς h*aec* **A** iudiciales **B**ς causas **A** *m. 2 in ras.* et rationali **Ab**: et rationales **B**, ex rationali *Obrecht* 9 *discept*atio **A**, disceptio **Bn** *1 m.* 10 potes **A**^{1} 11 etsi non *edd. ante Capper.* 13 caus*is* **A** 16 negari — obicitur **Bg** *m. 2 in marg.* proxima *si* **A** 17 dicitur **B**: dicatur **Ab** 18 deficiamus **A**, *sed* s *in ras.* 21 hinc *Badius:* hic **AB** actiones siue translationes **Ab** 22 laudabilia non **b** 24 et est aliquid *Francius* aecum **AB**: aequum **b** 26 ut **AB**: quam ut ς 27 non recte factum *om.* **A** iure **A** *m. 2 in ras.* ita **Ab**: *om.* **B** 28 lis **Ab**: iis **B** 29 in quibus *al.* petitur **B** 30 ueluti **A**

disse coniecturam, finitionem, qualitatem. legalium plures sint 87
species necesse est, propterea quod multae sunt leges et uarias
habent formas. alia est cuius uerbis nitimur, alia cuius uolun-
tate: alias nobis, cum ipsi nullam habeamus, adiungimus, alias
inter se comparamus, alias in diuersum interpretamur. sic nas- 88
cuntur haec uelut simulacra ex illis tribus, interim simplicia,
interim et mixta, propriam tamen faciem ostendentia, ut scripti
et uoluntatis, quae sine dubio aut qualitate aut coniectura con-
tinetur, et syllogismos, qui est maxime qualitatis, et leges con-
trariae, quae isdem quibus scriptum et uoluntas constant, et ἀμ-
φιβολία, quae semper coniectura explicatur. finitio quoque utrique 89
generi, quodque rerum quodque scripti contemplatione constat,
communis est. haec omnia, etiamsi in illos tres status ueniunt,
tamen, quia, ut dixi, habent aliquid uelut proprium, uidentur de-
monstranda discentibus, et permittendum ea dicere uel status
legales uel quaestiones uel capita quaedam minora, dum
sciant nihil ne in his quidem praeter tria, quae praediximus,
quaeri. at quantum et quam multum et ad aliquid et, ut 90
nonnulli putarunt, comparatiuus non eandem rationem habent:
sunt enim haec non ad uarietatem iuris, sed ad solam rationem
referenda, ideoque semper in parte aut coniecturae aut quali-
tatis ponenda sunt, ut 'qua mente?' et 'quo tempore?' et 'quo
loco?'

Sed de singulis dicemus quaestionibus, cum tractare prae- 91
cepta diuisionis coeperimus. hoc inter omnes conuenit, in causis
simplicibus singulos status esse causarum, quaestionum autem,
quae uelut subiacent his et ad illud, quo iudicium continetur,
referuntur, saepe in unam cadere plures posse: etiam credo ali- 92
quando dubitari, quo statu sit utendum, cum aduersus unam in-
tentionem plura opponuntur, et sicut in colore dicitur narrationis
eum esse optimum, quem actor optime tueatur, ita hic quoque
posse dici, eum statum esse faciendum, in quo tuendo plurimum
adhibere uirium possit orator: ideoque pro Milone aliud Ciceroni 93
agenti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia componeret

4 habemus *Spalding et corr.* **Bn** 7 ostendentia (a *in ras.*) ut **A**, ostendenti aut **B** 8 uoluptatis **A**[1] *(?)* continetur **B**: continentur **Ab** 9 CYΛΛOΓICMOC **A** est **Ab**: et **B** legis **B** 10 qua eisdem **b** constant **A**: constat **B** amphibolia **A** 18 *post* queri *in* **Bg** *uoc.* (quodque?) *erasum* 19 putarunt **Ab**: putauerunt **B** comparatiuos **B** 21 referanda **Bg** *1 m.* 26 *sta*tus **A** 27 subiacent his et ad **A**: subiacentes et ad **B**, *unde edd. priores* subiacentes ad 30 col*ore* **A** diciturna rationis **Bn**, dicitur narationis **Bg** *1 m.* 31 quae **Bg** *corr. ex* quā (?) auctor **Bg** 33 adhibere **AB**: habere **b**

orationem, cum ille iure tamquam insidiatorem occisum et tamen
non Milonis consilio dixerit, ille etiam gloriatus sit occiso malo
94 ciue): in coniunctis uero posse duos et tris inueniri, uel diuersos,
ut si quis aliud se non fecisse, aliud recte fecisse defendat, uel
95 generis eiusdem, ut si quis duo crimina neget. quod accidit
etiam, si de una re quaeratur aliqua, sed eam plures petant, uel
eodem iure, ut proximitatis, uel diuerso, ut cum hic testamento,
ille proximitate nitetur. quotiens autem aliud alii petitori op-
ponitur, dissimilis esse status necesse est, ut in illa controuersia:
96 'testamenta legibus facta rata sint: intestatorum parentium liberi
heredes sint: abdicatus ne quid de bonis patriis capiat: nothus
ante legitimum natus legitimus filius sit, post legitimum natus
tantum ciuis: in adoptionem dare liceat: in adoptionem dato
redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesse-
97 rit.' qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat,
alterum abdicauerat, sustulit nothum: instituto herede abdicato
decessit. tres omnes de bonis contendunt. nothum, qui non sit
legitimus, Graeci uocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in
oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur pe-
98 regrino: sed ad propositum. heredi scripto opponitur lex 'abdi-
catus ne quid de bonis patriis capiat': fit status scripti et uolun-
tatis, an ullo modo capere possit, an ex uoluntate patris, an
heres scriptus. notho duplex fit quaestio, quod post legitimos
99 natus sit, et quod non sit ante legitimum natus. prior syllogis-
mon habet, an pro non natis sint habendi, qui a familia sunt
alienati: altera scripti et uoluntatis. non esse enim hunc natum
ante legitimum conuenit, sed uoluntate legis se tuebitur, quam
dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus tum natus, cum
100 alius legitimus in domo non esset. scriptum quoque legis ex-
cludet dicens, non utique, si postea legitimus natus non sit,
notho nocere, uteturque hoc argumento: 'finge solum natum
nothum, cuius condicionis erit? tantum ciuis? atqui non erit post
legitimum natus. an filius? atqui non erit ante legitimum natus.

19. in orat. incerta.

2 hic etiam *Spalding, at cf. Meyeri adn.* 3 duo et tris **B**, et duos et tres **Ab** 4 al*iud se* **A** 5 crimina **A**: crimina uel omnia **B** 8 nititur *dett. aliquot* 9 dissimiles **Ab**ς 11 patriis *nos:* patris **AB**; *cf. locos quos adfert Spalding in adnot.* 13 ciues **A** 16 notum **Bg** *1 m. item paulo post* 21 patriis **B**: patris **Ab** 22 an nullo *Spalding* 24 et quod — CYΛΛΟΓΙCΜΟΝ **A** *2 m. in ras.* 25 nati sint **Bg** *1 m.* 26 scripti **B**: et scripti **Ab** et euoluntatis **B** 27 se *om.* **A** 28 tunc **A** *solus* 32 conditionis **Ba** ciues **A** *et 1 m.* **Bg** atqui non erit **Bg** *s. l. m. 2* 33 an **A** *et* **Bn**, *sed in hoc punctatum: om.* **Bg** *et* ς legitimum **A**: legitimos **Bnb** legitimus **Bg**

quare si uerbis legis stari non potest, uoluntate standum est.' nec quemquam turbet, quod ex una lege duo status fiant: duplex 101 est, ita uim duarum habet. redire in familiam uolenti dicitur ab altero primum: ut tibi redire liceat, heres sum. idem status, qui in petitione abdicati: quaeretur enim, an possit esse heres abdicatus. obicitur communiter a duobus: redire tibi in familiam 102 non licet: non enim pater sine liberis decessit. sed in hoc propria quisque eorum quaestione nitetur: alter enim dicet, abdicatum quoque inter liberos esse, et argumentum ducet ex ipsa, qua repellitur, lege: superuacuum enim fuisse prohiberi patriis bonis abdicatum, si esset numero alienorum: nunc, quia filii iure futurus fuerit intestati heres, oppositam esse legem, quae tamen non id efficiat, ne filius sit, sed ne heres sit. status finitiuus: quid sit filius. rursus nothus eisdem colligit argumentis, 103 non sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione usus est, ut probaret esse se filium, nisi forte et hic finitionem mouet: an liberi sint etiam non legitimi. cadent ergo in unam controuersiam uel specialiter duo legitimi status, scripti et uoluntatis et syllogismos et praeterea finitio, uel tres illi, qui natura soli sunt, coniectura in scripto et uoluntate, qualitas in syllogismo et, quae per se est aperta, finitio.

Causa quoque et iudicatio et continens est in omni 104 genere causarum. nihil enim dicitur, cui non insit ratio et quo iudicium referatur et quod rem maxime contineat. sed quia magis haec uariantur in litibus et fere tradita sunt ab iis, qui de iudicialibus causis aliqua composuerunt, in illam partem differantur. nunc, quia in tria genera causas diuisi, ordinem sequar.

VII. Ac potissimum incipiam ab ea, quae constat laude ac uituperatione. quod genus uidetur Aristoteles atque eum secutus Theophrastus a parte negotiali, hoc est πραγματικῇ, remouisse totamque ad solos auditores relegasse, et id eius nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium est. sed mos romanus 2 etiam negotiis hoc munus inseruit. nam et funebres laudationes

1 si *om.* **A**¹ stare **A** uoluntatis tantum **A**, uoluntatis standum **b** 3 *dic*itur **A** 5 quaeretur **ABn**: queritur **Bg** *corr. ex* queretur 6 adicitur **B** 8 *eo*rum **A** nititur **A**¹ dicet **A** *corr. ex* ducet (?) 10 qua **A**: quae **B** reppellitur **Bg** lege* **A** patriis *ed. Steph.* patris **AB** 11 fili **B** 12 futurum **B** heredis **b**, haeredis **A** *in ras. minoris spatii* 15 petitionem **A** 17 sunt **Bg** legimi **A**¹ 19 syllogismus **B** 25 iis **B**: his **A** 26 iudicialibus** (et **A**¹?) caus*is aliqua* **A** 28 sequar. **DE LAVDE ET VITVPERATIONE AB** 30 aristotelis **A**¹ 31 ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΗ **B**, pragmatice **A** 32 soles **Bg** *1 m.*

pendent frequenter ex aliquo publico officio atque ex senatus
consulto magistratibus saepe mandantur, et laudare testem uel
contra pertinet ad momentum iudiciorum, et ipsis etiam reis
dare laudatores licet, et editi in competitores, in L. Pisonem,
in Clodium et Curionem libri uituperationem continent, et tamen
3 in senatu loco sunt habiti sententiae. neque infitias eo, quasdam
esse ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem,
ut laudes deorum uirorumque, quos priora tempora tulerunt. quo
soluitur quaestio supra tractata manifestumque est errare eos,
qui numquam oratorem dicturum nisi de re dubia putauerunt.
4 an laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis materia,
uel dubiae sunt uel non oratorio genere tractantur?

Ut desiderat autem laus, quae negotiis adhibetur, probatio-
nem, sic etiam illa, quae ostentationi componitur, habet interim
5 aliquam speciem probationis, ut qui Romulum Martis filium edu-
catumque a lupa dicat, in argumentum caelestis ortus utatur
his, quod abiectus in profluentem non potuerit extingui, quod
omnia sic egerit, ut genitum praeside bellorum deo incredibile
non esset, quod ipsum quoque caelo receptum temporis eius ho-
6 mines non dubitauerint. quaedam uero etiam in defensionis
speciem cadent, ut si in laude Herculis permutatum cum regina
Lydiae habitum et imperata, ut traditur, pensa orator excuset.
sed proprium laudis est res amplificare et ornare.

Quae materia praecipue quidem in deos et homines cadit,
7 est tamen et aliorum animalium, et etiam carentium anima. ue-
rum in deis generaliter primum maiestatem ipsius eorum naturae
uenerabimur, deinde proprie uim cuiusque et inuenta, quae utile
8 aliquid hominibus attulerint. uis ostendetur, ut in Ioue regen-
dorum omnium, in Marte belli, in Neptuno maris: inuenta, ut
artium in Minerua, Mercurio litterarum, medicinae Apolline,
Cerere frugum, Libero uini. tum si qua ab iis acta uetustas
tradidit, commemoranda. addunt etiam dis honorem parentes,

---

1 ex se magis*tratibus* **A** 4 lauda*tor*es **A** compe*ti*tores **A** 6 infitias **A**[1] (?) **Bn**: inficias **a** *et corr.* **Bn**, infictias **Bg** 7 sol*am com*positas **A** 8 priorum **b** 11 capitulini iobis **A**[1] *ut uidetur* 13 negotis abhibetur **Bg** *1m.* 14 sic***** etiam **A** 17 abiectos **B** profluentem tiberim **b**, *at cf. Flor. 1, 1, 2* 19 non sit *Regius* 20 quaeda*m uero etiam in de*fensionis **A** 21 cadunt *Francius* 23 re..i **b** ampli*fi*care **A** 24 cadit **AB**: cadet **LT** 25 et etiam **A**: etiam **B**, et iam *Meyer*, et *al.* 26 generaliter. Primum **B** magestatem **Bg** 27 uenerabitur **b** *ut uidetur* 28 ostendetur **A**: ostenditur **B**ς 29 hominum *dett.* 30 apollinae **Bg**, apollini **b** 31 cereri **b** tum **AB**: item **b** ab his **A** 32 dis **A** *et corr.* **Bn**: diis **B**

ut si quis sit filius Iouis: addit antiquitas, ut iis, qui sunt ex
Chao, progenies quoque, ut Apollo ac Diana Latonae. laudan- 9
dum in quibusdam, quod geniti inmortales, quibusdam, quod in-
mortalitatem uirtute sint consecuti: quod pietas principis nostri
praesentium quoque temporum decus fecit.

Magis est uaria laus hominum. nam primum diuiditur in 10
tempora, quodque ante eos fuit quoque ipsi uixerunt: in iis au-
tem, qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. ante ho-
minem patria ac parentes maioresque erunt, quorum duplex
tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut
humilius genus inlustrasse factis. illa quoque interim ex eo, 11
quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quae responsis uel
auguriis futuram claritatem promiserint, ut eum, qui ex Thetide
natus esset, maiorem patre suo futurum cecinisse dicuntur ora-
cula. ipsius uero laus hominis ex animo et corpore et extra 12
positis peti debet. et corporis quidem fortuitorumque cum leuior,
tum non uno modo tractanda est. nam et pulcritudinem interim
roburque prosequimur honore uerborum, ut Homerus in Aga-
memnone atque Achille, et interim confert admirationi multum
etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorem
dicit fuisse. fortuna uero tum dignitatem adfert, ut in regibus 13
principibusque (namque est haec materia ostendendae uirtutis
uberior), tum quo minores opes fuerunt, maiorem benefactis glo-
riam parit. sed omnia, quae extra nos bona sunt quaeque ho-
minibus forte optigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis
ea, sed quod iis honeste sit usus. nam diuitiae et potentia et 14
gratia, cum plurimum uirium dent, in utramque partem certis-
simum faciunt morum experimentum: aut enim meliores sumus
propter haec aut peiores. animi semper uera laus, sed non una 15
per hoc opus uia ducitur. namque alias aetatis gradus gesta-
rumque rerum ordinem sequi speciosius fuit, ut in primis annis

18. Agamemnone] Il. 2, 477. 19. Achille] ib. 2, 180. 20. Tydea] ib. 5, 801.

---

1 si qui **B** sit — addit **A** *m. 2 in ras.* his **AB** sunt **AB**: *om.* **b** 2 *di*ana lat*o*nae **A** 3 in quibusdam — quibusdam **AB**: in quibus — in quibus **b** 7 *quodque ante eos* fuit quo*que* **A** anteos **Bg** *1 m.* his **A** 8 est *in* **Bg** *punct.* 13 promiserint **B**: promiserunt **Ab**, *sed* unt **A** *2 m. in ras.* the*ti*de **A** 17 pulchritudinem **B**ς 19 et interim **A**: et *om. rell. et* ς 21 tum **AB**: cum *ed. Gryph.* regibus **A** *in ras.* 23 eo maiorem *edd. uett.* 24 bona **Ab**: dona **B** 25 obtigerunt **A** 26 his **AB** nam **A**: non **B** 27 plurium **A** dent in u. partem, certissimum *alii distinguunt* 28 meliores sumus **A**: sumus *post* peiores *habent rell. et* ς 30 ducimur *Francius*

laudaretur indoles, tum disciplinae, post hoc operum, id est factorum dictorumque contextus: alias in species uirtutum diuidere laudem, fortitudinis, iustitiae, continentiae ceterarumque, ac singulis adsignare, quae secundum quamque earum gesta erunt.
16 utra sit autem harum uia utilior, cum materia deliberabimus, dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis aut primus aut certe cum paucis fecisse dicetur, si quid praeterea supra spem aut expectationem, praecipue quod aliena potius causa quam
17 sua. tempus, quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solum, quod uiuentes aliquando laudamus, sed quod rara haec occasio est, ut referri possint diuini honores et
18 decreta et publice statuae constitutae. inter quae numerauerim ingeniorum monumenta, quae saeculis probarentur: nam quidam sicut Menander iustiora posteriorum quam suae aetatis iudicia sunt consecuti. adferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non instituta quoque auctoribus, ut a Numa traditum deos colere, a Publicola fasces populo summittere.

19 Qui omnis etiam in uituperatione ordo constabit, tantum in diuersum. nam et turpitudo generis opprobrio multis fuit et quosdam claritas ipsa notiores circa uitia et inuisos magis fecit, et in quibusdam, ut in Paride traditum est, praedicta pernicies, et corporis ac fortunae quibusdam mala contemptum, sicut Thersitae atque Iro, quibusdam bona uitiis corrupta odium attulerunt, ut Nirea imbellem, Plisthenen impudicum a poetis acce-
20 pimus. et animo totidem uitia quot uirtutes sunt, nec minus quam in laudibus duplici ratione tractantur. et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, ut Maelio, cuius domus solo aequata, Marcoque Manlio, cuius praenomen e familia in poste-
21 rum exemtum est. et parentes malorum odimus. et est conditoribus urbium infame contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem, qualis est primus iudaicae superstitionis auctor: et

4 fuerunt *coni. Gesner*, erant *Spalding* 6 qui b primus A 10 contigit A[1] 11 ut tempore referri Tb et (*ante* decr.) A *2 m. in ras.* 12 decretae a et publ. A: ut p. B 13 ingeni*o*rum A pro*barentur* A 14 iustitiora Bg posteriorum A: posterorum Bς 16 ar*tes* A 17 uti A numa ABnb: nona (*uel* nuna) Bg poplicola B, puplicola b, *cf. 1, 6, 31* 18 summittere AB, *sed prior* m *in* A *in uetere ras.* 22 traditur est B 23 ac AB: atq. b *ut uidetur* fortuna quibusdam bona *mediis om.* A *1 m.* 24 atque Iro *Obrecht (coniectura, non ex cod.* S*):* at uero B, adquisiere a, atqui fiere T *(lectio* b *erasa est)* 25 nerea ab plisthenem B, Clisthenen *Philander (aut Brodaeus)* 26 animo A: animi Bς 28 maelio A: melio B, m̃. aelio a 29 aequita Bg marcoq*ue manlio cuius prae*nomen A e B: a A 30 exemptum b

Gracchorum leges inuisae: et si quod est exemplum deforme
posteris traditum, quale libidinis uir Perses in muliere Samia
instituere ausus dicitur primus. sed in uiuentibus quoque iudicia 22
hominum uelut argumenta sunt morum, et honos aut ignominia
ueram esse laudem uel uituperationem probat.

Interesse tamen Aristoteles putat, ubi quidque laudetur aut 23
uituperetur. nam plurimum refert, qui sint audientium mores,
quae publice recepta persuasio, ut illa maxime, quae probant,
esse in eo, qui laudabitur, credant, aut in eo, contra quem dice-
mus, ea quae oderunt: ita non dubium erit iudicium, quod ora-
tionem praecesserit. ipsorum etiam permiscenda laus semper, 24
nam id beniuolos facit: quotiens autem fieri poterit, cum ma-
teriae utilitate iungenda. minus Lacedaemone studia litterarum
quam Athenis honoris merebuntur, plus patientia ac fortitudo.
rapto uiuere quibusdam honestum, aliis cura legum. frugalitas
apud Sybaritas forsitan odio foret, ueteribus Romanis summum
luxuria crimen. eadem in singulis differentia. maxime fauet 25
iudex, qui sibi dicentem adsentiri putat. idem praecipit illud
quoque, quod mox Cornelius Celsus prope supra modum inuasit,
quia sit quaedam uirtutibus ac uitiis uicinitas, utendum proxima
deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo libe-
ralem, pro auaro parcum uocemus: quae eadem etiam contra
ualent. quod quidem orator, id est uir bonus, numquam faciet,
nisi forte communi utilitate ducetur.

Laudantur autem urbes similiter atque homines. nam pro 26
parente est conditor, et multum auctoritatis adfert uetustas, ut
iis, qui terra dicuntur orti, et uirtutes ac uitia circa res gestas
eadem quae in singulis: illa propria, quae ex loci positione ac
munitione sunt. ciues illis ut hominibus liberi decori. est laus 27
et operum, in quibus honor, utilitas, pulchritudo, auctor spe-
ctari solet. honor ut in templis, utilitas ut in muris, pulchri-
tudo uel auctor utrobique. est et locorum, qualis Siciliae apud

6. Rhet. I. 9. 18. ibid. 32. Verr. II, 1 sqq. IV, 48

1 gracorum **Bg**, graccorum **b** 2 libidinis **B**: libidinosus **b**, libidin*osus uir perses* **A** *m. 2 in ras. minoris spatii* 3 in *om.* **T** 4 honus **B** 6 aristotelis **A**[1] *ut uidetur* 8 proba*nt esse* **A** 13 minime *lace*daemone **A** 14 patientia ac **Ab**: patientiam **B** 15 quibusdam **Ab**: quibus **B** 16 forsitam **B** 18 assentiri **Ab**: adsentari **B** 21 pro prodigo — pro auaro **Ab**; pro *utroque loco om.* **B**, *ut est* § *9* 22 partum **Bg** *1 m.* 26 est *in* **Bg** *punct.* uti is **B**, ut his **Ab** 28 eademque in **Ab** 29 liberi* **A**, liberis **B**, *fort. ex* liberi s̃ = sunt 30 operum magnitudo **b** expectari **B** 32 utrubique **B** est et **A** *in ras.* qualis **A** *et corr.* **Bn**: quasis **Bn** *1 m.* quasi **Bg**

Ciceronem, in quibus similiter speciem et utilitatem intuemur:
speciem *in* maritimis, pianis, amoenis, utilitatem *in* salubribus,
fertilibus. erit et dictorum honestorum factorumque laus gene-
28 ralis, erit et rerum omnis modi. nam et somni et mortis scriptae
laudes et quorundam a medicis ciborum.

Itaque, ut non consensi hoc laudatiuum genus circa solam
uersari honesti quaestionem, sic qualitate maxime contineri puto,
quamquam tres status omnes cadere in hoc opus possint, iisque
usum C. Caesarem in uituperando Catone notauerit Cicero. to-
tum autem habet aliquid simile suasoriis, quia plerumque eadem
illic suaderi, hic laudari solent.

VIII. Deliberatiuas quoque miror a quibusdam sola uti-
litate finitas. ac si quid in his unum sequi oporteret, potior
fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiae genus
dignitate maxime contineri putat. nec dubito quin ii, qui sunt
in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam ne
2 utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint. et est haec
ratio uerissima, si consilium contingat semper bonorum atque
sapientium. uerum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda
sententia est, populumque praecipue, qui ex pluribus constat in-
doctis, discernenda sunt haec et secundum communes magis in-
3 tellectus loquendum. sunt enim multi qui etiam quae credunt
honesta, non tamen satis eadem utilia quoque existiment, et quae
turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent,
ut foedus Numantinum iugumque Caudinum.

4 Ne qualitatis quidem statu, in quo et honestorum et utilium
quaestio est, conplecti eas satis est. nam frequenter in his etiam
coniecturae locus est: nonnumquam tractatur aliqua finitio, ali-
quando etiam legales possunt incidere tractatus, in priuata ma-
xime consilia, si quando ambigetur an liceat. de coniectura paulo
5 post pluribus. interim est finitio apud Demosthenen, 'det Ha-
lonnesum Philippus an reddat', apud Ciceronem in Philippicis
'quid sit tumultus'. quid? non illa similis iudicialium quaestio

9. Top. 25, 94. 11. de Orat. 2, 82, 334. 32. VIII, 1, 2.

1 et utilitatem — speciem **Bg** *in marg. 2 m.* 2 in maritimis — in salubr. *Spalding:* in *utroque loco om.* **AB** 4 modi *nam* **A** 5 medicis ciborum (*sine* a) **A** *in ras.* 7 qualitatem **b** 8 omnes tres status **B** isque (hisque **a**) us*um. c.* **A** 11 hic **AB**: illic **b** solent. DE SVASORIA ET PROSOPOPOEIA (PROSOPOEIA **B**) **AB** 13 quid **A** *in ras.* in eis **T** 14 *post* fuisset *in* **Bg** *maior rasura* 15 ii **B**: hi **A**, si **b** 17 esse **B** 20 sentia **A** 23 et quae **Ab**: et *om.* **B** 26 ne **B**: nec **A** 27 eas **Ab**: fas **B** (FAS *pro* EAS) 30 ambigetur **A**: ambigitur **Bς** 31 est finitio **A**: est definitio **b**, est nefinitio **B** demonsthenen **A** hallonessum **A** 33 quod non **B**

de statua Serui Sulpici, 'an iis demum ponenda sit, qui in lega-
tione ferro sunt interempti'. ergo pars deliberatiua, quae eadem 6
suasoria dicitur, de tempore futuro consultans quaerit etiam
de praeterito. officiis constat duobus suadendi ac dissuadendi.

Prooemio, quale est in iudicialibus, non ubique eget, quia
conciliatus est ei quisque, quem consulit. initium tamen quod-
cumque debet habere aliquam prooemii speciem: neque enim
abrupte nec unde libuit incipiendum, quia est aliquid in omni
materia naturaliter primum. in senatu et utique in contionibus 7
eadem ratio, quae apud iudices, adquirendae sibi plerumque eorum,
apud quos dicendum sit, beniuolentiae. nec mirum, cum etiam
in panegyricis petatur audientium fauor, ubi emolumentum non
in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. Aristoteles qui- 8
dem, nec sine causa, putat et ab nostra et ab eius, qui dissentiet,
persona duci frequenter in consiliis exordium, quasi mutuantibus
hoc nobis ab iudiciali genere, nonnumquam etiam, ut minor res
maiorue uideatur: in demonstratiuis uero prooemia esse maxime
libera existimat: nam et longe a materia duci, ut in Helenae 9
laude Isocrates fecerit, et ex aliqua rei uicinia, ut idem in Pa-
negyrico cum queritur plus honoris corporum quam animorum
uirtutibus dari, et Gorgias in Olympico laudans eos, qui primi
tales instituerint conuentus. quos secutus uidelicet C. Sallustius
in bello Iugurthino et Catilinae nihil ad historiam pertinentibus
principiis orsus est.

Sed nunc ad suasoriam: in qua, etiam cum prooemio ute- 10
mur, breuiore tamen et uelut quodam capite tantum et initio
debebimus esse contenti. narrationem uero numquam exigit pri-
uata deliberatio, eius dumtaxat rei, de qua dicenda sententia
est, quia nemo ignorat id, de quo consulit. extrinsecus possunt 11
pertinentia ad deliberationem multa narrari. in contionibus saepe
est etiam illa, quae ordinem rei docet, necessaria. adfectus ut 12
quae maxime postulat: nam et concitanda et lenienda frequenter

1. Cic. Phil. VIIII. 13. Rhet. 3, 14. 17. ibid.

1 seruii sulpicii **A** his **AB** 3 consultans **B**: consultat **Ab** 5 uti que *ed. Gryphiana* 8 libebit *malim* 9 utiq*ue* **A** 10 indices eorum apud **Bg** *in marg. m. 2* 11 apud quosdum **A** *ut uidetur*, apud quos agendum **a** mir*um* cum **A** 12 pauor **b** non utilitate **AB**, in *add. ed. Gryph.* 14 a nostra **B** 16 *ab* (ad **A**¹?) iudiciali **A**: a iud. **B**ς 17 maiorne **B** 18 haelenae **A** 19 Pan. conqueritur *Spalding* 20 quam animorum **A** *in ras.* 21 elympico **B** 22 conuentus **Ab**: conuectus **B** C. *om.* **A** 23 catilinae **Ab**: catilinate **B**, Catilinario *Badius* 25 utimur **b** 26 tam **b** 27 debebimus **B**: debemus **A** exigit **A**: exiget **B** 32 postulanda **B**

est ira, et ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem inpellendi animi. nonnumquam etiam mouenda miseratio, siue, ut auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, siue sociae ciuitatis euersionem deflebimus. ualet autem in consiliis auctoritas plu-
13 rimum. nam et prudentissimus esse haberique et optimus debet, qui sententiae suae de utilibus atque honestis credere omnes uelit. in iudiciis enim uulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo: consilia nemo est qui neget secundum mores dari.

14 Graecorum quidem plurimi omne hoc officium contionale esse iudicauerunt, et in sola rei publicae administratione posuerunt: quin et Cicero in hac maxime parte uersatur. ideoque suasuris de pace, bello, copiis, operibus, uectigalibus haec duo esse praecipue nota uoluit, uires ciuitatis et mores, ut ex natura cum ipsarum rerum, tum audientium ratio suadendi duceretur.
15 nobis maior in re uidetur uarietas: nam et consultantium et consiliorum plura sunt genera.

Quare in suadendo ac dissuadendo tria primum spectanda erunt: quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui
16 sit qui suadeat. rem, de qua deliberatur, aut certum est posse fieri aut incertum. si incertum, haec erit quaestio sola aut potentissima: saepe enim accidet ut prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum, deinde, fieri non posse. cum autem de hoc quaeritur, coniectura est, an Isthmos intercidi, an siccari palus Pomptina, an portus fieri Ostiae possit, an Alexander terras ultra
17 Oceanum sit inuenturus. sed in iis quoque, quae constabit posse fieri, coniectura aliquando erit, si quaeretur, an utique futurum sit, ut Carthaginem superent Romani, ut redeat Hannibal, si Scipio exercitum in Africam transtulerit, ut seruent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. quaedam et fieri posse et futura esse credibile est, sed aut alio tempore aut alio loco aut alio modo.

18 Ubi coniecturae non erit locus, alia sunt intuenda. et primum aut propter ipsam rem, de qua sententiae rogantur, con-

11. de Orat. 2, 82.

4 euersionem **Bg**, *sed* em *ex corr.* 5 et *om.* **Bg** *1 m.* prudentissimus esse haberique optimus (*sine* et) **A** *partim 2 m. in rasura minoris spatii* 7 uellit **A**[1] indulgeri **A**[1] 10 re*ip.* **A**, rp **B** amministratione **A** 12 suasoris **b**, suasoriis **A** operibus **AB**: opibus *dett. aliquot* 13 praecipie **B** 15 in re **B**: iure **Ab**, inesse *coni. Meister; cf. Törnebladhii q. Q. 13* 16 plura **A**: plurima **B**ς 17 suadendo et *dett.* primum **A** *et exc. Cass. (p. 501, 36):* primo **B** spect. sunt *exc. Cass.* 20 haec **Ab**: hoc **B** 21 ne si] nisi **B**, nec si **A**, si **b** fieri (*post* quidem) *om.* **T** 24 pomtina **B** 25 his **A** 26 si **AB**: ut si **T** *corr.* 27 chartaginem **A** 32 et **A** *1 m. s. l.* 33 regantur **Bg** *1 m.*

sultabitur, aut propter alias interuenientes extrinsecus causas.
propter ipsam deliberant patres conscripti, an stipendium militi
constituant: haec materia simplex erit. accedunt causae aut 19
faciendi, ut deliberant patres conscripti, an Fabios dedant Gallis
bellum minitantibus, aut non faciendi, *ut* deliberat C. Caesar,
an perseueret in Germaniam ire, cum milites passim testamenta
facerent: hae suasoriae duplices sunt. nam et illic causa deli- 20
berandi est, quod bellum Galli minitentur, esse tamen potest
quaestio, dedendine fuerint, etiam citra hanc denuntiationem,
qui contra fas, cum legati missi essent, proelium inierint regem-
que, ad quem mandata acceperant, trucidarint: et hic nihil Caesar 21
sine dubio deliberaret nisi propter hanc militum perturbationem:
est tamen locus quaerendi, an citra hunc quoque casum pene-
trandum in Germaniam fuerit? semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis sequentibus possit.

Partes suadendi quidam putauerunt honestum, utile, ne- 22
cessarium: ego non inuenio huic tertiae locum. quantalibet
enim uis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere,
de faciendo autem deliberatur. quodsi hanc uocant necessitatem, 23
in quam homines grauiorum metu coguntur, utilitatis erit quaestio,
ut si obsessi et inpares et aqua ciboque defecti de facienda ad
hostem deditione deliberent et dicatur 'necesse est': nempe sequitur ut hoc subiciatur, 'alioqui pereundum est': ita propter id
ipsum non est necesse, quia perire potius licet. denique non
fecerunt Saguntini nec in rate Opitergina circumuenti. igitur 24
in his quoque causis aut de sola utilitate ambigetur aut quaestio
inter utile atque honestum consistet. at enim, si quis liberos
procreare uolet, necesse habet ducere uxorem. quis dubitat? sed
ei, qui pater uult fieri, liqueat necesse est uxorem esse ducen-
dam. itaque mihi ne consilium quidem uidetur, ubi necessitas 25
est, non magis quam ubi constat, quid fieri non possit: omnis
enim deliberatio de dubiis est. melius igitur, qui tertiam partem
duxerunt δυνατόν, quod nostri possibile nominant: quae, ut
dura uideatur appellatio, tamen sola est. quas partes non omnes 26

4 deliberent b 5 minantibus A ut *addidit Badius* G. A 7 illic A: illi B; *contrarium est* hic § *21 in.* 8 minentur A 9 extra A 12 deliberaret Bn 13 est Ab: et B 15 posset B 18 necesse erit A *solus, sed* se erit *m. 2 in ras.* 19 deliberatur q| Quodsi *(sic)* Bn, *item* Bg, *sed in hoc* q *eras.* 21 impartes (?) et A¹, inpares** Bg 23 alioquin Ab 25 opitergini T *corr.* igitur A *1 m. s. l.* 27 consistet A 28 habeat *edd. uett.* 29 dicendam Bg *1 m.* 30 nec consilium A 31 possit A: posse B 33 duxerunt A: dixerunt Bς

in omnem cadere suasoriam manifestius est, quam ut docendum
sit. tamen apud plerosque earum numerus augetur, a quibus
ponuntur ut partes, quae superiorum species sunt partium. nam
fas, iustum, pium, aecum, mansuetum quoque (sic enim sunt in-
terpretati τὸ ἥμερον), et si qua adhuc adicere quis eiusdem ge-
27 neris uelit, subici possunt honestati. an sit autem facile, magnum,
iucundum, sine periculo, ad quaestionem pertinet utilitatis. qui
loci oriuntur ex contradictione: est quidem utile, sed difficile,
28 paruum, iniucundum, periculosum. tamen quibusdam uidetur
esse nonnumquam de iucunditate sola consultatio, ut si de aedi-
ficando theatro, instituendis ludis deliberetur. sed neminem adeo
solutum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur praeter
29 uoluptatem. praecedat enim semper aliquid necesse est, ut in
ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remissio,
deformis et incommoda turbae, si id non sit, conflictatio, et nihilo
minus eadem illa religio, cum theatrum ueluti quoddam illius
30 sacri templum uocabimus. saepe uero et utilitatem despiciendam
esse dicimus, ut honesta faciamus, ut cum illis Opiterginis damus
consilium, ne se hostibus dedant, quamquam perituri sint, nisi
fecerint: et utilia honestis praeferimus, ut cum suademus, ut
31 bello punico serui armentur. sed neque hic plane concedendum
est, esse id inhonestum (liberos enim natura omnis et isdem con-
stare elementis, et fortasse antiquis etiam nobilibus ortos dici
potest), et illic, ubi manifestum periculum est, opponenda alia,
ut crudelius etiam perituros adfirmemus, si se dediderint, siue
hostis non seruarit fidem, siue Caesar uicerit, quod est uero si-
32 milius. haec autem, quae tantum inter se pugnant, plerumque
nominibus deflecti solent. nam et utilitas ipsa expugnatur ab
iis, qui dicunt non solum potiora esse honesta quam utilia, sed
ne utilia quidem esse, quae non sint honesta: et contra, quod
nos honestum, illi uanum, ambitiosum, stolidum, uerbis quam re
33 probabilius uocant. nec tantum inutilibus comparantur utilia,
sed inter se quoque ipsa, ut si ex duobus eligamus, in altero,

3 ut partes **B**: ut hae partes **b**, et partes **A** superiorum **A**: *om. rell. et* ς 4 aecum **AB**: aequum **b** sunt interpraetatur **A**, *sed* sunt *erasum* 5 thoeimeron **B** 8 sed **AB**: et **b** 10 aeficando **A**¹ 12 solu-*tum* **A** in *om.* **B** 14 non in ut illis **Bg** *1 m.* 17 dispiciendam **A** 19 sunt **Bg** 21 sed **A**: sed tamen **B** 22 id **B**: *om.* **Ab** omnes **b**ς 23 antiquis — ortos **AB**: aliquis — ortus *Obrecht*, aliquos — ortos *Burman*, *at cf. Spald. et Gernh.* 25 credelius **B** se* (*ex* sed?) **A** dedede-rint **b** siue **A**: si uero **B** 26 hostis **AB**: hostes *corr.* **T** seruarit **Ab**: seruarint **B** quod ē **Ab**: quod ēē **B**, est *om.* **T** 29 his **AB** 31 am*biti*osum **A** 33 si **Ab** (*sed* **A** *s. l. m. 1*): *om.* **B**

quid sit magis, in altero, quid sit minus. crescit hoc adhuc:
nam interim triplices etiam suasoriae incidunt, ut cum Pompeius
deliberabat, Parthos an Africam an Aegyptum peteret. ita non
tantum, utrum melius, sed quid sit optimum, quaeritur, itemque
contra. nec umquam incidet in hoc genere materiae dubitatio 34
rei, quae undique secundum nos sit: nam ubi contradictioni locus
non est, quae potest esse causa dubitandi? ita fere omnis sua-
soria nihil est aliud quam comparatio, uidendumque quid con-
secuturi simus et per quid, ut aestimari possit, plus in eo, quod
petimus, sit commodi, an uero in eo, per quod petimus, incom-
modi. est utilitatis et in tempore quaestio 'expedit, sed non 35
nunc', et in loco 'non hic', et in persona 'non nobis, non
contra hos', et in genere agendi 'non sic', et in modo 'non
in tantum'.

Sed personam saepius decoris gratia intuemur, quae et in
nobis et in iis, qui deliberant, spectanda est. itaque quamuis 36
exempla plurimum in consiliis possint, quia facillime ad con-
sentiendum homines ducuntur experimentis, refert tamen, quo-
rum auctoritas et quibus adhibeatur: diuersi sunt enim delibe-
rantium animi, duplex condicio. nam consultant aut plures aut 37
singuli, sed in utrisque differentia, quia et in pluribus multum
interest, senatus sit an populus, Romani an Fidenates, Graeci
an barbari: et in singulis, Catoni petendos honores suadeamus
an C. Mario, de ratione belli Scipio prior an Fabius deliberet.
proinde intúenda sexus, dignitas, aetas: sed mores praecipue 38
discrimen dabunt. et honesta quidem honestis suadere facillimum
est: si uero apud turpes recta optinere conabimur, ne uideamur
exprobrare diuersam uitae sectam cauendum. et animus delibe- 39
rantis non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permo-
uendus, sed laude, uulgi opinione, et si parum proficiet haec
uanitas, secutura ex his utilitate, aliquanto uero magis obiciendo
aliquos, si diuersa fecerint, metus. nam praeter id, quod his 40
leuissimi cuiusque animus facillime terretur, nescio an etiam

---

3 deliberabat **A**: deliberauit **B** 4 quaeri*tur* **A** itemque *Regius et* **A** *(sed* **A** item *in ras.)*: idemque **B** 6 rei **B**: ei **Ab**, ei qui quae **a** secundum **A**(?)**B**: secuntur **ab** 8 consecuri **A**[1] 9 ut *om.* **A**[1] 10 uero *** in eo **A** 12 *post* nobis *est in* **B** *uacuum spatium unius uersus, quamquam nihil desideratur* 15 persona **A**[1] decori *malebat Capper.* grati*a* intuemur **A** 16 his **A** qui **A**: quae **B** 17 consilis **B** ita*que* **A** 21 utrisque **B**: uires quoque **A** 23 suademus **A** 24 deliberet *Regius:* deliberent **AB** 27 obtinere **A** 31 utilitatē **b** aliquan*do* **A** 32 fecerint **AB**: fecerit *edd. uett.* nam **A**: nam quod **B** (quod *praeceptum uidetur ex sequente* quod), namque *corr.* **T**

naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor quam spes
bonorum, sicut facilior eisdem turpium quam honestorum in-
41 tellectus est. aliquando bonis quoque suadentur parum decora,
dantur parum bonis consilia, in quibus ipsorum, qui consulunt,
spectatur utilitas. nec me fallit, quae statim cogitatio subire
42 possit legentem: hoc ergo praecipis et hoc fas putas? poterat
me liberare Cicero, qui ita scribit ad Brutum praepositis pluri-
mis, quae honeste suaderi Caesari possint: simne bonus uir,
si haec suadeam? minime. suasoris enim finis est
utilitas eius, cui quisque suadet. at recta sunt: quis
negat? sed non est semper rectis in suadendo locus.
sed quia est altior quaestio nec tantum ad suasorias pertinet,
destinatus est mihi locus duodecimo, qui summus futurus est,
43 libro. nec ego quidquam fieri turpiter uelim. uerum interim
haec uel ad scholarum exercitationes pertinere credantur: nam
44 et iniquorum ratio noscenda est, ut melius aequa tueamur. in-
terim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere
tamquam inhonesta, ut quidam declamatores Sextum Pompeium
ad piraticam propter hoc ipsum, quod turpis et crudelis sit, im-
pellunt, sed dandus illis deformibus color idque etiam apud ma-
45 los: neque enim quisquam est tam malus, ut uideri uelit. sic
Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem scelestissimam non
malitia, sed indignatione uideatur audere: sic Atreus apud
Varium

iam fero inquit infandissima,
iam facere cogor.

quanto magis eis, quibus cura famae fuit, conseruandus est hic
46 uelut ambitus. quare et, cum Ciceroni dabimus consilium ut
Antonium roget, uel etiam ut Philippicas, ita uitam pollicente
eo, exurat, non cupiditatem lucis adlegabimus (haec enim si ualet
in animo eius, tacentibus quoque nobis ualet), sed ut se rei
47 publicae seruet hortabimur. hac illi opus est occasione, ne eum
talium precum pudeat. et C. Caesari suadentes regnum adfirma-
bimus, stare iam rem publicam nisi uno regente non posse.

8. in epist. deperdita. 22. c. 20.

4 dantur — bonis *om.* **A** 7 praepositis **A𝔅**: propositis *edd. uett.* 10 at **ABnb**: ac **Bg** 18 *ta*mquam **A** 22 loquitur *om.* b scelestissimam **A**: sceleratissimam **B**ς 23 atreus **A** *in ras. minoris spatii* 27 eis **A** cura famae **ABnb**: curae fama **Bg** *1 m.* (?) 28 uelut *Francius:* uel **AB** dabim*us* **A** 29 filippicas **A** 30 non — ualet **A** *in uetere ras. minoris spatii* 31 nobis ualent **A**[1] ut reip̄ se seruet **A** *in ras. 2 m.* 33 G. **A**

nam qui de re nefaria deliberat, id solum quaerit, quo modo quam
minimum peccare uideatur.

Multum refert etiam, quae sit persona suadentis, quia ante 48
acta uita si inlustris fuit aut clarius genus aut aetas aut fortuna
adfert expectationem, prouidendum est ne quae dicuntur ab eo,
qui dicit, dissentiant. at his contraria summissiorem quendam
modum postulant. nam quae in aliis libertas est, in aliis licentia
uocatur, et quibusdam sufficit auctoritas, quosdam ratio ipsa
aegre tuetur.

Ideoque longe mihi difficillimae uidentur p r o s o p o p o e i a e, 49
in quibus ad relicum suasoriae laborem accedit etiam personae
difficultas: namque idem illud aliter Caesar, aliter Cicero, aliter
Cato suadere debebit. utilissima uero haec exercitatio, uel quod
duplicis est operis, uel quod poetis quoque aut historiarum futuris
scriptoribus plurimum confert: uerum et oratoribus necessaria.
nam sunt multae a Graecis Latinisque compositae orationes, 50
quibus alii uterentur, ad quorum condicionem uitamque aptanda
quae dicebantur fuerunt. an eodem modo cogitauit aut eandem
personam induit Cicero, cum scriberet Cn. Pompeio et cum T.
Ampio ceterisue, ac non unius cuiusque eorum fortunam, digni-
tatem, res gestas intuitus omnium, quibus uocem dabat, etiam
imaginem expressit? ut melius quidem, sed tamen ipsi dicere
uiderentur. neque enim minus uitiosa est oratio, si ab homine, 51
quam si ab re, cui accommodari debuit, dissidet: ideoque Lysias
optime uidetur in iis, quae scribebat indoctis, seruasse ueritatis
fidem. enimuero praecipue declamatoribus considerandum est,
quid cuique personae conueniat, qui paucissimas controuersias
ita dicunt ut aduocati: plerumque filii, parentes, diuites, senes,
asperi, lenes, auari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt,
ut uix comoediarum actoribus plures habitus in pronuntiando
concipiendi sint, quam his in dicendo. quae omnia possunt 52
uideri prosopopoeiae, quam ego suasoriis subieci, quia nullo alio
ab iis quam persona distat. quamquam haec aliquando etiam in

---

3 quia **B**: qui **A**(?), cui a 5 est ne quae **A** *in ras.* est neq. **B**[1] 6 at **B**: aut **A** quaendam **A**, quaedam a 7 namque **A**[1] 8 sufficit **AB**: sufficiat b 10 prosopoeiae **B** 11 reliquum **B**ς 12 namque idem **A**b: nam quidem **B** 14 operae *Regius* 18 an **A**b: ad **B**, at *Ambr. II* eandem **A**b: *om.* **B** 19 induit **A**b: inducit **B** GN. **A** cum tampio **B**, cum domitio b, cum domicio a *(lectio* **A**[1] *prorsus deleta est)* 23 uiderentur **A** *in ras. minoris spatii* 24 ab *re* **A**, a re **B** 25 his **A** 28 fili **B** parentes **A**: patres **B** 29 fiant a 32 quam **AB**: quas *al.* suasoriae **A** alio **B**: modo **A** 33 iis b: is **B**, his **A** distat **A**, *ut Spalding uolebat:* distant **B**

controuersias ducitur, quae ex historiis compositae certis agen-
53 tium nominibus continentur. neque ignoro plerumque exercita-
tionis gratia poni et poeticas et historicas, ut Priami uerba apud
Achillem aut Sullae dictaturam deponentis in contione. sed haec
in partem cedent trium generum, in quae causas diuisimus. nam
et rogare, indicare, rationem reddere, et alia, de quibus supra
dictum est, uarie atque ut res tulit in materia iudiciali, delibe-
54 ratiua, demonstratiua solemus. frequentissime uero in iis utimur
ficta personarum, quas ipsi substituimus, oratione, ut apud Cice-
ronem pro Caelio Clodiam et caecus Appius et Clodius frater,
ille in castigationem, hic in exhortationem uitiorum compositus,
adloquitur.

55 Solent in scholis fingi materiae ad deliberandum similiores
controuersiis et ex utroque genere commixtae, ut cum apud C.
Caesarem consultatio de poena Theodoti ponitur: constat enim
accusatione et defensione causa eius, quod est iudicialium pro-
56 prium, permixta tamen est et utilitatis ratio: an pro Caesare
fuerit occidi Pompeium? an timendum a rege bellum, si Theo-
dotus sit occisus? an id minime oportunum hoc tempore et peri-
57 culosum et certe longum sit futurum? quaeritur et de honesto:
deceatne Caesarem ultio Pompei? an sit uerendum, ne peiorem
faciat suarum partium causam, si Pompeium indignum morte
58 fateatur? quod genus accidere etiam ueritati potest.

Non simplex autem circa suasorias error in plerisque decla-
matoribus fuit, qui dicendi genus in iis diuersum atque in totum
illi iudiciali contrarium esse existimauerunt: nam et principia
abrupta et concitatam semper orationem et in uerbis effusiorem,
ut ipsi uocant, cultum adfectauerunt, et earum breuiores utique
59 commentarios quam legalis materiae facere laborarunt. ego porro
ut prooemio uideo non utique opus esse suasoriis propter quas
dixi supra causas, ita cur initio furioso sit exclamandum non
intellego, cum proposita consultatione rogatus sententiam, si

9. c. 14 sq.

1 certius **B** 2 neque enim ignoro *Regius* 3 uerba *obelo notauit Spalding, an* facientis *post* uerba *deest?* 4 syllae **AB** contiones sed **B** 7 tulit in **A**: ultimi **B** multae uti *l. uaria in marg.* **Bg** uult in *edd. uett.* materiae **B** 8 his A 10 in clodiam **B** 11 exhortationem uicio **A**, orationem morum **B**, rationem amorum *Regius*, curationem amorum *Gesner*; *cf. 12, 11, 25* ad exhortationem studiorum 13 solent in **A**: sollemnis **B** scholis debent b 14 et *om.* **A** G. **A** 15 caes *(sic)* **B** *item u. 17* 16 causa eius **A**: causae **B** 17 tamen **A**: autem **B** 19 opportunum ς 21 peiorem**** **A** 24 implerisque **Bg** 25 iis **B**: his **A** 29 iudicialis materiae *Regius* laborarunt **A**: elaborarunt **B**ς 31 furiose *Regius, possis etiam* furioso modo sit **A** *in ras.*

modo est sanus, non quiritet, sed quam maxime potest ciuili et humano ingressu mereri adsensum deliberantis uelit. cur autem 60 torrens et utique aequaliter concitata sit in ea dicentis oratio, cum uel praecipue moderationem consilia desiderent? neque ego negauerim saepius subsidere in controuersiis impetum dicendi prooemio, narratione, argumentis: quae si detrahas, id fere superest, quo suasoriae constant, uerum id quoque aequalius erit, non tumultuosius atque turbidius. uerborum autem magnificentia 61 non ualidius est adfectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. nam et personae fere magnae fingentibus placent, regum, principum, senatus, populi, et res ampliores: ita cum uerba rebus aptentur, ipso materiae nitore clarescunt. alia ueris 62 consiliis ratio est, ideoque Theophrastus quam maxime remotum ab omni adfectione in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem, secutus in hoc auctoritatem praeceptoris sui, quamquam dissentire ab eo non timide solet. namque Aristoteles idoneam maxime 63 ad scribendum demonstratiuam proximamque ab ea iudicialem putauit, uidelicet quoniam prior illa tota esset ostentationis, haec secunda egeret artis uel ad fallendum, si ita poposcisset utilitas, consilia fide prudentiaque constarent. quibus in demonstratiua 64 consentio (nam et omnes alii scriptores idem tradiderunt), in iudiciis autem consiliisque secundum condicionem ipsius, quae tractabitur, rei accommodandam dicendi credo rationem. nam 65 et Philippicas Demosthenis isdem quibus habitas in iudiciis orationes uideo eminere uirtutibus, et Ciceronis sententiae et contiones non minus clarum, quam est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiae lumen ostendunt. dicit tamen idem de suasoria hoc modo: t o t a a u t e m o r a t i o s i m p l e x e t g r a u i s e t s e n t e n t i i s d e b e t o r n a t i o r e s s e q u a m u e r b i s. usum 66 exemplorum nulli materiae magis conuenire merito fere omnes consentiunt, cum plerumque uideantur respondere futura praeteritis habeaturque experimentum uelut quoddam rationis testimonium. breuitas quoque aut copia non materiae genere, sed 67

16. Rhet. 3, 12. 28. Part. orat. 27, 97.

1 quiritet **A**, *sed* tet *expunctum*, queritet b et **ABnb**: *om.* **Bg** 3 ubique *Burman et Walker ad Cic. de nat. d. 3 c. 40* 4 moderationem **A**: moderationem rationemque **B** 8 turbidius** **Bg** 9 sed **Ba**: et **A** 11 re*gum* **A** senatus populi **A**: pop. senatus **B** 12 ueris consilii **A** 14 adfectione **AB**: affectatione *Regius* 19 artibus ab (egeret artib. uel **A** *2 m. in ras.*) *cf. 2, 16, 13* 20 consilio — constaret **A** 24 philippicos **A** 33 copiã(?) **Bg** *1 m.* mat. genere **A**: genere mat **B**

modo constat: nam ut in consiliis plerumque simplicior quaestio
est, ita saepe in causis minor.

Quae omnia uera esse sciet, si quis non orationes modo,
sed historias etiam (namque in iis contiones atque sententiae
plerumque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere ma-
68 luerit quam in commentariis rhetorum consenescere: inueniet
enim nec in consiliis abrupta initia et concitatius saepe in iudiciis
dictum et uerba aptata rebus in utroque genere et breuiores
69 aliquando causarum orationes quam sententiarum. ne illa quidem
in iis uitia deprendet, quibus quidam declamatores laborant, quod
et contra sentientibus inhumane conuiciantur et ita plerumque
dicunt, tamquam ab iis, qui deliberat, utique dissentiat: ideoque
70 obiurgantibus similiores sunt quam suadentibus. haec adulescen-
tes sibi scripta sciant, ne aliter, quam dicturi sunt, exerceri
uelint et in desuescendis morentur. ceterum cum aduocari coe-
perint in consilia amicorum, dicere sententiam in senatu, suadere
si quid consulet princeps, quod praeceptis fortasse non credant,
usu docebuntur.

IX. Nunc de iudiciali genere, quod est praecipue mul-
tiplex, sed officiis constat duobus, intentionis ac depulsio-
nis. cuius partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque sunt:
prooemium, narratio, probatio, refutatio, peroratio.
his adiecerunt quidam partitionem, propositionem, ex-
2 cessum, quorum priores duae probationi succedunt. nam pro-
ponere quidem quae sis probaturus necesse est, sed et concludere:
cur igitur, si illa pars causae est, non et haec sit? partitio uero
dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices et per
omnis materias totumque earum corpus aequaliter fusa, sicut
3 inuentio, elocutio: ideoque eam non orationis totius partem unam
esse credendum est, sed quaestionum etiam singularum. quae
est enim quaestio, in qua non promittere possit orator, quid
primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est pro-
prium partitionis. quam ergo ridiculum est quaestionem quidem

1 constat **A**: constant **B** ut consiliis **A** 4 sed et **b** in iis **B**: in his **A**, *om.* **b** contionis **A**[1] 7 et (*post* initia) *om.* **A**[1] 8 apta **A** 9 aliquanto *ed. Stoeriana* 10 iis **B**: his **A** deprehendet **A** 12 his **AB** deliberat **AB**: deliberant **b** dissentiant **B** 13 sunt **AB**: *om.* **LT** 17 si quid consulet princeps **B**: si quid et consuli (i *in ras. m. 2*) et principi **A** (*lectio* **b** *erasa est*) credant **B**: credunt **A** 19 Nunc] *praecedit in* **AB** *inscriptio:* De partibus causarum iudicialium. iudicali **A** 23 quidam **A** *in ras.* 24 quorum **AB**: quarum ς succidunt **B** 25 sed *om.* **b** 28 omnes **B**ς sicuti **a** 29 inuentio et elocutio *edd. uett.* 31 enim **Ab**: *om.* **B** 32 proprium **AB**: primum **b** 33 quam **A** *corr. ex* quod *ut uidetur*

speciem esse probationis, partitionem autem, quae sit species
quaestionis, partem totius orationis uocari. egressio uero uel, 4
quod usitatius esse coepit, excessus, siue est extra causam, non
potest esse pars causae, siue est in causa, adiutorium uel ornamentum
partium est earum, ex quibus egreditur. nam si quidquid
in causa est, pars causae uocabitur, cur non argumentum,
similitudo, locus communis, adfectus, exempla partes uocentur?
tamen nec iis adsentior, qui detrahunt refutationem, tamquam 5
probationi subiectam, ut Aristoteles: haec enim est, quae constituat,
illa, quae destruat. hoc quoque idem aliquatenus nouat,
quod prooemio non narrationem subiungit, sed propositionem.
uerum id facit, quia propositio ei genus, narratio species uidetur,
et hac non semper, illa semper et ubique credit opus esse.

Verum ex his, quas constitui, partibus non, ut quidque pri- 6
mum dicendum, ita primum cogitandum est, sed ante omnia intueri
oportet, quod sit genus causae, quid in ea quaeratur, quae
prosint, quae noceant: deinde, quid confirmandum sit ac refellendum,
tum, quo modo narrandum: expositio enim probationum 7
est praeparatio, nec esse utilis potest, nisi prius constiterit,
quid debeat de probatione promittere. postremo intuendum,
quemadmodum iudex sit conciliandus: neque enim nisi totius causae
partibus diligenter inspectis scire possumus, qualem nobis facere
animum cognoscentis expediat, seuerum an mitem, concitatum
an remissum, aduersum gratiae an obnoxium.

Neque ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoque 8
prooemium nouissime putant. nam ut conferri materiam omnem,
et, quid quoque *loco* sit opus, constare debet, antequam dicere
aut scribere ordiamur, ita incipiendum ab iis, quae prima sunt.
nam nec pingere quisquam aut fingere coepit a pedibus, nec 9
denique ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est. quid fiet
alioqui, si spatium componendi orationem stilo non fuerit? nonne

9. Rhet. 2, 26. 10 ib. 3, 13.

1 sit **AB**: est a 5 egredietur **LT** quicquid **A** 7 affectus **AB** *hoc loco* 8 neque **B** his **AB** 9 aristotelis **A** 10 distruat **B** 12 ei **A**: *om.* **B** 16 quod **B**: quid **Ab** 17 reffellendum **Bg** 18 tunc **A** 19 constiterit *margo ed. Basil.* constituerit *libri* 21 totius *ed. Camana:* totis *libri* 24 a nobis | noxium **Bg** *ante rasuram* 26 omnem oportet *Regius* 27 quoque loco *Regius:* quoque *libri,* cuique *Badius* debet **AB**: decet b, *at uidetur leue anacoluthon in lect.* debet *ferri posse* 28 ab his **A** 29 nam nec **AB**: namque **T**, nam neque **L** aut **A**: ac **B** 30 consummatur **A** *m. 2 in ras.* exordiendum **A** 31 alioquin si spa*cium componendi* **A**

nos haec inuersa consuetudo deceperit? inspicienda igitur materia est, quo praecepimus ordine, scribenda, quo dicemus.

X. Ceterum causa omnis, in qua pars altera agentis est, altera recusantis, aut unius rei controuersia constat aut plurium: haec simplex dicitur, illa coniuncta. una controuersia est per se furti, per se adulterii. plures aut eiusdem generis, ut in pecuniis repetundis, aut diuersi, ut si quis sacrilegii et homicidii simul accusetur. quod nunc in publicis iudiciis non accidit, quoniam praetor certa lege sortitur, principum autem et senatus cognitionibus frequens est et populi fuit: priuata quoque iudicia saepe unum iudicem habere multis et diuersis formulis solent. 2 nec aliae species erunt, etiamsi unus a duobus dumtaxat eandem rem atque ex eadem causa petet, aut duo ab uno, aut plures a pluribus: quod accidere in hereditariis litibus interim scimus, quia, quamuis in multis personis, causa tamen una est, nisi si condicio personarum quaestiones uariauerit.

3 Diuersum his tertium genus, quod dicitur conparatiuum: cuius rei tractatus in parte causae frequens est, ut cum apud centumuiros post alia quaeritur et hoc, uter dignior hereditate sit. rarum est autem, ut in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes, quae fiunt de accusatore constituendo, et nonnumquam inter delatores, uter praemium meruerit. 4 adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quae ἀντικατηγορία uocatur, aliis uidelicet succedere hanc quoque conparatiuo generi existimantibus, cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. id si et ipsum uocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine), duo genera erunt eius: alterum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant, alterum, quo aliud atque aliud. cui et petitionum condicio par est.

5 Cum apparuerit genus causae, tum intuebimur, negeturne factum, quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an a genere actionis repellatur: unde sunt status.

XI. His inuentis intuendum deinceps Hermagorae uidetur, quid sit quaestio, ratio, iudicatio, continens, uel ut alii

2 praecepimus **A** *et Francius:* praecipimus **B** dicimus **B**; *sequitur in* **A** *titulus* DE GENERIBVS EARVNDEM, *in* **B** DE GENERIBVS 3 Caeterum **Bg** 6 adulteri **A**[1] 7 pecunis **B** diu fsa b 20 Rarum **A** *corr. ex* parum *ut uidetur* 22 *et non*numquam **A** 23 quae *om.* **A** ANTIKATH-ΓΟΡΙΑC **A** 24 succidere **B** 26 et **B**: id **A** 28 intendant **A**[1] *ut uidetur* 33 status| *sequitur in* **AB** *titulus:* Quid sit quaestio ratio iudicatio continens et quatenus necessaria 35 continens **AB**: et cυvεχov id est continens *corr.* T. *cf. Tornebladh q. Q. p. 14*

uocant, *firmamentum*. *quaestio* latius intellegitur omnis,
de qua in utramque partem uel in plures dici credibiliter potest.
in iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo, 2
quo dicimus multas quaestiones habere controuersiam, quo etiam
minores omnis complectimur: altero, quo significamus summam
illam, in qua causa uertitur: de hac nunc loquor, ex qua nasci-
tur status, an factum sit, quid factum sit, an recte factum sit.
has Hermagoras et Apollodorus et alii plurimi scriptores proprie 3
quaestiones uocant, Theodorus, ut dixi, *capita generalia*,
sicut illas minores aut ex illis pendentes *specialia*: nam et
quaestionem ex quaestione nasci et speciem in species diuidi
conuenit. hanc igitur quaestionem ueluti principalem uocant 4
ζήτημα. *ratio* autem est, qua id, quod factum esse constat,
defenditur. et cur non utamur eodem, quo sunt usi omnes fere,
exemplo? Orestes matrem occidit: hoc constat. dicit se iuste
fecisse: status erit qualitatis, quaestio, an iuste fecerit, ratio,
quod Clytaemnestra maritum suum, patrem Orestis, occidit: hoc
αἴτιον dicitur. κρινόμενον autem iudicatio, an oportuerit uel no-
centem matrem a filio occidi. quidam diuiserunt αἴτιον et αἰτίαν, 5
ut esset altera, propter quam iudicium constitutum est, ut occisa
Clytaemnestra, altera, qua factum defenditur, ut occisus Aga-
memnon. sed tanta est circa uerba dissensio, ut alii αἰτίαν cau-
sam iudicii, αἴτιον autem facti uocent, alii eadem in contrarium
uertant. Latinorum quidam haec *initium* et *rationem* uoca-
uerunt, quidam utrumque eodem nomine appellant. causa quoque 6
ex causa, id est αἴτιον ἐξ αἰτίου, nasci uidetur, quale est: occidit
Agamemnonem Clytaemnestra, quia ille filiam communem im-
molauerat et captiuam paelicem adducebat. idem putant et sub
una quaestione esse plures rationes, ut si Orestes et alteram ad-
ferat causam matris necatae, quod responsis sit inpulsus: quot
autem causas faciendi, totidem iudicationes: nam et haec erit
iudicatio, an responsis parere debuerit. sed et una causa plures 7
habere quaestiones et iudicationes, ut ego arbitror, potest: ut in
eo, qui cum adulteram deprensam occidisset, adulterum, qui tum

---

1 omnis res (*uel* res omnis) *Spalding coll. 3, 6, 29 et Cic. de Inu. 1, 8*
2 plures **AB**: plures partes *al.* 5 minoris **A** omnes **B**ς 7 quid f.
sit an recte f. sit **B**: *om.* **ABg**, an recte f. sit *om.* a 8 apollodoris **Bg** *1 m.*
11 quaestiones *ed. Camp.* 12 igitur hanc **A** 13 qua id **Bg** *corr. ex*
quid 14 omnes fere omnes **Bg** *ante ras.* 17 clytęmestra **B**, clyte-
mestra **A**, *et sic fere iidem deinceps* hoc **A** *s. l.* 18 ΚΡΕΙΝΟΜΕΝΟΝ **AB**
20 esse **A**[1] 21 agamemnon **Ab**: agamemno **B** 22 ΑΙΤΙΑΝ **A** *2 m.*
in ras. 23 aition **A** 26 aition exΑΙΤΙΟΥ **AB** 28 paelicem **AB**: pel-
licem ς idem **AB**: iidem ς 32 et *om.* **A** 34 deprehensam **A**

effugerat, postea in foro occidit. causa enim est una, adulter fuit: quaestiones et iudicationes, an illo loco, an illo tempore
8 licuerit occidere. sed sicut, cum sint plures quaestiones omnesque suos status habeant, causae tamen status unus sit, ad quem referuntur omnia, ita iudicatio maxime propria, de qua pronun-
9 tiatur. συνέχον autem, quod, ut dixi, continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmissimam argumentationem defensoris et adpositissimam ad iudicationem, quibusdam id uidetur esse, post quod nihil quaeritur, quibusdam id,
10 quod ad iudicationem firmissimum adfertur. causa facti non in omnis controuersias cadit. nam quae fuerit causa faciendi, ubi factum negatur? at ubi causa tractetur, negant eodem loco esse iudicationem quo quaestionem, idque et in Rhetoricis Cicero et
11 in Partitionibus dicit. nam in coniectura est quaestio ex illo 'factum, non factum', an factum sit. ibi ergo iudicatio, ubi quaestio, quia in eadem re prima quaestio et extrema disceptatio. at in qualitate 'matrem Orestes occidit: recte, non recte', an recte occiderit quaestio, nec statim iudicatio. quando ergo? 'illa patrem meum occiderat: sed non ideo tu matrem debuisti occi-
12 dere': an debuerit, hic iudicatio. firmamentum autem uerbis ipsius ponam: si uelit Orestes dicere eius modi animum matris suae fuisse in patrem suum, in se ipsum ac sorores, in regnum, in famam generis et familiae, ut ab ea poenas liberi potissimum sui petere debuerint.
13 utuntur alii et talibus exemplis: 'qui bona paterna consumpserit, ne contionetur: in opera publica consumpsit': quaestio, an quis-
14 quis consumpserit prohibendus sit, iudicatio, an qui sic. uel in causa militis Arrunti, qui Lusium tribunum uim sibi inferentem interfecit, quaestio, an iure fecerit, ratio, quod is uim adferebat, iudicatio, an indemnatum, an tribunum a milite occidi opor-
15 tuerit. alterius etiam status quaestionem, alterius iudicationem

7. de Inu. 1, 14, 19. 13. de Inu. 1, 14, 19. Part. 30, 104. 21. de Inu. l. c.

2 loco an illo tempore A: tempore an illo loco B 3 sicut sint plures *coni. Spalding* 4 unus est *Gesner, recte ut uidetur* 6 firma*mentum alii* A *partim in ras. minoris spatii* 8 adpotissimam B, potentissimam A, potissimam b (*Cic. libri optimi* adpositissimam) quibusdam — quaeritur *bis scriptum in* B 11 omnes Abς namq. fuerit B 12 at *Regius:* aut AB 16 *prima** (-at A¹) A, *fort.* primast et *om.* A¹ 17 in A *in ras.* 22 fuisse A *et Cicero: om.* B *et rell.* *post* ipsum *in* A *spatium uacuum est unius dimidiique uersus* 24 sui A: *om.* B, sui potiss. *Cic.* 25 alii etalibus A¹ (?) 26 nec b continetur B 27 sic B: sit A 28 militis Aurunci *Regius et Garatoni ad Cic. p. Mil. c. 4* lysium A

putant. quaestio qualitatis, an recte Clodium Milo occiderit:
iudicatio coniecturalis, an Clodius insidias fecerit. ponunt et 16
illud, saepe causam in aliquam rem dimitti, quae non sit propria
quaestionis, et de ea iudicari. a quibus multum dissentio. nam
et illa quaestio 'an omnes, qui paterna bona consumpserint,
contione sint prohibendi' habeat oportet suam iudicationem.
ergo non alia quaestio, alia iudicatio erit, sed plures quaestiones
et plures iudicationes. quid? non in causa Milonis ipsa con- 17
iectura refertur ad qualitatem? nam si est insidiatus Clodius,
sequitur ut recte sit occisus. cum uero in aliquam rem missa
causa recessum est a quaestione, quae erat † et hic constituta
quaestio, ubi iudicatio est.

Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. nam in Rhe- 18
toricis, quemadmodum supra dixi, Hermagoran est secutus, in
Topicis ex statu effectam contentionem κρινόμενον existimat,
idque Trebatio, qui iuris erat consultus, adludens qua de re
agitur appellat: quibus id contineatur, continentia, quasi
firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio
nulla sit. at in Partitionibus oratoriis firmamentum, quod 19
opponitur defensioni, quia continens, quod primum sit, ab accu-
satore dicatur, ratio a reo, ex rationis et firmamenti quaestione
disceptatio sit iudicationum.

Verius igitur et breuius ii, qui statum et continens et iudi-
cationem *idem* esse uoluerunt: continens autem id esse, quo
sublato lis esse non possit. hoc mihi uidentur utramque causam 20
complexi, et quod Orestes matrem et quod Clytaemnestra Aga-
memnonem occiderit. idem iudicationem et statum consentire
semper existimarunt: neque enim aliud eorum rationi conueniens
fuisset.

15. Top. 25, 95. 19. c. 28, § 103 sq.

4 disse*nt*io **A** 9 refertur **A**: referatur **B** 11 causa est recessum est a quaestione quae erat et hic constituta quaestio (quaestio ubi a) iudicatio est **A**, causa ē recessum et a quaestione quae erat hic constituta quaestio ubi iudicatio est **B**; *in extremis tentauit Francius* hic quaestio, ibi iudicatio est, *Obrecht* non et hic quaestio, ubi iudicatio est? *uidetur locus grauiter corruptus mancus quoque esse, tentauimus tamen:* cum uero missa causa (causa et *alii*) recessum est a quaestione, quae erat constituta, et hic ubi quaestio, iudicatio est 13 etiam **AB**: et **T** 14 supra **AB**: superius **b** 16 alludens **Ab**, adludus **B** 17 cont*ine*atur **A** 20 quod primum sit *delendum censet Spalding* 21 a reo **B**: adeo **A**, ideo a *(lectio* **b** *erasa)* 23 hi qui **A**, qui **B** 24 idem *Regius: om.* **AB** uoluerint **B** quo **A** *corr. ex* quod (*item* **Bg** quo *ex corr.*) 26 agamennonem **A** 27 idem **AB**: iidem ς 28 existimauerunt *dett. pauci* neq. **A** *corr. ex* ne

21 Verum haec adfectata suptilitas circa nomina rerum ambi-
tiose laborat, a nobis in hoc adsumpta solum, ne parum dili-
genter inquisisse de opere, quod adgressi sumus, uideremur:
simplicius autem instituenti non est necesse per tam minutas
22 rerum particulas rationem docendi concidere. quo uitio multi
quidem laborarunt, praecipue tamen Hermagoras, uir alioqui
subtilis et in plurimis admirandus, tantum diligentiae nimium
sollicitae, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit.
23 haec autem breuior et uel ideo lucidior multo uia neque discen-
tem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua mo-
menta diducendo consumet. nam qui uiderit, quid sit quod in
controuersiam ueniat, quid in eo et per quae uelit efficere pars
diuersa, quid nostra, quod in primis est intuendum, nihil eorum
24 ignorare, de quibus supra diximus, poterit. neque est fere quis-
quam, modo non stultus atque ab omni prosus usu dicendi re-
motus, quin sciat, et quid litem faciat (quod ab illis causa uel
continens dicitur), et quae sit inter litigantes quaestio, et de
quo iudicari oporteat: quae omnia idem sunt. nam et de eo
quaestio est, quod in controuersiam uenit, et de eo iudicatur,
25 de quo quaestio est. sed non perpetuo intendimus in haec ani-
mum et cupiditate laudis utcumque adquirendae uel dicendi uo-
luptate euagamur, quando uberior semper extra causam materia
est, quia in controuersia pauca sunt, extra omnia, et hic dicitur
26 de his, quae accepimus, illic, de quibus uolumus. nec tam hoc
praecipiendum est, ut quaestionem, continens, iudicationem in-
ueniamus (nam id quidem facile est), quam ut intueamur sem-
per, aut certe, si digressi fuerimus, saltem respiciamus, ne plau-
27 sum adfectantibus arma excidant. Theodori schola, ut dixi,
omnia refert ad capita. his plura intelleguntur: uno modo summa
quaestio, item ut status, altero ceterae, quae ad summam refe-
runtur, tertio propositio cum adfirmatione, ut dicimus 'caput
rei est' et apud Menandrum κεφάλαιόν ἐστιν. in uniuersum
autem, quidquid probandum est, erit caput, sed id maius aut
minus.

1 affectata (affecta *1 m.*) subtilitas **A** 2 labor*at* **A** (laborant *1 m.?*), laboret **B** adsupta **B** 5 dicendi *edd. uett.* 6 laborauerunt **T** 7 mirandus **A** 8 ipsaius **A**[1] 9 *luci*dior **A** 11 diducendo **B**, *ut coni. Regius:* ducen*do* **A** consūmet **Bg** 12 uellit **B** 15 prosus **B**: prorsus **Ab** 17 dicit **b** litigant*es* **A** quaesitio **A**[1] et de] ex **b** 18 *in*dicari **A** oportet **B** 20 non *om.* **Bg** *1 m.* 23 intra controuersiam *corr.* **T** 24 de iis *Spalding* n* tam **Bg**, nec tamen **b** 25 est ut *in* **Bg** *punctatum* 27 certe **A** *et Regius:* certa **B** altem **Bg** *1 m.* 30 cete*ra quae* **A** (aquae *m. 2*) 32 est et **A**: est **Bς**, et apud — ἐστιν *Spalding obelo notauit*

Et quoniam, quae de his erant a scriptoribus artium tra- 28
dita, uerbosius etiam, quam necesse erat, exposuimus, praeterea, quae partes essent iudicialium causarum, supra dictum est, proximus liber a prima, id est exordio incipiet.

1 a **A**: *om.* **B** 3 essent **A**(?)**B**: sint **ab** 4 a prima id est exordio incipiet **A**: prima (prooemio *edd. uett.*) id est exordia concipiet **B** M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONIS ORATORIAE LIBER III EXPLICITUS INCIPIT LIB. IIII. **A**, M. FABI QUINTILIANI LIB. III. EXP. INCIP. QUARTUS FELICIT. **B**

LIBER QUARTUS.

Prooemium.

Perfecto, Marcelle Victori, operis tibi dicati tertio libro et
iam quarta fere laboris parte transacta noua insuper mihi dili-
gentiae causa et altior sollicitudo, quale iudicium hominum eme-
rerer, accessit. adhuc enim uelut studia inter nos conferebamus,
et, si parum nostra institutio probaretur a ceteris, contenti fore
domestico usu uidebamur, ut tui meique filii formare disciplinam
2 satis putaremus. cum uero mihi Domitianus Augustus sororis
suae nepotum delegauerit curam, non satis honorem iudiciorum
caelestium intellegam, nisi ex hoc oneris quoque magnitudinem
3 metiar. quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, ut eos
non inmerito probauerit sanctissimus censor? aut studia, ne
fefellisse in iis uidear principem, ut in omnibus, ita in eloquentia
4 quoque eminentissimum? quod si nemo miratur poetas maximos
saepe fecisse, ut non solum initiis operum suorum Musas inuo-
carent, sed prouecti quoque longius, cum ad aliquem grauiorem
uenissent locum, repeterent uota et uelut noua precatione ute-
5 rentur: mihi quoque profecto poterit ignosci, si, quod initio,
quo primum hanc materiam inchoaui, non feceram, nunc omnis
in auxilium deos ipsumque in primis, quo neque praesentius aliud
nec studiis magis propitium numen est, inuocem, ut, quantum
nobis exspectationis adiecit, tantum ingenii adspiret dexterque

1 marce **A**, ·M· **B**, *om. in ed. Aldina* uictori **b**: uitori **AB** dicati **A**: dedicati **B**ς 2 noua **A** *ut coni. Spalding:* nouae **B** 3 emererer **B**: mererer **A** 4 uel **A** con*fereb*amus **A** 9 quoque oneris *edd. complures* 12 his **A** eloquentia] *sic* **A** *quoque* 14 ini*ciis* **A** 16 noua praefatione *H. Nolte in Philologi 21, 307* 17 quod initium **B** 18 quo **AB**: quum *Regius, immo* quom incoaui **A** omnes **B**ς 19 deos **Ab**: *om.* **B** quo* **A** 20 propitium **A** *et Badius:* proprium **B** 21 aspiret **A**

ac uolens adsit et me qualem esse credidit faciat. cuius mihi 6
religionis non haec sola ratio, quae maxima est, sed alioqui sic
procedit ipsum opus, ut maiora praeteritis ac magis ardua sint,
quae ingredior. sequitur enim, ut iudicialium causarum, quae
sunt maxime uariae atque multiplices, ordo explicetur: quod
prooemii sit officium, quae ratio narrandi, quae probationum
fides, seu proposita confirmamus seu contra dicta dissoluimus,
quanta uis in perorando, seu reficienda breui repetitione rerum
memoria est iudicis siue adfectus, quod est longe potentissimum,
commouendi. de quibus partibus singulis quidam separatim scri- 7
bere maluerunt uelut onus totius corporis ueriti, et sic quoque
compluris de una quaque earum libros ediderunt: quas ego
omnis ausus contexere prope infinitum laborem prospicio et
ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. sed durandum est,
quia coepimus, et, si uiribus deficiemur, animo tamen perseue-
randum.

I. Quod principium latine uel exordium dicitur, maiore
quadam ratione Graeci uidentur προοίμιον nominasse, quia a
nostris initium modo significatur, illi satis clare partem hanc
esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. nam 2
siue propterea, quod οἴμη cantus est et citharoedi pauca illa,
quae ante quam legitimum certamen inchoent emerendi fauoris
gratia canunt, prooemium nominauerunt, oratores quoque ea,
quae prius quam causam exordiantur ad conciliandos sibi iudicum
animos praelocuntur, eadem appellatione signarunt, siue quod 3
οἶμον îdem Graeci uiam appellant, id, quod ante ingressum rei
ponitur, sic uocare est institutum: certe prooemium est, quod
apud iudicem dici prius quam causam cognouerit prosit, uitioseque
in scholis facimus, quod exordio semper sic utimur, quasi cau-
sam iudex iam nouerit. cuius rei licentia ex hoc est, quod ante 4
declamationem illa uelut imago litis exponitur. sed in foro quo-
que contingere istud principiorum genus secundis actionibus po-

r
2 *as*sit **A** 4 procedit **Bn** 6 sunt *om.* b 7 proemii **B**, prohoemii **A** 8 fides **A**: sit fides **B** siue contra **B** 9 uis **A** *in ras.* 13 complures **A**ς omnes **B**ς 14 infinitum **A**: finitimum **B** 16 deficiemus **A**, *sed* s *m. 2* perseuerandum. DE EXORDIO **AB** 18 prohoemium **AB**, *ut fere semper* 19 illis satis claret **A**; *locus exstat usque ad init. § 3 in exc. Cassiod. p. 501* 21 citharedi **B**, chitharoedi **A** 23 nominauerunt **A**: cognominauerunt **B**, cognominarunt *exc. Cass.* eaq. **B** 24 con*ci*liandos **A** iudicium **B**[1] 25 praeloquuntur **A** quod hoemo*niden* **A**, idem *om. exc. Cass.* 26 ingresse **B** 27 uocari *exc. Cass. at cf. 2, 4, 41. 6, 1, 30 etc.* 28 dici **A**: *om.* **B** prosit **B**: possit **A** 29 scolis **B** 30 cui rei **A** 31 illam **B** 32 istut **B**

test, primis quidem raro umquam, nisi forte apud eum, cui res iam aliunde nota sit, dicimus.

5 Causa principii nulla alia est, quam ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus. id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos constat, si beniuolum, attentum, docilem fecerimus, non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia initiis praecipue necessaria, per quae in animum iudicis, ut procedere ultra possimus, admittimur.

6 Beniuolentiam aut a personis ducimus, aut a causis accipimus. sed personarum non est, ut plerique crediderunt, triplex
ratio, ex litigatore et aduersario et iudice: nam exordium duci
7 nonnumquam etiam ab actore causae solet. quamquam enim
pauciora de se ipso dicit et parcius, plurimum tamen ad omnia
momenti est in hoc positum, si uir bonus creditur. sic enim
contingет, ut non studium aduocati uideatur adferre, sed paene
testis fidem. quare in primis existimetur uenisse ad agendum
ductus officio uel cognationis uel amicitiae, maximeque, si fieri
poterit, rei publicae aut alicuius certe non mediocris exempli.
quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est,
ut ad agendum magna atque honesta ratione aut etiam neces-
8 sitate accessisse uideantur. sed ut praecipua in hoc dicentis au-
ctoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordium aut
odiorum aut ambitionis afuerit, ita quaedam in his quoque com-
mendatio tacita, si nos infirmos, inparatos, inpares agentium
contra ingeniis dixerimus, qualia sunt pleraque Messalae prooe-
9 mia. est enim naturalis fauor pro laborantibus, et iudex reli-
giosus libentissime patronum audit, quem iustitiae suae minime
timet. inde illa ueterum circa occultandam eloquentiam simu-
latio, multum ab hac nostrorum temporum iactatione diuersa.
10 uitandum etiam, ne contumeliosi, maligni, superbi, maledici in
quemquam hominem ordinemue uideamur praecipueque eorum,
11 qui laedi nisi aduersa iudicum uoluntate non possunt. nam in
iudicem ne quid dicatur non modo palam, sed quod omnino in-

2 aliunde iam **B** 3 princip*iis* **A** 4 praeparamus b 5 actores **B** 6 feceris *exc. Cass.* 8 iudices **Bg** *1 m.* 9 admitimur **Bn** 10 ducimus — accipimus **Ab**: duci — accepimus **B** 13 ab actore — enim *om.* **Bg** *1 m.* 16 continget **B**: contingit **Ab** afferre a, *om.* **A** 20 ipsis litigatoribus ipsis b 21 atque **A** *in ras.* 22 ut] et b 24 ambitio*nis* **A** abfuerit b 25 infirmos imparatos impares (es **A** *in ras.*) **Ab**: infirmos inpares **B**, infirmos et impares *edd. uett.* 26 ingeniis **B**: ingentes **A** 30 multum **Ab**: multo **B** 31 nec contum. **Bg** *1 m.* 32 ordine*mue* **A** praecipue *dett.* 33 possint **B** 34 quod **B**: ne quod **A**, quod ne b

tellegi possit, stultum erat monere, nisi fieret. etiam partis ad-
uersae patronus dabit exordio materiam, interim cum honore, si
eloquentiam eius et gratiam nos timere fingendo, ut ea suspecta
sint iudici, fecerimus, interim per contumeliam, sed hoc perquam
raro, ut Asinius pro Urbiniae heredibus Labienum aduersarii
patronum inter argumenta causae malae posuit. negat haec 12
prooemia esse Cornelius Celsus, quia sint extra litem. sed ego
cum auctoritate summorum oratorum magis ducor, tum pertinere
ad causam puto quidquid ad dicentem pertinet, cum sit naturale
ut iudices iis, quos libentius audiunt, etiam facilius credant.
ipsius autem litigatoris persona tractanda uarie est: nam tum 13
dignitas eius adlegatur, tum commendatur infirmitas. nonnum-
quam contingit relatio meritorum, de quibus uerecundius dicen-
dum erit sua quam aliena laudanti. multum agit sexus, aetas,
condicio, ut in feminis, senibus, pupillis liberos, parentis, con-
iuges adlegantibus: nam sola rectum quoque iudicem inclinat 14
miseratio. degustanda tamen haec prooemio, non consumenda.
aduersarii uero persona prope isdem omnibus, sed e contrario
ductis inpugnari solet. nam et potentes sequitur inuidia et hu-
miles abiectosque contemptus et turpes ac nocentes odium, quae
tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima. neque 15
haec dicere sat est, quod datur etiam imperitis: pleraque augenda
aut minuenda, ut expediet: hoc enim oratoris est, illa causae.

Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, quod 16
et fieri cum modo debet et est tamen parti utrique commune,
sed si laudem eius ad utilitatem causae nostrae coniunxerimus,
ut adlegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus
iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro laesis seueritatem
et similiter cetera. mores quoque, si fieri potest, iudicis uelim 17
nosse. nam prout asperi, lenes, iucundi, graues, duri, remissi
erunt, aut adsumere in causam naturas eorum, qua conpetent,
aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit. accidit autem interim 18
hoc quoque, ut aut nobis inimicus aut aduersariis sit amicus qui

1 nisi *om.* b etiam **A**, *ut coni. Regius:* etenim **B** 3 et **A**: ad **B**, *ex* adq.? 5 asinius **Ab**: asinus **B** urbinae **Ab** 6 male **A** 9 quicquid **A** 10 his **A** 11 litigatores **Bg** *1 m.* 14 multum agit **B**: multo magis **A** (prosunt etiam et liberi et sexus *etc. Iulius Victor p. 422, 3*) 15 ut **Ab**: *om.* **B** parentes **Aς** 16 nam **A** *in ras.* 17 in principio *Iulius Victor p. 422, 6* consummanda *Regius* (consumenda *Victor quoque*) 18 hisdem **b** 20 contemptus **Ab**: contemptio **B** 23 aut *edd. uett.* ac **AB** illud *edd. uett.* 24 quod fieri **LT** 26 coniuxerimus **Bg** *1 m.* adiunxerimus *dett. pauci* 27 pro humilibus — misericordiam **A** *om. 1 m.* 30 duri remissi *om. Victor* 31 fuerint ita aut *Victor* assumere **ABg** 33 aduersariis **Ab**: aduersario **B**

iudicat: quae res utrique parti tractanda est ac nescio an etiam ei magis, in quam uideatur propensior. est enim nonnumquam prauis hic ambitus, aduersus amicos aut pro iis, quibuscum simultates gerant, pronuntiandi faciendique iniuste, ne fecisse uideantur.
19 fuerunt etiam quidam suarum rerum iudices. nam et in libris obseruationum a Septimio editis adfuisse Ciceronem tali causae inuenio, et ego pro regina Berenice apud ipsam causam dixi. similis hic quoque superioribus ratio est: aduersarius enim fiduciam partis suae iactat, patronus timet cognoscentis uerecundiam.
20 praeterea detrahenda uel confirmanda opinio, praecipue si quam domo uidebitur iudex attulisse. metus etiam nonnumquam est amouendus, ut Cicero pro Milone ne arma Pompei disposita contra se putarent laborauit, nonnumquam adhibendus,
21 ut idem in Verrem facit. sed adhibendi modus alter ille frequens et fauorabilis, ne male sentiat populus romanus, ne iudicia transferantur, alter autem asper et rarus, quo minatur corruptis accusationem, et id quidem in consilio ampliore utcumque tutius (nam et mali inhibentur et boni gaudent), apud singulos uero
22 numquam suaserim, nisi defecerint omnia. quod si necessitas exiget, non erit iam ex arte oratoria, non magis quam appellare, etiamsi id quoque saepe utile est, aut ante quam pronuntiet, reum facere: nam et minari et deferre etiam non orator potest.

23 Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potissimum aliqua in usum principii, quae maxime fauorabilia uidebuntur, decerpi oportebit. quo in loco Verginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quaestionibus singuli
24 sensus in prooemium conferantur. nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quaestiones iudicem praeparandum: in quo uitii nihil erat, nisi in uniuersum id praeciperet, quod nec omnis quaestio patitur nec omnis causa desiderat. nam protinus a petitore primo loco, dum ignota iudici lis est, quo modo ex quaestionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicandae prius. demus aliquas (nam id exiget ratio nonnumquam): etiamne

14. Verr. Act. I inpr. c. 15 sq.

1 etiam **Ab**: *om.* **B** 2 in quem *Francius* uidetur **B** 3 prauis **B**: paruus **A**, prauus *ed. Aldina*, prauus iis *Meister q. Q. II, 16* his **A** 4 gerunt *Obrecht* 6 septimino **AB** afuisse **A** ciceroni A^1 7 causam *ed. Gryph.* eam **Ab** (*ex scriptura* cam), *possis etiam* apud ipsam dixi 8 ratio est aduersarius *om.* **B** 10 praec. si quam **A**: si quam praec. **B**ς 15 faborabilis **A** pop. R.] pr **B**, praetor **A** 20 exiget **A**: exigit **B**ς 25 uirginius **A** 26 ΘΕΟΔωΡω **A** 29 praeciper*et* **A** 30 quaestio **A**: actio **B**, nec — patitur *om.* **FT** *et Ambr. II* protenus **B** 32 indicandae **A** 33 exiget **A**: exigit **B**, exigat **b**

potentissimas omnis, id est totam causam? sic erit in prooemio
peracta narratio. quid uero? si, ut frequenter accidit, paulo est 25
durior causa, non beniuolentia iudicis petenda ex aliis partibus
erit, sed non ante conciliato eius animo nuda quaestionum com-
mittetur asperitas? quae si recte semper initio dicendi tracta-
rentur, nihil prooemio opus esset. aliqua ergo nonnumquam, 26
quae erunt ad conciliandum nobis iudicem potentissima, non
inutiliter interim ex quaestionibus in exordio locabuntur. quae
sint porro in causis fauorabilia, enumerare non est necesse, quia
et manifesta erunt cognita cuiusque controuersiae condicione et
omnia colligi in tanta litium uarietate non possunt. ut autem 27
haec inuenire et augere, ita quod laedit, aut omnino repellere
aut certe minuere ex causa est. miseratio quoque aliquando ex
eadem uenit, siue quid passi sumus graue siue passuri. neque 28
enim sum in hac opinione, qua quidam, ut eo distare prooemium
ab epilogo credam, quod in hoc praeterita, in illo futura dican-
tur, sed quod in ingressu parcius et modestius praetemptanda
sit iudicis misericordia, in epilogo uero liceat totos effundere
adfectus, et fictam orationem induere personis et defunctos ex-
citare et pignora reorum producere: quae minus in exordiis sunt
usitata. sed haec, quae supra dixi, non mouere tantum, uerum 29
ex diuerso amoliri quoque prooemio opus est. ut autem nostrum
miserabilem, si uincamur, exitum, ita aduersariorum superbum,
si uicerint, utile est credi.

Sed ex iis quoque, quae non sunt personarum nec causarum, 30
uerum adiuncta personis et causis, duci prooemia solent. per-
sonis adplicantur non pignora modo, de quibus supra dixi, sed
propinquitates, amicitiae, interim regiones etiam ciuitatesque, et
si quid aliud eius, quem defendimus, casu laedi potest. ad cau- 31
sam extra pertinent tempus, unde principium pro Caelio, locus,
unde pro Deiotaro, habitus, unde pro Milone, opinio, unde in
Verrem, deinceps, ne omnia enumerem, infamia iudiciorum, ex-
spectatio uulgi: nihil enim horum in causa est, ad causam tamen

1 omnes **B**ς 3 durior **Ab**: *om.* **B**, asperior *cod. Vallensis* alis **B** 6 ergo **Bg** *corr. ex* ego numquam **B** 7 querunt **Bg** *1 m.* 9 faborabilia **A**, fauorabiles **B** quia **A**: q̄ (*i. e.* quae) **B** 12 reppellere **Bg** 14 siue quod **A** 16 dicantur **B** *et exc. Cass. (p. 502, 13)*: dicentur **A** 17 in *om.* **A** *et exc. Cass.* 18 sit **A** *et exc. Cass.* est **Bn** *et* b, *om.* **Bg** 20 pignera **B**, *sed § 30* pignora reorum **A**, *ut coni. Spalding*: eorum **B** *et cod. Bern. Cass.* in **Ab** *et exc. Cass. om.* **B** exordis **B**, prooemiis *exc. Cass.* 25 his **AB** 27 applicantur **A** 28 propinquita*tes* **A** 29 quod b casu laedi **B**: causale dici **Tb**, causale duci **A** *in ras. 2 m.* 30 pertinent **A**: pertinet **B** coelio **B** 32 enumerem **Ab**: enumerentur **B** infamia **A**: fama **B**

32 pertinent. adicit Theophrastus ab oratione principium, quale uidetur esse Demosthenis pro Ctesiphonte, ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis, quam eo modo, quem actione accusator praescripserit.

33 Fiducia ipsa solet opinione adrogantiae laborare. faciunt fauorem et illa paene communia, non tamen omittenda, uel ideo ne occupentur: optare, abominari, rogare, sollicitum agere: quia plerumque attentum iudicem facit, si res agi uidetur noua, magna, atrox, pertinens ad exemplum, praecipue tamen, si iudex aut sua uice aut rei publicae commouetur, cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, uanitate denique, si id profuturum cre-
34 demus, agitandus est. sunt et illa excitandis ad audiendum non inutilia, si nos neque diu moraturos neque extra causam dicturos existiment. docilem sine dubio et haec ipsa praestat attentio, sed et illud, si breuiter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicauerimus: quod Homerus atque Vergilius ope-
35 rum suorum principiis faciunt. nam is eius rei modus est, ut propositioni similior sit quam expositioni, nec quo modo quidque sit actum, sed de quibus dicturus sit orator ostendat. nec uideo quod huius rei possit apud oratores reperiri melius exem-
36 plum quam Ciceronis pro A. Cluentio. A n i m a d u e r t i, i u d i c e s, o m n e m a c c u s a t o r i s o r a t i o n e m i n d u a s d i u i s a m e s s e p a r t e s: q u a r u m a l t e r a m i h i n i t i e t m a g n o o p e r e c o n f i d e r e u i d e b a t u r i n u i d i a i a m i n u e t e r a t a i u d i c i i I u n i a n i, a l t e r a t a n t u m m o d o c o n s u e t u d i n i s c a u s a t i m i d e e t d i f f i d e n t e r a t t i n g e r e r a t i o n e m u e n e f i c i i c r i m i n u m, q u a d e r e l e g e e s t h a e c q u a e s t i o c o n s t i t u t a. id tamen totum respondenti facilius est quam proponenti, quia
37 hic admonendus iudex, illic docendus est. nec me quamquam magni auctores in hoc duxerint, ut non semper facere attentum ac docilem iudicem uelim: non quia nesciam, id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa, qualis ea sit non intellegi, uerum

21. § 1.

1 pertinent **A**: pertinet **B** *adi*cit **A** theofrastus **A**, theofractus **B** ab actione *ed. Aldina* 2 cthesifonte **B** 3 quam **B** *corr. ex* quem accusator actione **B** 4 praescripseris **B** 8 attentum quoque *Regius* iud **B**, *ut plerumque in hac uoce* 11 credemus **B**: credimus **A** b 13 di*u mo*raturos **A** 14 docilem s. d. haec ipsa praestabunt, attentio et beneuolentia, sed et illud *Victor p. 423, 3* 16 indicauerimus **A** b: indicarimus **B**, indicemus *Victor* uirgilius b 17 is eius rei **A**: istius rei **B**, cuius rei (*sine* nam) *Victor* 18 quidque **A** *et Victor:* quoque **B** 20 repperiri **A** 21 A. *om.* **A** 23 niti **B**: initi **A**, inici b magno opere **A**: magnopere **B**ς 26 difficulter **A** beneficii b 27 cons*tituta* **A** 29 ammonendus **A** 30 magni *om* **B**g *1 m.*

quia istud non neglegentia iudicis contingit, sed errore. dixit 38
enim aduersarius et fortasse persuasit: nobis opus est eius diuersa
opinione, quae mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea,
quae dicemus, docilem et intentum. quid ergo est? inminuenda
quaedam et leuanda et quasi contemnenda esse consentio ad
remittendam intentionem iudicis, quam aduersario praestat, ut
fecit pro Ligario Cicero. quid enim agebat aliud ironia illa, 39
quam ut Caesar minus se in rem tamquam non nouam intenderet? quid pro Caelio, quam ut res expectatione minor uideretur?

Verum ex iis, quae proposuimus, aliud in alio genere causae 40
desiderari palam est. genera porro causarum plurimi quinque
fecerunt: honestum, humile, dubium uel anceps, admirabile, obscurum, id est ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. sunt quibus recte uidetur adici turpe,
quod alii humili, alii admirabili subiciunt. admirabile autem 41
uocant, quod est praeter opinionem hominum constitutum. in ancipiti maxime beniuolum iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debemus. nam honestum quidem ad conciliationem satis per se ualet, admirabili et turpi remediis opus est.

Eo quidam exordium in duas diuidunt partis, principium 42
et insinuationem, ut sit in principiis recta beniuolentiae et attentionis postulatio: quae quia esse in turpi causae genere non possit, insinuatio subrepat animis, maxime ubi frons causae non satis honesta est, uel quia res sit improba uel quia hominibus parum probetur, aut si facie quoque ipsa premitur uel inuidiosa consistentis ex diuerso patroni aut patris uel miserabili senis,
caeci, infantis. et quidem quibus aduersus haec modis sit me- 43
dendum, uerbosius tradunt materiasque sibi ipsi fingunt et ad morem actionum persecuntur: sed hac cum oriantur ex causis, quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter

5 laeuanda **A**, eleuanda *Badius haud scio an recte* contempnenda **B**, contendenda **A** 6 quae aduersario praestatur **A**, *sed habet sequens* ut *s. l.* 8 se **B**: *om.* **Ab** 11 his **Ab** proposuimus **Ab**: proposui **B** 13 ammirabile **A**, *item alias* 15 sunt *om.* **A** quibus **AB**: quibusdam **a** ui- a detur **Ab**: uidetur **Bn**, uideatur **Bg** 16 humili **Bg** *partim ex corr.* 20 in admirabili **B** 22 eo quidam **A**: et eo quidem **B** partes **Aς** 24 quia *om.* **B** esse **Ab**: ē (*pro* ee) **B** 25 animus **B**, animos **b** fors **B** 28 miserabili *Spalding:* miserabilis *libri* 29 *Et* quid*am* **A** 30 sibi ipsi **A**: ipsi sibi **B** pingunt **b** 31 prosecuntur **B**, prosequuntur **A**, *em. in edd. ueteribus; an* pros. *dictum est ut 2, 6, 1?* haec cum **AB**, *em. Stoerius* moriantur **A**[1]

44 conprenduntur, in infinitum sunt extrahendae. quare singulis consilium ex propria ratione nascetur. illud in uniuersum praeceperim, ut ab iis, quae laedunt, ad ea, quae prosunt, refugiamus. si causa laborabimus, persona subueniat, si persona, causa: si nihil quod nos adiuuet erit, quaeramus quid aduersarium laedat: nam ut optabile est plus fauoris mereri, sic proximum odii

45 minus. in iis, quae negari non potuerint, elaborandum, ut aut minora, quam dictum est, aut alia mente facta aut nihil ad praesentem quaestionem pertinere aut emendari posse paenitentia aut satis iam punita uideantur. ideoque agere aduocato quam litigatori facilius, quia et laudat sine adrogantiae crimine et

46 aliquando utiliter etiam reprehendere potest. nam se quoque moueri interim finget, ut pro Rabirio Postumo Cicero, dum aditum sibi ad aures faciat et auctoritatem induat uera sentientis, quo magis credatur uel defendenti eadem uel neganti. ideoque hoc primum intuebimur, litigatoris an aduocati persona sit utendum, quotiens utrumque fieri potest: nam id in schola liberum est, in foro rarum, ut sit idoneus suae rei quisque defensor.

47 declamaturus autem maxime positas in adfectibus causas propriis personis debet induere. hi sunt enim, qui mandari non possunt,

48 nec eadem ui profertur alieni animi qua sui motus. his etiam de causis insinuatione uidetur opus esse, si aduersarii actio iudicum animos occupauit, si dicendum apud fatigatos est: quorum alterum promittendo nostras probationes et aduersas eludendo uitabimus, alterum et spe breuitatis et iis, quibus attentum fieri

49 iudicem docuimus. et urbanitas oportuna reficit animos et undecumque petita iudicis uoluptas leuat taedium. non inutilis etiam est ratio occupandi quae uidentur obstare, ut Cicero dicit scire se mirari quosdam, quod is, qui per tot annos defenderit multos, laeserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit: deinde ostendit, hanc ipsam esse sociorum

28. Diu. in Caec. § 1.

1 comprehenduntur **A**, comprehendantur *al.* 2 praeceperimus b, praeceptum sit *Victor p. 422, 26* 3 his **AB** 4 laborauimus **B** 5 fuerit *Victor* quaer. quod *Spald. malebat* (quid *Victor quoque*) 6 nam ut **B**: ut enim **A** *solus* 7 his **A** potuerint **A**: poterunt **B** 9 poenitentia aς 10 agre **B** 11 qui et b 13 aditum **A**: aditus **B** 14 induat** uer*a* **A** sentientes **Bg** *1 m.* 16 intuebimur *Spalding:* intuemur **AB**, intueamur *al.* 17 id **A** *s. l.* 18 fororo **A** suae **Ab**: sui **B**, suae quisque rei *Meister* 19 declamaturus **Bn** *corr. 1 m. ex* declamatores 21 profertur *Slothouwerus (in Actis litt. soc. Traiect. 3, 126):* perfertur **AB** qua **B**: quam **Ab** sui **A** *sed* s *in ras.* 22 aduersari **B** 24 eluendo a 25 et spe **Ab**: spe **B** *haud scio an rectius* his **A** 26 animus **A**[1] *ut uidetur* 27 uoluntas **B** 28 scire seminari **B** 30 mult*os* **A** 31 inde **A** esse **A**, *ut coni. Gesner:* *om.* **B**

defensionem, quod schema πρόληψις dicitur. id cum sit utile 50
aliquando, nunc a declamatoribus quibusdam paene semper ad-
sumitur, qui fas non putant nisi a contrario incipere.

Negant Apollodorum secuti tris esse de quibus supra diximus
praeparandi iudicis partes, sed multas species enumerant, ut ex
moribus iudicis, ex opinionibus ad causam extra pertinentibus,
ex opinione de ipsa causa, quae sunt prope infinitae, tum iis,
ex quibus omnes controuersiae constant, personis, factis, dictis,
causis, temporibus, locis, occasionibus, ceteris. quas ueras esse 51
fateor, sed in haec genera reccidere. nam si iudicem beniuolum,
attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non re-
perio: cum metus ipse, qui maxime uidetur esse extra haec, et
attentum iudicem faciat et ab aduerso fauore deterreat.

Verum quoniam non est satis demonstrare discentibus, quae 52
sint in ratione prooemii, sed dicendum etiam, quo modo perfici
facillime possint, hoc adicio, ut dicturus intueatur, quid, apud
quem, pro quo, contra quem, quo tempore, quo loco, quo rerum
statu, qua uulgi fama dicendum sit: quid iudicem sentire credi-
bile sit, antequam incipimus: tum, quid aut desideremus aut
deprecemur. ipsa illum natura eo ducet, ut sciat, quid primum
dicendum sit. at nunc omne, quo coeperunt, prooemium putant, 53
et ut quidque succurrit, utique si aliqua sententia blandiatur,
exordium. multa autem sine dubio sunt et aliis partibus causae
communia, nihil tamen in quaque melius dicitur, quam quod
aeque bene dici alibi non possit. multum gratiae exordio est, 54
quod ab actione diuersae partis materiam trahit, hoc ipso, quod
non compositum domi, sed ibi atque ex re natum, et facilitate
famam ingenii auget et facie simplicis sumptique ex proximo
sermonis fidem quoque adquirit: adeo ut, etiamsi reliqua scripta
atque elaborata sint, tamen plerumque uideatur tota extemporalis
oratio, cuius initium nihil praeparati habuisse manifestum est.
frequentissime uero prooemium decebit et sententiarum et com- 55
positionis et uocis et uultus modestia, adeo ut in genere causae

---

1 prolemsis **Bn**, prolempsis **ABg** 4 tres **Aς** supra *om.* **B** 6 ad causam — ex opinione **Ab**: *om.* **B**; *an locus interpolatus est ex § 31?* 7 tum **a**: cum **A**(?)**B** his **A** 10 reccidere **B**: recidere **Ab**, *sed* **A** re *m.2 in ras.* 11 reperiam **b** 15 perfici *edd. uett. (uelut Veneta 1494)*: perspici **AB**, percipi *ed. Camp.* 16 dicturos **b** quid *cod. Iulii Victoris p. 421, 20 (teste Du Rieu)*: qui **B**, cui **A** 18 uolgi **A** 19 incipi*mus* **A** quid aut **B**: quid **Ab** 20 eo *om.* **B** 21 quo **A**: quod **B** primum putant *coni. Spalding* 23 s. dubio sunt et aliis partibus c. c. **A**, *ut fere coni. (Pseudo) Turnebus*: s. dubio ex aliis partibus sunt aut aliis partibus c. c. **B** 24 ducitur **B** 25 exordium **Ab** 28 et facile **A** ex **Ab**: et **B** 30 temporalis **b** 31 praeparati **A**: praeparatum **B**

etiam indubitabili fiducia se ipsa nimium exerere non debeat. odit enim iudex fere litigantis securitatem, cumque ius suum
56 intellegat, tacitus reuerentiam postulat. nec minus diligenter, ne suspecti simus illa parte, uitandum est, propter quod minime ostentari debet in principiis cura, quia uidetur ars omnis dicentis
57 contra iudicem adhiberi. sed ipsum istud euitare summae artis. nam id sine dubio ab omnibus, et quidem optime, praeceptum est, uerum aliquatenus temporum condicione mutatur, quia iam quibusdam in iudiciis maximeque capitalibus aut apud centumuiros ipsi iudices exigunt sollicitas et accuratas actiones contemnique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt,
58 nec doceri tantum, sed etiam delectari uolunt. et est difficilis huius rei moderatio: quae tamen ita temperari potest, ut uideamur accurate, non callide dicere. illud ex praeceptis ueteribus manet, ne quod insolens uerbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta uetustate aut poetica licentia sumptum in prin-
59 cipio deprehendatur: nondum enim recepti sumus et custodit nos recens audientium intentio: magis conciliatis animis et iam calentibus haec libertas feretur, maximeque cum in locos fuerimus ingressi, quorum naturalis ubertas licentiam uerbi notari circum-
60 fuso nitore non patitur. nec argumentis autem nec locis nec narrationi similis esse in prooemio debet oratio, neque tamen deducta semper atque circumlita, sed saepe simplici atque inlaboratae similis nec uerbis uultuque nimia promittens: dissimulata enim et, ut Graeci dicunt, ἀνεπίφατος actio melius saepe subrepit. sed haec, prout formari animum iudicum expediet.

61 Turbari memoria uel continuandi uerba facultate destitui nusquam turpius, cum uitiosum prooemium possit uideri cicatricosa facies: et pessimus certe gubernator, qui nauem, dum
62 portu egreditur, inpegit. modus autem principii pro causa: nam breue simplices, longius perplexae suspectaeque et infames desi-

1 exerere **B**: exercere **Ab** non **A** *s. l.* 4 suspectissimus **Bg** *1 m.* illa *Regius:* ulla *libri* est **Ab**: *om.* **B** 5 quia **Ab**: *om.* **B** 6 artis **AB**: artis est **ab** 8 tempus cum condicione **A** iam *om.* **B**, *cf. Vict. p. 423, 18* 9 in iudiciis **A**: in iud **B**, iudiciis **b** 12 sed etiam *in* **B** *bis scriptum* 13 ita temperari] *sic* **A** *quoque* 14 illud *om.* **A** 15 maneat *malebat Meyer* tralatum **B** 16 aut a poetica **B** 17 nondum enim **A** *in ras.* 19 locis **A**[1] *ut uidetur* 20 circumfuse **Bg** *1 m.* 23 circumlita **Ab**: circumlata **B**ς, *cf. 1, 11, 6* 24 dissimilata **Bg** *1 m.* 25 ut et **B** ἀνεπίφαντος *Meyer ex coni. Schaeferi* 26 prout **ABnb**: ut **Bg** 27 memoriam **A** *et cod. Iulii Victoris, cf. 12, 5, 4* colore mutari 28 ut cicatricosa *Regius* 29 facie sed **A**[1] *ut uidetur* nau*em* dum **A**, nauendum **Bg** *1 m.* 30 portu **A**: portum **B** *post* inpegit *in* **A** *duodecim fere litterae erasae sunt* autem **B**: *om.* **Ab** 31 breue **B**: breuius **Ab**, *sed* ius **A** *in ras.* imfames **A**

derant. ridendi uero, qui uelut legem prooemiis omnibus dederunt, ut intra quattuor sensus terminarentur. nec minus euitanda est inmodica eius longitudo, ne in caput excreuisse uideatur et quo praeparare debet fatiget. sermonem a persona iudicis auer- 63 sum, quae ἀποστροφή dicitur, quidam in totum a prooemio submouent, nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. nam prosus esse hoc magis secundum naturam confitendum est, ut eos adloquamur potissimum, quos conciliare nobis studemus. interim tamen et est prooemio necessarius sensus aliquis, et hic 64 acrior fit atque uehementior ad personam derectus alterius. quod si accidat, quo iure aut qua tanta superstitione prohibeamur dare per hanc figuram sententiae uires? neque enim istud scriptores 65 artium, quia non liceat, sed quia non putent utile, uetant. ita, si uincet utilitas, propter eandem causam facere debebimus, propter quam uetamur. et Demosthenes autem ad Aeschinen 66 orationem in prooemio conuertit, et M. Tullius cum pro aliis quibusdam, ad quos ei uisum est, tum pro Ligario ad Tuberonem: nam erat multo futura languidior, si esset aliter figurata, 67 quod facilius cognoscet, si quis totam illam partem uehementissimam, cuius haec forma est 'habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum' et cetera conuertat ad iudicem: tum enim uere auersa uideatur oratio et languescat uis omnis, dicentibus nobis: habet igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum: illo enim modo pressit atque institit, hoc tantum indicasset. quod idem in Demosthene, si flexum illi mu- 68 taueris, accidit. quid? non Sallustius derecto ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, usus est principio, et quidem protinus? 'Grauiter et iniquo animo maledicta tua paterer, M.

20. c. 1, § 2.

1 legem **A**: leges **B** 2 intra q. sensus *om.* **B** 4 praeparare **Ab**: praeparari **B**, quod praeparare *Spalding*, quos praeparare *Badius* 5 quae **Ab**: *om.* **B** ΑΠΟCΤΡΟΦΗΝ **b** submouent **A**: summouent **B** 6 in hac persuasione **A** deducti **A** *haud scio an recte* 7 prosus **B**: prorsus **Ab** 8 adlocamur **B** studeamus **Bg**, *sed* a *erasa* 9 est **Bn** *s. l.* est et *Meyer* hoc prohoemio **B** hic **A**: is **B** *et rell.* 10 derectus **B**: directus **Ab**ς 11 prohibeamur **A**: prohibemur **B** 12 istut **A**[1] *ut saepius* 13 putent **AB**: putant *ed. Camp. quod utique exspectares, cf. tamen 6, 3, 48. 7, 3, 9(?). 9, 1, 23. 9, 4, 133. 12, 11, 16* debemus **Bn** *1 m.* 15 et *om. m. 3 in* **Bg**, *at cf. § 60. 4, 5, 26 et Handii Tursell. I, 584* domosthenes **B** 16 oratione **A**[1] M. **Ab**: *om.* **B** 18 figura **B** 19 totam illam **A**: illam totam **B** uehementissimam leget **b** 21 accusatori **A** 22 aduersa **A** languescat uis **B**: languere actus **A** 25 tantum **A** *in ras.* demosthenem **B**, demosthenen **A** illi **B**: ille **A**[1] *ut uidetur,* illum **a** *et Regius* mutaueris **A** 26 quid **A**, *sed* i *in ras.*, quid — abutere *insiticia putabat Cortius ad Sall. p. 1048; at cf. 9, 3, 89 et Spald. ad h. l.* nonne *Meyer* derecto **B**: directo **A**ς 27 protenus **B**

Tulli', sicut Cicero fecerat in Catilinam: Quo usque tan-
69 dem abutere? ac ne quis apostrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis (nam bis eundem defendit) prosopopoeia loquentis pro reo utitur, pro Rabirio uero Postumo eodemque Scauro reo repetundarum etiam
70 exemplis, pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione. non tamen haec, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt, sed quotiens praeceptum uicerit ratio: quo modo et similitudine, dum breui, et translatione atque aliis tropis, quae omnia cauti illi ac diligentes prohibent, utemur interim, nisi cui diuina illa
71 pro Ligario ironia, de qua paulo ante dixeram, displicet. alia exordiorum uitia uerius tradiderunt. quod in pluris causas accommodari potest, uulgare dicitur: id minus fauorabile aliquando tamen non inutiliter adsumimus, magnis saepe oratoribus non euitatum: quo et aduersarius uti potest, commune appellatur: quod aduersarius in suam utilitatem deflectere potest, commutabile: quod causae non cohaeret, separatum, quod aliunde trahitur, tralatum: praeterea quod longum, quod contra praecepta est: quorum pleraque non principii modo sunt uitia, sed totius orationis.

72 Haec de prooemio, quotiens erit eius usus, non semper autem est: nam et superuacuum aliquando est, si sit praeparatus satis etiam sine hoc iudex aut si res praeparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos iudices negat. aliquando tamen uti nec si uelimus eo licet, cum iudex occupatus, cum angusta sunt tempora, cum maior potestas ab ipsa
73 re cogit incipere. contraque est interim prooemii uis etiam non exordio: nam iudices et in narratione nonnumquam et in argumentis ut attendant et ut faueant rogamus, quo Prodicus uelut

24. Rhet. 3, 14.

1 tandem **A** *in ras.* 2 ΑΠΟCΤΡΟΦΗΝ **A**, apostrofen **B** 3 commentaris **B** 4 reo utitur **B**: eo rei p̃. **A** 7 bene **A** *1 m. in ras.* 9 breui et **A**: breuis et **B**, breui set **b** translatione **b**: tralatione **B**, relatione **A** 10 nisi **A** *et Buttmann (ad 12, 9, 11)*: si **B**, nisi si *edd. uett.* 11 de *om.* **A**[1] displi*cet* **A** 12 ueri*us* **A** plures **B**ꞩ 13 faburabile **A**[1] 14 non **A** *in ras.* assumimus **A** 16 comutabile **B** 17 **haeret **A** (et haeret **A**[1]?) se*p*aratum **A**, separatim **Bn** *et 1 m.* **Bg** quod ** **A** 18 tralatum **AB**: translatum **ab** praeterea — praecepta est *ut glossema Meyerus inclusit; mirum sane quod prooemiorum longitudo iterum reprehenditur cf.* § 62 22 est *om.* **A**, *malis* erit *repetitum* 23 egeat **A**: eget **B**, *quod uerum uidetur, si supra scribas* si est praeparatus (si praeparatus — eget *Meister q. Q. II, 9*) 24 aristotelis qu*idem* **A** id **Bg** *ex corr.* 27 contra quae **A** est i. prohoemii **Ab**, *om.* **B** non exordio **B**: non in exordio **A**; *cf. Spald. ad h. l.* 29 prodigus **AB**

dormitantes eos excitari putabat, quale est: tum C. Varenus, 74
is qui a familia Anchariana occisus est—hoc quaeso,
iudices, diligenter attendite. utique si multiplex causa
est, sua quibusque partibus danda praefatio est, ut 'audite nunc
reliqua' et 'transeo nunc illuc'. sed in ipsis etiam probationi- 75
bus multa funguntur prooemii uice, ut facit Cicero pro Cluentio
dicturus contra censores, pro Murena, cum se Seruio excusat.
uerum id frequentius est, quam ut exemplis confirmandum sit.

Quotiens autem prooemio fuerimus usi, tum siue in expo- 76
sitionem transibimus siue protinus ad probationem, id debebit
in principio postremum esse, cui commodissime iungi initium
sequentium poterit. illa uero frigida et puerilis est in scholis 77
adfectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam
et huius uelut praestigiae plausum petat, ut Ouidius lasciuire in
Metamorphosesin solet, quem tamen excusare necessitas potest,
res diuersissimas in speciem unius corporis colligentem. oratori 78
uero quid est necesse subripere hanc transgressionem et iudicem
fallere, qui, ut ordini rerum animum intendat, etiam commo-
nendus est? peribit enim prima pars expositionis, si iudex nar-
rari nondum sciet. quapropter, ut non abrupte cadere in nar- 79
rationem, ita non obscure transcendere est optimum. si uero
longior sequetur ac perplexa magis expositio, ad eam ipsam prae-
parandus iudex erit, ut Cicero saepius, sed et hoc loco fecit:
paulo longius exordium rei demonstrandae repetam,
quod, quaeso, iudices, ne moleste patiamini: princi-
piis enim cognitis multo facilius extrema intellegetis.
haec fere sunt mihi de exordio comperta.

II. Maxime naturale est et fieri frequentissime debet, ut
praeparato per haec, quae supra dicta sunt, iudice res, de qua
pronuntiaturus est, indicetur: haec est narratio. in qua sciens 2
transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam, plura eius
genera facientium. non enim solam uolunt esse illam negotii,

6. p. Clu. c. 42. p. Mur. c. 3. 23. p. Cluent. 4, 11.

1 qualest **Bn** *et 1 m.* **Bg** tum **B**: tum cum **A** 2 is *addidit ed. Gryph. cf. 9, 2, 56* 4 quibus quae **Bg**, quibus b 5 reliquia **Bg** *ante rasuram* illuc **B**: illud **Ab** 8 exemplis **Ab**: exemplo **B** 9 in **Ab**: ad **B**ς; *cf. lex. Bonnelli* 10 decebit *coni. Spalding* 12 consequentium b 13 affectatio **A**, adfectio **B** aliquem **B** 14 petant *Spalding (probante Schneidero in Gramm. lat. II, 423), ne* praestigiae *genetiuo singularis accipi cogatur* 15 metamorphosin **B**, metamorfosi **A** 17 subripere **A**: surripere **B**ς 20 siciet **Bn**, sitiet **Bg** *1 m.* 22 sequitur b 23 set et **B** 24 petam *libri Tulliani* 27 comperta. DE NARRATIONE **AB** 30 hec **A**[1], ea **B** sciens *om.* **B** 31 trancurram **B** quorumdam **A** 32 uolunt **A** *in ras.* negoti **B** *1 m.*

de quo apud iudices quaeritur, expositionem, sed personae, ut
M. Lollius Palicanus, humili loco Picens, loquax ma-
gis quam facundus: loci, ut oppidum est in Hellesponto,
Lampsacum, iudices: temporis, ut

uere nouo, gelidus canis cum montibus umor
liquitur:

causarum, quibus historici frequentissime utuntur, cum exponunt,
3 unde bellum, seditio, pestilentia. praeter haec alias perfectas,
alias inperfectas uocant: quod quis ignorat? adiciunt expositio-
nem et praeteritorum esse temporum, quae est frequentissima,
et praesentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum Chry-
sogoni, postquam est nominatus, et futurorum, quae solis dari
uaticinantibus potest: nam ὑποτύπωϲιϲ non est habenda narratio.
sed nos potioribus uacemus.

4 Plerique semper narrandum putauerunt: quod falsum esse
pluribus coarguitur. sunt enim ante omnia quaedam tam breues
5 causae, ut propositionem potius habeant quam narrationem. id
accidit aliquando utrique parti, cum uel nulla expositio est, uel
de re constat, de iure quaeritur, ut apud centumuiros: 'filius an
frater debeat esse intestatae heres', 'pubertas annis an corporis
habitu aestimetur': aut cum est quidem in re narrationi locus,
sed aut ante iudici nota sunt omnia aut priore loco recte ex-
6 posita. accidit aliquando alteri, et saepius ab actore, uel quia
satis est proponere uel quia sic magis expedit. satis est dixisse:
'certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto
ex testamento'. diuersae partis expositio est, cur ea non debe-
7 antur. et satis est actori et magis expedit sic indicare: 'dico
ab Horatio sororem suam interfectam'. namque et ex propo-
sitione iudex crimen omne cognoscit, et ordo et causa facti pro

2. ex Sall. Hist. (IV, 25), ut patet ex Gellii N. A. 1, 15, 12. 3. Cic. Verr. I, 24, 63. 5. Verg. Georg. 1, 43. 11. p. Rosc. Am. c. 22.

2 M. Lollius *Pighius*: m. ollius **A**, macilius **B**, m̃. aolius **b**; *cf. Pseudo-Asc. ad Cic. Verr. I, 47, 122, ubi ed. princ. habet* Iolius humilio loquo **B**
4 lampsacum **Ab** (lam **A** *in ras.*): lampacum **B** iudices *om.* **b**
5 humor **ab** 6 loquitur **Bg** *1 m.* 9 alias inperfectas **Ab**: *om.* **B** 11 chrysogoni **A**: chrysogonus **B** *et rell.* 14 sed **Ab**: *om.* **B** 16 enim ante omnia **A** *in ras.* 18 parti **A** 19 *fort.* constat et 20 inthestatae **Bg** corp. habitu (u *in ras.*) **A**: habitu corp. **B** 21 extimetur **B** in re **Ab**: *om.* **B** narrationis **A** 22 ante aut **B**, aut ante aut **Tb** 24 proponere — satis est *om.* **Tb** 25 extipulatione **B** legatum **Ab**: *om.* **B**, *cf. Victor p. 425, 33* 26 debeatur *Victor* 27 expedit sic indicare **Ab**: *om.* **B** 28 oratio **A** namque **B**: nam cum **A**, *sed* cum *2 m. in ras.* et ex *nos*: et *libri (sed* **A** et propositione *in ras. 1 m.)*, ex *Badius* 29 *iudex* **A** cognoscit **Ab**: cognouit **B**

aduersario magis est. reus contra tunc narrationem subtrahet, 8
cum id, quod obicitur, neque negari neque excusari poterit, sed
in sola iuris quaestione consistet, ut in eo, qui, cum pecuniam
priuatam ex aede sacra subripuerit, sacrilegii reus est, confessio
uerecundior est quam expositio: 'non negamus de templo pecu-
niam esse sublatam, calumniatur tamen accusator actione sacri-
legii, cum priuata fuerit, non sacra: uos autem de hoc cogno-
scetis, an sacrilegium sit admissum'.

Sed ut has aliquando non narrandi causas puto, sic ab illis 9
dissentio, qui non existimant esse narrationem, cum reus, quod
obicitur, tantum negat: in qua est opinione Cornelius Celsus,
qui condicionis huius esse arbitratur plerasque caedis causas et
omnis ambitus ac repetundarum. non enim putat esse narra- 10
tionem, nisi quae summam criminis, de quo iudicium est, con-
tineat, deinde fatetur ipse pro Rabirio Postumo narrasse Cice-
ronem: atqui ille et negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam,
qua de re erat quaestio constituta, et in hac narratione nihil de
crimine exposuit. ego autem magnos alioqui secutus auctores 11
duas esse in iudiciis narrationum species existimo, alteram ipsius
causae, alteram rerum ad causam pertinentium expositionem.
'non occidi hominem' nulla narratio est, conuenit: sed erit aliqua, 12
et interim etiam longa, contra argumenta eius criminis, de ante
acta uita, de causis, propter quas innocens in periculum dedu-
catur, aliis, quibus incredibile id quod obicitur fiat. neque enim 13
accusator tantum hoc dicit 'occidisti', sed quibus id probet narrat,
ut in tragoediis, cum Teucer Ulixen reum facit Aiacis occisi
dicens, inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus ini-
mici cum gladio cruento, non id modo Ulixes respondet, non

---

1 subtrahit **B** 2 excusare **Bg**, *non item* **Bn** sed in sola] *interciderunt in* **A** *schedae prima et ultima (inde a p. 204, 6) quaternionis, sed quae desunt suppleta sunt manu fere aequali; in hac quoque parte correctiones sunt ab eadem manu qua per totum codicem* 4 aede **AB**: sede b sacrilegi **B** est **Ab**: *om.* **B** 5 expotio **A** pecuniam de templo **B** 6 calumpniatur **Bg** *1 m.* 7 cognoscetis **Ab**: cognoscitis **B**, *cf. Kays. in Jahrb. f. Phil. 1866 p. 841 sq.* 9 narrandi **Ab**: mirandi **B** 10 non existimant (existiment b) esse narrationem **Ab**: non esse existiment **B**, non ex. prodesse narrationem *Bondam Var. Lectt. p. 366* 13 repetundarum **ABn**: repetendarum **Bg**, *sic item § 14* narrationis **B** 14 contineat **A**: continet **B**, contineant b 15 fateatur **B** 16 atqui **A**, *ut coni. Regius*: atque **B** 17 re *om.* **Bg** *1 m.* de *re erat quest*io **A** hanc b 18 aliosqui **A**[1] *ut uidetur* 20 alteram — expositionem **A** *2 m. in ras.* alteram in rerum causa (causam b) pertinentium expositione **B**, *unde conicias, praesertim cum haec* **A** *in ras. habeat:* alteram in ipsius causae, alteram in rerum . . expositione 21 narratio **B**: ratio **Ab** 24 aliisque *Regius* 26 tragoedis **B** ulixem **B**

esse a se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse: de laude inter ipsos certatum: deinde subiungit, quo modo in eam solitudinem uenerit, iacentem examinem sit conspicatus, gladium e uulnere extraxerit. his subtexitur argu-
14 mentatio. sed ne illud quidem sine narratione est, dicente accusatore: 'fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est' 'non fui': dicendum enim, ubi fuerit. quare ambitus quoque causae et repetundarum hoc etiam plures huiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina: in quibus ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria resistendum est, in-
15 terdum singulis, interdum uniuersis. an reus ambitus male narrabit, quos parentes habuerit, quemadmodum ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descenderit? aut qui repetundarum insimulabitur, non et ante actam uitam, et quibus de causis prouinciam uniuersam uel accusatorem aut testem offenderit, non
16 inutiliter exponet? quae si narratio non est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium: A. Cluentius Habitus. nihil enim hic de ueneficio, sed de causis, quibus ei
17 mater inimica sit, dicit. aliae quoque sunt pertinentes ad causam, sed non ipsius causae narrationes, uel exempli gratia, ut in Verrem de L. Domitio, qui pastorem, quod is aprum, quem ipsi muneri optulerat, exceptum esse a se uenabulo confessus
18 esset, in crucem sustulit: uel discutiendi alicuius extrinsecus criminis, ut pro Rabirio Postumo: nam ut uentum Alexandriam est, iudices, haec una ratio a rege proposita Postumo est seruandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset: uel augendi, ut describitur iter Verris.
19 Ficta interim narratio introduci solet, uel ad concitandos

17. c. 5, 11. 21. V, c. 3. 24. c. 10, 28. 28. Verr. V, c. 10 sq.

1 a se *om.* b nullus **A** *in ras. 1 m.* 2 ipsos **AB**: omnes **T** *(lectio* b *erasa est)* 4 uolnere **A** ettraxerit **A**[1] 5 sed **Ab**: et **B** 6 in qua b 9 potuerunt **A** quod *Regius* quidam **A**[1] 10 est *Spalding:* et **AB** 13 quis **B**, si quis *corr.* **T** repetundarum ins. **B**: repet. crimine ins. **Ab**, *sed* **A** crimine in *in ras. minoris spatii* 14 de **Ab**: *om.* **B** 15 prouinciam *Badius:* per prouinciam *libri,* uel prou. *Regius* uel **Ab**: *om.* **B** non utiliter exponit **B** 17 acluentius b, aduentius **B** 18 Habitus] *sic mei* beneficiis b 19 aliae *Gesner:* illae **A**, duae **B**, ille b 20 narrationis **Bg** *1 m.* 21 uerre **A**[1] de l. **B**: uel **Ab** 22 munere a *(lectio* **A** *ignoratur)* obtulerant *Burman* 23 discutiendi **Ab**: excutiendi **B** 24 ut **Ab**: uel **B** pro *om.* **B** alexandream est **A**, est alexandriam *Cic.* 29 facta *Spalding admodum probabiliter; an haec* ficta i. n. introduci solet *inducenda sunt? ut oratio sic continuetur:* uel augendi, ut d. iter Verris, uel ad concitandos iudices uel **Ab**: *om.* **B**

iudices, ut pro Roscio circa Chrysogonum, cuius paulo ante
habui mentionem: uel ad resoluendos aliqua urbanitate, ut pro
Cluentio circa fratres Caepasios: interdum per digressionem de-
coris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina. in his
quondam locis mater filiam quaesisse dicitur. quae
omnia eo pertinent, ut appareat non utique non narrare eum,
qui negat, sed illud ipsum narrare, quod negat.

Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est a me po- 20
situm, esse superuacuam narrationem rei, quam iudex nouerit:
quod sic intellegi uolo, si non modo quid factum sit sciet, sed
ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. neque enim 21
narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat iudex, sed ali-
quanto magis, ut consentiat. quare, etiamsi non erit docendus,
sed aliquo modo adficiendus, narrabimus cum praeparatione qua-
dam: 'scire quidem eum in summam, quid acti sit, tamen ra-
tionem quoque facti cuiusque cognoscere ne grauetur'. interim 22
propter aliquem in consilium adhibitum nos repetere illa simu-
lemus, interim, ut rei, quae ex aduerso proponatur, iniquitatem
omnes etiam circumstantes intellegant. in quo genere plurimis
erit figuris narianda expositio ad effugiendum taedium nota au-
dientis, sicut 'meministi' et 'fortasse superuacuum fuerit hic
commorari', 'sed quid ego diutius, cum tu optime noris? 'illud
quale sit, tu scias' et his similia. alioqui, si apud iudicem, cui 23
nota causa est, narratio semper uidetur superuacua, potest uideri
non semper esse etiam ipsa actio necessaria.

Alterum est, de quo frequentius quaeritur, an sit utique 24
narratio prooemio subicienda: quod qui opinantur, non possunt
uideri nulla ratione ducti. nam cum prooemium idcirco compa-
ratum sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, doci-
lior, intentior, et probatio nisi causa prius cognita non possit
adhiberi, protinus iudex notitia rerum instruendus uidetur. sed 25

1. c. 22. 3. c. 20 sq. 4. IV, 48.

1 porroscio B 2 resoluendos Ab: soluendos B, *cf. VIII Prooem. § 12* 3 caepasios AB: cepasios ς degressionem B 4 in — dicitur] *haec, quae apud Cic. non leguntur, Spaldingio aut ab aliquo adscripta aut fallente memoria a Quintil. pro Tullianis adlata uidentur* 6 narrare A *in ras.* 7 illum ips*um* n*a*rrare A 9 superuacuam esse B 10 quasi non b factum quid B 12 reserta b aliquanto Ab: aliquando B 15 quid acti] *sic* AB ration*em quoque facti cuiusque* cognoscere A 17 similemus Ab 18 id interim b 19 genere *om.* b 20 erit figuris A: fig. erit Bς 22 cum Bg *ex corr.* illud — scias *om. Victor et delendum censet Meyer*, tu scias *om. ed. Camp.* 28 cōparatum A 29 docilior Ab: *om.* B 30 et probatio *nonnisi causa* p. cogn. *non possit* adhiberi A 31 notitia* A instituendus b

hoc quoque interim mutat condicio causarum, nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, male distulisse narrationem uidetur tribus praepositis quaestionibus: aut profuisset exponere, quo modo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam praeiudicio senatus damnatus esset Milo, aut si Cn. Pompeius, qui praeter aliam gratiam iudicium etiam militibus armatis cluserat, tamquam aduersus ei
26 timeretur. ergo hae quoque quaestiones uim prooemii obtinebant, cum omnes iudicem praepararent. sed pro Vareno quoque postea narrauit, quam obiecta diluit. quod fiet utiliter, quotiens non repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum, ut his prius defensis uelut initium sit alium culpandi narratio, ut in armorum ratione antiquior cauendi quam ictum inferendi cura
27 est. erunt quaedam causae, neque id raro, crimine quidem, de quo cognitio est, faciles ad diluendum, sed multis ante actae uitae flagitiis et grauibus oneratae, quae prius amouenda sunt, ut propitius iudex defensionem ipsius negotii, cuius propria quaestio est, audiat. ut si defendendus sit M. Caelius, nonne optime patronus occurrat prius conuiciis luxuriae, petulantiae, inpudicitiae quam ueneficii? in quibus solis omnis Ciceronis uersatur oratio: tum deinde narret de bonis Pallae totamque de
28 ui explicet causam, quae est ipsius actione defensa? sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus certa quaedam ponuntur, quae themata dicimus, praeter quae nihil est diluendum, ideoque prooemio narratio semper subiungitur. inde libertas declamatoribus, ut etiam secundo partis suae loco narrare uideantur.

---

1 nisi forte .m. **Ab**: ni forte **B** 2 in oratione **A** *1 m. s. l.* reliquid **A**[1]**B** 5 fatetur **B** 6 omnimo **A** 7 praeter aliam **A**: propter aliam **B**, propter aliquam *edd. uett. et* ς, propter aliquam causam *coni. Spalding* iudicium etiam **Ab**: *om.* **B** 8 cluserat **AB**: clauserat ς ei timeretur **Ab**: extimaretur **B** 9 haec **Bn** *et 1 m.* **Bg** obtinebant — praepararent **Ab**: optinebunt — praeparauerint **B** 10 omnem **b** pro uareno **Ab**: reo **B** 11 narrabit **B** quam **A**, *ut coni. Capperonnier:* cum **B** fiet **Ab**: flet **B** non repellendum — defensis **A**: non repetendum ut prius defensi **B** *mance* 13 uelit **Bg** *1 m.* alium culpandi narratio **A**: *om.* **B**, *sed spatio uacuo relicto; Iulius Victor p. 426, 16 haec habet:* quod fiet utiliter etiam in anticategoria, ut refutatis prius quae obiecta sunt ueluti initium sit aliud narrandi; *cf. Teuffel in Ann. philol. 1863 p. 709* 14 rationem **A** 15 crimini **B** quidem *om.* **b** 16 cognitio **Ab** *et Victor:* cognitum **B** 17 amolienda *Regius* (amouenda *Victor quoque*) sint **B** 18 negoti **B** proprie *Francius* 19 sit **Ab**: est **B** caelius **A** *et corr.* **Bn**; cecilius **B** 20 optime **A**: optume **b**, *om.* **B** conuicis **B** 21 quam **Ab**: *om.* **B** ueneficii] crimini *uel* accusationi *supplendum censet Spalding* omnibus **b** 22 deinde tum **B** paullae **A**, paulae **a** 24 quidem **B** 26 narratio prohoemio **B** 27 etiam **A** *in ras.*

nam cum pro petitore dicunt, et expositione, tamquam priores 29 agant, uti solent et contradictione, tamquam respondeant, idque fit recte. nam cum sit declamatio forensium actionum meditatio, cur non in utrumque protinus locum se exerceat? cuius rationis ignari ex more, cui adsueuerunt, nihil in foro putant esse mutandum. sed in scholasticis quoque nonnumquam euenit, ut pro 30 narratione sit propositio. nam quid exponet quae zelotypum malae tractationis accusat? aut qui cynicum apud censores reum de moribus facit? cum totum crimen uno uerbo in qualibet actionis parte posito satis indicetur. sed haec hactenus.

Nunc, quae sit narrandi ratio, subiungam. narratio est rei 31 factae aut ut factae utilis ad persuadendum expositio, uel, ut Apollodorus finit, oratio docens auditorem, quid in controuersia sit. eam plerique scriptores maximeque qui sunt ab Isocrate uolunt esse l u c i d a m, b r e u e m, u e r i s i m i l e m. neque enim refert, an pro lucida perspicuam, pro uerisimili probabilem credibilemue dicamus. eadem nobis placet diuisio, quamquam et 32 Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum breuitatis inridens, tamquam necesse sit longam esse aut breuem expositionem nec liceat ire per medium, Theodorei quoque solam relinquant ultimam partem, quia nec breuiter utique nec dilucide semper sit utile exponere. quo diligentius distinguenda sunt 33 singula, ut quid quoque loco prosit ostendam.

Narratio est aut tota pro nobis aut tota pro aduersariis aut mixta ex utrisque. si erit tota pro nobis, contenti sumus his tribus partibus, per quas efficitur, quo facilius iudex intellegat, meminerit, credat. nec quisquam reprensione dignum putet, quod 34 proposuerim eam, quae sit tota pro nobis, debere esse uerisimilem, cum uera sit. sunt enim plurima uera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter uerisimilia. quare non minus laborandum est, ut iudex, quae uere dicimus, quam quae fingimus credat. sunt quidem hae, quas supra retuli, uirtutes 35

18. Rhet. 3, 16.

1 et **AB**: ut ab   exp*osi*tione **A**   priores **Ab**: prius **B**   3 recte **Ab**, *ut coni. Regius:* non recte **B**   forentium **Bg** *1 m.*   4 se *om.* **B**, *aeque recte, si suppleas* declamantes, *cf. 5, 13, 50*   5 assueuerunt **A**, adsuerunt **B**   7 sit **A** *in ras.*   8 maletractationis **A**^{1}**B**   10 indicetur **Ab**: iudicetur **B**   actenus **B**   12 aut ut **Ab**: aut non **B**   13 orationem **b** (oratio **A**, *sed prior* o *in ras.*)   16 perspicua **A**, perspiciam **Bg** *1 m.*   18 ueritatis **B**   19 irridens (*prior* r *in ras.*) **A**: inserens **B**   esse **A**: *om.* **B**   20 solum **A**^{1} 21 relinquant **A**: relinquunt **B**: et Theodorei quoque — relinquant *Meyer*   22 quod dilig. **B**   25 sumus **AB** *et exc. Cass. p. 502, 18:* simus **abς**   his *om.* **B**   26 per qua **b**   27 reprehensione **A**   quo **Bn**   28 proposuerit **A**^{1} uerisimile **Bg**   32 hae **Ab**: haec **B**

aliarum quoque partium: nam et per totam actionem uitanda est obscuritas, et modus ubique custodiendus, et credibilia esse omnia oportet, quae dicuntur. maxime tamen haec in ea parte custodienda sunt, quae prima iudicem docet: in qua si acciderit, ut aut non intellegat aut non meminerit aut non credat, frustra in reliquis laborabimus.

36 Erit autem narratio aperta ac dilucida, si fuerit primum exposita uerbis propriis et significantibus et non sordidis quidem, non tamen exquisitis et ab usu remotis, tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut iudex quae dicentur quam facillime ac-
37 cipiat. quae quidem uirtus neglegitur a plurimis, qui ad clamorem dispositae uel etiam forte circumfusae multitudinis conpositi non ferunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti uidentur, nisi omnia tumultu et uociferatione concusserint: rem indicare sermonis cotidiani et in quemcumque etiam indoctorum cadentis existimant, cum interim, quod tamquam facile con-
38 temnunt, nescias praestare minus uelint an possint. neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id, quod se fuisse dicturos omnes putant, postquam audierunt, quia non bona iudicant esse illa, sed uera. tum autem optime dicit
39 orator, cum uidetur uera dicere. at nunc uelut campum nacti expositionis hic potissimum et uocem flectunt et ceruicem reponunt et brachium in latus iactant totoque et rerum et uerborum et compositionis genere lasciuiunt: deinde, quod sit monstro simile, placet actio, causa non intellegitur. uerum haec omittamus, ne minus gratiae praecipiendo recta quam offensae reprehendendo praua mereamur.

40 Breuis erit narratio ante omnia, si inde coeperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet, deinde, si nihil extra causam dixerimus, tum etiam, si reciderimus omnia, quibus sublatis
41 neque cognitioni quidquam neque utilitati detrahatur: solet enim quaedam esse partium breuitas, quae longam tamen efficit summam. 'in portum ueni, nauem prospexi, quanti ueheret interrogaui, de pretio conuenit, conscendi, sublatae sunt ancorae,

3 oportet omnia **B** maxime tamen **Ab**: maximeq. **Bn** 4 docent **B** 8 propriis uerbis **FT** 11 dicentur **A**: dicunt'r **B** 13 dispositae **Ab**: dispositis **B** circumfuse **A¹B** 16 indoctorum **Ab**: indoctiorum **B** 17 contempnunt **ABg** 19 cuncta **Ab**: *om.* **B** repperient **AB** 20 dicturos fuisse **B** 21 tum **A** *in ras.* 22 uera **AB**: uerae b, uere **FTς** nacti **Bg** *ex corr.* 24 bracchium **Bn** 26 actio **Bg** *ex corr.* haec **Ab**: hoc **B** 27 percipienda b reprehendendo **Ab** 29 inde **Ab**: *om.* **B** 31 *post* omnia *in* **A** *tres quattuorue litterae erasae sunt* 35 anchorae **AB**

soluimus oram, profecti sumus'. nihil horum dici celerius potest,
sed sufficit dicere: 'e portu nauigaui'. et, quotiens exitus rei
satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua in-
telleguntur. quare, cum dicere liceat 'est mihi filius iuuenis', 42
omnia illa superuacua: 'cupidus ego liberorum uxorem duxi,
natum filium sustuli, educaui, in adulescentiam perduxi'. ideo-
que Graecorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est
σύντομον, aliud breuem putauerunt, quod illa superuacuis careret,
haec posset aliquid ex necessariis desiderare. nos autem breui- 43
tatem in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam
oporteat. nam iterationes quidem et ταυτολογίας et περισσολογίας,
quas in narratione uitandas quidam scriptores artium tradide-
runt, transeo: sunt enim haec uitia non tantum breuitatis gratia
refugienda. non minus autem cauenda erit, quae nimium corri- 44
pientis omnia sequitur, obscuritas, satiusque est aliquid narra-
tioni superesse quam deesse: nam superuacua cum taedio dicuntur,
necessaria cum periculo subtrahuntur. quare uitanda est etiam 45
illa Sallustiana (quamquam in ipso uirtutis optinet locum) bre-
uitas et abruptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lecto-
rem minus fallat, audientem transuolat, nec, dum repetatur,
expectat, cum praesertim lector non fere sit nisi eruditus, iudi-
cem rura plerumque in decurias mittant, de eo pronuntiaturum,
quod intellexerit, ut fortasse ubique, in narratione tamen prae-
cipue media haec tenenda sit uia dicendi, 'quantum opus est et
quantum satis est'. quantum opus est autem non ita solum 46
accipi uolo, quantum ad indicandum sufficit, quia non inornata
debet esse breuitas, alioqui sit indocta: nam et fallit uoluptas,
et minus longa quae delectant uidentur, ut amoenum ac molle
iter, etiamsi est spatii amplioris, minus fatigat quam durum
aridumque conpendium. neque mihi umquam tanta fuerit cura 47
breuitatis, ut non ea, quae credibilem faciunt expositionem, in-
seri uelim. simplex enim et undique praecisa non tam narratio
uocari potest quam confessio. sunt porro multae condicione ipsa

---

1 nihilorum **B** 2 e] et **A**[1], *fort.* ex quoties *hoc loco* **A** 4 diceret **Bg** *1 m.* leceat **A** 6 natum — perduxi **Ab**: *om.* **B** sustuli filium **b** 8 careret **Bg** *corr.* carere **A**[1] 9 posse **A**[1] 14 quae **A** *corr. ex* qui corripientis **b**: corripientes **AB** 15 est **Ab** *et exc. Cass. om.* **B** narrationis **b** 17 uitanda sunt **B** (*ex* uitandast?) 18 obtinet **A** 23 ubique **AB**: ubicumque **b** tamen **Ab**: tamen ubique **B** 24 quantum **Ab**: quanto **B** et quantum — opus est *om.* **Bn** *et 1 m.* **Bg** 25 quantum (*sine* et) sat est **b**ς 25 accipi solum **A** 26 non **AB**: et non **b** 28 admoenum **B** 29 spatiis **A** 30 neque **A**: neque enim **B** 33 uacari **Bg** *1 m.*

rei longae narrationes, quibus extrema, ut praecepi, prooemii parte ad intentionem praeparandus est iudex: deinde curandum, ut omni arte uel ex spatio eius detrahamus aliquid uel ex taedio.
48 ut minus longa sit, efficiemus quae poterimus differendo, non tamen sine mentione eorum, quae differemus: 'quas causas occidendi habuerit, quos adsumpserit conscios, quemadmodum dis-
49 posuerit insidias, probationis loco dicam.' quaedam uero ex ordine praetermittenda, quale est apud Ciceronem: moritur Fulcinius: multa enim, quae sunt in re, quia remota sunt a causa, praetermittam. et partitio taedium leuat: 'dicam quae acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quae
50 in re ipsa, dicam quae postea'. ita tres potius modicae narrationes uidebuntur quam una longa. interim expediet expositionem breui interfatione distinguere: 'audistis quae ante acta sunt: accipite nunc quae insecuntur'. reficietur enim iudex priorum fine et se uelut ad nouum rursus initium praeparabit.
51 si tamen adhibitis quoque his artibus in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio, quod Cicero etiam in breui narratione fecit: adhuc, Caesar, Q. Ligarius omni culpa caret: domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspicionem et cetera.

52 Credibilis autem erit narratio ante omnia, si prius consuluerimus nostrum animum, ne quid naturae dicamus aduersum, deinde si causas ac rationes factis praeposuerimus, non omnibus, sed de quibus quaeritur, si personas conuenientes iis, quae facta credi uolemus, constituerimus, ut furti reum cupidum, adulterii libidinosum, homicidii temerarium, uel his contraria, si defen-
53 demus: praeterea loca, tempora et similia. est autem quidam et ductus rei credibilis, qualis in comoediis etiam et in mimis. aliqua enim naturaliter secuntur et cohaerent, ut, si priora bene
54 narraueris, iudex ipse quod postea sis narraturus expectet. ne illud quidem fuerit inutile, semina quaedam probationum spar-

8. p. Caec. 4, 11. 19. p. Lig. 2, 4.

1 prohoemii **Ab**, prohoemio **B** 3 uel expatio **B** 4 efficiamus **T** 7 dicamus **FLT** 8 qualest **B** 9 **lcinius **A**, ulcinius **a** 10 et **Ab**: at **B** 11 *con*tractum **A** 12 ita **Ab**: ideo **B** 13 expedit *Regius* expositionem **A**: expositiones **B**ς 14 ante acta **A** *1 m. partim in ras.* 15 insequuntur **A** 18 commotio **B** 19 fecit **A**: facit **B** 20 culpa uacat *libri plerique Cic.* 21 nullam **Bg** *1 m.* 22 suspicionem belli *Cic.* 26 his **A** 28 his contraria **Ab**: contra **B** 29 et similia **AB**: et his similia *dett. pauci* quidam etiam d. *Obrecht* 30 etiam et **B**: et et **A** 31 sequuntur **B** bene priora **B** 33 fuerit **Bg**, *sed* it *in ras. maiore*

gere, uerum sic ut narrationem esse meminerimus, non proba-
tionem. nonnumquam tamen etiam argumento aliquo confirma-
bimus quod proposuerimus, sed simplici et breui, ut in ueneficiis:
sanus bibit, statim concidit, liuor ac tumor confestim est inse-
cutus. hoc faciunt et illae praeparationes, cum reus dicitur 55
robustus, armatus contra infirmos, inermis, securos. omnia deni-
que, quae probatione tractaturi sumus, personam, causam, locum,
tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. ali- 56
quando, si destituti fuerimus his, etiam fatebimur: uix esse
credibile, sed uerum, et hoc maius habendum scelus: nescire
nos, quo modo factum sit aut quare, mirari, sed probaturos.
optimae uero praeparationes erunt, quae latuerint, ut a Cicerone 57
quidem utilissime sunt praedicta omnia, per quae Miloni Clodius,
non Clodio Milo insidiatus esse uideatur: plurimum tamen facit
illa callidissima simplicitatis imitatio: M i l o a u t e m, c u m i n
s e n a t u f u i s s e t e o d i e, q u o a d s e n a t u s e s t d i m i s s u s, d o-
m u m u e n i t, c a l c e o s e t u e s t i m e n t a m u t a u i t, p a u l i s p e r,
d u m s e u x o r, u t f i t, c o m p a r a t, c o m m o r a t u s e s t. quam 58
nihil festinato, nihil praeparato fecisse uidetur Milo! quod non
solum rebus ipsis uir eloquentissimus, quibus moras et lentum
profectionis ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus et coti-
dianis et arte occulta consecutus est: quae si aliter dicta essent,
strepitu ipso iudicem ad custodiendum patronum excitassent.
frigere uidentur ista plerisque, sed hoc ipso manifestum est, quo 59
modo iudicem fefellerit quod uix a lectore deprenditur. haec
sunt, quae credibilem faciant expositionem. nam id quidem, ne 60
qua contraria aut sibi repugnantia in narratione dicamus, si cui
praecipiendum est, is reliqua frustra docetur, etiam si quidam
scriptores artium hoc quoque tamquam occultum et a se pru-
denter erutum tradunt.

His tribus narrandi uirtutibus adiciunt quidam m a g n i f i- 61

15. p. Mil. 10, 28.

2 etiam tamen **B** 4 libor **A** *et 1 m.* **Bg** 5 huc faciunt *Gesner, cf. 6, 2, 11* praeparationi **A** *1 m.* 6 arramatus **B**, armatus, sollicitus *ed. Bas. ipse malim:* armatus, praeparatus inermes **B a ς** 8 occansionem **A** delibauimus **Bg** *1 m.* 11 aut **A** *in ras.* quaremrari **B** 12 optime **AB** latuerunt *dett. pauci* 13 quidem utilissimae sunt praedicata **A**, sunt quidem utilissima praedicta **B** 14 insiatus **B** 15 in senatum **A** 16 quo a senatu **b** 21 dicit **Bg** cottidianis **A** 23 ipso **A** *et Rollinus:* ipsum *rell.* ad custodiendum **Ab**: deinde **B** excitassent **Bg** 24 frigere **A**: frigida *rell.* hoc ipso **A**: hoc ipsum **B**, hoc **b ς** 25 lecto **A**[1] deprehenditur **A** 26 nam id quidem ne qua **A**: nam ne **B** *(lectio* **b** *erasa est)* 27 sibi **Ab**: *om.* **B** narratio **A**[1] 28 reliqua **A**: req̄ **Bn**, *om.* **Bg** *in ras.*

centiam, quam μεγαλοπρέπειαν uocant, quae neque in omnes causas cadit (nam quid in plerisque iudiciis priuatis de certa credita, locato et conducto, interdictis habere loci potest supra modum se tollens oratio?), neque semper est utilis, ut uel pro-
62 ximo exemplo Miloniano patet. et meminerimus multas esse causas, in quibus confitendum, excusandum, submittendum sit quod exponimus: quibus omnibus aliena est illa magnificentiae uirtus. quare non magis proprium narrationis est magnifice dicere quam miserabiliter, inuidiose, grauiter, dulciter, urbane: quae cum suo quoque loco sint laudabilia, non sunt huic parti proprie adsignata et uelut dedita.

63 Illa quoque ut narrationi apta, ita ceteris quoque partibus communis est uirtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit: non enim magnificam modo uult esse, uerum etiam iucundam expositionem. sunt qui adiciant his euidentiam, quae ἐνάργεια
64 graece uocatur. neque ego quemquam deceperim, ut dissimulem Ciceroni quoque plures partes placere. nam praeterquam planam et breuem et credibilem uult esse euidentem, moratam cum dignitate. sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate, quae poterunt. euidentia in narratione, quantum ego intellego, est quidem magna uirtus, cum quid ueri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est, sed subici perspicuitati potest: quam quidam etiam contrariam interim putauerunt, quia in quibusdam causis obscuranda ueritas
65 esset, quod est ridiculum. nam qui obscurare uult, narrat falsa pro ueris, et in iis, quae narrat, debet laborare, ut uideantur quam euidentissima.

66 Et quatenus etiam forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de iis loquamur, in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli praetereundam narrationem putaue-

17. Top. 26, 97.

1 ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΙΑΝ **AB** 2 caedit **Bg** *ante ras.* iudicis **B** de re certa credita locata et conducta **b**; *cf. 12, 10, 70* 4 ut uel **B**: uelut **Ab** 5 Milonianae *malebat Spalding* 6 summittendum **AB** 10 suo quoque **A**: quoque **B**, suo **b**, suo quaeque ς, *cf. 2, 10, 15* 11 assignata **A** et uelut **Ab**: est **B** debita *Roignius (in ed. 1541) et ed. Gryph. (1544)* 12 quoque — partibus *om.* **Tb** ita ceteris quoque **A**: itaque ceteris **B**, ita cum ceteris *ed. Jens. et* ς 13 theodectes **b**: theodoctes **Ba**, thodoctes **A** propriae **B**, propriam *Francius* 15 qui *a*dici*a*nt **A** ἐνάργεια *Regius*: ΕΝΕΡΓΙΑ **A**, ΑΡΓΙΑΑ **B** 16 grace **B** 18 breuem et **Ba**: breuem **A** *ut uidetur* euidentem **Ab** (*prima* e **A** *in ras.*): uidentem **B** moratam cum dignitate ornatam **Ab** 19 oratione morate **B** 20 quae **Bn** *quoque* (*non* qua) 22 non modo dic. *malim* sed — ostendendum *om.* **B** 25 esset **Ab**: est **B** 26 et in his quae narrat **Ab**: in qua **B**, in quo *ed. Stoer.* 28 et **Ab**: sed **B**, *cf. 9, 2, 81* forte *om.* **b** 29 his **Ab**

runt. et sane nihil est facilius nisi prorsus totam causam omnino
non agere. sed si aliqua iusta ratione huiusmodi susceperis litem,
cuius artis est malam esse causam silentio confiteri? nisi forte
tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronuntiet, quod
sciet narrare te noluisse. neque infitias eo in narratione ut 67
aliqua neganda, aliqua adicienda, aliqua mutanda, sic aliqua
etiam tacenda: sed tacenda, quae tacere oportebit et liberum
erit. quod fit nonnumquam breuitatis quoque gratia, quale illud
est: 'respondit quae ei uisum est'. distinguamus igitur genera 68
causarum. namque in iis, in quibus non de culpa quaeretur,
sed de actione, etiam si erunt contra nos themata, confiteri
nobis licebit: 'pecuniam de templo sustulit, sed priuatam, ideo-
que sacrilegus non est. uirginem rapuit, non tamen optio patri
dabitur. ingenuum stuprauit et stupratus se suspendit: non ta- 69
men ideo stuprator capite ut causa mortis punietur, sed decem
milia, quae poena stupratori constituta est, dabit'. uerum in his
quoque confessionibus est aliquid, quod de inuidia, quam expo-
sitio aduersarii fecit, detrahi possit, cum etiam serui nostri de
peccatis suis mollius loquantur. quaedam enim quasi non nar- 70
rantes mitigabimus: 'non quidem, ut aduersarius dicit, consilium
furti in templum attulit nec diu captauit eius rei tempus, sed
occasione et absentia custodum corruptus et pecunia, quae nimium
in animis hominum potest, uictus est. sed quid refert? peccauit
et fur est: nihil attinet id defendere, cuius poenam non recu-
samus'. interim quasi damnemus ipsi: 'uis te dicam uino in- 71
pulsum? errore lapsum? nocte deceptum? uera sunt ista fortasse:
tu tamen ingenuum stuprasti, solue decem milia'. nonnumquam
praepositione praemuniri potest causa, deinde exponi. contraria 72
sunt omnia tribus filiis, qui in mortem patris coniurarant: sortiti
nocte singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt patre
dormiente: cum occidere eum nemo potuisset, excitato omnia

2 *post* litem *in* **B** *spatium uacuum est* 4 prontiet **B** 5 narrare te **A**: narre te **B**, te narrare **b** 5 infitias *eo* **A**, inficias eo **B** 6 aliqua mutanda — gratia quale] *haec fere omnia* **A** *m. 2 in ras. habet* 8 nonnumquam quam **B** 10 in his **A**, *om.* **B** quaeritur **B** 11 etiamsi **Ab**: etiam **B** 12 ideoque s. non est **A**: ideoque s. est **b**, ideo s. est **B**, non ideo s. est *edd. uett.* 14 ingenuam **b** 15 puniretur **B** 16 dauit **Bg** *1 m.* 17 quod de *nos:* quod ex **A** *(sed* ex *m. 2 in ras.)*, quod **B** *cf. 5, 13, 17* 18 detrahi — loquantur **Ab**: detrahi potest de peccatis suis mollius loquatur **B** 19 narrantis **B** 21 templo **B** 22 abssentia **Bn** nimium **Ab** *et Regius:* nimirum **B**, nimium quantum *Spalding ex lectione Aldinae* n. quam 23 sed *om.* **FT** qui **A** 24 est **B**: est et **Ab** 25 interim **Ab** *et Victor:* interdum **B** uis te **B**: ut si **A** *m. 2 in ras.* ut **b** 27 cum tamen *Victor* milia *om.* **B** 28 praepositione **AB**: propositione ς praemuniri **Ab**: praeparari **B** 29 coniurarunt **A** 30 noctem **B**

73 indicarunt. si tamen pater, qui diuisit patrimonium et reos parricidii defendit, sic agat: 'quod contra legem sufficit, parricidium obicitur iuuenibus, quorum pater uiuit atque etiam liberis suis adest. ordinem rei narrare quid necesse est, cum ad legem nihil pertineat? sed si confessionem culpae meae exigitis, fui pater durus et patrimonii, quod iam melius ab his administrari poterat,
74 tenax custos': deinde subiciat 'stimulatos ab iis, quorum indulgentiores parentes erant: semper tamen habuisse eum animum, qui sit euentu deprensus, ut occidere patrem non possent. neque enim iure iurando opus fuisse, si alioqui hoc mentis habuissent, nec sorte, nisi quod se quisque eximi uoluerit': omnia haec qualiacumque placidioribus animis accipientur, illa breui primae
75 propositionis defensione mollita. at cum quaeritur 'an factum sit' uel 'quale factum sit', dicet omnia contra nos sint, quo modo tamen euitare expositionem salua causae ratione possumus? narrauit accusator, neque ita, ut quae essent acta tantum indicaret, sed adiecit inuidiam, rem uerbis exasperauit: accesserunt
76 probationes, peroratio incendit et plenos irae reliquit. expectat naturaliter iudex, quid narretur a nobis. si nihil exponimus, illa esse, quae aduersarius dixit, et talia, qualia dixit, credat necesse est. quid ergo? eadem exponemus? si de qualitate agitur, cuius tum demum quaestio est, cum de re constat, eadem, sed non eodem modo: alias causas, aliam mentem, aliam rationem dabo.
77 uerbis eleuare quaedam licebit: luxuria liberalitatis, auaritia parsimoniae, neglegentia simplicitatis nomine lenietur, uultu denique, uoce, habitu uel fauoris aliquid uel miserationis merebor: solet nonnumquam mouere lacrimas ipsa confessio. atque ego libenter interrogem, sint illa defensuri, quae non narrauerint,
78 necne? nam si neque defenderint neque narrauerint, tota causa prodetur: at si defensuri sunt, proponere certe plerumque id, quod confirmaturi sumus, oportet. cur ergo non exponamus, quod et dilui potest et, ut hoc contingat, utique indicandum

1 patromonium **B** patricidi **B** 2 patricidium **Bg** 4 quid **Ab**: quidem nihil **B** 5 si] qui **Bg** fui **A**: ego fui **B** 6 amministrari **A**, ministrari **T** 7 subiciat **A**, *ut coni. Spalding:* subicitur **B**ς his **A** 8 hab. eum animum **A**: eum hab. animum **b**, eum habuisse **B** 10 fuisset **B** aliqui **b** 11 ne sorte **B** haec qualiacumque **Ab**: haec qualia haec quae **B** 15 tandem *Spalding*, tum *Regius* saluae **B** possumus *(media* u *in ras.)* **A**, *fort.* possimus 20 talia **Ab**: non talia **B** credant **B** 21 exponimus **A**[1] agitur **Ab**: agetur **B** 22 est cum **A** *in ras.* 23 mentem **A** *et Victor (p. 425, 19):* **B** *om. in lacuna*, aliam mentem *om.* **b** 24 leuare **b** liberalitatis *Meister:* hilaritatis *libri et Victor* (ilaratis **Bn** *1 m.* hilaratis **Bn** *corr. et 1 m.* **Bg**) *cf.* 8, 6, 36. 3, 7, 25 29 nene **B**, necne narrauerint *om.* **b** 30 sint **b** 31 confirmati **B** 32 et ut **Ab**: et *om.* **B**

est? aut quid inter probationem et narrationem interest, nisi 79
quod narratio est probationis continua propositio, rursus probatio
narrationi congruens confirmatio? uideamus ergo, num haec
expositio longior demum debeat esse et paulo uerbosior praepa-
ratione et quibusdam argumentis (argumentis dico, non argu-
mentatione), cui tamen plurimum conferet frequens adfirmatio,
effecturos nos quod dicimus: non posse uim rerum ostendi prima
expositione: expectent et opiniones suas differant et bene spe-
rent. denique utique narrandum est, quidquid aliter, quam ad- 80
uersarius exposuit, narrari potest, aut etiam prooemia sunt in
his causis superuacua: quae quid magis agunt, quam ut cogni-
tioni rerum adcommodatiorem iudicem faciant? atqui constabit
nusquam esse eorum maiorem usum, quam ubi animus iudicis ab
aliqua contra nos insita opinione flectendus est. coniecturales 81
autem causae, in quibus de facto quaeritur, non tam saepe rei,
de qua iudicium est, quam eorum, per quae res colligenda est,
expositionem habent. quae cum accusator suspiciose narret, reus
leuare suspicionem debeat, aliter ab hoc atque ab illo ad iudicem
perferri oportet. at enim quaedam argumenta turba ualent, di- 82
ducta leuiora sunt. id quidem non eo pertinet, ut quaeratur,
an narrandum, sed quo modo narrandum sit. nam et congerere
plura in expositione quid prohibet, si id utile est causae, et
promittere? sed et diuidere narrationem et probationes subiun-
gere partibus atque ita transire ad sequentia? namque ne eis 83
quidem accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum
sit, esse narrandum, sed eo malo narrare, quo expedit. quod
fieri plurimis figuris licet. nam et aliquando nobis excidisse
simulamus, cum quid utiliore loco reducimus, et interim nos red-
dituros relicum ordinem testamur, quia sic futura sit causa lu-
cidior: interim re exposita subiungimus causas, quae antecesse- 84

4 expositio haec l. d. esse debeat **B** praepatione **Bg** *1 m.* 5 argumentis argumentis **A** *et Aldina:* argumentis *semel codd. rell.* 6 conferet **A**: confert **B**ς 7 didicimus **B**, dicemus *Regius* 8 opinione **A**[1] (?) 9 deinde **b** quicquid **A** 10 aut **Ab**: aut eo **B** 11 cognitio **B** 12 atqui **AB**: atque **b** *et Regius* constauit **Bg** *1 m.* constat *Regius* (constabit *ualet idem quod* non negabitur) 18 ad *iudicem* perferri *oportet at* enim **A** 19 turbare **b** 21 sed — narrandum **Ab**: *om.* **B** 22 plura in **A**: plura **B**, plurima **FT** quid *Stoerius:* quis **AB**; *cf. Heins. ad Ouid. Her. 10, 88* 23 probationis **A**[1] 24 namque **AB**: nam **b** eis **b**: is **B**, his **A** 25 putat **B** 26 malo **Ab**: modo **B** narrare *del. Badius, an* narrari? quo **A**: quod **B** 27 nobis **A** *et Victor p. 426, 25: om.* **B** 28 **ducimus **A** reddituros **A** *et Victor:* reducturos **B** 29 relicum **AB**, *sed* **A** *in ras.* reliquum *cod. Victoris*, relictum *Aldina* (nos relicturos ordinem *Zumpt*) quia **Ab**: *om.* **B** sic futura sic **b** 30 interim **Ab**: in **B**

runt. neque enim est una lex defensionis certumque praescriptum:
pro re, pro tempore intuenda quae prosint, atque ut erit uulnus,
ita uel curandum protinus, uel, si curatio differri potest, interim
85 deligandum. nec saepius narrare duxerim nefas, quod Cicero
pro Cluentio fecit: estque non concessum modo, sed aliquando
etiam necessarium, ut in causis repetundarum omnibusque, quae
simplices non sunt: amentis est enim superstitione praeceptorum
86 contra rationem causae trahi. narrationem ideo ante probationes
ponere est institutum, ne iudex, qua de re quaeratur, ignoret.
cur igitur, si singula probanda aut refellenda erunt, non singula
etiam narrentur? me certe, quantacumque nostris experimentis
habenda est fides, fecisse hoc in foro, quotiens ita desiderabat
utilitas, probantibus et eruditis et iis, qui iudicabant, scio: et
(quod non adroganter dixerim, quia sunt plurimi, quibuscum
egi, qui me refellere possint, si mentiar) fere a me ponendae
87 causae officium exigebatur. neque ideo tamen non id saepius
facere oportebit, ut rerum ordinem sequamur. quaedam uero
etiam turpiter conuertuntur, ut si peperisse narres, deinde concepisse, apertum testamentum, deinde signatum, in quibus si
id, quod posterius est, dixeris, de priore tacere optimum: palam
est enim praecessisse.

88 Sunt quaedam et falsae expositiones, quarum in foro duplex
genus est: alterum, quod instrumentis adiuuatur, ut P. Clodius
fiducia testium, qua nocte incestum Romae commiserat, Interamnae se fuisse dicebat: alterum, quod est tuendum dicentis
ingenio. id interim ad solam uerecundiam pertinet, unde etiam
89 mihi uidetur dici color, interim ad quaestionem. sed utrumcumque erit, prima sit curarum, ut id, quod fingemus, fieri
possit, deinde ut et personae et loco et tempori congruat et
credibilem rationem et ordinem habeat: si continget, etiam uerae
alicui rei cohaereat, aut argumento, quod sit in causa, confirmetur: nam quae tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam

1 enim **Bg** *om. 1 m.* certum estque **b** 2 prosint **A** 4 deligandum **A**, *sed* e *et* a *in ras.* dixerim **B**, *post* duxerim *est in* **A** *breue spatium uacuum* 6 omnibus quaeque **B** 7 superstitionem **A** 9 est *om.* **Bg** quaeratur **B**: dicatur **Ab** ignoret cur igitur ignoret **B** 10 singulae etiam **B** 12 ita **Ab**: ipsa **B** 13 his **A** 14 arroganter **AB**, *sed* **A** rr *ex corr.* quia **Ab**: qua **B** 15 egi **A**: ei **B** reffellere **Bg** mentiar **AB**: mentior **b** a me ponendae **A**: ponendae a me **B**ς 16 tamen — facere *om.* **B** id saepius **A**: ipse pius **b** 20 palam est enim praecessisse **A**, *om.* **B** 24 commiserit **B** 27 utrumquoque **Bg** *1 m.* 28 cura *Spalding* fingemus **Ab**: fingimus **B** 28 ut et **Ba**: ut **A** 30 si **Ab**: sic **B** continget **B**: contingerit **A**, *sed* gerit *m. 2 in ras.* uere **Bg** 31 sit **Ab**: *om.* **B**

produnt. curandum praecipue, quod fingentibus frequenter ex- 90
cidit, ne qua inter se pugnent: quaedam enim partibus blandiun-
tur, sed in summam non consentiunt: praeterea ne iis, quae
uera esse constabit, aduersa sint: in schola etiam, ne color extra
themata quaeratur. utrobique autem orator meminisse debebit 91
actione tota, quid finxerit, quoniam solent excidere quae falsa
sunt: uerumque est illud, quod uulgo dicitur, mendacem memo-
rem esse oportere. sciamus autem, si de nostro facto quaeratur, 92
unum nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere in plura
suspiciones licere. est tamen quibusdam scholasticis controuersiis,
in quibus ponitur aliquem non respondere quod interrogatur,
libertas omnia enumerandi, quae responderi potuissent. fingenda 93
uero meminerimus ea, quae non cadant in testem: sunt autem
haec, quae a nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantum conscii
sumus, item quod a defunctis (nec hoc enim est qui neget)
itemque ab eo, cui idem expediet (is enim non negabit), ab
aduersario quoque, quia non est habiturus in negando fidem.
somniorum et superstitionum colores ipsa iam facilitate auctori- 94
tatem perdiderunt. non est autem satis in narratione uti colo-
ribus, nisi per totam actionem consentiant, cum praesertim
quorundam probatio sola sit in adseueratione et perseuerantia:
ut ille parasitus, qui ter abdicatum a diuite iuuenem et abso- 95
lutum tamquam suum filium adserit, habebit quidem colorem
quo dicat, et paupertatem sibi causam exponendi fuisse, et ideo
a se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo filium
haberet, et ideo illum ter innocentem abdicatum, quia filius ab-
dicantis non esset. nisi tamen in omnibus uerbis et amorem 96
patrium atque hunc quidem ardentissimum ostenderit et odium
diuitis et metum pro iuuene, quem periculose mansurum in illa
domo, in qua tam inuisus sit, sciat, suspicione subiecti petitoris
non carebit.

Euenit aliquando in scholasticis controuersiis, quod in foro 97
an possit accidere dubito, ut eodem colore utraque pars utatur,

1 frequeter **B** accidit **T** *corr.* 2 enim **A**: *om.* **B** 3 is **b**, his **A**, *om.* **B** 5 utrubique **B** 6 quid **A** *corr. ex* quin 7 sint **B** 9 aliquem **B** plura **A**: plurimas **B**, plurima *Zumpt dubitanter* 10 controuersis **B**, *item* § *97* 11 quod **A**: qui **B**, ad que b 12 qui (que b) resp. potuisset **B** 14 haec quae a nostro **A**: quae nostro **B** *et rell.* quae ex nostro ducuntur a. *Burman* 15 item quae a d. nec haec *malebat Spalding* qui **Ab**: quae **B** 17 quia **Ab**: qua **B** 18 sompniorum **Bg** felicitate **B** 20 consentiant **Ab**: consentiunt **B** 21 quorumdam **A**[1] 26 ter innocentem **A**: innoc. ter **B**, ter innoc. ter **b**; *sententia est:* illum ter, cum innocens esset, abdicatum 27 in **Ab**: *om.* **B** 29 periculose **Ab**: periculo **B** 30 inuisusus sit **B**

deinde eum pro se quaeque defendat, ut in illa controuersia: 98 'uxor marito dixit, appellatam se de stupro a priuigno et sibi constitutum tempus et locum: eadem contra filius detulit de nouerca, edito tantum alio tempore ac loco: pater in eo, quem uxor praedixerat, filium inuenit, in eo, quem filius, uxorem: 99 illam repudiauit: qua tacente filium abdicat'. nihil dici potest pro iuuene, quod non idem sit pro nouerca. ponentur tamen etiam communia, deinde ex personarum comparatione et indicii 100 ordine et silentio repudiatae argumenta ducentur. ne illud quidem ignorare oportet, quaedam esse quae colorem non recipiant, sed tantum defendenda sint, qualis est ille diues, qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit et reus est iniuriarum: nam factum eius modestum esse nemo dixerit, fortasse ut sit tutum optinebit.

101 Quodsi pars expositionis pro nobis, pars contra nos erit, miscenda sit an separanda narratio, cum ipsa condicione causae deliberandum est. nam si plura sunt quae nocent, quae prosunt obruuntur. itaque tunc diuidere optimum erit, et iis, quae partem nostram adiuuabunt, expositis et confirmatis aduersus reliqua 102 uti remediis, de quibus supra dictum est. si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut quae obstant in mediis uelut auxiliis nostris posita minus habeant uirium. quae tamen non erunt nuda ponenda, sed ut et nostra aliqua argumentatione firmemus, et diuersa cur credibilia non sint adiciamus, quia, nisi distinxerimus, uerendum est ne bona nostra permixtis malis inquinentur.

103 Illa quoque de narratione praecipi solent, ne qua ex ea fiat excursio, ne auertatur a iudice sermo, ne alienae personae uocem demus, ne argumentemur, adiciunt quidam etiam, ne utamur adfectibus: quorum pleraque sunt frequentissime custodienda, 104 immo numquam, nisi ratio coegerit, mutanda. ut sit expositio perspicua et breuis, nihil quidem tam raro poterit habere rationem quam excursio: nec umquam debebit esse nisi breuis et talis, ut ui quadam uideamur adfectus uelut recto itinere de-

2 priuigino **B** 5 inuenit **B**: inuentum **A**, inuenit et b, inuenit tum *Zumpt* 9 ducentur **A**, *sed prior* u *in ras.* 12 et **Ab**: *om.* **B** 14 obtinebit **A** 16 causae condicione **B** 18 obruuntur **A**: obruentur **B** nunc **B** diuidere *(duae* i *in ras.)* **A** his **A** 19 nostram **Ab**: *om.* **B** confirmatis — remediis **Ab**: confirmandi si aduersus aliqua ut praemediis **B** 21 etiam **AB**: iam *coni. Spalding* ut quae o. in mediis **Ab**: quae o. sint in medio **B** 28 sermo ne **Ab**: ne *om.* **B** 29 debemus **Bg** *ante rasuram* 31 ratio **A**: raro **B** contigerit b 34 adfectu **B** a recto *Victor p. 426, 31*

pulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sasiae: o mulieris 105
scelus incredibile et praeter hanc unam in omni uita
inauditum! o libidinem effrenatam et indomitam! o
audaciam singularem! nonne timuisse, si minus uim
deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem
facesque illas nuptiales? non limen cubiculi? non
cubile filiae? non parietes denique ipsos, superiorum
testes nuptiarum? sermo uero auersus a iudice et breuius 106
indicat interim et coarguit magis: de qua re idem, quod in
prooemio dixeram, sentio, sicut de prosopopoeia quoque, qua ta-
men non Seruius modo Sulpicius utitur pro Aufidia 'somnone
te languidum an graui lethargo putem pressum?' sed
M. quoque Tullius circa nauarchos (nam ea quoque rei expositio
est): ut adeas, tantum dabis et reliqua. quid? pro Cluentio 107
Staieni Bulbique conloquium nonne ad celeritatem plurimum et
ad fidem confert? quae ne fecisse inobseruantia quadam uidea-
tur, quamquam hoc in illo credibile non est, in Partitionibus
praecipit, ut habeat narratio suauitatem, admirationes,
expectationes, exitus inopinatos, conloquia persona-
rum, omnes adfectus. argumentabimur in narratione, ut 108
dixi, numquam: argumentum ponemus aliquando, quod facit pro
Ligario Cicero, cum dicit, sic eum prouinciae praefuisse, ut illi
pacem esse expediret. inseremus expositioni et breuem, cum res
poscet, defensionem et rationem factorum: neque enim narran- 109
dum est tamquam testi, sed tamquam patrono. rei ordo per se
talis est: 'Q. Ligarius legatus cum C. Considio profectus'. quid
ergo M. Tullius? Q. enim inquit Ligarius, cum esset nulla
belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio

1. p. Cluent. 6, 15. 13. Verr. V, 45, 118. 14. c. 26. 17. c. 9, § 31 sq. 22. c. 2, 4. 27. c. 1, 2.

1 sassiae **b**, Osiae **A** *2 m. in ras.* 5 ad illam **b** 7 superior **B** 8 uero auersus **Ab**: uersus **B** breuis indicat interim et coarguit (coarguit magis **b**) interim quae (interimq. **Bg**) de re item **B** *(lectio* **b** *erasa)* 9 quod in **A**: quae de **B**, ut in p. dictum est *Victor p. 426, 33* 10 dixerim **B** pros*opopoeia quoque* **A**, quoque *om.* **T** 11 aufi*dia som*none **A** 12 languidum **ab**: languido **AB** gra*ui* **Bg** letargo **A** pressum **AB**: oppressum ς sed **Ab**: et **B** 13 tullius — quoque **Bg** *om. 1 m.* *na-uarchos* **A** 14 est **Ab**: *om.* **B** 15 stagieni **Bn**, *sed corr. 1m.* bullique **Bn** *et* **b**, bellique **Bg** et ad **Ab** *et Victor (p. 427, 1)*: et **B** 16 sine obseruantia **B** 18 praecepit **Ab** 20 argumentabimus *(sed s in ras.)* **A**, argumentauimus **B** in narratione **A**: *om.* **B**ς 22 sic **A** *in ras.* profuisse **Bg** *1 m.* 25 testi s. tamquam *om.* **Ab** sed tamquam *m. 3 in* **Bg**: sed tam **B** 26 Q. *om.* **B**, que **b** cum *om.* **AB** C. **Ab**: *om.* **B** consid*io* **A** quod **A**[1] 27 m. tullius **A** *in ras.* 28 cum (*ante* C.) *om.* **AB**

110 profectus est: et alibi: non modo ad bellum, sed ne ad
minimam quidem suspicionem belli. et cum esset indi-
caturo satis 'Q. Ligarius nullo se implicari negotio pas-
sus est', adiecit 'domum spectans, ad suos redire cu-
piens'. ita quod exponebat et ratione fecit credibile et adfectu
quoque inpleuit.

111 Quo magis miror eos, qui non putant utendum in narratione
adfectibus. qui si hoc dicunt 'non diu neque ut in epilogo',
mecum sentiunt: effugiendae sunt enim morae. ceterum cur ego
112 iudicem nolim, dum eum doceo, etiam mouere? cur quod in
summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum
ingressu, si fieri potest, consequar? cum praesertim etiam in
probationibus faciliorem sim animum eius habiturus occupatum
113 uel ira uel miseratione. an non M. Tullius circa uerbera ciuis
Romani omnis breuissime mouit adfectus, non solum condicione
ipsius, loco iniuriae, genere uerberum, sed animi quoque com-
mendatione? summum enim uirum ostendit, qui, cum uirgis
caederetur, non ingemuerit, non rogauerit, sed tantum ciuem
Romanum esse se cum inuidia caedentis et fiducia iuris clama-
114 uerit. quid? Philodami casum nonne cum per totam exposi-
tionem incendit inuidia, tum in supplicio ipso lacrimis inpleuit,
cum flentis non tam narraret quam ostenderet patrem de
morte filii, filium de patris? quid ulli epilogi possunt
115 magis habere miserabile? serum est enim aduocare iis rebus
adfectum in peroratione, quas securus narraueris: adsueuit illis
iudex iamque eas sine motu mentis accipit, quibus commotus
nouis non est: et difficile est mutare animi habitum semel con-
stitutum.

116 Ego uero (neque enim dissimulabo iudicium meum, quam-
quam id, quod sum dicturus, exemplis magis quam praeceptis
ullis continetur) narrationem, ut si ullam partem orationis, omni

1. c. 2, 4. 3. c. 1, 3. 15. Verr. V, c. 62 sq. 20. Verr. I, c. 30.

1 est et **Ab**: est **B**, *fort.* profectus' et alibi; *nam* est *Victor quoque p. 425, 14 omittit* modo **AB** *et Victor:* modo nullum *Cic. et Quintil. 4, 2, 51* 3 *se implicari* **A** 4 suo **A**[1] 5 adfectu **Ab** *et Victor, ut coni. Spalding:* adfectus **B** 10 nolit **Bg** *1 m.* eum *Regius*: ego **B**, *om.* **Ab** mouere **Ab**: moueri **B** 11 parte **Ab**: *om.* **B** 13 faciliorem — occupatum **A**: faciliore sim animo eius abusurus occupato **B** 15 omnes **B**ς mouit **A**: mouet **B**ς 19 rom. esse se **A**: se rom. esse **B** 20 filodami **B** 21 larimis **Bn** 22 flentes **B**ς 24 aduocare his **A**, aduocari is **b** 25 in perorationem **A**, per orationem **b** secur*us* **A** narraueris **A**, *ut coni. Regius:* narrauerit **B** assueuit **A** 27 nouis non **B** *et Regius:* nobis non **Ab**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* mutare **AB**: nobis mutare **b**ς habitum animi **B** 29 neque enim neque dissimilabo **B** 31 ut *om. Regius*

qua potest gratia et uenere exornandam puto. sed plurimum
refert, quae sit natura eius rei, quam exponemus. in paruis 117
ergo, quales sunt fere priuatae, sit ille pressus et uelut adpli-
citus rei cultus, in uerbis summa diligentia: quae in locis im-
petu feruntur et circumiectae orationis copia latent, hic expressa
et, ut uult Zeno, sensu tincta esse debebunt: compositio dis-
simulata quidem, sed tamen quam iucundissima: figurae non illae
poeticae et contra rationem loquendi auctoritate ueterum receptae 118
(nam debet esse quam purissimus sermo), sed quae uarietate
taedium effugiant et mutationibus animum leuent: ne in eundem
casum, similem conpositionem, pares elocutionum tractus incida-
mus. caret enim ceteris lenociniis expositio et, nisi commen-
detur hac uenustate, iaceat necesse est. nec in ulla parte 119
intentior est iudex, eoque nihil recte dictum perit. praeterea
nescio quomodo etiam credit facilius, quae audienti iucunda sunt,
et uoluptate ad fidem ducitur. ubi uero maior res erit, et atrocia 120
inuidiose et tristia miserabiliter dicere licebit, non ut consu-
mantur adfectus, sed ut tamen uelut primis lineis designentur,
ut plane, qualis futura sit imago rei, statim appareat. ne sen- 121
tentia quidem uelut fatigatum intentione stomachum iudicis refi-
cere dissuaserim, maxime quidem breui interiectione, qualis est
illa 'fecerunt serui Milonis, quod suos quisque seruos
in tali re facere uoluisset', interim paulo liberiore, qualis
est illa: nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis
auctoribus, funestis ominibus omnium. quod cum sit 122
factum iis quoque temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius
quam ad ostentationem componebatur oratio et erant adhuc se-
ueriora iudicia, quanto nunc faciendum magis, cum in ipsa capitis
aut fortunarum pericula inrupit uoluptas? cui hominum desiderio

---

22. Cic. p. Mil. 10, 29. 24. p. Cluent. 5, 14.

---

1 uenerem **B** 2 quam — adplicitus **Bg** *om. 1 m.* exponemus **A**: exponimus **B** *et Victor p. 427, 1* 3 fere rei priuatae **A** et *om.* **Bn** applicitus (-tos *1 m.*) **A** 4 in locum **b** 5 circumlectae **A**[1] 6 zeno **Ab**: zenon **B**, *cf. ad 2, 20, 7* 8 rationem **A** *et Victor:* finem **B** *et plerique,* fidem *ed. Jens.* 9 et qui uarietate t. effugiat et . . leuet **B** 12 ceteris lenociniis **Ab**: et eius lenonicis **B** 14 recte dictum **Ab**: rectum **B** 17 inuidiosa **B** et **A** *in ras.* tristitia **AB** licebit **B** *et Victor, item* **A**[1] *ut uidetur:* decebit **ab** consumatur — designetur *Victor* 18 dissignentur **Bn** 19 ut plane **B** *et Victor:* et plane **A** 20 stomacum **A**[1] 21 breui interiectione **Ab** *et Victor:* breuiter iniecta **B** 22 *post* illa *in* **A** *duae tresue litterae erasae* id quod *Cicero* 23 tali re **A** *ut libri Tulliani:* re tali **B** *et Victor* 24 genere **B**, generi **b** 25 ominibus **ab**: hominibus **AB** 26 is **B**, his **Ab** 27 quam ad (ad *1 m. s. l.*) **A**, quam **B** componatur **A**[1] 28 faciundum **B** in *om.* **A**[1] 29 pericula irrupit **A** *m. 2 in ras.*

quantum dari debeat alio dicam loco: interim aliquid indulgen-
123 dum esse confiteor. multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quae uelut in rem praesentem perducere audientis uidetur, qualis est illa M. Caeli in Antonium descriptio: namque ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis praecordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare, praeclarasque contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare et reliquas circumiacere
124 passim: quae tamen exanimatae terrore, hostium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra a ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat: quarum cum omnium uocem tactumque noscitaret, proximae cuiusque collum amplexu petebat: neque dormire excitatus neque uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque iactabatur. nihil his neque credibilius fingi neque uehementius exprobrari neque manifestius ostendi potest.

125 Ne illud quidem praeteribo, quantam adferat fidem expositioni narrantis auctoritas, quam mereri debemus ante omnia quidem uita, sed et ipso genere orationis: quod quo fuerit grauius ac sanctius, hoc plus habeat necesse est in adfirmando
126 ponderis. effugienda igitur in hac praecipue parte omnis calliditatis suspicio, neque enim se usquam custodit magis iudex: nihil uideatur fictum, nihil sollicitum: omnia potius a causa
127 quam ab oratore profecta credantur. at hoc pati non possumus et perire artem putamus, nisi appareat, cum desinat ars esse, si apparet. pendemus ex laude atque hanc laboris nostri ducimus summam: ita quae circumstantibus ostentare uolumus, iudicibus prodimus.

128 Est quaedam etiam repetita narratio, quae ἐπιδιήγησις dicitur, sane res declamatoria magis quam forensis, ideo autem

---

1 dicam loco **A**: loco dicam **B**ς 2 adi*e*cta **A** 3 audientes **Ab** 4 M. *om.* **A** 5 *sopore* **A** 6 sternentem **B** ructuosos] *cf. de* **A** *ad p. 185, 2* 11 a **A**: *om. rell.* 12 blan*d*ius **A** innocabant **B** 13 uocem **A** *m. 2 in ras. maioris spatii* 16 inter **A** *quoque* (*non* et inter) 20 ne **B**: neque **Ab** affert **A** 23 ac **A**: *om.* **B** habet **B** 24 ponderis **A**: quoque ponderis **B**ς, ponderis quoque *Zumpt et Bonnell ex falsa de* **A** *relatione* 25 magis **Ab**: *om.* **B** 27 at **A**: ad **b**, sed **B** 28 nisi appareat **Bn** *1 m. ut uidetur* n. apparet **Bn** *corr.* **ABg** cum — apparet *om.* **Bg** 29 si **Bn** *corr. ex* sed 30 itaque c. **B** 32 est quaedam etiam **Ab**: etiam *om.* **B**, est et quaedam *Spalding cum ed. Basil.* ΕΠΙΟΕϹΙϹ **B**

reperta, ut, quia narratio breuis esse debet, fusius et ornatius res posset exponi, quod fit uel inuidiae gratia uel miserationis. id et raro faciendum iudico neque sic umquam, ut totus ordo repetatur: licet enim per partes idem consequi. ceterum qui uti ἐπιδιηγήσει uolet, narrationis loco rem stringat et contentus indicare quid factum sit, quo sit modo factum plenius se loco suo expositurum esse promittat.

Initium narrationis quidam utique faciendum a persona pu- 129
tant, eamque, si nostra sit, ornandam, si aliena, infamandam statim. hoc sane frequentissimum est, quia personae sunt, inter quas litigatur. sed hae quoque interim cum suis accidentibus 130
ponendae, cum id profuturum est, ut: A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce, iudices, homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed regionis illius et uicinitatis uirtute, existimatione, nobilitate princeps: interim sine his ut 'Q. enim Ligarius cum esset': 131
frequenter uero et a re, sicut pro Tullio Cicero: fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum, Demosthenes pro Ctesiphonte: τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου.

De fine narrationis cum iis contentio est, qui perduci ex- 132
positionem uolunt eo, unde quaestio oritur: his rebus ita gestis P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo, de ui hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut, unde deiecisset, restitueret: deinde restituisse se dixit: sponsio facta est: hac de sponsione uobis iudicandum est. id a petitore semper fieri potest, a defensore non semper.

---

12. p. Cluent. 5, 11. 16. p. Lig. § 2. 17. p. Tull. § 14. 18. § 18. 21. Cic. p. Caec. 8, 23.

---

2 posset **B**: possit **Ab** 3 id et r. fac. iudico *scripsi:* id enim r. fac. iudico **A**, id est raro faciendum **B** neque sit **B** 4 caeterum **A** qui **Ab**: cui **Bg** 5 ΕΠΙΑΙΗΤΗϹΕΙ nollet **B** loco rem **A** *et Francius:* rem loco **B** contentus **Ab**: contus **B** 6 quod factum **A**, quid facti **B**, *cf. 4, 2, 21* plenius se **Ab**: plese **B** 9 ordinandam **Bg** 11 haec **AB**, haec cum s. accid. ponitur *exc. Cass. p. 502, 31, unde conicias* haec quoque — ponenda est 12 ponende **A**[1] habitus **B**: *om.* **Ab** *contra Cic. libros* 13 iud **B**, *ut fere semper in hac uoce,* iudicis **b** 14 larinati **B** sed **A** *corr. ex* et, sed etiam *Cic.* et **A** *corr. ex* ut 15 facile princeps *Cic.* 16 ut Q. enim *om.* **B** 18 thurino **A**: turino **b**, tigurino **Bn**, *tu*gurino **Bg**, thyrino *palimps. Taur. Cic.* 19 ctesifonte **B**, ctesiponte **A** ΤΑΡ **B** ΦωΚΙΚΟΙ **A**, ΦΥϹΙΚΟΥ **B** ϹΙϹΤΑΝΤΟϹ **A**, ϹΥΝΙΤΑΝΤΟϹ **B** ΤΙΟΛΕΜΟΥ **A** 20 his **A** cotentio **Bn** est **B**: *om.* **Ab** 24 deinde *om. libri Tulliani* 25 se *om.* **B** 26 iudicandu **Bn** appetitore **A**, *sed altera* p *erasa* 27 semper. DE EGRESSIONE **AB**

III. Ordine ipso narrationem sequitur confirmatio: probanda sunt enim, quae propter hoc exposuimus. sed priusquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt. plerisque moris est prolato rerum ordine protinus utique in aliquem laetum ac plausibilem locum, quam maxime
2 possint fauorabiliter, excurrere. quod quidem natum ab ostentatione declamatoria iam in forum uenit, postquam agere causas non ad utilitatem ligitatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est: ne, si pressae illi, qualis saepius desideratur, narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit,
3 dilatis diutius dicendi uoluptatibus oratio refrigescat. in quo uitium illud est, quod sine discrimine causarum atque utilitatis hoc, tamquam semper expediat aut etiam necesse sit, faciunt, eoque sumptas ex iis partibus, quarum alius erat locus, sententias in hanc congerunt, ut plurima aut iterum dicenda sint aut,
4 quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint. ego autem confiteor, hoc expatiandi genus non modo narrationi, sed etiam quaestionibus uel uniuersis uel interim singulis oportune posse subiungi, cum res postulat aut certe permittit, atque eo uel maxime inlustrari ornarique orationem, sed, si cohaeret et sequitur, non, si per uim cuneatur et quae natura iuncta erant distra-
5 hit. nihil enim tam est consequens quam narrationi probatio, nisi excursus ille uel quasi finis narrationis uel quasi initium probationis est. erit ergo illi nonnumquam locus, ut, si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam uelut erumpente pro-
6 tinus indignatione. quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit: alioqui prius est quod obicias uerum efficere quam magnum, quia criminum inuidia pro reo est, priusquam

2 exposuimus **Ab**: exposui **B** 3 quorūdam **Bg** 4 perlato **Bnb** 5 ac **A** *et s. l. m. 1* **Bn**: aut **B**ς 9 ne si **Ab**: nisi **B** praesse **A**[1] narrationi **B** 12 uicium **A** 14 eoque sumptas **Ab**: eo quod desumptas **B** is **AB**, his **ab** 15 aut quia — possint **Ab**: *om.* **B** 16 alieno *ed. Aldina:* alia alieno **Ab**, *fort.* iam (*uel* iam in) alieno 17 spatiandi **a** narrationis **b** sed **Ab**: quod **B** 18 uniuersas **b** 19 aut certe permittit **B**: aut permittit aut (ut *1 m.*) certe **A** atque] queat **A** 20 oratio nam et si **A** 21 cuneatur **AB**: contineatur **b** (irrumpit *circumscripsit Victor p. 427, 27*) naturae **B** 22 probationis si **B** 23 excursus ille uel egressio quasi initium prob. est **A**; *postquam uerba* quasi finis narrat. uel *exciderunt*, egressio *ad* uel *ex interpolatione adiectum est* (nisi excursu illo uel finis narrationis uel quasi initium probationis adiuuetur *Iulius Victor p. 427, 29*) 24 ut *om.* **A** 25 uelut erumpente **B**: sp̄m rumpente (erumpente **b**) **Ab**, ueluti irrumpente *cod. Victoris*, uelut spiritu erumpente ς (*inepta lectio* spiritu *orta uidetur ex male intellecto compendio uoc.* uelut) protenus **B** 27 est **Ab**: *om.* **B** 28 *post* magnum *est in* **Bg** *rasura maior* criminis *edd. complures* (criminum *Victor quoque*) pro ore est usquam **b**

probabitur: difficillima est enim grauissimi cuiusque sceleris fides. item fieri non inutiliter potest, ut, si merita in aduersarium 7 aliqua exposueris, in ingratum inueharis, aut, si uarietatem criminum narratione demonstraueris, quantum ob ea periculum intentetur, ostendas. uerum haec breuiter omnia: iudex enim 8 ordine audito festinat ad probationem et quam primum certus esse sententiae cupit. praeterea cauendum est ne ipsa expositio uanescat, auersis in aliud animis et inani mora fatigatis.

Sed ut non semper est necessaria post narrationem illa pro- 9 cursio, ita frequenter utilis ante quaestionem praeparatio, utique si prima specie minus erit fauorabilis, si legem asperam tuebimur aut poenarias actiones inferemus. est hic locus uelut sequentis exordium ad conciliandum probationibus nostris iudicem [mitigandum, concitandum]. quod liberius hic et uehementius fieri potest, quia iudici nota iam causa est. his igitur uelut fo- 10 mentis, si quid erit asperum, praemolliemus, quo facilius aures iudicum quae post dicturi erimus admittant, ne ius nostrum oderint: nihil enim facile persuadetur inuitis. quo loco iudicis 11 quoque noscenda natura est, iuri magis an aequo sit adpositus: proinde enim magis aut minus erit hoc necessarium.

Ceterum res eadem et post quaestionem perorationis uice fungitur. hanc partem παρέκβασιν uocant Graeci, Latini e g r e s- 12 s u m uel e g r e s s i o n e m. sed hae sunt plures, ut dixi, quae per totam causam uarios habent excursus, ut laus hominum locorumque, ut descriptio regionum, expositio quarundam rerum

---

1 probabitur **Ab**: probatur **B** *et Victor* fides] *quae sequuntur in* **A** *alia manu, sed fere aequali scripta sunt* 2 item *ed. Aldina:* idem *libri* uti si **B**, ut sit si b 3 in[illegible]aris **A** ueritatem **A** 4 ob ea **B**: ob eam **A** 5 ostendas **A** *corr. ex* ostendes 7 positio **B** 8 euanescat *Victor* 9 sed **B** *et Victor:* et **Ab** sicut *Victor* 10 ita **A** *in ras.* 11 si *om.* **Ab** primam speciem inusserit (incusserit *m. 3 in* **Bg**) **B** si *om.* **A**[1]**Bnb** asperam tuebimur aut p. a. inferemus **B**: asperam ac penarias actiones tuebimur **A** 12 et est *Spalding* 13 exordium **A** *et Victor (p. 428, 4):* exordii **B**, exordia b *ut uidetur;* exordii *tuetur Kayser in Ann. philol. 1866 p. 841* ad *om.* **Ab** 14 mitigandum concitandum **Ab**, *om.* **B**; *uerba iam loco quem obtinent suspecta Victor quoque habet, sed melius sic:* uel mitig. uel concitandum. *Bene Capperonnier: 'haec participia, etsi sensui nihil noceant, merum glossema sapiunt, cum eorum uis omnis in primo participio* conciliandum *contineatur; iudex enim conciliatur, quando uel mitigatur uel concitatur'.* quo liberius hoc uehementius **A**; *cf. Vict. p. 428, 5* 15 nota iam causa **B** *et Victor:* iam c. nota **A** his **B**: hic **Ab** 16 quo **A**: quod **B** 17 post dicturi **B**: propposituri* **A** ius nostrum **B**: iustum **Ab**; *cf. 4, 5, 21. 7, 5, 3* 18 loco **Ab** *et Victor:* loco tamen **B** 19 iuri magis aut minus *(mediis omissis)* **Ab** appositus *codex Victoris teste Du Rieu* 20 aut **Bg**: haud **Bn** 21 uicem **A** 22 ΠΑΡΕΚΒΑCIN **Bg**, peregrasin *(sic)* **A** 23 haec **A** 24 locorum **A**; locorumque *firmant Victor et exc. Cass. p. 502, 35*

13 gestarum, uel etiam fabulosarum. quo ex genere est in oratio-
nibus contra Verrem conpositis Siciliae laus, Proserpinae raptus,
pro C. Cornelio popularis illa uirtutum Cn. Pompei commemo-
ratio: in quam ille diuinus orator, uelut nomine ipso ducis cursus
dicendi teneretur, abrupto quem inchoauerat sermone deuertit
14 actutum. παρέκβαϲιϲ est, ut mea quidem fert opinio, alicuius
rei, sed ad utilitatem causae pertinentis, extra ordinem excur-
rens tractatio. quapropter non uideo, cur hunc ei potissimum
locum adsignent, qui rerum ordinem sequitur, non magis quam
illud, cur hoc nomen ita demum proprium putent, si aliquid in
digressu sit exponendum, cum tot modis a recto itinere declinet
15 oratio. nam quidquid dicitur praeter illas quinque quas fecimus
partes, egressio est: indignatio, miseratio, inuidia, conuicium,
excusatio, conciliatio, maledictorum refutatio. similia his, quae
non sunt in quaestione, omnis amplificatio minutio, omne ad-
fectus genus, et *quae* maxime iucundam et ornatam faciunt ora-
tionem, de luxuria, de auaritia, religione, officiis: quae cum sunt
argumentis subiecta similium rerum, quia cohaerent, egredi non
16 uidentur. sed plurima sunt, quae rebus nihil secum cohaeren-
tibus inseruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur,
rogatur, laudatur. innumerabilia sunt haec, quorum alia sic
praeparata adferimus, quaedam ex occasione uel necessitate du-
cimus, si quid nobis agentibus noui accidit, interpellatio, inter-
17 uentus alicuius, tumultus. unde Ciceroni quoque in prooemio,
cum diceret pro Milone, degredi fuit necesse, ut ipsa oratiun-
cula, qua usus est, patet. potest autem paulo longius exire qui
praeparat aliquid ante quaestionem et qui finitae probationi uelut

1 uel etiam *exc. Cass. et Spalding:* sed etiam ●, licet etiam *Victor*, utletitia **A**, ut laetitia **a** fabulosarum *Victor, exc. Cass. item* **A** (*non* fabularum): fabulasarum **B** ex **Ab** *et Victor: om.* **B** 3 G. **A** *et paulo post* Gn. 4 diuinus moratur **b** *ut uidetur*, diu immoratur **A** ueluti **A** 5 incoauerat **A** *et 1 m.* **Bn** 6 actutum **B**: ac (hac **A**) totum **Ab**, deuertit. Ac totum *Zumpt* ΠΑΡΕΡΒΑϹΕΙϹ **B**, pareubasis **A** mea **Ab**: *om.* **B** 7 procurrens *complures edd. uett.* (excurrens *Victor quoque*) 8 potentissimum l. assignant **A** 10 hoc nomen **Ab**: hoc **B** si alicui **B** 12 quicquid **A** 15 o. amplificatio minutio omne adfectus **B**: o. amplificatio omnis affectus **A**, o. amplificatio minutio omnis afflictus *cod. Bern. Cassiod.* amplificatio minutio affectus *Victor*, o. amplif., omnis minutio, omne adfectus *Meyer* 16 et quae *Spalding:* atque ea *libri*, atque ea quae *Rollinus cf. Vict. p. 429, 8 (circumscribuntur his loci communes)* 17 de auar. religione officiis *exc. Cass.* de auar. de religione officiis **AB**, de auar. de rel. de officiis *Victor; uerisimilius uidetur in libris Quintil.* de *ante* relig. *additum quam incuria ante* officiis *omissum esse* sunt **AB**: suis *cod. Bern. Cass.* sint ς 19 sed **B**: et **Ab** nihil **Ab**: non **B** 20 ammonetur **A** 21 innum. sunt haec *Spalding delendum censebat, cf. tamen Vict. p. 429, 8* quorum ut alia praep. afferimus, sic quaedam *H. Nolte in Philologi 21, 307* 22 ducimus **A**, *ut coni. Spalding:* dicimus **B** 23 si quid **Ab**: quis **B** 27 uelut **A**: uel **B**

commendationem adicit: at qui ex media erumpit, cito ad id redire debet unde deuertit.

IV. Sunt qui narrationi propositionem subiungant tamquam partem iudicialis materiae: cui opinioni respondimus. mihi autem propositio uidetur omnis confirmationis initium: quod non modo in ostendenda quaestione principali, sed nonnumquam etiam in singulis argumentis poni solet, maximeque in iis, quae ἐπιχειρήματα uocantur. sed nunc de priore loquimur. ea non 2
semper uti necesse est. aliquando enim sine propositione quoque satis manifestum est quid in quaestione uersetur, utique si narratio ibi finem habet, ubi initium quaestio, adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quae solet in argumentis esse summa collectio: haec, sicut exposui, gesta sunt, iudices: insidiator superatus est, ui uicta uis uel potius oppressa uirtute audacia est. nonnumquam ualde est utilis, praecipue 3
ubi res defendi non potest et de fine quaeritur, ut pro eo, qui pecuniam priuatam de templo sustulit 'sacrilegii agitur, de sacrilegio cognoscitis', ut iudex intellegat id unum esse officii sui quaerere, an id, quod obicitur, sacrilegium sit. item in causis 4
obscuris aut multiplicibus, nec semper propter hoc solum, ut sit causa lucidior, sed aliquando etiam, ut magis moueat: mouet autem, si protinus subtexantur aliqua, quae prosint: 'lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murum ascenderit, morte multetur: peregrinum te esse certum est: quin ascenderis murum non quaeritur: quid superest, nisi ut te puniri oporteat?' haec enim propositio confessionem aduersarii premit et quodammodo iudicandi moram tollit, nec indicat quaestionem, sed adiuuat.

Sunt autem propositiones et simplices et duplices uel mul- 5
tiplices, quod accidit non uno modo. nam et plura crimina iunguntur, ut cum Socrates accusatus est, quod corrumperet iuuen-

13. Cic. p. Mil. 11, 30.

1 commendatione b at qui **A**: atque **B** 3 DE PROPOSITIONE. Sunt **AB** 7 his quae ЄΠΙΧΙΡΕΜΑΤΑ **A** 9 uti **Ab**: *om.* **B** propositione **A** *et Victor (p. 416, 32):* praepositione aliqua **B** 13 si ut **AB** gestas (*om.* sunt) **A**, ita gesta sunt *Cic.* 15 audaciast **B** sed nonnumquam *edd. ueteres* ualde est utilis **B** *et Victor* (*sed hic* utilis est): uero deest utiliter **A**, *item* b *ut uidetur* praecipue **B**: *om.* **Ab** *et Victor* 16 et **A** *et Victor: om.* **B** fine **Ab**: iure **B** *et Victor*, *ut est 3, 6, 33. 4, 2, 8. 5, 10, 38 sq cf. Kays. in Ann. philol. uol. 93, 841; at hic agitur de eo, quo nomine crimen obiectum appellandum et definiendum sit* 23 morte* **A** 24 quin **B**: qui si **Ab** 26 concessionem aduersari **B** 27 sed adiuuat **B**: iudici **Ab** 28 et simpl. et dupl. **B**: simplices sunt plerumque dupl. **Ab** (sunt propos. non tantum simpl. sed et dupl. et multipl. *Victor*) 30 socratis **B** corrumper*et iu*uentutem **A**

tutem et nouas superstitiones introduceret: et singula ex pluribus colliguntur, ut cum legatio male gesta obicitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus sit, 6 quod munera acceperit. recusatio quoque pluris interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniae: 'male petis: procuratori enim tibi esse non licuit, sed neque illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem: sed neque est heres eius, a quo 7 accepisse mutuam dicor, nec ipsi debui'. multiplicari haec in quantum libet possunt, sed rem ostendisse satis est. hae si ponantur singulae subiectis probationibus, plures sunt propositiones: si coniungantur, in partitionem cadunt.

8 Est et nuda propositio, qualis fere in coniecturalibus 'caedis ago, furtum obicio': est ratione subiecta, ut 'maiestatem minuit C. Cornelius: nam codicem tribunus pl. ipse pro contione legit.' praeter haec utimur propositione aut nostra, ut 'adulterium obicio', aut aduersarii, ut 'adulterii mecum agitur', aut communi, ut 'inter me et aduersarium quaestio est, uter sit intestato propior'. nonnumquam diuersas quoque iungimus: 'ego hoc dico, aduersarius hoc.'

9 Habet interim uim propositionis, etiam si per se non est propositio, cum exposito rerum ordine subicimus: 'de his cognoscetis', ut sit haec commonitio iudicis, quo se ad quaestionem acrius intendat, et uelut quodam tactu excitatus finem esse narrationis et initium probationis intellegat, et nobis confirmationem ingredientibus ipse quoque quodammodo nouum audiendi sumat exordium.

V. Partitio est nostrarum aut aduersarii propositionum aut utrarumque ordine conlocata enumeratio. hac quidam utendum semper putant, quod ea fiat causa lucidior et iudex attentior ac

---

2 maleiesta **B** 3 nil **B** moratis **b** 4 refutatio *margo Steph. et Gryph. at cf. 3, 10, 1* plures **Ab** 5 petis **AB**: petitis **T** *et edd. recentt.* procuratori **B**: procuratore **b**, procuratorem **A** *et cod. Victoris cf. 7, 1, 19* 7 est **b**: es **ABn**, ei **Bg**; est heres *sc. ille cuius nomine agis cf. 7, 1, 20* 8 mutuum **A** nec **B**: sed nec **A** 9 ponatur **B** 12 est etiam *Victor p. 417, 17* coniecturalib*us* **A** cedis ego **A** 14 G. **A** tr. pl. **AB** 16 aut aduersarii — agitur *om.* **A** aduersari ut adulteri **B**[1] 18 ut sit **Bg** proprior **B** 19 iungimus ut *Victor* 20 abet **Bn** propositionis **Bg** *corr. ex* propositionib; 21 propositio nam cum **A**, propositionem cum **b** cognoscetis *Victor:* cognoscitis **B**, ·ognitis **A**; *diuersus uidetur locus superior § 3, de quo cf. Kays. l. c. p. 841 extr.* 22 iudicis **B** *et Victor: om.* **A** 23 intendat **A**, *sed* a *in ras.* uelut (ueluti **A**[1]) **Ab**: uel **B** utiactu **B** resuscitatus **A** 24 et (*ante* init.) *om.* **A** 27 DE PARTITIONE. Partitio **AB** aduersari' **B** 28 in ordinem *Victor p. 417, 30* collocata **A** *et Victor:* conlata **B**, *at cf. 7, 10, 16. 9, 1, 7* 29 quod de ea **B** attentior **A**: intentior **B**

docilior, si scierit, et de quo dicamus et de quo dicturi postea
simus. rursus quidam periculosum id oratori arbitrantur duabus 2
ex causis: quod nonnumquam et excidere soleant quae promisi-
mus, et, si qua in partiendo praeterimus, occurrere: quod quidem
nemini accidet, nisi qui plane uel nullo fuerit ingenio uel ad
agendum nihil cogitati praemeditatique detulerit. alioqui quae 3
tam manifesta et lucida est ratio quam rectae partitionis? sequi-
tur enim naturam ducem adeo, ut memoriae id maximum sit
auxilium, uia dicendi non decedere. quapropter ne illos quidem
probauerim, qui partitionem uetant ultra tris propositiones ex-
tendere. quae sine dubio, si nimium sit multiplex, fugiet memo-
riam iudicis et turbabit intentionem: hoc tamen numero uelut
lege non est alliganda, cum possit causa pluris desiderare. alia 4
sunt magis, propter quae partitione non semper sit utendum:
primum, quia pleraque gratiora sunt, si inuenta subito nec domo
adlata, sed inter dicendum ex re ipsa nata uideantur: unde illa
non iniucunda schemata 'paene excidit mihi' et 'fugerat me'
et 'recte admones': propositis enim probationibus omnis in re-
licum gratia nouitatis praecerpitur. interim uero etiam fallendus 5
est iudex et uariis artibus subeundus, ut aliud agi, quam quod
petimus, putet. nam est nonnumquam dura propositio, quam
iudex si prouidit, non aliter praeformidat, quam qui ferrum me-
dici prius quam curetur aspexit: at si re non ante proposita
securum ac nulla denuntiatione in se conuersum intrarit oratio,
efficiet, quod promittenti non crederetur. interim refugienda non 6
modo distinctio quaestionum est, sed omnino tractatio: adfectibus
turbandus et ab intentione auferendus auditor. non enim solum
oratoris est docere, sed plus eloquentia circa mouendum ualet.
cui rei contraria est maxime tenuis illa et scrupulose in partis
secta diuisionis diligentia eo tempore, quo cognoscenti iudicium

18. recte admones] Cic. Verr. IIII, 3, 5.

1 si scierit **B**: suscitetur **A** dicamus *Meister:* dicimus **AB** 2 simus **Ab**: sumus **B**ς rufus quidam . . arbitratur **A** 4 praeteriimus *Iul. Meyer* 7 lucidast **Bn**, lucida sit **Bg** oratio **Ab** recte **A** 8 adeo **B**: adeo quoque **Ab** id] ad **A** 9 ducendi **Bg** *1 m.* 10 partionem **B** tres **b** 12 hoc **AB**: hoc aut alio *edd. nonnullae* tamen **Ab**: tunc **B** 13 plures ς 16 allata **AB** 18 ammones **A** partibus (*uel* partitionibus) *malebat Gesner* reliquum **A**ς 19 praecipitur **b** 21 quam **Bg** *ex corr.* quod **A** 22 praeuidit *codex Victoris* praeformidat **A**: performidat **B**, reformidat *Victor* 23 at si re **Ab**: ad scire **B** 25 interdum *Victor* 26 et adfectibus *Victor* 27 turbandus **A** *et Victor:* turbationibus **B** ab *om.* **B** 29 curei **B**, rei *om. Victor* maxima **B** tenuis est illa **b** partes **Ab** 30 cognoscenti **A** *et Regius:* cognoscendi **B**

7 conamur auferre. quid quod interim, quae per se leuia sunt et
infirma, turba ualent? ideoque congerenda sunt potius et uelut
eruptione pugnandum: quod tamen rarum esse debet et ex ne-
cessitate demum, cum hoc ipsum, quod dissimile rationi est,
8 coegerit ratio. praeter haec in omni partitione est utique aliquid
potentissimum, quod cum audiuit iudex, cetera tamquam super-
uacua grauari solet. itaque, si plura uel obicienda sunt uel
diluenda, et utilis et iucunda partitio est, ut, quid quaque de re
dicturi simus, ordine appareat: at, si unum crimen uarie defen-
9 demus, superuacua. ut si ita partiamur: 'dicam non talem esse
hunc quem tueor reum, ut in eo credibile uideri possit homici-
dium, dicam occidendi causam huic non fuisse, dicam hunc eo
tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse': omnia, quae
ante id, quod ultimum est, exsequeris, inania uideri necesse est.
10 festinat enim iudex ad id, quod potentissimum est, et uelut obli-
gatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat: si
uel occupatus uel in aliqua potestate uel etiam sic moribus com-
11 positus, cum conuicio efflagitat. itaque non defuerunt qui Cice-
ronis illam pro Cluentio partitionem inprobarent, qua se dicturum
esse promisit, primum neminem maioribus criminibus,
grauioribus testibus in iudicium uocatum quam Op-
pianicum: deinde praeiudicia esse facta ab ipsis iu-
dicibus, a quibus condemnatus sit: postremo iudicium
pecunia temptatum non a Cluentio, sed contra Cluen-
tium: quia, si probari posset, quod est tertium, nihil necesse
12 fuerit dicere priora. rursus nemo tam erit aut iniustus aut stul-
tus, quin eum fateatur optime pro Murena esse partitum: in-
tellego, iudices, tris totius accusationis partis fuisse,
et earum unam in reprehensione uitae, alteram in
contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambi-
tus esse uersatam. nam sic et ostendit lucidissime causam
et nihil fecit altero superuacuum.

---

19. c. 4, 9. 27. c. 5, 11.

---

2 et *om.* **B** 3 rarum **Ab** *(sed* **A** ra *in ras.)*: rerum **B** debet ex **A** 4 rationis **Bg** *1 m.* narrationis **A** 5 partione **B** 6 audierit *Victor* superuacua** **Bg** 8 quid — simus *nos*: quid — sumus **A**, quod — sumus̃ **B**ꞩ 9 at **A**: ac **B**, aut **b** 10 ita *Regius*: illa **AB** 11 reum **Ab**: *om.* **B** in eo **Ab**: *om.* **B** 14 ante **Ab**: ante quam **B** 15 potentissime et uelut **A** 16 patroni est si est **A** 17 in **B**: *om.* **A** sic m. compositus **B**: si moribus incompositus **Ab** (incopotus **A** *1 m.*) 18 conuincio **Bg** *1 m.* 20 neminem unquam *Cic.* 22 ab ipsis **Ab** *et Cic.* ab iis ipsis **B** 23 a *om.* **A**[1] condempnatus **AB** 24 a **B** *et Cic.* pro **Ab** 26 erit aut **B**: erit **Ab** 27 pro munera **B** 28 fuisse partes **A** *(non item Cic.)* 29 reprensione **B**

De illo quoque genere defensionis plerique dubitant 'si 13
occidi, recte feci, sed non occidi': quo enim pertinere prius, si
sequens firmum sit? haec inuicem obstare et utroque utentibus
in neutro haberi fidem. quod sane in parte uerum est, ut illo
sequenti, si modo indubitabile est, sit solo utendum. at si quid 14
in eo, quod est fortius, timebimus, utraque probatione nitemur.
alius enim alio moueri solet: et qui factum putabit, iustum cre-
dere potest, et qui tamquam iusto non mouebitur, factum for-
tasse non credet, ut certa manus uno telo potest esse contenta,
incerta plura spargenda sunt, ut sit et fortunae locus. egregie 15
uero Cicero pro Milone insidiatorem primum Clodium ostendit,
tum addidit ex abundanti, etiamsi id non fuisset, talem tamen
ciuem cum summa uirtute interfectoris et gloria necari potuisse.
neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim, 16
quia quaedam, etiam si ipsa sunt dura, in id tamen ualent, ut
ea molliant, quae secuntur. nec omnino sine ratione est, quod
uulgo dicitur: inicum petendum, ut aecum feras. quod tamen 17
nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. recte enim Graeci
praecipiunt: non tentanda quae effici omnino non possint.
sed quotiens hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id
laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore
ducatur: potest enim uideri, qui tuto etiam confessurus fuit,
mentiendi causam in negando non habere.

Et illud utique faciendum est, ut, quotiens suspicabimur a 18
iudice aliam probationem desiderari, quam de qua loquimur, pro-
mittamus nos plene et statim de eo satis esse facturos, praeci-
pueque, si de pudore agetur. frequenter autem accidit ut causa 19
parum uerecunda iure tuta sit: de quo ne inuiti iudices audiant
et auersi, frequentius sunt admonendi 'secuturam defensionem

---

1 illoque genere **A** *1 m.* defensionis — pertinere *om.* **Ab** si *Victor et corr. 1 m.* **Bn**: sed si **B** 3 firmis imum *Victor* 4 fidem *om.* **Ab** est ut *Zumpt:* est et *libri*, est cum *ed. Aldina* 5 sequente *Victor* indubitabile] *sic* **A** *quoque* est sit **AB**: sit *om. qui supra tuentur* est et at **Ab**: ac **B** 6 nitamur *Victor* 7 enim enim **B** putabit *Victor, ut coni. Spalding:* putauit **AB** 8 potest et *Victor:* et *om. libri Quint.* 9 credit **B** potest *Victor:* posset **AB**, possit ς 10 sit et **B** *et Victor:* fiat **Ab** 11 primo *edd. uett.* (primum *firmat Vict.*) 12 habundanti **A**, habundantia **T**, *cf. 5, 6, 2* 16 secuntur **A**: sequuntur **b** sequentur **B** 17 iniquum — aequum **A**ς 18 credat **Ab**: cre **B**, *sed* **Bn** *in extremo folio* audienda **B**, audendum **Ab** (e **A** *in ras.*) 19 temtanda **AB** offici **B** 24 suspicabimur **B**: suspicabimus **A**, suspicamur *Victor*, supplicabimus **b** a iudice **B**: iudici **Ab**, *fort.* iudicē — desiderare, *ut habet Victor* 25 de qua **A** *et Victor:* de quo **B** 26 nos statim plene *Victor* praecipue *malebat Spalding, at cf. 4, 1, 10* 27 agetur **Ab**: agitur **B** 28 uerecundia **A** 29 et *om.* **Ab** auersi **A**: aduersi **B**ς *ammon*endi **A**

probitatis ac dignitatis: expectent paulum et agi ordine sinant.'
20 quaedam interim nos inuitis litigatoribus simulandum est dicere,
quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem: nonnum-
quam, quasi interpellemur ab iis, subsistere: saepe conuertenda
ad ipsos oratio, hortandi, ut sinant nos uti nostro consilio. ita
subrepetur animo iudicis et, dum sperat probationem pudoris,
21 asperioribus illis minus repugnabit. quae cum receperit, etiam
uerecundiae defensioni facilior erit. sic utraque res inuicem
iuuabit eritque iudex circa ius nostrum spe modestiae attentior,
circa modestiam iuris probatione procliuior.

22 Sed ut non semper necessaria aut superuacua etiam partitio
est, ita oportune adhibita plurimum orationi lucis et gratiae
confert. neque enim solum id efficit, ut clariora fiant quae di-
cuntur, rebus uelut ex turba extractis et in conspectu iudicum
positis, sed reficit quoque audientem certo singularum partium
fine, non aliter, quam facientibus iter multum detrahunt fati-
23 gationis notata *in* inscriptis lapidibus spatia. nam et exhausti
laboris nosse mensuram uoluptati est, et hortatur ad reliqua
fortius exsequenda scire quantum supersit. nihil enim longum
24 uideri necesse est, in quo, quid ultimum sit, certum est. nec
inmerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Horten-
sius, cuius tamen diuisionem in digitos diductam nonnumquam
Cicero leuiter eludit. nam est suus et in gestu modus et uitanda
25 utique maxime concisa nimium et uelut articulosa partitio. nam
et auctoritati plurimum detrahunt minuta illa nec iam membra,
sed frusta: et huius gloriae cupidi, quo subtilius et copiosius di-
uisisse uideantur, et superuacua adsumunt et quae natura singu-
laria sunt secant, nec tam plura faciunt quam minora: deinde
cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem,
contra quam partitio inuenta est.

26 Et diuisa autem et simplex propositio, quotiens utiliter ad-

---

3. c. 52.

---

2 *post* quaedam *in* **Bg** *uoc. erasum* inuitis **Ab** *et Victor:* et inuitis **B** 4 ab his **A** subsistere *sc.* oportet, *cf. Maduig. ad Cic. de finn. b. et m. II, 31, 103* conuertenda **A**: auertenda **B**ς, *item Victor* 7 asp. illis iuris probationibus *Victor* etiam **B** *bis habet* 8 utraque se res *Victor* 9 modestiae **Ab**: modestior **B** 11 aut etiam superuacua **B**: aut utilis etiam **Ab**ς, *in qua lectione* etiam *parum aptum uidetur, saltem melius Victor* aut utilis est partitio 13 quae dicturi sumus *Victor* 15 certo **Ab** *et Victor*: *om.* **B** 17 in *nos addidimus* exaustis laboribus **B** 21 Q.] que **B** 22 in digitos **Ab**: in digitis **B**, *cf. XI, 1, 53. 3, 114* deductam **A** 23 et in gestu **Ab**: certus **B** euitanda **B** 24 utique **A**: ut que **b**, *om.* **B**, ut quae ς 25 minuta **Ab**: multa **B** iam **Ab**: *om.* **B** 26 frustra **Bg** *1 m.* 29 in eandem **B**: infandam **Ab** 31 et diuisa autem **A**: et diuisa **b**, diuisa **B**, *cf. ad 4, 1, 66* propositio est **B**, *sed* est *in* **Bg** *punct.*

hiberi potest, primum debet esse aperta atque lucida (nam quid
sit turpius quam id esse obscurum ipsum, quod in eum solum
adhibetur usum, ne sint cetera obscura?), tum breuis nec ullo
superuacuo onerata uerbo: non enim quid dicamus, sed de quo
dicturi simus ostendimus. optinendum etiam, ne quid in ea desit, 27
ne quid supersit. superest autem sic fere, cum aut in species
partimur, quod in genera partiri sit satis, aut genere posito
subicitur species, ut 'dicam de uirtute, iustitia, continentia',
cum iustitia atque continentia uirtutis sint species. partitio prima 28
est, quid sit de quo conueniat, quid de quo ambigatur. in eo,
quod conuenit, quid aduersarius fateatur, quid nos: in eo, de
quo ambigitur, quae nostrae propositiones, quae partis aduersae.
pessimum uero non eodem ordine exsequi quo quidque proposueris.

---

1 atque **B**: ac **A** *1 m. in ras.* 3 adhibetur usum **Ab**: adhibiturus sum **B** 4 quid **Ab**: de quo **B** 5 simus *Meister*: sumus **AB** 6 supersit sic **B**, *sed* sic *expunctum* aut in sp. partimur **A** *m. 2 in ras.* 8 ut **AB**, *ut coni. Regius*: ut si **abs** 9 cum iust. a. continentia *om.* **Bg** *1 m.* 11 in eo quo de **A** 12 ambigitur *Gesner*: ambigitur quae dicturi sumus *libri* 13 pessimum **A**: turpissimum **B** quo quid **Bg** *1 m.* M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONIS ORATORIAE LIB. IIII. EXP. INC. LIB. V **A**, M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONUM ORATORIAR. LIB. IIII. EXP. INCIPIT LIB. V **B**

LIBER QUINTUS.

Prooemium.

Fuerunt et clari quidem auctores, quibus solum uideretur
oratoris officium docere: namque et adfectus duplici ratione ex-
cludendos putabant, primum quia uitium esset omnis animi per-
turbatio, deinde quia iudicem a ueritate depelli misericordia,
gratia similibusque non oporteret: et uoluptatem audientium pe-
tere, cum uincendi tantum gratia diceretur, non modo agenti
2 superuacuum, sed uix etiam uiro dignum arbitrabantur: plures
uero, qui nec ab illis sine dubio partibus rationem orandi sum-
mouerent, hoc tamen proprium atque praecipuum crederent opus,
3 sua confirmare et quae *ex* aduerso proponerentur refutare. utrum-
cumque est (neque enim hoc loco meam interpono sententiam),
hic erit liber illorum opinione maxime necessarius, quo toto haec
sola tractantur: quibus sane et ea, quae de iudicialibus causis
4 iam dicta sunt, seruiunt. nam neque prooemii neque narrationis
est alius usus quam ut huic iudicem praeparent, et status nosse at-
que ea, de quibus supra scripsimus, intueri superuacuum foret, nisi
5 ad hanc perueniremus. denique ex quinque, quas iudicialis ma-
teriae fecimus, partibus quaecumque alia potest aliquando neces-
saria causae non esse: lis nulla est, cui probatione opus non
sit. eius praecepta sic optime diuisuri uidemur, ut prius, quae

1 Fuerunt] *praemissus est titulus in* **Ba**: De probationibus inartificialibus quidem **ABg**: quidam **Bn** *et* **b** 3 primum *om.* **A** 4 depelli **B**: pelli **Ab** 5 gratia **A**: uel ira **B**, uel gratia **b**, gratia uel ira **Bg** *m. 3* oportere **A** et **B**: nec **Ab** petere **Ab**: ptẽ **B** 6 agendi **B** 7 sed dignum *om.* **A** 10 ex *Regius: om.* **AB** 12 hic** erit **Bg** quo **B**: qu* **A**, quia **a** *et dett.* 14 prohoemii **Ba**, prohoemi **A** 15 esset **ab** huic **A**: *om.* **B**, *Spalding* probationi *ante* praep. *addendum censebat; uidetur* parti (orationis) *ad* huic *supplendum esse (cf. § 2), nisi cum Meistero (quaestt. Quint. II, 6) statuendum est hunc librum a Quintil.* de probatione *inscriptum fuisse* preparent*is* *S*tatus **A** 18 necessaria* **A** 19 esse *lis* nulla est quae **A** 20 uideamur **A**

in commune ad omnis quaestiones pertinent, ostendamus, deinde, quae in quoque causae genere propria sunt, exequamur.

I. Ac prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita consensum fere omnium meruit, alias esse probationes, quas extra dicendi rationem acciperet orator, alias, quas ex causa traheret ipse et quodam modo gigneret. ideoque illas ἀτέχνουϲ, id est inartificiales, *has* ἐντέχνουϲ, *id est artificiales*, uocauerunt. ex 2
illo priore genere sunt praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, ius iurandum, testes, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. sed ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae uiribus et adleuanda sunt plerumque et refellenda. quare mihi uidentur magno opere damnandi, qui totum hoc genus a praeceptis remouerunt. nec tamen in animo est omnia, 3
quae pro his aut contra dici solent, complecti. non enim communes locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti, sed uiam quandam atque rationem. quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisque uires debet adhibere, sed etiam in- 4
ueniendo similia, ut quaeque condicio litium poscet. neque enim de omnibus causis dicere quisquam potest, saltem praeteritis, ut taceam de futuris.

II. Iam praeiudiciorum uis omnis tribus in generibus uersatur: rebus, quae aliquando ex paribus causis sunt iudicatae, quae exempla rectius dicuntur, ut de rescissis patrum testamentis uel contra filios confirmatis: iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen ductum est, qualia in Oppianicum facta dicuntur et a senatu aduersus Milonem: aut cum de eadem causa pronuntiatum est, ut in reis deportatis et adsertione secunda et partibus centumuiralium, quae in duas hastas diuisae sunt. confirmantur praecipue duobus: auctoritate eorum, 2

3. Rhet. 1, 2, 2. 25. Cic. p. Cluent. c. 17 sq. 26. p. Mil. c. 5.

1 omnes **B**ς 2 quae **Ab**: *om.* **B** sunt *Meister:* sint *libri* 4 fere **A** *in ras.* probationes **A** *et alii:* propositiones **B** 5 acceperit **A** 7 has — artificiales *Regius: om. libri* 10 ipsa per se **Ab**: ipse **B**, ipsa *Victor p. 403, 32* 11 eloquentis **A** et (*post* uir.) *om.* **A** reffellenda **Bg** 12 maguopere *libri, sed* **A** maguopore 13 *post* genus *uocab. in* **Bg** *erasum* omni **A**[1] 14 quae aut pro *dett. pauci* iis **A**[1] 15 quod est operis *Spalding coll. 1, 8, 5* 16 uiam *ed. Gryph. et Iul. Victor:* uim **AB** *quibus demonstratis* **A** 17 debeat **A** inueniendi **A**, in inueniendo *Spalding* 18 ut **A** *corr. ex* aut condictio **A**[1] 19 potest **A** 20 futuris DE PRAEIUDICIIS **Ba** 21 Iam *ed. Camp.:* Tamen **AB** uis **B**: deis **A**, de his **a** omnibus **A** 22 uersatur — paribus *om.* **Bg** *1 m.* *paribus* **A** 23 rescisis **B** 24 contra in **a** iudicis **A**[1], item iudiciis *Iulius Victor 6. 6 p. 404, 10 qui hoc caput et sequentia fere ad uerbum exscripsit* 25 unetiam **A**[1] nomen hoc *Victor* opianicum **AB** 26 a *om.* **B** aut **Ab**: au **B**, item *Victor* 27 deportatis **Ab**: deportatum **B** 28 astas **A**[1]**B** 29 auctoritatē **B**

qui pronuntiauerunt, et similitudine rerum, de quibus quaeritur: refelluntur autem raro per contumeliam iudicum, nisi forte manifesta in iis culpa erit. uult enim cognoscentium quisque, firmam esse alterius sententiam, et ipse pronuntiaturus, nec libenter
3 exemplum, quod in se fortasse reccidat, facit. confugiendum ergo est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquam dissimilitudinem causae, uix autem ulla est per omnia alteri similis. si id non continget aut eadem causa erit, actionum incusanda neglegentia aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum, aut de gratia, quae testes corruperit, aut de inuidia aut de ignorantia, aut uidendum quid causae postea
4 accesserit. quorum si nihil erit, licet tamen dicere multos iudiciorum casus ad inique pronuntiandum ualere ideoque damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. rogandi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quam iuri iurando alieno
5 suum donent. aduersus consulta autem senatus et decreta principum uel magistratuum remedium nullum est, nisi aut inuenta quantulacumque causae differentia aut aliqua uel eorundem uel eiusdem potestatis hominum posterior constitutio, quae sit priori contraria: quae si deerunt, lis non erit.

III. Famam atque rumores pars altera consensum ciuitatis et uelut publicum testimonium uocat, altera sermonem sine ullo certo auctore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa uulgantium. exempla utrimque non deerunt: IV. sicut tormentis quoque, qui est locus frequentissimus, cum pars altera quaestionem uera fatendi necessitatem uocet, altera saepe etiam causam falsa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium.

---

1 de **A** *quoque habet* 2 raro **A**, *sed* o *in ras.* 3 iis **A**: his **B**ς uolunt **A** quisq. b: quisquā **AB** 5 quod **Ab**: quid **B** reccidat **AB**: recidat ς, *cf. ad 4, 1, 51* *con*fugiendum **A** 6 ergo **Ab**: *om.* **B** 7 *au*tem **A** 8 si **A** *in ras.* actorum *Regius malebat* incusanda **Ab** *et Victor:* in secunda **B** 9 de infirmitate **Ab**: inde firmitate **B** quaerendum **A** 11 aut uidendum quid *Victor:* inueniundum quod **AB** 13 casus **A** *et Victor:* causas **B** (*praecedente* multos) iniquum **A** 18 quantulūcūque **B**, *item codex Victoris* aliqua eorundem **A** uel eiusdem **A** *et Victor: om.* **B** *et plerique* 19 posteriorum **A** 20 qua si **A**[1] erit. DE RUMORE **B**, erit. De fama atque rumore **a** 21 Fama **A** 24 continentissimo **A** 25 uulgantium *Victor*, *ut coni. Regius:* uulgarium *libri, sed* **A** uolg. 26 deerunt. DE TORMENTIS **Ba** tormentis **A**: in tormentis **B**ς; *ab his uerbis non nouum caput exordiri facile est ad intellegendum* 27 quaestion*em* **A** ueram **Bg**, *sed* m *erasa* 28 altera quaestionem uel falsa **A** 29 facti aliis infirmit*atis* **A**

quid attinet de his plura? plenae sunt orationes ueterum ac nouorum. quaedam tamen in hac parte erunt propria cuiusque 2 litis. nam siue de habenda quaestione agetur, plurimum intererit quis et quem postulet aut offerat et in quem et ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei praefuerit, quis et quo modo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia, perseuerauerit in eo, quod coeperat, an aliquid dolore mutarit, prima parte quaestionis an procedente cruciatu. quae utrimque tam infinita sunt quam ipsa rerum uarietas.

V. Contra tabulas quoque saepe dicendum est, cum eas non solum refelli, sed etiam accusari sciamus usitatum esse. cum sit autem in his aut scelus signatorum aut ignorantia, tutius ac facilius id, quod secundo loco diximus, tractatur, quod pauciores rei fiunt. sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit, 2 si forte aut incredibile est id actum esse, quod tabulae continent, aut, ut frequentius euenit, aliis probationibus aeque inartificialibus soluitur, si aut is, in quem signatum est, aut aliquis signator dicitur afuisse uel prius esse defunctus, si tempora non congruunt, si uel antecedentia uel insequentia tabulis repugnant. inspectio etiam ipsa saepe falsum deprendit.

VI. Ius iurandum litigatores aut offerunt suum aut non recipiunt oblatum, aut ab aduersario exigunt aut recusant, cum ab ipsis exigatur. offerre suum sine illa condicione, ut uel aduersarius iuret, fere inprobum est. qui tamen id faciet, aut uita 2 se tuebitur, ut eum non sit credibile peieraturum, aut ipsa ui religionis, in qua plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupide ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare uideatur:

---

1 quod **A**[1] de is **A**[1] plura quod (an quando **a**) **A**, plura quibus *coni. Spald.* 4 auferat **A** et ex **ab** *et Victor:* et *om.* **AB** 5 prefuerit **Bn**, profuerit **Bg** 6 an credibilia **AB** *et Victor:* incredibilia **b** ς, *cf. tamen Kayser in Jahrb. f. Philol. 1866 p. 842 sq.* sese **Ab** consonantia an pers. *Victor* 7 aliquid d*e coepto mutarit* **A** *in ras. m. 2* 9 uarietas. TABVLIS **B**, uarietas. DE TABVLIS **a** 10 saepe dicendum **Ab**: saepe dicendum saepe dictum **B**, *quocum confert Meister 5, 7, 34* est quod cum **A** 11 reffelli **Bg** accurari **A** esse usitatum **B** ς 12 *ante* cum *in* **A** *quinque litterae erasae sunt* in is **A** signator **A** 13 ac **B**: aut **Ab** quo p. rei fiant *Victor* 14 ad hoc ipsum arg. ex causa trahuntur *Victor* 16 ut **B**: *om.* **Ab**, quod ς *cum ed. Camp.* deuenit **A** 17 aut his **B**, aut in is **A**, aut in his **ab** in quem **B**: quod **A** 18 signatorum *Victor rectius, ut opinor* fuisse **A**, abfuisse ς 19 repugnat **A**[1] 20 ipsa (ista **Bn** *1m.*) saepe etiam **B** falsum saepe *Victor* deprehendit ς; *sequitur in* **Ba** *titulus*: De (*om.* **B**) iure iurando 22 repiunt **Bn** aduersio **A** 23 *malim* exigitur illa **AB** *ut coni. Regius*: ulla *plerique* 24 iure*t fere* improbum est *qui* tamen **A** 25 tubitur **B** sit **A** *in ras.* peiera*re* **A** ui **A** *in ras.* 26 fidei **Ab** *et Victor*: *om.* **B** consequitnr **AB** *(item cod. Victoris)*, *em. Badius*

aut, si causa patietur, modo litis, propter quam deuoturus se
ipse non fuerit: aut praeter alia causae instrumenta adiciet ex
3 abundanti hanc quoque conscientiae suae fiduciam. qui non
recipiet, et iniquam condicionem et à multis contemni iuris iu-
randi metum dicet, cum etiam philosophi quidam sint reperti,
qui deos agere curam rerum humanarum negarent: eum uero,
qui nullo deferente iurare sit paratus, et ipsum uelle de causa
sua pronuntiare et quam id, quod offert, leue ac facile credat
4 ostendere. at is, qui defert, agere modeste uidetur, cum litis
aduersarium iudicem faciat, et eum, cuius cognitio est, onere
liberat, qui profecto alieno iure iurando stari quam suo mauult.
5 quo difficilior recusatio est, nisi forte res est ea, quam credibile
sit notam ipsi non esse. quae excusatio si deerit, hoc unum
relinquetur, ut inuidiam sibi quaeri ab aduersario dicat atque
id agi, ut in causa, in qua uincere non possit, queri possit.
itaque hominem quidem malum occupaturum hanc condicionem
fuisse, se autem probare malle quae adfirmet quam dubium cui-
6 quam relinquere, an peierarit. sed nobis adulescentibus seniores
in agendo facti praecipere solebant, ne temere umquam ius iu-
randum deferremus, sicut neque optio iudicis aduersario esset
permittenda nec ex aduocatis partis aduersae iudex eligendus:
nam, si dicere contraria turpe aduocato uideretur, certe turpius
habendum facere quod noceat.

VII. Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. ea dicuntur aut per tabulas aut a praesentibus. simplicior contra

---

1 qua **A**[1] 2 aut praeter **Ab**: aut si praeter **B** *et Victor* causae instrumenta *Victor:* causa instrumentum **AB** (aliam causam i. **a**) adiciet *Victor, ut coni. Spalding:* adicit **AB** 3 habundanti **A** 4 recipiet et iniquam c. **b**: recipit *et iniquam* conditionem **A** (tetiniquam *m. 2 in rasura minoris spatii*), recipiet condicionem **B** *et codex Victoris; fort.* qui non recipiet condicionem, et iniquam (*uel* inprobam) esse condicionem *etc.* contempni **B** 6 agere curam rerum *Victor*: agere rerum **A**, ac rerum **B**; *add.* **ab** curam *ante* negarent negarent **B** *et Victor:* negant **A** qui uero (*sine* eum) **A** *in ras. m. 2* 7 deferente **A** *et ed. Camp.:* offerente **B** *et Victor*, differente **b** (*in* **A** e *syllabae* de *in ras.*) et se ipsum **b**, se ipsum **A** 9 *at is* qui defert **A** agere **B** *et Victor:* alioqui agere **Ab** cum **B**: *om.* **A**, qui **a** 10 eum **Ab**: eius **B** 11 liberet *Victor* stare **Ab** mauolt **Ab** 12 quo **A** *in ras.* 13 *no*tam **A** *si deerit* unum **A** (hoc *Victor firmat*) 15 agi ea in causa **A** quaeri **B**, queri possit *om.* **A** 16 hominem . . occupaturum **B**: haec (hec **b**) in eam quidem malli (mallim **a**) mutaturum (uta **A**[2] *in ras.*) **Ab** conditione **A**[1] 17 se *om.* **A** probarem aliae **A** (probatio **a**) adfirmat **A** cuiquam *Victor:* cuiq. **AB** 18 an *se* peieraret **A** 19 ne temere u. *nos:* neque umquam **AB**, numquam temere *Victor p. 405, 34* 20 deferremus **B**: deferre illius **Ab**, deferre oportere *Victor* esse **AB** 21 partis *om.* **A** 23 noceat. DE TESTIBUS **Ba** 24 testomonia **A** sudor es|tcadiciuntur **B**, *sed in* **Bg** i *posterior punctata* 25 a *om.* **A**

tabulas pugna: nam et minus obstitisse uidetur pudor inter
paucos signatores et pro diffidentia premitur absentia. si repre-
hensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet.
tacita praeterea quaedam cogitatio refragatur his omnibus, quod 2
nemo per tabulas dat testimonium nisi sua uoluntate, quo ipso
non esse amicum ei se, contra quem dicit, fatetur. neque tamen
protinus cesserit orator, quo minus et amicus pro amico et ini-
micus contra inimicum possit uerum, si integra sit ei fides, di-
cere. sed late locus uterque tractatur.

Cum praesentibus uero ingens dimicatio est, ideoque uelut 3
duplici contra eos proque iis acie confligitur actionum et inter-
rogationum. in actionibus primum generaliter pro testibus atque
in testis dici solet. et hic communis locus, cum pars altera nul- 4
lam firmiorem probationem esse contendit, quam quae sit hominum
scientia nixa, altera ad detrahendam illis fidem omnia, per quae
fieri soleant falsa testimonia, enumerat. sequens ratio est, cum 5
specialiter quidem, sed tamen multos pariter inuadere patroni
solent. nam et gentium simul uniuersarum eleuata testimonia
ab oratoribus scimus et tota genera testimoniorum, ut de audi-
tionibus: non enim ipsos esse testes, sed iniuratorum adferre
uoces, ut in causis repetundarum, qui se reo numerasse pecunias
iurant, litigatorum, non testium habendos loco. interim aduersus 6
singulos dirigitur actio: quod insectationis genus et permixtum
defensioni legimus in orationibus plurimis et separatim editum,
sicut in Vatinium testem. totum igitur excutiamus locum, quando
uniuersam institutionem adgressi sumus. sufficiebant alioqui libri 7
duo a Domitio Afro in hanc rem compositi, quem adulescentulus
senem colui, ut non lecta mihi tantum ea, sed pleraque ex ipso
sint cognita. is uerissime praecepit, primum esse in hac parte
officium oratoris, ut totam causam familiariter norit, quod sine
dubio ad omnia pertinet. *id* quomodo contingat, explicabimus, 8

s
1 obtitisse **Bn**, obtitisse **Bg**, obticisse **b**, obticuisse *lectio alia s. l. in* **Bg** 2 differentia **A** 4 quaedam cogitatio* **A**: quaedam significatione **Bn** (a, cogitatio *s. l.*), quaedam significatione **Bg**, *cf. Spald. ad h. l.* quid **A**[1] 6 se *om.* **A**, *unde malis* esse se amicum ei 10 ingens **Ab**: ingenus **Bn**, iniemis (*uel* inienus) **Bg** 11 is **A** acie] quiei **A** 13 testes **B**ς 14 quae sit **ab**: que sit **A**, quescit **B** 17 inuaderi **A** 18 uniuersa releuant testimonarum ut de (*mediis omissis*) **A** 19 auditionis **Bn**, *sed corr. m. eadem* 21 ut **AB**, et *Regius* nunerasse **Bn** 22 locos **Ab** 23 infestationis **b** 25 natiinium **A** 26 egressi **A** 27 adulescentul*us* senem *uidi* non **A** 29 in hanc partem **b** 30 familialiter **Bn** 31 id *addidit Regius*

cum ad destinatum huic parti locum uenerimus. ea res suggeret materiam interrogationi et uelut tela ad manum subministrabit, eadem docebit, ad quae iudicis animus actione sit praeparandus. debet enim uel fieri uel detrahi testibus fides oratione perpetua, quia sic quisque dictis mouetur, ut est ad credendum uel non credendum ante formatus.

9 Et quoniam duo genera sunt testium, aut uoluntariorum aut eorum, quibus in iudiciis publicis lege denuntiari solet, quorum altero pars utraque utitur, alterum accusatoribus tantum concessum est: separemus officium dantis testes et refellentis.

10 Qui uoluntarium producit, scire quid is dicturus sit potest, ideoque faciliorem uidetur in rogando habere rationem. sed haec quoque pars acumen ac uigilantiam poscit prouidendumque ne
11 timidus, ne inconstans, ne inprudens testis sit: turbantur enim et a patronis diuersae partis inducuntur in laqueos et plus deprensi nocent quam firmi et interriti profuissent. multum igitur domi ante uersandi, uariis percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt. sic fit ut aut constent sibi aut, si quid titubauerint, oportuna rursus eius, a quo producti
12 sunt, interrogatione uelut in gradum reponantur. in iis quoque adhuc, qui constiterint sibi, uitandae insidiae: nam frequenter subici ab aduersario solent et omnia profutura polliciti diuersa respondent et auctoritatem habent non arguentium illa, sed con-
13 fitentium. explorandum igitur, quas causas laedendi aduersarium adferant, nec id sat est inimicos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum reconciliari uelint, ne corrupti sint, ne paenitentia propositum mutauerint. quod [cum] in iis quoque, qui ea, quae dicturi uidentur, re uera sciunt, necessarium est praecauere, multo magis in iis, qui se dicturos, quae falsa sunt, pollicentur.

1 suggerret **a** 2 ueluti **B** 3 ad quae **a**: atq. **ABn**, **Bg** ad *in ras. habet* 4 perpetua] *hic incipit in* **A** *alia manus eiusdem aetatis* 8 in iudiciis] iud *(sic)* **B**, iudiciis **Ab** lege denuntiari solet **Bn**: legende nuntiari s. **Bg**, lege denuntiatur et **A**, legem nuntiatur **FT**, *item* **b** *ut uidetur, sed correctio manus secundae in* **Bg**, *ut pleraeque in hoc libro, postea erasa est* 9 alterū **A**, *utroque loco, sed* ū *in ras.* 11 uoluntarium cum (eum **a**) producit **Ab** ducturus **A**[1] 13 uigilantia **A**[1] 14 sit *corr. ex* sic **A** 15 induuntur *I. F. Gronouius ad Sen. Herc. fur. 1312* laqueo sed **B**, latus et **Ab**, *sed* u **A** *in ras.* deprensi **AB**: deprehensi ς 17 dominante **b** percunctationibus **A** ab *om.* **A** 18 possunt **B**: possint **A**ς* 19 quit **Bg** *1 m.* oportuna **B**: *o*purtuna **A**, opp. ς 20 iis **b**: is **ABg**, his **Bn** *et* ς 21 constiterunt **b** uitandae **AB** *et plerique:* uitandae sunt ς *et dett. pauci, in quibus* sibi *deest* 22 pollici **A**[1] 23 respondente (*om.* et) **A** illas **A** 24 laedi **A** 26 sunt **Bg** *1 m.* penitentia **AB**, poenitentia **a** 27 mutuauerint **A** cum **A** *in ras. m. 2, nos inclusimus* in is **A**, in his **B**, *sed paulo post recte* in iis ea **A** *in ras.* 28 esse uera *Meister in Philol. 8, 183* 29 tum multo *edd. uett.* in is **A** sint **Bn**, *sed corr. eadem m.* sunt

nam et frequentior eorum paenitentia est et promissum suspe- 14
ctius et, si perseuerarint, reprensio facilior.
Eorum uero, quibus denuntiatur, pars testium est quae 15
reum laedere uelit, pars quae nolit, idque interim scit accusator,
interim nescit. fingamus in praesentia scire: in utroque tamen
genere summis artibus interrogantis opus est. nam si habet 16
testem cupidum laedendi, cauere debet hoc ipsum, ne cupiditas
eius appareat, nec statim de eo, quod in iudicium uenit, rogare,
sed aliquo circumitu ad id peruenire, ut illi, quod maxime dicere
uoluit, uideatur expressum: nec nimium instare interrogationi,
ne *ad* omnia respondendo testis fidem suam minuat, sed in tan-
tum euocare eum, quantum sumere ex uno satis sit. at in eo, 17
qui uerum inuitus dicturus est, prima felicitas interrogantis ex-
torquere quod is noluerit. hoc non alio modo fieri potest quam
longius interrogatione repetita. respondebit enim quae nocere
causae non arbitrabitur, ex pluribus deinde, quae confessus erit,
eo perducetur, ut quod dicere non uult negare non possit. nam 18
ut in oratione sparsa plerumque colligimus argumenta, quae per
se nihil reum adgrauare uideantur, congregatione deinde eorum
factum conuincimus: ita huius modi testis multa de ante actis,
multa de insecutis, loco, tempore, persona, ceteris est interro-
gandus, ut in aliquod responsum incidat, post quod illi uel fateri
quae uolumus necesse sit, uel iis, quae iam dixerit, repugnare.
id si non contingit, relicum erit, ut eum nolle dicere manife- 19
stum sit, protrahendusque, ut in aliquo, quod uel extra causam
sit, deprehendatur, tenendus etiam diutius, ut omnia ac plura,
quam res desiderat, pro reo dicendo suspectus iudici fiat: quo
non minus nocebit, quam si uera in reum dixisset. at si, quod 20
secundo loco diximus, nesciet actor, quid propositi testis attu-
lerit, paulatim et, ut dicitur, pedetentim interrogando experietur

---

1 p*oenit*entia **A** suspecti*us* **A** 2 perseuerarint **b**: perseuerauerunt **B**, perseuerarit **A** reprehensio **A**ς 6 habent **A** 9 sed] se **A** aliquo circumitu **B**: abeo *(ex* alio?) circum*itu quodam* **A** (ituquodam *in ras. minoris spatii*), *item* **b** *ut uidetur* 11 ad *dett. pauci: om.* **AB**, *cf. Meist. q. Q. 11, 12* 12 At **A** *in ras.* an **B** 14 non alio **B**: *rato* **A** potes **A**[1] 18 sparsa **A** (*sed* spar *m. 2 in ras.*): prosa **B**, far prosa **FT**, perosa *al.* plura *ed. Camp.* in or. perpetua *coni. Meister* 19 agrauare **A**, aggrauare **a** 20 coniungimus **Ab** *ante*actis **A** 21 *inse*cutis **A** (inse *in ras. maiore*) loco* **A** 22 post **Bn** *corr. 1 m. ex* possit illi **Ab**: *om.* **B** 23 his **A** *in ras.* *re*pugnare **A** 24 contigit **A** relicum **AB**: reliquum ς 25 quod **b**: *om.* **B**, quod uel **A** *m. 2 in ras.* causa sit **A**[1], causas (*sine* sit) **B**, causas sit **b** 27 desider*at* **A** *corr.* deside**** **A**[1], *ex* desiderarit? 28 si quo **A**[1] 29 auctor qui (que **a**) **A** 30 pededemtim **b**, *item* **A** *in ras.* peditentim **B** interrogandum **A**[1]

animum eius et ad id responsum, quod eliciendum erit, per gra-
21 dus ducet. sed quia nonnumquam sunt hae quoque testium artes,
ut primo ad uoluntatem respondeant, quo maiore fide diuersa
postea dicant, est actoris suspectum testem, dum prodest, di-
mittere.

22 Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interro-
gatio est. difficilior hoc, quod raro umquam possunt ante iudi-
cium scire quid testis dicturus sit, expeditior, quod, cum inter-
23 rogandus est, sciunt quid dixerit. itaque, quod in eo incertum
est, cura et inquisitione opus est, quis reum premat, quas et
quibus ex causis inimicitias habeat, eaque in oratione praedicenda
atque amolienda sunt, siue odio conflatos testes siue inuidia siue
gratia siue pecunia uideri uolumus. et si deficietur numero pars
diuersa, paucitatem, si abundabit, conspirationem, si humilis pro-
24 ducet, uilitatem, si potentes, gratiam oportebit incessere. plus
tamen proderit causas, propter quas reum laedant, exponere:
quae sunt uariae et pro condicione cuiusque litis aut litigatoris.
nam contra illa, quae supra diximus, simili ratione responderi
locis communibus solet, quia ut in paucis atque humilibus accu-
sator simplicitate gloriari potest, quod neminem praeter eos, qui
possint scire, quaesierit, ita multos atque honestos commendare
25 aliquanto est facilius. uerum interim et singulos ut exornare,
ita destruere contingit, aut recitatis * * in actione aut testibus
nominatis: quod iis temporibus, quibus testis non post finitas
actiones rogabatur, et facilius et frequentius fuit. quid autem
in quemque testium dicendum sit, sumi nisi ex ipsorum personis
non potest.

26 Reliquae interrogandi sunt partes: qua in re primum est
nosse testem. nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus

---

1 et *om.* **B** eligendum **Ab** 2 hea **B**, haec **Ab**, eae **a** 4 dica*nt est* **A** actoris *Regius:* oratoris *libri* 6 patronorum **Ab** (oru **A** *in ras. m. 1*): patronum **B** in parte difficilior *add. m. 2 in* **A**, in parte diff. interr. est *om.* **Ab** 9 itaque in eo quod inc. *Regius* (quod *non deest in* **A**) incertum, et cura *malebat Spald.* 10 et **A** *in ras. 2 m.* qui reum **a** *ut coni. Gesner* qua **A** 11 ex **Ab** *(sed* **A** *in ras.): om.* **B** causi*s* **A** 12 odio **A** *et corr.* **Bg**: idio **Bn** 13 et *om.* **A** deficiet** **A**, deficiet **b** 14 habundabit **B** 16 causa **A**[1] 17 *malim* uariae pro 19 ut in – ita multos *Spalding.* ut in – et m. **AB**, et in – et m. *Regius et* ς 20 simplicitati **A**[1] praeter **A** *in ras.* 21 possint *corr.* **T**: possunt **AB** 22 aliquando **AB** est **B**: sit **Ab** uero **A** ut **B**: aut **a** *in ras. duarum litterarum* 23 ita] ta **A**, am **a** contigit **A** *lacunae signum Spaldingo auctore posuimus, qui* testationibus *(quidni* testimoniis?) *post* actione *intercidisse statuit* 24 nominatis testibus *dett. et* ς is **A**, his **a** 25 ut facilius **B**, facilius **Ab** 28 interrogande **Ab**, interrogandae **a**

concitari, ambitiosus inflari potest, prudens uero et constans uel tamquam inimicus et peruicax dimittendus statim uel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est, aut aliquo, si continget, urbane dicto refrigerandus aut, si quid in eius uitam dici poterit, infamia criminum destruendus. probos 27 quosdam et uerecundos non aspere incessere profuit: nam saepe, qui aduersus insectantem pugnassent, modestia mitigantur. omnis autem interrogatio aut in causa est aut extra causam. in causa, sicut accusatori praecepimus, patronus quoque altius et, unde nihil suspecti sit, repetita percontatione, priora sequentibus adplicando saepe eo perducit homines, ut inuitis quod prosit extorqueat. eius rei sine dubio neque disciplina ulla in scholis 28 neque exercitatio traditur, et naturali magis acumine aut usu contingit haec uirtus. si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit, solum est quod ex dialogis Socraticorum maximeque Platonis duci potest: in quibus adeo scitae sunt interrogationes, ut, cum plerisque bene respondeatur, res tamen ad id, quod uolunt efficere, perueniat. illud fortuna interim 29 praestat, ut aliquid, quod inter se parum consentiat, a teste dicatur, interim, quod saepius euenit, ut testis testi diuersa dicat. acuta autem interrogatio ad hoc, quod casu fieri solet, etiam ratione perducet. extra causam quoque multa, quae prosint, 30 rogari solent, de uita testium aliorum, de sua quisque, si turpitudo, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitiae cum reo, in quibus aut dicant aliquid, quod prosit, aut in mendacio uel cupiditate laedendi deprendantur. sed in primis interrogatio 31 cum debet esse circumspecta, quia multa contra patronos uenuste testis saepe respondet eique praecipue uulgo fauetur, tum uerbis quam maxime ex medio sumtis, ut qui rogatur (is autem est

1 inflari **B**: inflari locum (longum **ab**) protrahi **Ab**; *glossema ita in uerborum contextum receptum est ut ex deteriorum lectione* longus protrahi (*sic* **T** *m. 2, al.* in longum) *pessime scriberetur* uel tamquam **B** (*sed in* **Bg** uel *eras.*): uel quasi iam **Ab** (*sed* **A** quasiiam) 2 et si*peruicax et dim. **A** et non **Ab** 3 sed **A** *in ras.* refutandus (-um *1m.*) est *aut* **A** 4 refrigerandus ē **b** 5 uitam **A**: uita **B** distruendus **A**[1] 7 pugnassent m. mitigantur **B**: pugnat m. mitigatur (tur **A** *m. 2 in ras.*) **Ab** 8 aut in causa ς: aut ex causa **AB** 10 suspectio sit repetitus **A** percontione **B**, *per*cunctatione **A**, percuntatione **b** 11 pro**sit **A**[1] 13 raditur **A**[1] 15 sacraticorum maxi***meque **A** 17 cum plures quibus bene respondeatur tres tamen ad si quod uelint **A** 19 quo a pars consentiat a (ā **a**) testes **A** 20 diuersi **A**[1] 21 adhuc **A**[1] casu] ea **A** 22 perducet **B**: perducat **Ab** 23 uita**** testium **A** 24 militas **A**, malitia **a** inimiciae **A**[1] 26 deprehendantur ς, perducantur **a**, praedantur (*an* prendantur?) **A** cum **A**: *om. rell. et* ς 27 contra **B**: circum **A** 28 testes s. respondent **A** ei quae p. uulgo fatetur **A**[1] 29 sumptis **B**ς

saepius et inperitus) intellegat, aut ne intellegere se neget, quod
32 interrogantis non leue frigus est. illae uero pessimae artes,
testem subornatum in subsellia aduersarii mittere, ut inde ex-
citatus plus noceat uel dicendo contra reum, cum quo sederit,
uel, cum adiuuisse testimonio uidebitur, faciendo ex industria
multa inmodeste atque intemperanter, per quae non a se tantum
dictis detrahat fidem, sed ceteris quoque, qui profuerant, auferat
utilitatem: quorum mentionem habui, non ut fierent, sed ut
uitarentur.

Saepe inter se collidi solent inde testatio, hinc testes: locus
utrimque: haec enim se pars iure iurando, illa consensu signan-
33 tium tuetur. saepe inter testes et argumenta quaesitum est.
inde scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argu-
mentis dicitur: hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio,
amicitia, ambitu fieri, argumenta ex natura duci: in his iudicem
34 sibi, in illis alii credere. communia haec pluribus causis mul-
tumque iactata sunt, semper tamen iactabuntur. aliquando utrim-
que sunt testes, et quaestio sequitur ex ipsis, utri meliores uiri:
ex causis, utri magis credibilia dixerint: ex litigatoribus, utri
35 gratia magis ualuerint. his adicere si qui uolet ea, quae diuina
testimonia uocant, ex responsis, oraculis, ominibus, duplicem
sciat esse eorum tractatum: generalem alterum, in quo inter
Stoicos et Epicuri sectam secutos pugna perpetua est, regaturne
prouidentia mundus, specialem alterum circa partis diuinationis,
36 ut quaeque in quaestionem cadet. aliter enim oraculorum, aliter
haruspicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides confir-
mari aut refelli potest, cum sit rerum ipsarum ratio diuersa.
circa eiusmodi quoque instrumenta firmanda uel destruenda mul-
tum habet operis oratio, si quae sunt uoces per uinum, somnum,

---

1 et B: *om.* Ab   ne *om.* A   intellege si neget A^1 2 interrogatum non leui A   ille uero pessime A^1B   3 aduersari A   et citatus A
4 cum sederit quo A   5 uidebatur A   6 per *om.* A   tantum dicti A   7 adferat A, afferat a   8 utilitatem AB: auctoritatem ς
13 scientia id testibus A   15 ferri *ed. Camp.* deprauari *Victor*   16 ali A
17 semper B: et semper A   19 utrim magis credebila A^1 credibilia — magis *om.* Bg *1 m. sed suppleta sunt in marg.*   utrū Bg *(in marg.)*
20 gratia Bn *in marg. sed 1 m.*   21 testimonium A *1 m.*   omnibus A^1B
23 regatur*ne* A   24 alteram A^1 circa *Spalding:* contra *libri praeter Paris. 1, in quo* circa *exstare traditur* (contra *item cod. Iulii Vict. p. 406, 35*)
partes diuinationis *Victor, ut coni. Regius:* parti diuinationem *libri,* partis diuinationum *Törnebladh; at apparet lectionem* diuinationem *inde ortam esse quod* partis *pro genetiuo habebatur*   25 quae*que in* A   cadet *Victor et* a: caedes A, cadit Bς   26 aruspicum B   augurum* A   coiectorum B
27 refelli* A   ipsarum Ab: earum B   28 eiusmodi B: odi A, odii a
29 sunt AB: sint ς   somnium Bg

dementiam emissae, uel excepta paruulorum indicia, quos pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictura est. nec tan- 37
tum praestari hoc genus potenter, sed etiam, ubi non est, desiderari solet: 'pecuniam dedisti: quis numerauit? ubi? unde? uenenum arguis: ubi emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo conscio?' quae fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficii excutit. haec de inartificialibus quam breuissime potui.

VIII. Pars altera probationum, quae est tota in arte constatque rebus ad faciendam fidem adpositis, plerumque aut omnino neglegitur aut leuissime attingitur ab iis, qui argumenta uelut horrida et confragosa uitantes amoenioribus locis desident, neque aliter quam ii, qui traduntur a poetis gustu cuiusdam apud Lotophagos graminis et Sirenum cantu deleniti uoluptatem saluti praetulisse, dum laudis falsam imaginem persecuntur, ipsa, propter quam dicitur, uictoria cedunt. atqui cetera, quae con- 2
tinuo magis orationis tractu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum conparantur, neruisque illis, quibus causa continetur, adiciunt inducti super corporis speciem: ut, si forte quid factum ira uel metu uel cupiditate dicatur, latius quae cuiusque adfectus natura sit prosequamur. isdem laudamus, incusamus, augemus, minuimus, describimus, deterremus, querimur, consolamur, hortamur. sed horum esse opera in rebus aut certis, 3
aut de quibus tamquam certis loquimur, potest. nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multum uero in commouendis adfectibus: sed haec ipsa plus ualent, cum se didicisse iudex putat, quod consequi nisi argumentatione aliaque omni fide rerum non possumus.

Quorum priusquam partior species, indicandum est esse quae- 4
dam in omni probationum genere communia. nam neque ulla

6. cf. c. 60, 167.

1 expecta A^1 paruolorum A^1 **B** indicta **A** quos **Ab**: quod **B** 2 fingere altera nihil **Ab**: *om.* **B** (*Victor* altera n. fingere *post* dictura est *habet*) dictum A^1 3 praestari *ed. Camp.*: praestare *libri* potenter **A** *quoque habet* (*non* potest) 4 ubunde **Bn**, *item* **Bg** *1 m. ut uidetur* 7 uenefici A^1, uenefecii **B** de **a**: *om.* **ABn**, in **Bg** *post* potui *est in* **B a** *titulus:* De probatione artificiali. 8 constat quae **A** 9 *faci*endam **A** 10 negligetur **A**, negligitur **a** 11 orrida B^1 12 ii qui **B**: ii **A**, qui ab lothophagos **A**, latophagos **B** 13 germinis *Valla(?)* et sirenarum **Ab**, *sed* **A** *2 m. in ras.* deliniti **b** 14 *fa*lsam **A** persequuntur **A**ς 15 cetera qui **B** 16 tracta **F** (*non item* **A**) ornamentum **A** *in ras.* 18 inductis super **B**, superinducti *ed. Gryph.* 19 latiusque **A** 20 hisdem **A**, iisdem ς in**usamus A^1 21 innuimus **A** 22 consolamus **A** opora B^1 25 dedisse **A** putatur **a** 26 aliaque omni **B**: aliaquaue **A**(?), aliaque **ab** 28 patior **B**, partiamur **Ab**ς, *sed* tiamur **A** *2 m. in ras.* est esse **A**: esse **B**, esse reor **b**, reor esse *ed. Gryph.*

quaestio est, quae non sit aut in re aut in persona, neque esse argumentorum loci possunt nisi in iis, quae rebus aut personis
5 accidunt, eaque aut per se inspici solent aut ad aliud referri, neque ulla confirmatio nisi aut ex consequentibus aut ex repugnantibus, et haec necesse est aut ex praeterito tempore aut ex coniuncto aut ex insequenti petere, nec ulla res probari nisi ex
6 alia potest eaque sit oportet aut maior aut par aut minor. argumenta uero reperiuntur aut in quaestionibus, quae etiam separatae a complexu rerum personarumque spectari per se possint, aut in ipsa causa, cum inuenitur aliquid in ea non ex communi ratione ductum, sed eius iudicii, de quo cognoscitur, proprium. probationum praeterea omnium aliae sunt necessariae, aliae cre-
7 dibiles, aliae non repugnantes. et adhuc omnium probationum quadruplex ratio est, ut uel quia est aliquid, aliud non sit, ut: 'dies est, nox non est', uel quia est aliquid, et aliud sit: 'sol est super terram, dies est', uel quia aliquid non est, aliud sit: 'non est nox, dies est', uel quia aliquid non est, nec aliud sit: 'non est rationalis, nec homo est'. his in uniuersum praedictis partes subiciam.

IX. Omnis igitur probatio artificialis constat aut signis aut argumentis aut exemplis. nec ignoro plerisque uideri signa partem argumentorum. quae mihi separandi ratio haec fuit prima, quod sunt paene ex illis inartificialibus: cruenta enim uestis et clamor et liuor et talia sunt instrumenta, qualia tabulae, rumores, testes, nec inueniuntur ab oratore, sed ad eum
2 cum ipsa causa deferuntur: altera, quod signa, siue indubitata sunt, non sunt argumenta, quia, ubi illa sunt, quaestio non est, argumento autem nisi in re controuersa locus esse non potest: siue dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent.

2 loco **AB** his quae (que *1 m.* **A** 3 ea quae **A**[1] refelli **A**[1] 4 neq. **B**: nec **A**ς confirmari nisi **a** (confirmatione si **A**?) nisi aut ex antecedentibus aut ex cons. *Regius* aut consequentibus **B** repugnantibus **Ab**: pugnantibus **B**, *ut est 5, 10, 74* 5 et **A** *in ras.* 6 insequenti *nos:* consequentibus **AB**, consequenti *ed. Camp.* sequenti ς, *cf. V, 10, 46 et 94. VII, 2, 46* pete **A**[1] ex illa po*test eaque sit* oportet ut (aut **a**) maior ut (aut **a**) par ut (aut **a**) minor **A** 8 repelluntur **A**, refelluntur **a** aut etiam in **A** etiam *sunt* (est **A**?) sep. **a** separate a complexo **A**[1] 9 personarumque quoque **a** 10 aut ipsa **A** non ex **Ab**: *om.* **B** 11 iudici **A**[1] 12 aliae credibiles **Ab**: *om.* **B** 14 quad*ru*plex* **A** quia *om.* **A**[1] *spatio uacuo relicto* 15 si sol **A**[1] 16 supra **A** *solus ex notis* uel quia aliud *(sic)* non est aliud sit non est nox (nox non est **b**ς) dies est (et **A**[1]) **Ab**: *om.* **B** 17 aliquid **Ab**: aliud **B** 18 homo his **A** 19 subiciam. DE SIGNIS. **Ba** 22 *sepa*randi **A** 23 pene **A** 24 libor et **A**, liuor **a** qualia et **A**[1] 26 alia quod **A** 26 siue indubitatae **A**, si indubitata **a** 28 au*tem nisi in re cont*rouersa **A** 29 siue dubi (dubio **b**) **Bg** *in fine uersus*, sine dubia (dubio **a**) **A**

Diuiduntur autem in has duas primas species, quod eorum 3
alia sunt, ut dixi, quae necessaria *sunt, alia quae non necessaria.*
priora illa sunt quae aliter habere se non possunt, quae Graeci
τεκμήρια uocant, quia sunt ἄλυτα σημεῖα, quae mihi uix pertinere
ad praecepta artis uidentur: nam ubi est signum insolubile, ibi
ne lis quidem est. id autem accidit, cum quid aut necesse est 4
fieri factumue esse, aut omnino non potest fieri uel esse factum:
quo in causis posito non est lis facti. hoc genus per omnia
tempora perpendi solet. nam et coisse eam cum uiro, quae pe- 5
perit, quod est praeteriti, et fluctus esse, cum magna uis uenti
in mare incubuit, quod coniuncti, et eum mori, cuius cor est
uulneratum, quod futuri, necesse est. nec fieri potest ut ibi
messis sit, ubi satum non est, ut quis Romae sit, cum est Athe-
nis, ut sit ferro uulneratus, qui sine cicatrice est. sed quaedam 6
et retrorsum idem ualent, ut uiuere hominem qui spirat, et spi-
rare qui uiuit. quaedam in contrarium non recurrent: nec enim,
quia mouetur qui ingreditur, etiam ingreditur qui mouetur. quare 7
potest et coisse cum uiro, quae non peperit, et non esse uentus
in mari, cum est fluctus, neque utique cor eius uulneratum esse,
qui perit. ac similiter satum fuisse potest, ubi non fuit messis,
nec fuisse Romae, qui non fuit Athenis, nec fuisse ferro uulne-
ratus, qui habet cicatricem.

Alia sunt signa non necessaria, quae εἰκότα Graeci uo- 8
cant: quae etiam si ad tollendam dubitationem sola non suffi-
ciunt, tamen adiuncta ceteris plurimum ualent. signum uocatur, 9
ut dixi, σημεῖον, quamquam id quidam indicium, quidam ue-
stigium nominauerunt, per quod alia res intellegitur, ut per

1 primas duas Bς 2 quae necessaria sunt alia quae non necessaria *Gesner praecedente Regio:* quae necessaria *(rell. omissis)* **AB**; sunt *add. Gesner post* non necessaria, *nos auctore Spaldingio transposuimus* 3 priora (prior **A**?) illa sunt (illa **** **A**) quae aliter habere se non (se non **A** *in ras.* possunt quae graeci tecmeria uocant quae sunt alita *(haec uox in* **Bg** *erasa)* semia **AB**, sunt quaeque a. h. se n. p. quae g. t. uocant alia simia (similia semia **b**) **ab**; *nos* quia sunt ἄλυτα (*pro* quae sunt ἀ.) *scripsimus* (quae Graeci uocant τεκμήρια, ἄλυτα σημεῖα *Spalding*) 5 insolubile **A**, inuiolabile **ab** 6 ne is quidem **A** (?) **B**, necessitas quaedam **ab** est **B**: sit **A**(?), *om.* **a** qu*id* **A** 8 quod **a** positũ **ab** est lis facti *Pseudo-Turnebus:* est iis nisi facti **B**, *est aliis* facti **A** 9 reprendi **A** et **A** *corr. ex* ei cum ueroq: **A**[1] 12 ut *om.* **A**[1] ibi **b**: ubi **AB** 13 messi ubi **A**[1] 14 ut si **A** quisne **A**[1] et quaedam et retro sunt **Ab** 15 ualet **A** spirare* **A** 17 etiam ingr. qui mouetur **B**: etiam ingreditur *om.* **A**, idcirco qui mouetur ingreditur **ab** 18 pe*perit* **A** non esset **A**[1] 19 est *Spalding et* **a**: esset **AB** corum **A**[1](?) eius **AB**: eum **a** 20 non *om.* **B** 21 fuisset **Ab** 22 cicatrice **A**[1] 23 εικοια **B**, εικοα **A** 24 etiamsit attollendam **A**[1](?) non *om.* **A**, non sola **a** 25 adiuncta *edd. ueteres:* adiuta *libri, cf. p. 230, 4* uocatur **AB**: uocant *dett. et* ς 26 CHMION **AB** indicinm iudicium **b** quidam **Ab**: *om.* **B**

sanguinem caedes. at sanguis uel ex hostia respersisse uestem
potest uel e naribus profluxisse: non utique, qui uestem cruentam
10 habuerit, homicidium fecerit. sed ut per se non sufficit, ita
ceteris adiunctum testimonii loco ducitur, si inimicus, si mina-
tus ante, si eodem in loco fuit: quibus signum cum accessit,
11 efficit ut quae suspecta erant certa uideantur. alioqui sunt quae-
dam signa utrique parti communia, ut liuores, tumores (nam
uideri possunt et ueneficii et cruditatis), et uulnus in pectore sua
manu et aliena perisse dicentibus, in quo est. haec proinde firma
habentur atque extrinsecus adiuuantur.

12 Eorum autem, quae signa sunt quidem, sed non necessaria,
genus Hermagoras putat: 'non esse uirginem Atalanten, quia
cum iuuenibus per siluas uagetur.' quod si receperimus, uereor
ne omnia quae ex facto ducuntur, signa faciamus. eadem tamen
13 ratione qua signa tractantur. nec mihi uidentur ariopagitae,
cum damnauerint puerum coturnicum oculos eruentem, aliud
iudicasse, quam id signum esse perniciosissimae mentis multis-
que malo futurae, si adoleuisset. unde Spuri Maeli Marcique
14 Manli popularitas signum adfectati regni est existimatum. sed
uereor ne longe nimium nos ducat haec uia. nam si est signum
adulterae lauari cum uiris, erit et conuiuere cum adulescentibus,
deinde etiam familiariter alicuius amicitia uti: fortasse corpus
uulsum, fractum incessum, uestem muliebrem dixerit mollis et
parum uiri signa, si cui (cum signum id proprie sit, quod ex
eo, de quo quaeritur, natum sub oculos uenit) ut sanguis e caede,
15 ita illa ex impudicitia fluere uideantur. ea quoque quae, quia
plerumque obseruata sunt, uulgo signa creduntur, ut prognostica
'uento rubet aurea Phoebe' et 'cornix plena pluuiam

28. Verg. Georg. 1, 431. ibid. 1, 388.

1 at a: ac **AB**, at quia *edd.* respe*rs*isse **A** 2 non **B**: hanc **A**(?), ac non **ab** 4 adiu*nct*um **A** testimoni **A**¹ si inimicus **Ab**: inimicus **B** 5 in loco **A**: loco **B**ς 6 eeficit **A**¹ uta. suspecta **B** alioquin **B** sunt — utrique *om.* **A** 7 part*im* **A** liuor*es tu*mores **A** 8 poss*unt et ueneficii et* crud. **A** uenefici **B** uulnus anspectore **A** 9 in equo **A** perinde *dett. pauci et Regius* 11 quidem sed non **B**: qui-a dem non sint **Ab** 12 hermogoras **Bn**, hermaogoras **Bg** Atalanten *nos:* atalantem **AB**, Atalantam ς 13 quo si reciperimus uero **A** 14 ex] et **A** dicuntur **Bn**, *sed ead. m.* duc. *corr.* 15 ariopagitae **A**: areopagitae **B**ς 16 fruentem adiudicasse qua **A** 18 spuri*i* meli marci *Q* manli **A**, Spurii Maelii M. Manlii ς 19 regnum **A** existimata *Francius* 21 adultere **A**¹**B** lauari **Bg** *corr. 1 m. e* lauare, lauri **A**¹ 22 uti **B**: aut **A**, uti, ut fortasse *Regius* 23 uolsum **A** mulierem **A**¹ et **B**: et aut **b**, aut **A** 25 natum sub oculus natum uenit **A** e caede ita **B**: caedita **A**, caedis ita **a**, caedis lita **b** 26 ex inpudicitia **A** *in ras.* fluxere **A**¹ 28 cornis **B**

uocat inproba uoce', si causas ex qualitate caeli trahunt, sane
ita appellentur. nam si uento rubet luna, signum uenti est rubor: 16
et si, ut idem poeta colligit, densatus et laxatus aer facit ut
inde sit ille auium concentus, idem sentiemus. sunt autem
signa etiam parua magnorum, ut uel haec ipsa cornix: nam
maiora minorum esse nemo miratur.

X. Nunc de argumentis: hoc enim nomine complectimur
omnia, quae Graeci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις uocant,
quamquam apud illos est aliqua horum nominum differentia,
etiam si uis eodem fere tendit. nam enthymema (quod nos
commentum sane aut commentationem interpretemur, quia
aliter non possumus, Graeco melius usuri) unum intellectum
habet, quo omnia mente concepta significat (sed nunc non de
eo loquimur), alterum, quo sententiam cum ratione, tertium, quo 2
certam quandam argumenti conclusionem uel ex consequentibus
uel ex repugnantibus: quamquam de hoc parum conuenit. sunt
enim qui illud prius epichirema dicant, pluresque inuenias in ea
opinione, ut id demum, quod pugna constat, enthymema accipi
uelint, et ideo illud Cornificius contrarium appellat. hunc alii 3
rhetoricum syllogismum, alii inperfectum syllogismum uocauerunt, quia *nec* distinctis nec totidem partibus concluderetur:
quod sane non utique ab oratore desideratur. epichirema 4
Valgius adgressionem uocat, uerius autem iudico, non nostram administrationem, sed ipsam rem quam adgredimur, id
est argumentum, quo aliquid probaturi sumus, etiam si nondum
uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epichirema
dici. aliis uidetur non destinata uel inchoata, sed perfecta pro- 5
batio hoc nomen accipere ultima specie, ideoque propria eius

4. Georg. 1, 422. 19. Rhet. ad Her. 4, 18, 25.

3 et sicut **Bg** 4 inde sit **A**: sit inde **B**ς 5 et uel **A** 6 miratur. DE ARGUMENTIS **Ba** 7 complectimur **Bg** *ead. m. corr. ex* complectamur 8 ΕΝΘΗΜΗΜΑΤΑ **A** epichiremata **A**, ephyciremata **B** *et sic saepe alias* apodixis **Ab**: apodoxis **B** 10 enthymemata **B**, entymemata **A** 11 commentatio **A**^{1} qui aliter **A** 12 usuri **B**: uti **Ab**, *sed* t **A** *in ras.* unū unū intellectum **B** 13 signifat **Bn** 14 quod (quo* **A**) sententiam — quod certam **B** 15 *conse*quentibus **A** 17 prius **B**: quidem **Ab** epichirema adiciant **A** *2 m. in ras.* inuenias **AB**: inuenies *dett.* in ea opinione **Ba**: sine opimio **A** *ut uidetur* 18 id *om.* **A** quod **A**: quo **B** entymema** **A** 19 et idem illi ut **A** appellant **a** 20 ali inperf. **A**^{1} 21 quia nec *Regius*: nec *om. libri* 23 uocatur **A**^{1} uerius a. iudico **B**: Celsus a. indicat **ab**ς (celsus *in* **A** *in ras. septem fere litterarum m. 2 scriptum est,* iudic* **A**^{1}) 24 rem **Ab**: *om.* **B** 25 quod **b** simus **B** 27 dic*i* ali*is* **A** destinata uel inchoata sed perfecta oratio **B**, destinatam uel inchoatam sed perfectam probationem (probatio **A** *1 m.*) **Ab**ς *soloece* 28 hoc **A** *in ras.* nomina **A**^{1} ultima specie **B**: et ultimam speciem **Ab**ς *cf.* § *56. 7, 1, 23*

appellatione et maxime in usu posita significatur certa quaedam
sententiae comprensio, quae ex tribus minimum partibus con-
6 stat. quidam epichirema rationem appellarunt, Cicero melius
ratiocinationem, quamquam et ille nomen hoc duxisse magis
a syllogismo uidetur: nam et statum syllogisticum ratiocinatiuum
appellat exemplisque utitur philosophorum. et quoniam est quae-
dam inter syllogismum et epichirema uicinitas, potest uideri hoc
7 nomine recte abusus. ἀπόδειξις est euidens probatio, ideoque
apud geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. hanc et ab epi-
chiremate Caecilius putat differre solo genere conclusionis et
esse apodixin inperfectum epichirema eadem causa, qua diximus
enthymema a syllogismo distare: nam et epichirema syllogismi
pars est. quidam inesse epichiremati apodixin putant et esse
8 partem eius confirmantem. utrumque autem quamquam diuersi
auctores eodem modo finiunt, ut sit ratio per ea, quae certa
sunt, fidem dubiis adferens: quae natura est omnium argumen-
torum, neque enim certa incertis declarantur. haec omnia gene-
raliter πίστεις appellant, quod etiamsi propria interpretatione
dicere fidem possumus, apertius tamen probationem inter-
9 pretabimur. sed argumentum quoque plura significat. nam
et fabulae ad actum scaenarum compositae argumenta dicuntur,
et orationum Ciceronis uelut thema [ipse] exponens Pedianus
argumentum inquit tale est: et ipse Cicero ad Brutum ita
scribit: ueritus fortasse ne nos in Catonem nostrum

3. de Inu. I, 31. 34. 22. similia inueniuntur apud Asconium, sed non ipse hic locus. 23. ex libro incerto fr. 2.

1 appellatione *scripsi:* appellatio *libri* in usu posita significatur **B**: in usu est posita qua (qua *om.* **A**¹) signif. **Ab**ς 2 compressio **B**, conprehensio **A** minimum *Obrecht*: minime **Ab**, *om.* **B** in partibus **b** 3 qu*idem* epichirema **A** 4 ratiocinationem *Philander (coll. Cic. Inu. I, 31. 34):* ratiocinatiuum **AB** duxisse **A** *in ras.* 5 sillogismo **A** statim syllogisticum et epichirema nomine r. abusus *(mediis omissis)* **A** 6 exemplis **B** *et plerique ut uidetur* 8 ΑΠΟΔΙΖΙϹ euidens **A** 9 ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΑΙ ΑΠΟΔΙΖΙϹ dicunt haec et **A** 10 put*at* **A** conclusionis **ab**: conclusione **AB** 11 apodixim **B**¹ 12 entimema **A** a **B**: *om.* **A**ς nam et epichiremati *(mediis om.)* **A**, nam et enthymema s. pars est *Vascosanus* 13 inesse **Bg**, *sed* in *s. l.* et *om.* **A** 14 quamquam **ab**: quam **AB** 15 finiunt **ab**: fiunt **AB** ut sit ratio . . fidem dubiis adferens **B**: si(?) ratio . . fidem dubiam **A**, scilicet rationem . . incertis fidem non dubiam afferentem **ab**ς 17 enim incerta **ab** in cunctis **b** generaliter **A** 18 pistis **AB** appellantur *ed. Camp.* etiamsi **A**: enim sit **B**, etiam quod (*sed* quod *alia manu*) **b** interpellatione **A**¹ 19 fidem *edd. uett.* quidem **B**, equidem **A** aptius *Capperonnier* probationem **Ab**: interp̄tationem **B** interp̄tabimus **A**¹ 20 argumentum simile non erat *(p. 233, 1) mediis omissis* **A**; *eadem uerba quae in* **A** *desunt, in* **Bg** *punctata sunt* 22 ipse *expungendum esse uidit Spalding* exponens *Aldus:* exponit *libri* 23 inquit argum. *libri; uerba transposuit Regius*

transferremus illinc aliquid, etsi argumentum simile
non erat. quo apparet omnem ad scribendum destinatam ma-
teriam ita appellari. nec mirum, cum id inter opifices quoque 10
uulgatum sit, unde Vergilius 'argumentum ingens', uulgo-
que paulo numerosius opus dicitur argumentosum. sed nunc de
eo dicendum argumento est, quod * * probationem, indicium,
fidem, adgressionem eiusdem rei nomina facit, parum distincte,
ut arbitror. nam probatio et fides efficitur non tantum per 11
haec, quae sunt rationis, sed etiam per inartificialia. signum
autem, quod ille indicium uocat, ab argumentis iam separaui.
ergo, cum sit argumentum ratio probationem praestans, qua
colligitur aliquid per aliud, et quae quod est dubium per id,
quod dubium non est, confirmat, necesse est esse aliquid in
causa, quod probatione non egeat. alioqui nihil erit quo probe- 12
mus, nisi fuerit quod aut sit uerum aut uideatur, ex quo dubiis
fides fiat. pro certis autem habemus primum quae sensibus
percipiuntur, ut quae uidemus, audimus, qualia sunt signa, deinde
ea, quae *esse* communi opinione consensum est 'deos esse, prae-
standam pietatem parentibus', praeterea, quae legibus cauta sunt, 13
quae persuasione etiamsi non omnium hominum, eius tamen
ciuitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt,
ut pleraque in iure non legibus, sed moribus constant: si quid
inter utramque partem conuenit, si quid probatum est, denique
cuicumque aduersarius non contradicit. sic enim fiet argumen- 14
tum: 'cum prouidentia mundus regatur, administranda res pu-
blica *est: sequitur ut administranda res publica* sit, si liquebit

4. Aen. 7, 791.

1 transferemus **Bg** illinc aliquid *Törnebladh:* illimali quid **B**, illinc mali quid *Regius*, illius mali aliquid (*uel* illius aliquid) *Spalding* 2 quo b: quod **AB** appareret **A** 4 sit b: *om.* **AB** uergilius **ab**: uergili **AB** *probante Meistero II, 19; fort.* illud Vergili uolgoque **A** 5 numerius **A**[1] argumentum a sed **A** *corr. ex* sede (?) 6 quod **B**, quod ad **A**; *signum lacunae posuimus, ad quam explendam non sufficere nomen addi, ut* Celsus, *bene monuit Spalding, probabiliter Meister:* quod [probationem praestat. Celsus quidem] probationem *etc.* indicium **Ab**: iudicium **B** 8 efficitur *edd. uett.* effici **AB** 9 sint **A** 10 aut **A**[1] separauit **Bg**, *sed* t *punct.* 11 quae **A**[1] 12 collegitur **B** aliquid *Spalding cum ed. Jens.:* aliud *libri et* ς per id quod **A** *in ras.* 14 quo *Regius:* quod **AB** 15 fuerat **a** quod aut (au **A** *1 m.*) **Ab**: aut **B**, *ipse malim* quod sit uerum dubis **A**[1] 16 quae sensibus **Ba**: sensibusq: **A** p̄cipiuntur **A** 18 quae esse *scripsi:* quae (que **A**[1]) *libri,* in quae *Regius et* ς *malim* est, ut 'deos 19 legimus **Ab** 22 ut **A** *corr. ex* et legimus **A** constat **A**[1] 23 inter **B**: in **A** utrumque b (utrāque **A**, *sed* ā *in ras.*) parte **A**[1] 24 quicumque **Ab**, quaecumque **a** fiat **A** 25 administranda respublica sit si liquebit *libri*, administranda est respublica; ut administranda resp. sit, si liqu. *edd. ex Regii supplemento*, *cuius latinitas non est optima* 26 licebit **A**[1]

15 mundum prouidentia regi'. debet etiam nota esse recte argu-
menta tractaturo uis et natura omnium rerum, et quid quaeque
earum plerumque efficiat: hinc enim sunt quae εἰκότα dicuntur.
16 c r e d i b i l i u m autem genera sunt tria: unum firmissimum, quia
fere accidit, ut 'liberos a parentibus amari', alterum uelut pro-
pensius, 'eum, qui recte ualeat, in crastinum peruenturum',
tertium tantum non repugnans, 'in domo furtum factum ab eo,
17 qui domi fuit'. ideoque Aristoteles in secundo de arte rhetorica
libro diligentissime est exsecutus, quid cuique rei et quid cuique
homini soleret accidere, et quas res quosque homines quibus rebus
aut hominibus uel conciliasset uel alienasset ipsa natura, ut,
diuitias quid sequatur aut ambitum aut superstitionem, quid boni
probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici, quo quae-
18 que modo res uitari uel appeti soleat. uerum hoc exequi mitto:
non enim longum tantum, sed etiam inpossibile ac potius infi-
nitum est, praeterea positum in communi omnium intellectu. si
19 quis tamen desiderauerit, a quo peteret ostendi. omnia autem
credibilia, in quibus pars maxima consistit argumentationis, ex
huiusmodi fontibus fluunt: 'an credibile sit a filio patrem occi-
sum, incestum cum filia commissum', et contra 'ueneficium in
nouerca, adulterium in luxurioso': illa quoque, 'an scelus palam
factum,' 'an falsum propter exiguam summam,' quia suos
quidque horum uelut mores habet, plerumque tamen, non sem-
per: alioqui indubitata essent, non argumenta.

20 Excutiamus nunc a r g u m e n t o r u m l o c o s, quamquam qui-
busdam hi quoque, de quibus supra dixi, uidentur. locos appello
non, ut uulgo nunc intelleguntur, in luxuriem et adulterium et
similia, sed s e d e s a r g u m e n t o r u m, in quibus latent, ex qui-
21 bus sunt petenda. nam ut in terra non omni generantur omnia,
nec auem aut feram reperias, ubi quaeque nasci aut morari

8. c. 1—17.

1 regi **Bg** *corr. ex* rei recta **ABn**, *uterque 1 m.* 2 tracturo **A**[1] quidque earum **A**[1] 3 plerumque **B**: *om.* **Ab** hinc *Regius:* nihil *libri* quaeicota **ABn**, qua (quae **b**) ei contra *(hoc ex corr.)* **Bg** 4 firmissum **A** quod fere *Regius* 5 mare **A**, amare **a** 7 repugna*ns in* **A** 8 qui domi **b**: qui domui **A**, quodomni **Bn** (*in* **Bg** *uetus lectio erasa*) 10 soleret *Spalding*: solet **AB**, soleat *Regius* 11 alienass*et* **A** 12 quid *Regius et* **a**: qui **B**, quis **A** 13 quo quaeque **A** *in ras.* 14 solet **A** 15 ac potius **AB**: aut potius *dett. et* ς 16 commune **A** 17 ostendi. *At* (At *in ras. duarum triumue litterarum*) credibilia **A** 19 fluunt *Regius*: fiunt **AB** 22 falsus **A** exig*uam* **A** 23 quidque *Francius:* quisque **AB** habet **A**, *sed* t *in ras.* 24 indubita **A**[1] 26 ut uidentur **A** 27 in *Regius:* ut *libri*, ut in *alii* luxuriem **AB**: luxuriam ς adulter et similia et sedes **A**[1] 28 latent et ex **a** 29 petenda **a**: petendi **AB** 30 nec aut̄ auferam **A**[1] repperias **A** ubi quaeque **A**: ubique **B** morare **A**[1]

soleat ignarus, et piscium quoque genera alia planis gaudent,
alia saxosis, regionibus etiam litoribusque discreta sunt, nec
helopem nostro mari aut scarum ducas: ita non omne argumen-
tum undique uenit ideoque non passim quaerendum est. multus 22
alioqui error est: exhausto labore, quod non ratione scrutabimur,
non poterimus inuenire nisi casu. at si scierimus ubi quodque
nascatur, cum ad locum uentum erit, facile quod in eo est per-
uidebimus.

In primis igitur argumenta a persona ducenda sunt, cum 23
sit, ut dixi, diuisio, ut omnia in haec duo partiamur, res atque
personas: ut causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus
et cetera rerum sint accidentia. personis autem non quidquid
accidit exsequendum mihi est, ut plerique fecerunt, sed unde
argumenta sumi possunt. ea porro sunt genus, nam similes 24
parentibus ac maioribus suis plerumque creduntur, et nonnum-
quam ad honeste turpiterque uiuendum inde causae fluunt: natio,
nam et gentibus proprii mores sunt nec idem in barbaro, Ro-
mano, Graeco probabile est: patria, quia similiter etiam ciuita- 25
tium leges, instituta, opiniones habent differentiam: sexus, ut
latrocinium facilius in uiro, ueneficium in femina credas: aetas,
quia aliud aliis annis magis conuenit: educatio et disciplina,
quoniam refert a quibus et quo quisque modo sit institutus: ha-
bitus corporis, ducitur enim frequenter in argumentum species 26
libidinis, robur petulantiae, his contraria in diuersum: fortuna,
neque enim idem credibile est in diuite ac paupere, propinquis
amicis clientibus abundante et his omnibus destituto: condicionis
etiam distantia, nam clarus an obscurus, magistratus an priua-
tus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus
an caelebs, parens liberorum an orbus sit, plurimum distat:
animi natura, etenim auaritia, iracundia, misericordia, crudeli- 27
tas, seueritas aliaque his similia adferunt fidem frequenter aut

---

1 soleant *Francius* generalia **A**¹ 2 saxis **Ab** *reg*ionibus **A** litoribus quae **A**¹**B** 3 scaurum **B**, carum **A** 5 est exhausto est **A**¹ 6 ad si **A** quoque nascatur (nascantur **a**) **A** 9 igitur **Ab**: igitur saepe **B** cum dixi ut sit **A** 10 partimur **A** 11 modus *om.* **A**¹ 12 ceterarum rerum **Ab** quicquid **B** 15 suis filii plerumque *ed. Camp.* et **Bg** *s. l. sed 1 m.* numquam ad (ab **a**) honest*o* (o *in ras.*) **A** 16 fluunt **B**: sunt **Ab** nationum et **Ab**, *sed* **A** u *in ras.* 17 nec (ne *1 m.*) idem *qui sunt* in **A** 18 ciuitatium **AB**: ciuitatum ϛ 19 differentiā **b**: differentia **AB** sextus **A**¹ 20 *ue*neficium **A** etas **A** *corr. ex* eas 21 alis **A**¹ 22 a *om.* **A** modo *om.* **A** 23 frequenter *om.* **A** 24 libidini robor (-ur *corr.*) **A** 25 enim incredibile **A** 26 abundantes **A**¹**b** conditionis **A** 27 distantia **A**: distantia est **B**, distantiam esse **a** an **A** *in ras.* 28 maritus **Ab**: meritus **B** 29 celebs **AB** sit sic plurimum (plurimi **a**) distant **Ab** 31 fidem freq. **AB**: freq. fidem ϛ

detrahunt, sicut uictus luxuriosus an frugi an sordidus quaeritur: studia quoque, nam rusticus, forensis, negotiator, miles,
28 nauigator, medicus aliud atque aliud efficiunt. intuendum etiam, quid adfectet quisque, locuples uideri an disertus, iustus an potens. spectantur ante acta dictaque, ex praeteritis enim aestimari solent praesentia. his adiciunt quidam commotionem: *cum*
29 accipi uolunt temporarium animi motum, sicut iram, pauorem: consilia autem et praeteriti et praesentis et futuri temporis: quae mihi, etiamsi personis accidunt, referenda tamen ad illam partem argumentorum uidentur, quam ex causis ducimus, sicut habitus quidam animi, *in* quo tractatur, amicus an inimicus.
30 ponunt in persona et nomen: quod quidem accidere ei necesse est, sed in argumentum raro cadit, nisi cum aut ex causa datum est, ut Sapiens, Magnus, Pius, aut et ipsum alicuius cogitationis attulit causam, ut Lentulo coniurationis, quod libris Sibyllinis haruspicumque responsis dominatio dari tribus Corneliis dicebatur, seque eum tertium esse credebat post Sullam Cinnamque, quia
31 et ipse Cornelius erat. nam et illud apud Euripidem frigidum sane, quod nomen Polynicis ut argumentum morum frater incessit. iocorum tamen ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non semel usus est. haec fere circa personas sunt aut his similia: neque enim conplecti omnia uel hac in parte uel in ceteris possumus, contenti rationem plura quaesituris ostendere.
32 Nunc ad r e s transeo, in quibus maxime sunt personis iuncta quae agimus, ideoque prima tractanda. in omnibus porro, quae fiunt, quaeritur aut q u a r e aut u b i aut q u a n d o aut q u o m o d o
33 aut p e r q u a e facta sunt? ducuntur igitur argumenta e x c a u s i s factorum uel futurorum: quarum materiam, quam quidam ὕλην,

1 luxuriosus *sit* an **A**, *sed* sit *m. 2 in ras.* 3 atque aliunt **Bg** *1 m.* etiam **Ab**: et **B** 4 quis affectus quisque **b**, quis affectus sit cuique **A** *in ras. m. 2* desertus **A**, disertus uelit **a** 5 spectantur et (*uel* item) *malim* 6 commutationem **A** eum *nos: om.* **AB**, hanc **ab**, *cf.* § *3* 7 uolunt **Ab**: uolent **B** 8 et praeteritis (*om.* et praes.) **A**[1], et praesentis et praeteriti **B** 9 referenda **B**: per se ferenda **A**, per se referenda **ab** 11 habit*us* **A** animi, in quo *Spalding:* animi quo *libri, sed* **A** *m. 2 in ras.* amicus an inimicus *Regius:* an *om.* **B**, amicus inimici **A** *ut uidetur*, animus amici **ab** 12 nomenq: quidam **A**[1] accidere ei **B**: accidere ** **A**, ei *om.* **b**, ei accid. ς 14 Pius *Zumpt:* plenus *libri* coniurationis attulit causam **A** 16 haruspicum **A**, aruspicumque ς corneli*is* **A** 17 dicebat **Ab** syllam **AB** 18 *immo* Euripiden *ex constanti Q. usu* frigium **A** 20 locorum **B** qua **ab**: quae **AB** 21 persona*s* *sunt* aut **A** 23 co*nte*nti **A** plura **B**: *om.* **Ab** quaesituri **A**[1] 24 iuctaque **A**[1] 26 qua de re **Ab**, *sed* ad **A** *in ras.* 27 per quae f. sunt **A** *in ras. minoris spatii* 28 actorum *Gesner* materiem **A** *in ras.* *quam quidam* YΛHN alii ΔINAMIN **A**, quam ylenaly dinamis ali **B**; *uerba* quam — nominauerunt *obelo notauit Kayserus in Fleckeiseni Ann. phil. 1866 p. 844*

alii δύναμιν nominauerunt, in duo genera, sed quaternas utrius-
que diuidunt species. nam fere uersatur ratio faciendi circa
bonorum adeptionem, incrementum, conseruationem, usum, aut
malorum euitationem, liberationem, imminutionem, tolerantiam:
quae et in deliberando plurimum ualent. sed honestas causas habent 34
recta, praua contra ex falsis opinionibus ueniunt. nam est his
initium ex iis, quae credunt bona aut mala, inde errores existunt
et pessimi adfectus, in quibus sunt ira, odium, inuidia, cupi-
ditas, spes, ambitus, audacia, metus, cetera generis eiusdem.
accedunt aliquando fortuita, ebrietas, ignorantia, quae interim
ad ueniam ualent, interim ad probationem criminis, ut si quis,
dum alii insidiatur, alium dicitur interemisse. causae porro non 35
ad conuincendum modo, quod obicitur, sed ad defendendum quo-
que excuti solent, cum quis se recte fecisse, id est honesta causa
contendit: qua de re latius in tertio libro dictum est. finitionis 36
quoque quaestiones ex causis interim pendent: an tyrannicida,
qui tyrannum, a quo deprensus in adulterio fuerat, occidit? an
sacrilegus, qui, ut hostes urbe expelleret, arma templo adfixa
detraxit? ducuntur argumenta et ex loco. spectatur enim ad 37
fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediter-
raneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus
an remotus, oportunus consiliis an aduersus: quam partem uide-
mus uehementissime pro Milone tractasse Ciceronem. et haec 38
quidem ac similia ad coniecturam frequentius pertinent, sed in-
terim ad ius quoque: priuatus an publicus, sacer an profanus,
noster an alienus, ut in persona magistratus, pater, peregrinus.
hinc enim quaestiones oriuntur: 'priuatam pecuniam sustulisti, 39
uerum quia de templo, non furtum, sed sacrilegium est'. 'occi-
disti adulteros, quod lex permittit, sed quia in lupanari, caedes

23. c. 20.

2 uer*titur* **A** 3 conuersationem **A¹B** 4 liberationem **Ab**: *om.* **B** toleratiam quaeque **a**, tulerat ** aeque **A**, tulerat neque **F**, namq. **B** (*om.* toler.) 5 plurima **A¹B** honestas *Gul. Meyer:* has **B**ς, haec **A**, *cf.* § *35* 6 recta pa*** (parua?) **A**, rectũ prauũ **a** nam esse **A** 7 ex his **AB** etrores **A** 8 ira et odium **B**, *sed in* **Bn** et *inductum* 12 intermisse **A** (o) 14 idem honesta **A** 15 in *III* libro **A** finitionis quoque quaestiones **Ab**: finitiones **B** 16 in tyrannicida (-dã **a**) **A** 17 a *om.* **A** quod **a** deprehensus **A**ς in sacrilegu (-gum **a**) **A** 19 detrahit **A** spectatur **Ab**: expectatur **B**, spectat *coni. Spalding, ut est 5, 12, 5* 21 propincus *an remotus* **A** 22 oportunus **AB**: opportunus ς uideamus **A¹**(?) 24 ac coniectura **A¹** 25 ad ius *ed. Aldina:* aditus **B**, adiutus **A**, an (n *in ras.*) locus **b**, ad locos **a** priuat*us* **A** 26 noster *an* **A** 28 est *om.* **Ab** 29 adulteros **B**: adulterum **Ab**, *sed* **A** um *in ras.*

est'. 'iniuriam fecisti, sed quia magistratui, maiestatis actio
40 est'. uel contra: 'licuit, quia pater eram, quia magistratus'. sed
circa facti controuersiam argumenta praestant, circa iuris lites
materiam quaestionum. ad qualitatem quoque frequenter pertinet
locus: neque enim ubique idem aut licet aut decorum est, quin
etiam in qua quidque ciuitate quaeratur interest, moribus enim
41 et legibus distant. ad commendationem quoque et inuidiam ualet:
nam et Aiax apud Ouidium 'ante rates' inquit 'agimus
causam, et mecum confertur Ulixes!' et Miloni inter
cetera obiectum est, quod Clodius in monumentis ab eo maiorum
42 suorum esset occisus. ad suadendi momenta idem ualet, sicut
tempus, cuius tractatum subiungam. eius autem, ut alio loco
iam dixi, duplex significatio est: generaliter enim et specialiter
accipitur. prius illud est 'nunc, olim, sub Alexandro, cum apud
Ilium pugnatum est', denique praeteritum, instans, futurum.
hoc sequens habet et constituta discrimina 'aestate, hieme, noctu,
43 interdiu', et fortuita 'in pestilentia, in bello, in conuiuio'. La-
tinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale
tempus, hoc speciale tempora uocarent. quorum utrorumque
ratio et in consiliis quidem et in illo demonstratiuo genere uer-
44 satur, sed in iudiciis frequentissima est. nam et iuris quaestio-
nes facit et qualitatem distinguit et ad coniecturam plurimum
confert, ut cum interim probationes inexpugnabiles adferat, quales
sunt, si dicatur, ut supra posui, signator, qui ante diem tabula-
rum decessit: aut commisisse aliquid, uel cum infans esset uel
45 cum omnino natus non esset: praeter id, quod omnia facile ar-
gumenta aut ex iis, quae ante rem facta sunt, aut ex coniunctis
rei aut insequentibus ducuntur. ex antecedentibus: 'mortem mi-
natus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti': causae quo-
46 que factorum praeteriti sunt temporis. secundum tempus sub-
tilius quidam, quam necesse erat, diuiserunt, ut esset iuncti

8. Metam. 13, 5. 9. p. Mil. 7, 17.

1 magestatis **Bn**, magistrat*us* (-tis **A**[1]?) **A** 2 pat*er* cram **A** ma-gist*ratus* **A** 5 idem ubique *dett.* 8 ante rates inquit agimus c. **AB**: agimus inquit a. r. c. *uel* inquit a. r. causam ag. *dett. cf. Meister II, 19* 10 maiorum **Ab**: maior **B** 11 occidus **B** *pr. m.* mo*menta* **A** sicut *om.* **A** 12 temp. c. tractatum **A** *in ras. m. 2* ut in eo loco **A** 13 duplex **Ab**: simplex **B** 14 Tunc **A**, *sed* T *in ras.* 15 Ilium *ed. Camp.* illum **AB** pugnam est (est etiam **a**) **A** 19 speciali **B** 20 et **AB**: etiam **a** genere **Ab**: *om.* **B** 21 iudicis **A**[1] quaestionis **A**[1] 25 aut *Regius:* an *libri* esseτ **A**, *sed* τ *in ras.* 26 cum adhuc *na*tus (tactus **b**) omnino **Ab** facile **B**: fac*** **A**, facti **a** 27 ex his **AB** re **A**[1] coniuncti **A**[1] 28 aut ex inseq. **a** minatus est **A**[1]**B** 30 subtilis **A** 31 quidam qua **A**[1], quaedam quam **a** erit **A** diiuserunt *om.* **A** ut esset iunctis **B**, ut ex coniunctis **b**, esse ut iunct*us* **A**

'sonus auditus est', adhaerentis 'clamor sublatus est'. inse-
quentis sunt illa: 'latuisti, profugisti, liuores et tumores appa-
ruerunt'. isdem temporum gradibus defensor utetur ad detra-
hendam ei, quod obicitur, fidem. in iis omnis factorum dictorumque 47
ratio uersatur, sed dupliciter. nam fiunt quaedam, quia aliud
postea futurum est, quaedam, quia aliud antea factum est: ut
cum obicitur reo lenocinii, speciosae marito, quod adulterii dam-
natam quondam emerit, aut parricidii reo luxurioso, quod dixerit
patri: non amplius me obiurgabis. nam et ille non quia emit,
leno est, sed quia leno erat, emit: nec hic quia sic erat locutus,
occidit, sed quia erat occisurus, sic locutus est. casus autem, 48
qui et ipse praestat argumentis locum, sine dubio est ex inse-
quentibus, sed quadam proprietate distinguitur, ut si dicam:
'melior dux Scipio quam Hannibal, uicit Hannibalem': 'bonus
gubernator, numquam fecit naufragium': 'bonus agricola, magnos
sustulit fructus'. et contra: 'sumptuosus fuit, patrimonium ex-
hausit': 'turpiter uixit, omnibus inuisus est'. intuendae sunt 49
praecipueque in coniecturis et facultates: credibilius est enim
occisos a pluribus pauciores, a firmioribus inbecilliores, a uigi-
lantibus dormientis, a praeparatis inopinantis: quorum contraria
in diuersum ualent. haec et in deliberando intuemur et in iu- 50
diciis ad duas res solemus referre, an uoluerit quis, an potuerit:
nam et uoluntatem spes facit. hinc illa apud Ciceronem con-
iectura: 'insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio: ille
cum seruis robustis, hic cum mulierum comitatu, ille equis, hic
in raeda, ille expeditus, hic paenula inretitus'. facultati autem 51
licet instrumentum coniungere: sunt enim in parte facultatis
et copiae. sed ex instrumento aliquando etiam signa nascuntur,

23. cf. p. Mil. 10, 29.

1 adherentis A^1 est B: et b, at A insequenti AB 3 utetur A *in ras.* 4 iis B: is A, his aς 5 uersa*tur* A 6 est *om.* A qui aliud B antea B: ante Ab 7 speciosae marito quod adulteri B: speciosam(?) ********* adult**** A, quod speciosam adulterio ab 8 quondam *Burman:* quandam AB, *sed* A *in ras.* parricidi A^1 luxuriose Bg, *sed corr. ead. m.* 9 quia] qui A^1, *item u. 11* 11 locut*us est casus autem* quia et A 11 casus ab: is B 14 annibal *utroque loco* B, *sed priore corr.* han. 16 exausit Bn *et 1 m.* Bg 17 uel omnibus *libri,* uel *del. Valla* 19 a firm. inbecilliores Ab *(sed* A *partim in ras.): om.* B 20 dormientes Bς praeparantis A inopinantes Ab, inopinatos B 21 haec Bn *s. l. sed 1 m.* iudicis A^1 22 an (*ante* pot.) *om.* b 23 hunc A^1 cicerorem coiectura B 25 comitatu ille A *in ras.* equis AB: in equo ς 26 in Ab: *om.* B raeda B: reda A, rheda ς paenola b facultiti A 27 licet Ab: *om.* B instrumentum Bn *corr. ex* instrumentorum in *om.* Bg *1 m.* facultates et copia ex (*om.* sed) A 28 ex Bn *s. l. sed 1 m.* signa B: sic Ab

52 ut spiculum in corpore inuentum. his adicitur modus, quem τρόπον dicunt, quo quaeritur, quemadmodum quid sit factum. idque tum ad qualitatem scriptumque pertinet, ut si negemus adulterum ueneno licuisse occidere, tum ad coniecturas quoque, ut si dicam 'bona mente factum, ideo palam, mala, ideo ex insidiis, nocte, in solitudine'.

53 In rebus autem omnibus, de quarum ui ac natura quaeritur quasque etiam citra complexum personarum ceterorumque, ex quibus fit causa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt: an sit, quid sit, quale sit. sed quia sunt quidam loci argumentorum omnibus communes, diuidi haec tria genera non possunt, ideoque locis potius, ut in quosque incur-
54 rent, subicienda sunt. ducuntur ergo argumenta ex finitione seu fine: nam utroque modo traditur. eius duplex ratio est: aut enim simpliciter quaeritur, sitne hoc uirtus, aut praecedente finitione, quid sit uirtus. id aut uniuersum uerbis conplectimur, ut 'rhetorice est bene dicendi scientia', aut per partes, ut 'rhetorice est inueniendi recte et disponendi et eloquendi cum firma memoria et cum dignitate actio-
55 nis scientia'. praeterea finimus aut ui, sicut superiora, aut ἐτυμολογίᾳ, ut si assiduum ab aere dando et locupletem a locorum, pecuniosum a pecorum copia. finitioni subiecta maxime uidentur genus, species, differens, proprium: ex iis
56 omnibus argumenta ducuntur. genus ad probandam speciem minimum ualet, plurimum ad refellendam. itaque non, quia est arbor, platanus est, at quod non est arbor, utique platanus non

2 troponi **Bn**, ΤΡΠΟΝ **A**, ΤΡΩΠΟΝ **a** 3 idque ad qualitatem **B**, idqua *** adq*tū **A** *ut uidetur*, id qualiter idque tum ad qualitatem **ab**, isque (*sc.* modus) cum ad qualitatem *Regius* scriptumque **B**: scripti **Ab** 4 adulterum *cum* ueneno licuis*set* occidere **A**, adulterum ueneno licuisse occidere. sed uel oportuisse **B**, *ex qua interpolatione haec orta est lectio uulgata:* adult. ueneno licuisse occidere, sed ferro (telo *Burman*) oportuisse tum ad **Ab**: *om.* **B** 5 ideo pal*am* **A**, ideoque palam **B** 6 ideoque ex **T** 7 ac **A**: aut **B** 8 circa **AB**; *cf. 5, 8, 6* ceterarumque quae **A** 9 possimus **A¹B** rursus* **A** 10 quid sit *om.* **A¹** 11 omnibus **B**: his omnibus **Abς**, *sed* **A** his *in ras.* diuidi in haec *Regius* 12 ut quosque **B**, ** in quos **A** 13 ducuntur **Bg** *corr. e* ducantur ex **B**: et **A**, et a **a** 14 eius *om.* **A** 15 aut enim simpl. hoc quaeritur **A** uirtus **B**: dictum **Ab** praecedente **Ab**: cedente **B** 16 id aut uniuersum uerbis conplectimur **B** *et Iulius Victor:* ita ut uniuersam uim uerbi conplectamur **Ab**, *sed* **A** am uim *et* tamur *2 m. in ras.* (in uniuersum *coni. Regius*) 18 recte inueniendi *dett. et ς* 19 cum **Bn** *corr. 1 m. ex* cir cum (*post* et) **Bg** *s. l.* 21 ut si **Ab**: ut **B** adsiduum **AB** ab asse *Regius, at cf. Cic. de Rep. 2, 22, 40 et Top. 2, 10* 22 finitioni* **A**, finitionis **b** 23 iis **AB**: his **ς** 24 dicuntur **A¹** 25 itaque non que arbor **A** 26 ad quid **A**, at quia *Spalding malebat, sed Victor quoque* quod *habet* non est *om.* **A**

est: nec quod uirtus est, utique iustitia est, at quod non est
uirtus, utique non potest esse iustitia. [itaque] a genere per-
ueniendum ad ultimam speciem, ut 'homo est animal' non est
satis, id enim genus est: 'mortale', etiamsi est species, cum
aliis tamen communis finitio: 'rationale', nihil supererit ad de-
monstrandum quod uelis. contra species firmam probationem habet 57
generis, infirmam refutationem. nam quod iustitia est, utique uirtus
est, quod non est iustitia, potest esse uirtus, si est fortitudo, con-
stantia, continentia. numquam itaque tolletur a specie genus, nisi
ut omnes species, quae sunt generi subiectae, remoueantur, hoc
modo: 'quod neque † immortale est neque mortale animal non
est'. his adiciunt propria et differentia. propriis confir- 58
matur finitio, differentibus soluitur. proprium autem est aut
quod soli accidit, ut homini sermo, risus, aut quidquid utique
accidit, sed non soli, ut igni calfacere. et sunt eiusdem rei
plura propria, ut ipsius ignis lucere, calere. itaque, quodcum-
que proprium deerit, soluet finitionem, non utique, quodcumque
erit, confirmabit. saepissime autem quid sit proprium cuiusque 59
quaeritur, ut, si per ἐτυμολογίαν dicatur 'tyrannicidae proprium
est tyrannum occidere', negemus: non enim, si traditum sibi
eum carnifex occiderit, tyrannicida dicatur, nec si inprudens uel 60
inuitus. quod autem proprium non erit, differens erit, ut
aliud est seruum esse, aliud seruire, qualis esse in addictis quae-
stio solet: 'qui seruus est, si manu mittatur, fit libertinus, non
item addictus', et plura, de quibus alio loco. illud quoque dif- 61
ferens uocant, cum genere in speciem diducto species ipsa discer-

1 nec quod non est uirtus utique non p. esse iustitia **B**, nec quid uirtus est utique non p. esse iniustitia **A**; *suppleuimus locum ex Iulio Victore p. 398, 20; apparet autem diuerso modo lacunam in duabus codicum familiis extitisse; in* **B** *enim haec desunt:* quod uirtus est utique iustitia est at, *contra in* **A** :iustitia est at quod non est uirtus 2 itaque *Spaldingio auctore inclusimus; uidetur praue repetitum ex loco superiore* a *Badius: om. libri* 3 anim*al* **a** (anim* **A**) 5 commune **A** 6 quod **B**: id quod **Ab**, *sed* **A** id *in rasura* 9 tolle*tur* ab specie **A** 10 generis **Bg** *ante rasuram* praemoueantur **A** (remou. *Victor quoque firmat*) 11 quod ne*que* **A** immortale est n. mortale **B**; immortale n.-m. est *Victor*, mortale est n. i*m*mortale **A**; neque mortale est neque rationale neque animal, non est homo *Meister II, 22; ipse malim hoc ordine* ubo: n. rationale est n. mortale n. animal, homo non est 12 adic iunturdropriae differentiae **A** a propriis **B** 13 soluitur *om.* **A** 14 accidipt* ut **A** quicquid **Ab**, quod **B** 15 soli/// ut **A** calefacere **Ab** 16 ita **A** 17 soluet *Victor:* solue **B**, soluit **Ab**, *sed* **A** it *in ras.* 18 confirma **A**, confirmat **ab** huiusce **A**, *spatio uacuo ante* quaer. *relicto* 19 quaeretur **A** tyrannice **A**[1] 24 si seruus **A** manumittitur *Meister* 25 item *Francius:* idem *libri Quintil. et Victoris*, itidem *Regius* addicitur **A** aliud quoque **A** 27 in *om.* **A** speciem **AB**: species ς diductos **A**, deducto **B**; *cf.* 2, 11, 5

nitur. animal genus, mortale species, terrenum uel bipes diffe-
rens: nondum enim proprium est, sed iam differt a marino uel
quadripede: quod non tam ad argumentum pertinet quam ad
62 diligentem finitionis comprensionem. Cicero genus et speciem,
quam eandem formam uocat, a finitione deducit et iis, quae ad
aliquid sunt, subicit: ut, si is, cui argentum omne legatum est,
petat signatum quoque, utatur g e n e r e: at si quis, cum lega-
tum sit ei, quae uiro mater familias esset, neget deberi ei, quae
in manum non conuenerit, s p e c i e, quoniam duae formae sint
63 matrimoniorum. diuisione autem adiuuari finitionem docet, eam-
que differre a partitione, quod haec sit totius in partis, illa ge-
neris in formas. partis incertas esse, ut 'quibus constet res
publica', formas certas, ut 'quot sint species rerum publicarum',
quas tris accepimus, quae populi, quae paucorum, quae unius
64 potestate regerentur. et ille quidem non iis exemplis utitur,
quia scribens ad Trebatium ex iure ducere ea maluit: ego aper-
tiora posui. propria uero ad coniecturae quoque pertinent par-
tem, ut, quia proprium est boni recte facere, iracundi uerbis
aut manu male facere, facta haec ab ipsis esse credantur, aut
contra. nam ut quaedam in quibusdam utique sunt, ita quae-
dam in quibusdam utique non sunt, et ratio, quamuis sit ex
diuerso, eadem est.

Diuisio et ad probandum simili uia ualet et ad refellen-
65 dum. probationi interim satis est unum habere, hoc modo: 'ut
sit ciuis, aut natus sit oportet aut factus': utrumque tollendum
66 est: 'nec natus nec factus est'. fit hoc et multiplex, idque est

4. Cic. Top. c. 3. 10. ibid. c. 5.

1 animi **A**[1] differet **B** (differt **A**, *sed* t *in ras.*) 3 quadripede **Ab**: quadripe **B** quam **A** *in ras.* 4 comprensionem **B** *corr. ex* compressionem, conprehensionem **A** 5 quam **A** *corr. ex* q: *fort.* diducit his **AB** 6 subici **A**[1] arg*entum* omne **A** 8 quae] q **A**, q̄ a ui*ro* **A** deberi **Ab**: debere **B** ei **A** *corr. ex* et 9 species **A** forme **B** 10 diuisionē **ABg** aut **B**, autem adiuuari finitionem *om.* **A** 11 partes — partes **Bς** illa — partis *om.* **Bg** *1 m.* 12 ut **B**: in **A** 13 quod **A** 14 tres **b** accipimus **A** populo **A** 15 non in iis **A** 16 qui scribendas **A** ex iure *om.* **A** eam **A** 17 a proprio *Victor p. 399, 2 haud scio an recte* 18 iracundi uerbis aut manu labefactare haec *(sic cod. teste Du Rieu)* ab ipsis esse credamus aut contra *Iulius Victor*, iracundi uerbis esse credantur aut c. *libri Quint. mance; in loco constituendo nunc partim Kayserum (in Ann. philol. 1866 p. 844) secuti sumus* 20 nam ut **Ab** *et Victor: om.* **B** quidam **A** utique sunt, ita quaedam in quibusdam utique non sunt *Victor:* utique non sunt *Quint. libri et edd. mance; sententiam contrariam deesse Spaldingius recte perspexerat* 21 quamuis sit *nos:* quamuis (*quanis* **A**) ita *libri*, ita, quamuis *Spalding* 23 reffellendum **Bg**, repellendum **Ab** 24 probanti *Regius* 25 ciuis **AB**: quis **b**, *hinc alii* ciuis quis factus: neganti utrumque *Regius* utrumcumque tollendus **A** 26 hac **A**

argumentorum genus ex remotione, quo modo efficitur totum
falsum, modo id, quod relinquitur, uerum. totum falsum est
hoc modo: ‘pecuniam credidisse te dicis: aut habuisti ipse aut
ab aliquo accepisti aut inuenisti aut surripuisti. si neque domi
habuisti neque ab aliquo accepisti et cetera, non credidisti. re- 67
licum fit uerum sic: ‘hic seruus, quem tibi uindicas, aut uerna
tuus est aut emptus aut donatus aut testamento relictus aut ex
hoste captus aut alienus’: deinde remotis prioribus supererit
‘alienus’. periculosum et cum cura intuendum genus, quia, si
in proponendo unum quodlibet omiserimus, cum risu quoque tota
res soluitur. tutius, quod Cicero pro Caecina facit, cum inter- 68
rogat, si haec actio non sit, quae sit? simul enim remo-
uentur omnia. uel cum duo ponentur inter se contraria, quorum
tenuisse utrumlibet sufficiet, quale Ciceronis est: unum quidem
certe nemo erit tam inimicus Cluentio qui mihi non
concedat: si constet corruptum illud esse iudicium,
aut ab Habito aut ab Oppianico esse corruptum: si
doceo non ab Habito, uinco ab Oppianico, si ostendo
ab Oppianico, purgo Habitum. fit etiam ex duobus, quo- 69
rum necesse est alterum uerum, eligendi aduersario potestas,
efficiturque ut, utrum elegerit, noceat. facit hoc Cicero pro
Oppio: utrum, cum Cottam appetisset, an cum ipse
se conaretur occidere, telum e manibus ereptum est?
et pro Vareno: optio uobis datur, utrum uelitis casu
illo itinere Varenum usum esse an huius persuasu et
inductu: deinde utraque facit accusatori contraria. interim 70
duo ita proponuntur, ut utrumlibet electum idem efficiat, quale
est: ‘philosophandum est, etiam si non est philosophandum’.

11. p. Caec. 13, 37. 14. p. Cluent. 23, 64.

1 remotiore **A**¹**B** qua *dett. pauci, ut noluit Burman* 2 uerum **B**: de hoc uerum **A** 3 credidisset enim habuisti **A** 4 inuenisti aut (*om.* **A**¹) er*u*puisti neque **A** domi **A** *in ras.* 5 et cetera **B**: nec cetera **Ab** reliquum **B**ς 6 sic *edd. uett.* si **AB** ut uerna **A** 7 emptus aut **A** *1 m. in ras.* 9 si *om.* **A**¹ 10 quodlibe*t* omise*rimus (-imu*** *1 m.*) **A** 11 quod **Bn** *corr. e* quid cecina **B** 12 actio n̄ **Bg** *corr. ex* actione remouentur **B** *corr. ex* sem. 13 pone*ntur* **A**, ponerentur **b**, proponentur *Regius* 14 sufficiet **AB**: sufficiat ς est *om.* **A** 15 certe mouerit tam **A** qui mi **A**¹ 16 si **A** *in ras. maiore* illum **A** 17 habitu **Bn**, abitu **Bg**, abito **b** opianico **B**, *sed altero loco* opp. si *om.* **A** 18 abito **A**¹ si ostendo ab opp. *om.* **A** 20 necesse esse *coni. Spalding, ipse malim* necesse est esse 21 efficitur qui et **Ab** pro *om.* **A** 22 an *Goth. et Voss. 2:* aut **B**, at **A** 23 se **A**: sese **B**ς telum ei e manibus *edd. priores* eruptum **B** 24 dabitur **Ab** 25 esse *om.* **A** 26 *dei*nde **A** 28 est illud **T** est etiamsi n. e. philos. *om.* **AB** *et alii multi; exemplum habet Pseudo-Asconius ad diu. in Caecil.* § *21 p. 107 ed. Bait.*

et illud uulgatum: 'quo schema, si intellegitur? quo, si non intellegitur?' et 'mentietur in tormentis qui dolorem pati potest, mentietur qui non potest.'

71 Ut sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est: habent enim omnia *initium*, incrementum, summam, ut iurgium, deinde * * caedes. est ergo hic argumentorum quoque locus inuicem probantium: nam et ex initiis summa colligitur, quale est: non possum togam praetextam sperare, cum exordium pullum uideam, et contra, non dominationis causa Sullam arma sumpsisse, argumentum est dictatura deposita.
72 similiter ex incremento in utramque partem ducitur ratio cum in coniectura, tum etiam in tractatu aequitatis, an ad initium summa referenda sit, id est, an ei caedes inputanda sit, a quo iurgium coepit.

73 Est argumentorum locus ex similibus: 'si continentia uirtus, utique et abstinentia: si fidem debet tutor, et procurator.' hoc est ex eo genere, quod ἐπαγωγήν Graeci uocant, Cicero inductionem. ex dissimilibus: 'non si laetitia bonum, et uoluptas: non quod mulieri, idem pupillo.' ex contrariis: 'frugalitas bonum, luxuria enim malum: si malorum causa bellum est, erit emendatio pax: si ueniam meretur qui inprudens
74 nocuit, non meretur praemium qui inprudens profuit.' ex pugnantibus: 'qui est sapiens, stultus non est.' ex consequentibus siue adiunctis: 'si bonum iustitia, est recte iudicandum, si malum perfidia, non est fallendum': idem retro. nec sunt his dissimilia ideoque huic loco subicienda, cum et ipsa

15. cf. Cic. Top. 10, 42. 17. ibid. et de Inu. I, 31.

1 illut **Bg** uolgatum **A** si *om.* **A**¹ 2 et mentietur **Ba**: ementietur **A** qui **A** *corr. ex* quo *ut uidetur* 5 initium *Valla: om.* **AB**, exordium **a** summum **Ab** 6 deinde caedes est ergo (ergoar **A**) **AB**: d. caedes et strages **ab** (*sine* est ergo); *nos lacunae signum post* deinde *posuimus, sic fere explendae:* deinde pugna, tum caedes; *nam paulo post* caedes *ut* summa *inducitur* hinc **Ab** 7 quoque argum. ꞩ *inuitis libris ut uidetur* 9 *non domina*tionis **A** 10 sylllam *(extrema* l *punctata)* **Bn**, syluam **Bg**, sylam **A**, syllam **b** 11 in utramque p. *om.* **A** ratio **B**: reratio **A**, rei ratio **ab** 12 coiectura **B** tractatum **A** 13 referanda **Bg** ei *om.* **A** 15 uirtus utique et **B**: utriusque et **FT**, utrius (uirtus *corr. manu saec. XV*) et **A** 16 absentia **A** debet *om.* **A**, debet et p. *coni. Burman: habet sane Cicero in Top.* § *42* debet etiam proc., *sed in longiore totius sententiae comprehensione; noster eadem breuitate infra* § *78 utitur:* quod discere honestum, et docere tutorum et procuratorum **A** 17 ЄΠΑΡΟΓΙΗΝ (-ΙΚΗΝ *corr.*) **A** 18 ex *om.* **A** dissimilibus **A** *corr. in* de similibus 19 uoluntas **A**¹ popilio **AB**, *al.* populo contrari*is* **A** 20 bellum **Bg** *corr. ex* bonum 23 pugnantibus **AB**: repugnantibus **b** 24 adiuctis **A** si est bonum iustitia recte **B**ꞩ 25 per*fidia* **A** item (*aut* itemque) *libri aliquot* retro **B**: recte **Ab** 26 his similia **B**

naturaliter congruant: 'quod quis non habuit, non perdidit: quem
quis amat, sciens non laedit: quem quis heredem suum esse
uoluit, carum habuit, habet, habebit.' sed cum sint indubitata,
uim habent paene signorum immutabilium. sed haece conse- 75
quentia dico, ἀκόλουθα, est enim consequens sapientiae bonitas,
illa insequentia, παρεπόμενα, quae postea facta sunt aut futura.
nec sum de nominibus anxius: uocet enim ut uoluerit quisque,
dum uis rerum ipsa manifesta sit appareatque hoc temporis,
illud esse naturae. itaque non dubito haec quoque *uocare* con- 76
sequentia, quamuis ex prioribus dent argumentum ad ea quae
secuntur, quorum duas quidam species esse uoluerunt, actionis,
ut pro Oppio: quos educere inuitos in prouinciam non
potuit, eos inuitos retinere qui potuit? temporis, in
Verrem: si finem praetoris edicto adferunt Kalendae
Ian., cur non initium quoque edicti nascatur a Kalen-
dis Ian.? quod utrumque exemplum tale est, ut idem in diuer- 77
sum, si retro agas, ualeat: consequens enim est eos, qui inuiti
duci non potuerint, inuitos non potuisse retineri. illa quoque, 78
quae ex rebus mutuam confirmationem praestantibus ducuntur
(quae proprii generis uideri quidam uolunt et uocant ἐκ τῶν
πρὸς ἄλληλα, Cicero ex rebus sub eandem rationem uenientibus)
fortiter consequentibus iunxerim: si portorium Rhodiis lo-
care honestum est, et Hermocreonti conducere, et
'quod discere honestum, et docere.' unde illa non hac ratione 79
dicta, sed efficiens idem Domiti Afri sententia est pulchra: ego
accusaui, uos damnastis. est inuicem consequens et quod
ex diuersis idem ostendit, ut, qui mundum nasci dicit, per hoc
ipsum et deficere significet, quia deficit omne quod nascitur.

14. I, 42, 109. 20. Arist. Rhet. 2, 23, 3. 21. de Inu. I, 30, 46.
22. ibid. § 47.

1 *fort.* congruunt perdiditque **A**, *sed* que *erasum* 2 amat **A** *corr.* *ex* amans (?) 3 sunt **Bg** dubitata **A** 4 immutabilium *Aldus*: innumerabilium *libri*, insolubilium *Regius* consequendi **A** 5 acolutha **B**, acoluta **A** 6 sequentia **B**ς paregomena **AB**, *em. P. Victorius ad Arist. Rhet. I. 6* aut **B**: ac **A** 7 sum **A** *corr. ex* sunt (?) mominibus **A** 9 uocare *addidimus Spaldingio auctore* 10 dent *non uerum uidebatur Zumptio, sine causa, ut equidem censeo, quamquam promptum sit conicere* suppeditent 11 secuntur **AB**: sequuntur ς 12 in prouinciam — inuitos *om.* **A** 14 K. IAN **B**, *sed secundo loco* KIAN **A** *utroque loco* Kl *cum linea* 15 nascitur *Cicero* a *om.* **A** 17 si **A** *corr. ex* se inuiti retineri — potuisse duci *recte Gesner, nisi est error Quintiliani ipsius* 18 retinere illud (illa *corr.*) **A** 19 quae **B**: quia **Ab** 21 ΛΛΛΗΛΑC **Bn**, ΑΑΑΗΑΑC **Bg**, ΑΜΝΑΑC **A** 22 fortē **Bg**: *de* fortiter *comparat Spalding 1, 5, 72* rhodis **Ba** locare homines honestum **A** 23 hermagoreonti **A** 25 Domitii ς 26 accusaui **A** damnatis **A**[1] 27 qui **A** *corr. ex* quid (?) 28 significat *Regius*

80 Simillima est his argumentatio, qua colligi solent ex iis,
quae faciunt, ea, quae efficiuntur, aut contra, quod genus a
causis uocant: haec interim necessario fiunt, interim plerumque,
sed non necessario. nam corpus in lumine utique umbram facit,
81 et umbra, ubicumque est, ibi esse corpus ostendit. alia sunt,
ut dixi, non necessaria, uel utrimque uel ex altera parte: 'sol
colorat: non utique qui est coloratus, a sole est. iter pulueru-
lentum facit, sed neque omne iter puluerem mouet, nec quisquis
82 est puluerulentus, ex itinere est.' quae utique fiunt, talia sunt:
'si sapientia bonum uirum facit, bonus uir est utique sapiens',
itemque 'boni est honeste facere, mali turpiter', et 'qui honeste
faciunt, boni, qui turpiter, mali iudicantur': recte. at 'exerci-
tatio plerumque robustum corpus facit, sed non quisquis est
robustus, exercitatus, nec quisquis exercitatus, robustus est: nec,
quia fortitudo praestat, ne mortem timeamus, quisquis mortem
non timuerit, uir fortis erit existimandus: nec, si capitis dolorem
83 facit, inutilis hominibus sol est.' haec ad exhortatiuum maxime
genus pertinent: 'uirtus facit laudem, sequenda igitur: at uolup-
tas infamiam, fugienda igitur.' recte autem monemur, causas
84 non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea: utinam ne
in nemore Pelio, quasi uero id eam fecerit miseram aut no-
centem, quod illic ceciderint abiegnae ad terram trabes:
et Philocteta Paridi:

si inpar esses tibi, ego nunc non essem miser:

85 quo modo peruenire quolibet retro causas legentibus licet. illud
his adicere ridiculum putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod
coniugatum uocant, ut 'eos, qui rem iustam faciunt, iuste
facere', quod certe non eget probatione: 'quod compascuum est,
86 compascere licere'. quidam haec, quae uel ex causis uel ex

20. ex Ennii Medea. 23. Attii Philoct. p. 178 Ribb. 26. Top. 3, 12.

1 argumentatio ex efficientibus. qua *Meister II, p. 24 coll.* § 86 his **AB** 4 in **A** *corr. ex* il 6 utrumque **A** 7 puluerulent*um facit* **A** (umfacit *in ras. maioris spatii*) 9 est (*ante* quae) *om.* **A** talia **Ba**: et alia **Ab**, et talia ς 10 facit **Ab**: fecit **B** 11 itemque *Gesner:* ideoque *libri* 12 mali recte iudicantur **A** at **A** *in ras.* at hoc plerumque: Exercitatio *Gesner* 13 set **A** *1 m.* 14 robustus nec **A** *solus* 17 est haec **A**: et haec **B**, est et haec b exortatiuum **A**, hortatiuum **B**ς 20 repetendas *Regius:* retinendas **AB** media **A**[1]**B** utin*am ne* **A** 21 id *medaeam* (id*** *1 m.*) *fec*erit **A** innocentem **B** 22 ceciderint abiegnae **AB**: ceciderit abiegna ς in terram **Bg**, *sed* inter *m. 2 in ras.* aterram **A**[1] trabet **A**[1] 23 Paridi: si impar esses *Bonnell:* paridis inpar esses **Ab**, paridi si par esses **B**; *inanes de hoc uersu, qui creticis constat, coniecturas recensuit Ribbeck Tragg. Rell. p. 178* 24 nunc esse **A**[1] 26 u*tr*etur **A** 27 iustam **Ab**: istam **B** faciant *dett.*

efficientibus diximus, alieno nomine uocant ἐκβάϲειϲ, id est exi-
tus: nam nec hic aliud tractatur, quam quid ex quoque eueniat.
Adposita uel comparatiua dicuntur, quae minora ex 87
maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus probant. con-
firmatur coniectura ex maiore: 'si quis sacrilegium facit, faciet
et furtum': ex minore: 'qui facile ac palam mentitur, peierabit':
ex pari: 'qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, et ob dicen-
dum falsum testimonium accipiet'. iuris confirmatio huiusmodi 88
est ex maiore: 'si adulterum occidere licet, et loris caedere': ex
minore: 'si furem nocturnum occidere licet, quid latronem?' ex
pari: 'quae poena aduersus interfectorem patris iusta est, eadem
aduersus matris': quorum omnium tractatus uersatur in syllo-
gismis. illa magis finitionibus aut qualitatibus prosunt: 'si ro- 89
bur corporibus bonum, non est minus sanitas: si furtum scelus,
magis sacrilegium: si abstinentia uirtus, et continentia: si mun-
dus prouidentia regitur, administranda res publica: si domus
aedificari sine ratione non potest, †quid agenda si naualium cura
et armorum?' ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in 90
species secatur. nam et ex pluribus ad unum et ex uno ad
plura, unde est 'quod semel, et saepius', et ex parte ad totum et
ex genere ad speciem et ex eo quod continet ad id quod conti-
netur, aut ex difficilioribus ad faciliora et ex longe positis ad
propiora et ad omnia, quae contra haec sunt, eadem ratione
argumenta ducuntur. sunt enim et haec maiora et minora aut 91
certe uim similem optinent, quae si persequamur, nullus erit ea
concidendi modus: infinita est enim rerum comparatio, iucun-

hęc

1 alio a *et Regius* ecbasis **Bn** *et* **A** *(sed* ec **A** *in ras.):* **basis **Bg** 2 nam nec **B**: nec *om.* **Ab**; non enim *coni. Spalding* qua qui **A**[1] 3 uel ex comparatiua **A** 4 maiora ex minoribus **Ab**: *om.* **B** paribus probant. confirmatur **Ab**: paribus confirmantur **B**, *fort.* paribus confirmant. confirmatur 7 accipit *aliquot edd. uett.* 8 *hu*iusmodi est **A**, est eiusmodi **B** 9 licet et loris **B**, *sed in* **Bg** *post* licet *maior litura est (uidetur librarius uerba quaedam male repetiisse), in qua m. 2 additum est* latronem (loris cedere *Ex* minore **A**) 10 quid (quod *1 m.*) latronum parique **A**; quidni l. *coni. Capper.* 11 paena **B** aduerius **A** interfectorem — aduersus *om.* **A** 12 in **Ab**: *om.* **B** syllogismus **B** *1 m.* 14 non est **AB**: est non *Gedoynus; cf. Törnebladh quaestt. p. 22;* bonum non est, minus inanitas *coni. Spalding* fur*tum* **A** 16 admistranda **A** 17 agenda si **Bn**: agendam si *Amb. 2*, agendas **A**, agendũ in **Bg** *(sed* ũ in *m. recent. in litura), ut coni. Regius*, si agenda *Burman*, *fort.* quidni agendast *(in* **Bn** *est post* agenda *signum interrogationis, simile illud litterae* m) 18 armamentariorum *coni. Zumpt*, murorum *Gernhard in Add.* suffecerit *malebat Spalding* sed specie **A** 19 et ex **A** *et* **Bn** (*sed* **Bn** et *s. l. 1 m.*): et *om.* **Bg** *et rell.* ad **B**: ac **A** 20 et (*post* totum) *om.* **ABn** 21 et (*ante* ex eo) *om.* **AB** quod (*post* id) **Ab**: *om.* **B** 22 aut **Ab**: ut **B**, et *dett. pauci, cf. Spald.* faciliora ex longe (longi *1 m.*) p. ad prop*iora* **A** 23 ratione **Ab**: oratione **B** 26 concedendi **A**

92 diora, grauiora, magis necessaria, honestiora, utiliora. sed mitta-
mus plura, ne in eam ipsam, quam uito, loquacitatem incidam.
exemplorum quoque ad haec infinitus est numerus, sed paucissima
attingam. ex maiore pro Caecina: quod exercitus arma-
tos mouet, id aduocationem togatorum non uidebitur
mouisse? ex faciliore in Clodium et Curionem: ac uide, an
facile fieri tu potueris, cum is factus non sit, cui tu
93 concessisti. ex difficiliore: uide quaeso, Tubero, ut qui
de meo facto non dubitem, de Ligari audeam dicere.
et ibi: an sperandi Ligario causa non sit, cum mihi
apud te locus sit etiam pro altero deprecandi? ex
minore pro Caecina: itane? scire esse armatos sat est,
ut uim factam probes, in manus eorum incidere non
94 est satis? ergo, ut breuiter contraham summam, ducuntur
argumenta a personis, causis, locis, tempore, cuius tres partes
diximus, praecedens, coniunctum, insequens, facultatibus, quibus
instrumentum subiecimus, modo, id est ut quidque sit factum,
finitione, genere, specie, differentibus, propriis, remotione, diui-
sione, initio, incremento, summa, similibus, dissimilibus, pug-
nantibus, consequentibus, efficientibus, effectis, euentis [iugatis],
comparatione, quae in pluris diducitur species.

95 Illud adiciendum uidetur, duci argumenta non a confessis
tantum, sed etiam a fictione, quod Graeci καθ' ὑπόθεϲιν uo-
cant, et quidem ex omnibus isdem locis, quibus superiora, quia
96 totidem species esse possunt fictae quot uerae. nam fingere
hoc loco hoc est, proponere aliquid, quod si uerum sit, aut sol-

4. c. 15, 43. 8. p. Lig. 3, 8. 9. ib. 10, 31. 12. c. 16, 45.

1 gratiora *edd. uett.* omittam **b** 2 ea** **Bg** ui*to* **A** 4 ex *om.* **A**[1] maiora **B**, maiori **b** cecina **B**, *item* § *93* 5 togatorum, *quod om. libri, addidimus ex Cicerone: alias enim argumentatio claudicat* 6 an **A**, *sed* n *in ras.* 7 cui non (*om* tu) **A** 9 de **A** *corr. ex* di ligari **B**, ligari* **A**, ligario **b** audeam — ligario *om.* **Bg** (*non item* **Bn**), *add. in* **b**: dicere tibi superandi ligarii, *sed* ii *ex corr.; de scriptura in loco Ciceronis, quae in libris Quint. corrupta est, cf. Maduigii Opusc. acad. alt. p. 306 n.* dicere tibi sperandi (superandi **a**) **A** 10 et ibidem *Francius* 11 locusit **A**[1] 12 itane uero *Cic.* 15 causis *om.* **A** 16 *iu*nctum **A** cuius quibus **Bg**, *sed* cuius *expunctum* 17 ut qui que **B**, ut quicque **A**[1] sit factum - genere *om.* **B**, *suppl. in* **b** 18 propris **A** diuisione, remotione, ordine *Meister* 19 incrementis **B**ς dissimilibus *om.* **A** pugnantibus] *addit Rollinus ex* § *73* contrariis 20 euentis **B**: euentis fugatis (fucatis **a**) **Ab**, euentis iugatis ς, euentis coniugatis *Capp.: uidetur* iugatis *suppletum esse ex* § *85, contra mentem, ut uidetur, Quintiliani ipsius* 21 comparatio **A**[1] plures ς deducitur **AB**, *at cf. ad* § *61* 22 non a **Ab**: non **B** 23 pi-ctione **A**[1] cathypotesin **B**, cathypoesin **A** 24 hisdem **b**, iisdem **a** qu*ae* superiora **A** 26 hoc est **B**: id est **A**, est ς si (siue **a**) ue-r*um* **A**

nat quaestionem aut adiuuet, deinde id, de quo quaeritur, facere
illi simile. id quo facilius accipiant iuuenes nondum scholam
egressi, primo familiaribus magis ei aetati exemplis ostendam.
lex: 'qui parentes non aluerit, uinciatur.' non alit quis, et uin- 97
cula nihilo minus recusat. utitur fictione, si miles, si infans sit,
si rei publicae causa absit. et illa contra optionem fortium, si
tyrannidem petas, si templorum euersionem. plurimum ea res 98
uirium habet contra scriptum. utitur his Cicero pro Caecina:
'unde tu aut familia aut procurator tuus. si me uili-
cus tuus solus deiecisset.. si uero ne habeas quidem
seruum praeter eum, qui me deiecerit', et alia in eodem
libro plurima. uerum eadem fictio ualet et ad qualitates: si 99
Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos
secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret
L. Murenam: et ad amplificationem: si hoc tibi inter ce-
nam in illis inmanibus poculis tuis accidisset. sic et:
si res publica uocem haberet.

Has fere sedes accepimus probationum in uniuersum, quas 100
neque generatim tradere sat est, cum ex qualibet earum innume-
rabilis argumentorum copia oriatur, neque per singulas species
exequi patitur natura rerum: quod qui sunt facere conati, duo
pariter subierunt incommoda, ut et nimium dicerent nec tamen
totum. unde plurimi, cum in hos inexplicabiles laqueos incide- 101
runt, omnem, etiam quem ex ingenio suo potuerant habere,
conatum uelut adstricti certis legum uinculis perdiderunt et
magistrum respicientes naturam ducem sequi desierunt.. nam 102
ut per se non sufficiet scire omnes probationes aut a personis

8. 19, 55. 12. p. Mur. 39, 83. 15. Phil. II, 25, 63. 17. adluditur ad Cic. in Cat. 1 c. 7, nec tamen uerba ipsa ibi leguntur.

1 et deinde quo queritur facile illi s. **A** 2 quo **Bg** *corr. ex* quod 3 magis et aetati **A**, magisq. usitatis **B**, ei *correxit Burman*; *cf.* 7, 2, 17 4 aluerint uincatur **A**[1] quis **B**: aquis **A**, aliquis **ab** 5 si miles si *Regius*: simile si **B** *et plerique*, similius (e *superscr.*) **A** infantis **A** 6 opiniones **A** si **Bn** *(sed* i *ex corr.)*, **sy **Bg**, sit **A** 7 pet*as* **A**, *an* petant? temporum **AB** et uersione **A**[1] plurimum **Ab**: plurimumq. **B** 8 uirum **A**[1] 9 tu aut̃ **A** uillicus ς 10 ne **B** 11 deierit **A**[1] 12 si l. catilina **A** 14 commode maneret **A** 15 ad **b**: *om.* **AB** amplificatione **A** cenam **AB**: caenam **a**, coenam ς 16 et illis **A**, in illis *bis* **B**, *an ex* in ipsis illis? *apud Cic. est* in ipsis tuis inman. illis poc. sic *Regius obelo notauit* 17 si *om.* **A** 19 qualibet et earum innumerabiles **A** 21 exsequi **a** patitur **B**: patiatur **Ab** 22 ut **A** *corr. ex* aut 23 unde **B**: inde **Ab** in *om.* **B** explicabiles **A**[1] 24 potuerant **AB**, *sed* **Bg** *corr. m. 1(?) ex* potuerunt, poterant **T** *solus et edd. recc.* 25 astri*cti certis* **A** 26 magistratum **Ab** natura duce **A**[1] *sequi de*sierunt **A** 27 sufficiet **Ab**: sufficit **B** aut a rebus **b**

aut rebus peti, quia utrumque in plura diuiditur, ita ex antece-
dentibus et iunctis et insequentibus trahenda esse argumenta
qui acceperit, num protinus in hoc sit instructus, ut, quid in
103 quaque causa ducendum sit ex his, sciat? praesertim, cum plu-
rimae probationes in ipso causarum conplexu reperiantur, ita
ut sint cum alia lite nulla communes, eaeque sint et potentissi-
mae et minime obuiae, quia communia ex praeceptis accepimus,
104 propria inuenienda sunt. hoc genus argumentorum sane dica-
mus **ex circumstantia**, quia περίϲταϲιν dicere aliter non pos-
sumus, uel ex iis, quae cuiusque causae propria sunt: ut in illo
adultero sacerdote, qui lege, qua unius seruandi potestatem
habebat, se ipse seruare uoluit, proprium controuersiae est di-
cere: 'non unum nocentem seruabas, quia te dimisso adulteram
occidere non licebat': hoc enim argumentum lex facit, quae
105 prohibet adulteram sine adultero occidere. et illa, in qua lex
est, ut argentarii dimidium ex eo quod debebant soluerent, cre-
ditum suum totum exigerent. argentarius ab argentario solidum
petit. proprium ex materia est argumentum creditoris, idcirco
adiectum esse in lege, ut argentarius totum exigeret: aduersus
alios enim non opus fuisse lege, cum omnes praeterquam ab
106 argentariis totum exigendi ius haberent. cum multa autem no-
uantur in omni genere materiae, tum praecipue in iis quaestio-
nibus, quae scripto constant, quia uocum est in singulis ambi-
107 guitas frequens et adhuc in coniunctis magis. et haec ipsa plu-
rium legum aliorumue scriptorum uel congruentium uel repug-
nantium complexu uarientur necesse est, cum res rei aut ius
iuris quasi signum est. 'non debui tibi pecuniam: numquam
me appellasti, usuram non accepisti, ultro a me mutuatus es.'
lex est: 'qui patri proditionis reo non adfuerit, exheres sit.'

---

1 accedentibus **B**, *sed in marg.* **Bn** anteced. 2 sequentibus *edd. recc. nulla ut uidetur codd. auctoritate* 3 acceperit **A** num protinus *Obrecht*: unum protinus **Ab**, protenus **B**, *ipse malim* non protinus qui in **A** *1 m.* 4 ducenda **B**, dicenda **b** presertim plurima et prob. **A** 5 in ipso **B**: initio **A** repleantur ita sint cum alii ali nulla **A** 6 eaque *sunt* et portentissime **A** 7 obuiae **b**: ouuiae **B**, oliuae **A** communia ex p. accepimus **Ab**: communibus ex praeceptis **B**; accipimus *Spald. malebat* 9 qui **A** 10 ex his **AB** 12 habebat **ABg** *(sed* ebat **Bg** *m. 2 in ras.)*: habeat **Bn** se *in* **Bg** *erasum* 13 seruabat **A** te **Ab**: ante **B** demisso **A** 15 illa inquam **A** lex **B**: lata lex **Ab** 16 argi****tari **A**[1], argumentarii **F** debeant **A** soluere **A**[1] 17 argentarius **Ab**: *om.* **B** 18 petit **a**: peti **AB** '*Dicesne hunc infinitiuum superesse ex pluribus, quae interciderint quorumque lacunam obruerint recentiores allinendo litteram T?*' Spalding 19 ut **B**: ad **A**, at **a** 20 legem **A** cum in omnes *Regius* 21 argentaris **A**[1] 22 his **AB** 23 est **A**: et **B** 24 et adhuc **A**: adhuc **B**, *malim* sed adhuc 25 aliorum uel **A** 27 debui* **A** 28 mutuatus est **A**

negat filius, nisi si pater absolutus sit. quid signi? lex altera:
'proditionis damnatus cum aduocato exulet.' Cicero pro Cluen- 108
tio P. Popilium et Tiberium Guttam dicit non iudicii corrupti,
sed ambitus esse damnatos. quid signi? quod accusatores eo-
rum, qui erant ipsi ambitus damnati, e lege sint post hanc ui-
ctoriam restituti. nec minus in hoc curae debet adhiberi, quid 109
proponendum, quam quo modo sit quod proposueris probandum.
hic immo uis inuentionis maior, certe prior. nam ut tela super-
uacua sunt nescienti quid petat, sic argumenta, nisi prouideris,
cui rei adhibenda sint. hoc est, quod comprehendi arte non
possit. ideoque, cum plures eadem didicerint, generibus argu- 110
mentorum similibus utentur: alius alio plura, quibus utatur, in-
ueniet. sit exempli gratia proposita controuersia, quae minime
communes cum aliis quaestiones habet: 'cum Thebas euertisset 111
Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutua Thessa-
lis dedisse Thebanos continebatur. has, quia erat usus commi-
litio Thessalorum, donauit his ultro: postea restituti a Cassandro
Thebani reposcunt Thessalos.' apud Amphictyonas agitur. cen-
tum talenta et credidisse eos constat et non recepisse. lis omnis 112
ex eo, quod Alexander ea Thessalis donasse dicitur, pendet.
constat illud quoque, non esse iis ab Alexandro pecuniam da-
tam: quaeritur ergo, an proinde sit quod datum est, ac si pe-
cuniam dederit? quid proderunt argumentorum loci, nisi haec 113
prius uidero, nihil eum egisse donando, non potuisse donare,
non donasse? et prima quidem actio facilis ac fauorabilis re-
petentium iure, quod ui sit ablatum: sed hinc aspera et uehe-
mens quaestio exoritur de iure belli, dicentibus Thessalis, hoc
regna, populos, fines gentium atque urbium contineri. inuenien- 114
dum contra est, quo distet haec causa a ceteris, quae in potesta-
tem uictoris uenirent, nec circa probationem res haeret, sed circa

2. c. 36, 98.

1 filius *Spalding:* fit **AB** 3 iudici **A**[1] 5 post **B**: in **Ab** 7 proposuerimus **A** *solus* 8 immo **B**, *item* **A** *ut uidetur:* omnino **ab** maior **AB**: et sint maior **ab**, omnino uis inu. si non maior ς 9 sint **AB** quid *petet ita* argumenta **A** 11 posset **Ab** generibi **Bg**, generibus quidem *Regius* 12 ali*us* alio **A**, alius uero alio *coni. Meister* in quibus **A** 13 mi** cūmunes **A**[1], comm. minime **T** *et edd. recc.* 14 alis **A**[1] uertisse **A**, uertisset **a** 15 mutue (e *in ras.*) **A** 16 qui erat **A**[1] commilito **A**[1] 17 has **b** casandro **Bg** *et* **A** 18 *re*poscunt **A** apud *om.* **A** amphiionas **A**(?), amphyconas **b**, amphityonas **a** 19 ea lis **Ab** 20 se donasse **Ab**, *sed* se *in* **A** *eras.* 21 quoque **A** *corr. ex* quodq: iis **B**: his **A**ς 22 an proder*it* quod **A** 24 *prius* **A** 26 sed **Ab**: quod **B** asp. et ueh. quaestio **B**: asp. et quaestio ueh. **A**, ueh. quaestio et asp. ς 29 quod (quid **a**) distet **A** 30 uenire solent *Meister, fort.* si quae — uenerint haeret (t *in ras.*) **A**

propositionem. dicamus in primis: in eo, quod in iudicium de-
duci potest, nihil ualere ius belli, nec armis erepta nisi armis
posse retineri. itaque, ubi illa ualeant, non esse iudicem: ubi
115 iudex sit, illa nihil ualere. hoc inueniendum est, ut adhiberi
possit argumentum: ideo captiuos, si in patriam suam redierint,
liberos esse, quia bello parta nonnisi eadem ui possideantur.
proprium et illud causae, quod Amphictyones iudicant, ut alia
apud centumuiros, alia apud priuatum iudicem in isdem quaestio-
116 nibus ratio. tum secundo gradu, non potuisse donari a uictore
ius, quia id demum sit eius, quod teneat: ius, quod sit incorpo-
rale, adprendi manu non posse. hoc reperire est difficilius quam,
cum inueneris, argumentis adiuuare, ut alia sit condicio heredis,
117 alia uictoris, quia ad illum ius, ad hunc res transeat. proprium
deinde materiae, ius publici crediti transire ad uictorem non
potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur, et,
quamdiu quilibet unus superfuerit, esse eum totius summae cre-
ditorem, Thebanos autem non omnis in Alexandri manu fuisse.
118 hoc non extrinsecus probatur, quae uis est argumenti, sed ipsum
per se ualet. tertii loci pars prior magis uulgaris, non in ta-
bulis esse ius, itaque multis argumentis defendi potest. mens
quoque Alexandri duci debet in dubium, honorarit eos an dece-
perit. illud iam rursus proprium materiae et uelut nouae con-
trouersiae, quod restitutione recepisse ius, etiamsi quod amise-
rint, Thebani uidentur. hic et quid Cassander uelit quaeritur,
sed uel potentissima apud Amphictyonas aequi tractatio est.

119 Haec non idcirco dico, quod inutilem horum locorum, ex
quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem, alioqui nec
tradidissem, sed ne, si qui cognouerint ista, si cetera neglegant,
perfectos se protinus atque consummatos putent et, nisi in cete-
ris, quae mox praecipienda sunt, elaborauerint, mutam quandam
120 scientiam consecutos intellegant. neque enim artibus editis fac-

---

1 diduci a 4 inueniundum **A** 6 *ea*dem u*i* **A** 7 et **B**: est **A**b, est et ς amphictrones **Bg** *item infra u.* 25 (*in* **Bn** *et* **Bg** *litterarum* r *et* y *forma simillima*) 9 ratio tum **B**: ratio sit b, rationum **A** a uictore ius **B**: auctor eius **A**, auctorē ius a 10 eius **A**: ei **BFT** quid **A**, qui id a 11 reprendi **A**b repperire **A** est **A**: *om. rell.* 12 conditio **A** 14 *u*ictorem **A** 17 omnes bς 18 argumentis et **B**, *sed in* **Bg** s *punct.* *sed* **A** ipsum — ualet **A** *in ras. m. 1* 23 quod **B**: quia **A**b, *sed* **A** ia *in ras.* (quod **A** *1 m. non habuerat*) restitutionem recepissent a 24 casander **A** 25 amphictyona*s* (s *in ras.*) equi **A** tractio **B**, *corr.* b (tractati*o est haec non i*dcirco **A**) 27 alioquin nec trad. **B**, alioquin inter (et erant *add. s. l. 2 m.*) adidissem **A**, alioquin inter cetera non addidissem **FT** (*lectio* b *erasa est*) 28 ne si **B**: ne se **A**bς 29 se **B**: *om.* **A**ς cōsummatos **A** pute et **A**[1] 30 elaboraueri*nt* **A** 31 artibi **A**[1]

tum est, ut argumenta inueniremus, sed dicta sunt omnia,
antequam praeciperentur, mox ea scriptores obseruata et con-
lecta ediderunt. cuius rei probatio est, quod exemplis eorum
ueteribus utuntur et ab oratoribus illa repetunt, ipsi nullum
nouum et quod dictum non sit inueniunt. artifices ergo illi, 121
qui dixerunt, sed habenda his quoque gratia est, per quos labor
nobis detractus est. nam quae priores beneficio ingenii singula
inuenerunt, nobis et non sunt requirenda et notata omnia. sed
non magis hoc sat est, quam palaestram didicisse, nisi corpus
exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura iuuatur, sicut
contra ne illa quidem satis sine arte profuerint. illud quoque 122
studiosi eloquentiae cogitent, neque omnibus in causis ea, quae
demonstrauimus, cuncta posse reperiri, neque, cum proposita
fuerit materia dicendi, scrutanda singula et uelut ostiatim pul-
sanda, ut sciant, an ad probandum id, quod intendimus, forte
respondeant, nisi cum discunt et adhuc usu carent. infinitam 123
enim faciat ista res dicendi tarditatem, si semper necesse sit ut
temptantes unum quodque eorum, quod sit aptum atque con-
ueniens, experiendo noscamus: nescio an etiam impedimento
futura sint, nisi et animi quaedam ingenita natura et studio
exercitata uelocitas recta nos ad ea, quae conueniunt causae,
ferant. nam ut cantus uocis plurimum iuuat sociata neruorum 124
concordia, si tamen tardior manus nisi inspectis demensisque
singulis, quibus quaeque uox fidibus iungenda sit, dubitet, potius
fuerit esse contentum eo, quo simplex canendi natura tulerit:
ita huiusmodi praeceptis debet quidem aptata esse et citharae
modo intenta ratio doctrinae, sed hoc exercitatione multa conse- 125
quendum, ut, quemadmodum illorum artificum, etiamsi alio spec-
tant, manus tamen ipsa consuetudine ad grauis, acutos medios-

2 collecta **Ba** 5 nouum et **A** *corr. ex* nouet non sit dictum **FT** *et ed. Camp.* (quod — inueniunt **A** *1 m. in ras.*) 7 nobis detractus est **B**: non est detractus es (etsi **a**) **A**, nobis est detractus **T** namque priores **AB** ingeni **A**[1] 8 et **AB**: at **a** notata *Guelf.*: notat **B**, nota sunt **b**ς, notant **A**, notanda **a** 9 magnos (-no *corr.*) haec **A** phalestram didicisse ni **A** 10 iuuetur *dett.* 11 profuerint **a**: profuerit **AB**, profuerunt **b** 12 eloquentia **A**[1] ea quae **AB** (*sed* **A** ea *corr. ex* meam): quae **b** 13 si neque **b** tum **Bg** p̄posita **B** 14 hostiati*m* **A** pulsandum *Francius probabiliter* (pulsanda *codex quoque Iulii Victoris p. 407,15*) 15 sciat **A**[1] 16 nisi cum **B**: ni dum **A**, nedum **a** infinita enim **A** *corr. in* infinitam (*om.* enim) 17 ista *Victor*: ipsa *libri Quint.* dicendi **A** *et Victor, ut coni. Regius*: discendi *libri rell.* 18 unumquoque **A**[1] 20 futura sit *coni. Spalding, sed* δευτέραις φροντίσιν *ipse rursum abiecit, cf. eius adnot. Meistero tamen Spaldingii emendatio probatur cf. II, 24* 21 rectae **a** conueniant **AB** 25 quo **B**: quod **Ab**ς 27 inte**ta **A**[1] multa **Bn** *corr. 1 m. ex* multi 28 quem **A** *corr. ex* quae spectant **A**: spectent **B**ς 29 graues **B**ς mediosq: **A** *quoque* (*non* medios)

que horum sonos fertur, sic oratoris cogitationem nihil moretur haec uarietas argumentorum et copia, sed quasi offerant se et occurrant, et, ut litterae syllabaeque scribentium cogitationem non exigunt, sic orationem sponte quadam sequantur.

XI. Tertium genus ex iis, quae extrinsecus adducuntur in causam, Graeci uocant παράδειγμα, quo nomine et generaliter usi sunt in omni similium adpositione et specialiter in iis, quae rerum gestarum auctoritate nituntur. nostri fere similitudinem uocare maluerunt, quod ab illis παραβολή dicitur, hoc alterum exemplum, quamquam et hoc simile est et illud exem-
2 plum. nos, quo facilius propositum explicemus, utrumque παράδειγμα esse credamus et ipsi appellemus exemplum. nec uereor ne uidear repugnare Ciceroni, quamquam conlationem separat ab exemplo. nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes, inductionem et ratiocinationem, ut plerique Graecorum in παραδείγματα et ἐπιχειρήματα, dixeruntque παράδειγμα ῥητο-
3 ρικὴν ἐπαγωγήν. nam illa, qua plurimum est Socrates usus, hanc habuit uiam, *ut* cum plura interrogasset, quae fateri aduersario necesse esset, nouissime id, de quo quaerebatur, inferret ut simile concessis. id est inductio. hoc in oratione fieri
4 non potest, sed quod illic interrogatur, hic fere sumitur. sit igitur illa interrogatio talis: 'quod est pomum generosissimum? nonne quod optimum?' concedetur. 'quid equus? qui generosissimus? nonne qui optimus?' et plura in eundem modum. deinde, cuius rei gratia rogatum est: 'quid homo? nonne is ge-
5 nerosissimus, qui optimus?' fatendum erit. hoc in testium in-

13. de Inu. I, 30, 49.

1 oratoris **Ab**: orationis **B** cogitationi **A** *1 m.* cognitionem *edd. recc. nulla ut uidetur codd. auctoritate* 2 sed quasi **B**: quae se (si **A**¹?) **Ab** offerant se et occurrant *Spalding: offerat** occurrat **A**, offerat et occurrat **B** 4 orationem **a**, *ut coni. Spalding:* oratione **A**, rationem **B**, rationes *Regius* qu**dam **A** 5 DE EXEMPLIS. Tertium **Ba** genus **Ab**: est genus **B** his **AB** adducuntur **Ab**: adducenda **B** 6 ΠΑΡΑΔΙΓΜΑ **AB**, *item § 2* 7 in is **B**, in his **A** 9 uocare **B**: uocari **AFT**ς uoluerunt **A** parabole **AB** hoc (*ante* alt.) *om.* **Ab** 10 et *huic* **A** est et illud *edd. ueteres:* est illud **AB** 11 *quo* **A**, quoque **B** 12 credamus **Ab**: credam **B** 13 quamquam] qui *Regius* conlatione **A**¹ separat **AB**: separet *dett. et* ς 15 rationem **AB**, *at cf. 5, 10, 6* 16 ΠΑΡΑΔΙΓΜΑ **A**, *unde conicias* παράδειγμα et ἐπιχείρημα, *cf. tamen Aristot. Anal. post 1, 1* ΕΠΙΧΙΡΗΜΑΤΑ **AB** dixerunt ΠΑΡΑΔΙΓΜΑ ΡΕΤΟΡΙΚΟΝ **A** 17 ΕΝΑΓΩΓΗΝ **B**, ΗΠΑΠΟΤΗΝ **A** quam **A** 18 ut *Badius: om. libri* 19 necesse *esset* uerissim*a* **A** (est uerissime **A** *1 m.*?) inferret **B**: inferebat **Ab**, *sed* bat **A** *2 m. in ras.* 20 ut simile concessis *Törnebladh:* ut (ut **A** *in ras.*) s. concessisse (-isset **b**) **AB**, cui s. concessisset *Badius*, ut cui s. concessisset *Regius* id est inductio *glossema uidebatur Spaldingio* ratione **A** 21 *fere* **A** sit igitur **B**: *om.* **Ab**ς 23 concedetur *Spalding:* concederetur *libri* qui **A** *corr. ex* que 24 est plura **A**

terrogatione ualet plurimum, in oratione perpetua dissimile est:
aut enim sibi ipse respondet orator: 'quod pomum generosissi-
mum? puto quod optimum: et equus? qui uelocissimus: ita ho-
minum, non qui claritate nascendi, sed qui uirtute maxime ex-
cellet' * *.

Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse est aut simi-
lia esse aut dissimilia aut contraria. similitudo adsumitur
interim et ad orationis ornatum: sed illa, cum res exiget, nunc
ea, quae ad probationem pertinent, exequar. potentissimum 6
autem est inter ea, quae sunt huius generis, quod proprie uoca-
mus exemplum, id est rei gestae aut ut gestae utilis ad per-
suadendum id, quod intenderis, commemoratio. intuendum igi-
tur est, totum simile sit an ex parte, ut aut omnia ex eo suma-
mus aut quae utilia erunt. simile est: 'iure occisus est Satur-
ninus sicut Gracchi.' dissimile: 'Brutus occidit liberos prodi- 7
tionem molientis, Manlius uirtutem filii morte multauit.' con-
trarium: 'Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit,
Verres eadem sociis abstulit.' et probandorum et culpandorum
ex iis confirmatio eosdem gradus habet. etiam in iis, quae 8
futura dicemus, utilis similium admonitio est, ut si quis dicens,
Dionysium idcirco petere custodes salutis suae, ut eorum adiutus
armis tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione
Pisistratum ad dominationem peruenisse.

Sed ut sunt exempla interim tota similia, ut hoc proximum, 9
sic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora
ducuntur. 'urbes propter matrimonia uiolata euersae sunt: quid
fieri adultero par est? tibicines, cum ab urbe discessissent, pu-
blice reuocati sunt: quanto magis principes ciuitatis uiri et bene

17. cf. Cic. in Verr. IIII, 55, 123.

2 aut (ut **a**) enim *libri:* etenim *Regius et* ς; *quaedam deesse intellexit Spalding, Meister II, 26 supplet:* orator [aut quod illic interrogatur, hic fere sumitur]; *nos lacunae signum post* excellet *posuimus* 3 hominum **A** *corr. m. 2 in* hominem 4 *nas*cendi **A** 6 nece*sse est* **A** 7 similitudo *Regius:* dissimilitudo **AB** 8 illam, cum res exiget *(8, 3, 72 sqq.)*, nunc eam, quae ad pr. pertinet *coni. Spalding* 11 āut (*i. e.* aut ut) **a**, aut (*sine* ut) **A** ad **A** *in ras.* persuadendum **Ab**: suadendum **B** 13 est **A**: *om. rell.* aut ut **B**, ut *om.* **A** sūmamus **Bg**, summus A^1 14 utilia*sunt **A** 15 proditione A^1 16 molientes **ab**ς fili morte mutauit A^1 17 siracusanis **A** 18 uer*res* **A** eadem **B**: eisdem **Ab** soci*is* **A** 19 ex is **B** eosdem **Ba**: eodem **A**, collem **b** in his **AB** 21 dionisium **B**, dyonisium **A** 23 pistratum **A** 24 sed **A** *in ras.* similia*ut **A** 25 *ex* maioribus *ad* minora **A** ex minoribus ad maiora **Ab**: *om.* **B**; *exspectares ut repeteretur* interim *post* ad minora 26 urbes — euersae sunt **Ab**: si . . urbes euersae sunt **B** uiolata* propter matr. **A**, propter m. uiolatas **b** 27 cum **A** *corr. ex* tum urbe **A** *in ras.*

de re publica meriti, cum inuidiae cesserint, ab exilio reducendi!'
10 ad exhortationem uero praecipue ualent imparia. admirabilior in femina quam in uiro uirtus. quare, si ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum adferent momenti Horatius et Torquatus quantum illa mulier, cuius manu Pyrrus est interfectus, et ad moriendum non tam Cato et Scipio quam Lucretia:
11 quod ipsum est ex maioribus ad minora. singula igitur horum generum ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. simile est hoc pro Murena: etenim mihi ipsi accidit ut cum duobus patriciis, altero inprobissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo uiro, peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia
12 Galbam. maius minoris pro Milone: negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. in qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quae primum iudicium de capite uidit M. Horati, fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. minus maioris: occidi, occidi, non Spurium Maelium, qui annona leuanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem uidebatur, in suspicionem incidit regni adpetendi et cetera, deinde: sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo liberasset), cuius nefandum adulterium in puluinaribus, et totus in Clodium locus.

13 Dissimile pluris casus habet: fit enim genere, modo, tempore, loco, ceteris, per quae fere omnia Cicero praeiudicia, quae

9. p. Mur. 8, 17. 13. p. Mil. 3, 7. 20. ibid. 27, 72. 28. c. 32 sqq.

1 de *corr. ex* dice(?) **A** cesserint — exortationem **Bg** *in marg. m. 2* (cesserint **A**) 2 admirabilior **B**: laudabilior **AFT**, *sed* **A** laud *in ras. m. 2* 4 accend* **A**, accedendus ē a adferrent **A**^{1}(?)b oratius **A** 5 pyrrhus **B**ς 6 Et **A** *in ras.* 7 ex **B**: ea **A**, et a a 8 genera **A**, *sed* a *in ras.* 10 cum **B**: *in* **A** patricis **A**^{1} atque audacissimo *ex Cic. addidit ed. Sichardiana a. 1529* 11 atque o. uiro **B**: at quiro puto **A** 12 superauit b catillinam **A**^{1} 13 minoris **B**: milonis **A** negant (a *in ras.*) **A** 14 qui **Ab**: quia **B** 15 in quo **A**^{1} ***putant **A** 16 de b: dein **B**, *om.* **A** 17 Horatii ς 18 comitis **A**^{1} 19 sorem **A**^{1} fateatur **A** 20 occidi occidi **A**: occidi **B**ς aelium b, melium **A** qui annona leuandi **B**, qua non adleuanda **Ab** 21 iacturis quae **A** 22 suscipionem **B** (*corr.* b), suspicione **A**, suspitionem a 23 adpetendi **B**: adfectandi **Ab** et cetera **AB**: etc. ς sed (set **A**^{1}) cum auderet (audiret **A**^{1}) **Ab** 25 totum **A**^{1} 27 plures bς casus **B**: ex casus **A**, ex se casus ab, causas *dett. et* ς, *item lectio uar. in marg.* **Bg** 28 ceteris **AB**: ceterisque bς *fere* **A** periudicia **A**^{1}

de Cluentio uidebantur facta, subuertit: contrario uero exemplo censoriam notam laudando censorem Africanum, qui eum, quem peierasse conceptis uerbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus, si quis contra diceret, nullo accusante traducere equum passus esset: quae, quia erant longiora, non suis uerbis
exposui. breue autem apud Vergilium contrarii exemplum est: 14

> at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
> talis in hoste fuit Priamo.

quaedam autem ex iis, quae gesta sunt, tota narrabimus, ut 15
Cicero pro Milone: pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Mari, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui uim adferebat: facere enim probus adulescens periculose quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille summus uir scelere solutum periculo liberauit. quaedam significare satis 16
erit, ut idem ac pro eodem: neque enim posset Ahala ille Seruilius aut P. Nasica aut L. Opimius aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. haec ita dicentur, prout nota erunt uel utilitas causae aut decor postulabit.

Eadem ratio est eorum, quae ex poeticis fabulis ducuntur, 17
nisi quod iis minus adfirmationis adhibetur: cuius usus qualis esse deberet, idem optimus auctor ac magister eloquentiae ostendit. nam huius quoque generis in eadem oratione reperietur 18
exemplum: itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis hominum sententiis non solum diuina, sed sapientissimae deae sententia liberatum.
illae quoque fabellae, quae, etiamsi originem non ab Aesopo 19
acceperunt (nam uidetur earum primus auctor Hesiodus), nomine

1. p. Cluent. 48, 134. 7. Aen. 2, 540. 10. p. Mil. 4, 9. 16. c. 3, 8. 25. ib. 3, 8.

2 non tam **A** qui cum **Ab** 3 quaē **Bn**, quȩ̄ **Bg** petieras se (sed **a**) **Ab** 6 uirgilium **B** contrarii **A** *in ras.* 8 tal*i*s in hos*te* **A** 9 hiis **Bg**, his **A** 11 marii **Abς** propincus **A** 13 probus **A** *corr. ex* prolius aduliscens **A** periculosuo **A**, *sed* uo *m. 2 in ras.* 16 posset aut Ahala *Cic.* 17 p̄. ānasica **A** l. oppius **A**, *addit Cicero:* aut C. Marius 18 sceleratos ciues *Cic.* 21 horum **AB** 22 is **A**, his **a** quorum (*uel* quarum *sc.* fabularum) *malebat Spalding* *usus q. esse* **A** 24 in eadem **A**: eadem in **B** *et rell.* 25 itaque ob (o *in ras.*) hoc **A** 26 factis fabul** **A**, fictas fabulas **a** doctissimi* **A** 28 diuinae sed patientissimae de*ae* (deeae *1 m.*?) **A** 30 quoque fabellae **Ab**: *om.* **B**, q. fabulae *dett.* 31 haesiodus **A**

tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent praecipue rusticorum et imperitorum, qui et simplicius quae ficta sunt audiunt, et capti uoluptate facile iis, quibus delectantur, consentiunt: si quidem et Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse nota illa de membris hu-
20 manis aduersus uentrem discordantibus fabula. et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus:

quod dixit uulpes aegroto cauta leoni.

αἶνον Graeci uocant et αἰϲωπείουϲ, ut dixi, λόγουϲ et λιβυκούϲ, nostrorum quidam, non sane recepto in usum nomine, apolo-
21 gationem. cui confine est παροιμίαϲ genus illud, quod est uelut fabella breuior et per allegorian accipitur: non nostrum, inquit, onus: bos clitellas.
22 Proximas exemplo uires habet similitudo, praecipueque illa, quae ducitur citra ullam tralationum mixturam ex rebus paene paribus: ut qui accipere in campo consuerunt, iis candidatis, quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eius modi iudices infesti
23 tum reo uenerant. nam παραβολή, quam Cicero conlationem uocat, longius res quae comparentur repetere solet. neque hominum modo inter se opera similia spectantur, ut Cicero pro Murena facit: quodsi e portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inuehuntur, praecipere summo studio solent et tempestatum rationem et praedonum et locorum, quod natura fert, ut iis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur:

9. Epist. I, 1, 73. 13. cf. Cic. ad Att. 5, 15, 3. 17. Cic. p. Cluent. 27, 75. 20. de Inu. I, 30. 22. c. 2, 4.

2 ficta **Ab**: facta **B** 3 audiunt **A** *in ras.* faci*le h*is **A** 4 men*nius **A** cum ex patribus **A** 5 *re*duxisse **A** 9 dixit uulpes aegroto cauta **Ab**: dixit aegroto catta **B** 10 ΔΙΝΟΝ **B**, ΜΙΤΟϹ **A** *2 m. in ras.* ΑΙϹΟΠΙΟΤΑΙ **B**, aesopius (es- b) **Ab**, aesopias **a** ΛΟΓΟϹ **A**, ΛΟΤΟΙϹ **B** ΑΙΒΥΚΟΥϹ **B**, ΛΥΒΚΟΙϹ **A**, ΛΥΒΙΚΟΙϹ **a** 11 quidem **A** adagionem *coni. H. Nolte in Philol. 21, 307* 12 *cui c*onfine **A** ΠΑΡΟΙΜΙΑ **A**, ΠΑΡΟΙΜΛΙ **B** 13 fauella **Bg** *1 m.* 14 in quod onus **A**, in quo domus **b** bos] uos **AB** 15 exemplo *Regius:* exempli *libri*, exemplis *Spalding* praecipueque **B**: praecipue **Abς** 16 qua **B** illam **Ab** translationum **bς** mixturam **ab**: mixtura **AB** et rebus **A** 17 iis **Ab**: *om.* **B** 18 gauditatis **A** 20 uenerant **A**: *om.* **B**, *sed* **Bn** *spatio uacuo relicto; suppl. in marg.* **Bn** nueuerant *(sic)*, *in marg.* **Bg** uenerante (uenerunt *edd. recc. errore operarum, ut uidetur*) parabole **A**, parabolę **B** conlatione **A**[1] 21 parentur **AB**, *em. Regius* solet enim nec **A** 22 spetantur **A** 23 e* portu **A** in portu **A** 24 praecipere **B**, *ut Ciceronis libri:* praedicere **Ab**, *sed* **A** dic *in ras. m. 2* 25 praedonum (u *in ras.*) **A** 26 fert *Regius:* adfert *libri Quintil. et Ciceronis* is **A**, his **Ba** 27 perfructi **A** simus **B**

quo tandem me animo esse oportet, prope iam ex
magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui ui-
deo maximas tempestates esse subeundas? sed et a
mutis atque etiam inanimis interim *simile* huiusmodi ducitur.
et quoniam similium alia facies in alia ratione, admonendum 24
est rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Graeci uo-
cant, quo exprimitur rerum aut personarum imago, ut Cassius:

quis istam faciem lanipedis senis torquens?

quam id, quo probabilius fit quod intendimus: ut, si animum
dicas excolendum, similitudine utaris terrae, quae neglecta sen-
tes ac dumos, culta fructus creat: aut si ad curam rei publicae
horteris, ostendas, apes etiam formicasque, non modo muta, sed
etiam parua animalia, in commune tamen laborare. ex hoc 25
genere dictum illud est Ciceronis: ut corpora nostra sine
mente, ita ciuitas sine lege suis partibus, ut neruis
ac sanguine et membris, uti non potest. sed ut hac
corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio equorum, pro
Archia saxorum quoque usus est similitudine. illa, ut dixi, pro- 26
piora: 'ut remiges sine gubernatore, sic milites sine imperatore
nihil ualere'. solent tamen fallere similitudinum species ideo-
que adhibendum est iis iudicium. neque enim ut nauis utilior
noua quam uetus, sic amicitia: uel, ut laudanda quae pecuniam
suam pluribus largitur, ita quae formam. uerba sunt in his
similia uetustatis et largitionis, uis quidem longe diuersa *nauis
et amicitiae*, pecuniae et pudicitiae. itaque in hoc genere ma- 27
xime quaeritur, an simile sit quod infertur. etiam in illis inter-
rogationibus Socraticis, quarum paulo ante feci mentionem, ca-
uendum ne incaute respondeas, ut apud Aeschinen Socraticum
male respondit Aspasiae Xenophontis uxor, quod Cicero his uer-

14. p. Cluent. 53, 146. 18. p. Arch. 8, 19. 29. de Inu. I, 31, 51.

1 me tandem *dett.* oporteret **A** 2 terra **A**^{1} 3 subuehundas **A** sed et **B**: set **A**, sed **a**; sed a mutis etiam atque in. *Meister II, 27* 4 mutuis **A**^{1} inanimi **A**^{1} simile *addidi: Francius* comparatio *suppleuit, Spalding* aliquid 5 faces **A**^{1} in alia *Spalding*: in talia **A**, intali **Bn**, intal* **Bg** 6 eiκon **A** 7 aut personarum **A** *1 m. s. l.* ut ait C. *malebat Spald.* 8 iste *Burman probabiliter* lanipedi **Ab**, lanipendi **B**, planipedis *Regius* 9 probalius **A** quot **A**^{1}**b** 10 sentes **B**: spinas **Ab**ς, *sed* **A** spi *in ras. m. 2 et* as *corr. ex* es 11 dum*os* **A** *a*ut si ad (at *1 m.*) **A** 12 hostendas **Bg**, *osten*das* **A** 14 ductum est illud *ed. Ald.* illut **Bg** *1 m.* 16 hoc **A** 17 *equorum **A** 18 propriora **B**, prop*iore* **A** 20 ualere **A** *in ras.* 21 iis **B**: eis **A**, his ς 23 itaq: form*ae* (·ma *uel* mā *1 m.*) **A** 24 nauis et amicitiae *Spaldingio auctore addidi* 25 pucuniae **A** pudicitiae **B**: amicitiae **Ab**, *sed* **A** ami *in ras.* hoc (c *in ras.*) **A** 27 socraticis *Stoer*: socratis *libri* quorum **B** 28 ne **B** *corr. ex* nec aeschinē socra*ti*cum mal*e* respond*it* **A** 29 Aspasiae *Regius:* aspasia **B**, aspasias **A**

28 bis transfert: dic mihi, quaeso, Xenophontis uxor, si uicina tua melius habeat aurum quam tu habes, utrumne illud *an tuum malis? illud*, inquit. quid, si uestem et ceterum ornatum muliebrem pretii maioris habeat, quam tu, tuumne an illius *malis? respondit:* illius uero. age sis, inquit, si uirum illa meliorem habeat, quam
29 tu habes, utrumne tuum uirum malis an illius? hic mulier erubuit, merito: male enim responderat, se malle alienum aurum quam suum: nam est hoc inprobum. at, si respondisset, malle se aurum suum tale esse, quale illud esset, potuisset pudice respondere, malle se uirum suum talem esse, qualis melior esset.

30 Scio quosdam inani diligentia per minutissimas ista partis secuisse, et esse aliquid minus simile, ut simia homini et marmora deformata prima manu, aliquid plus, ut illud 'non ouum tam simile ouo,' et dissimilibus inesse simile, ut formicae et elephanto genus, quia sunt animalia, et similibus dissimile, ut canibus catulos et matribus haedos, differunt enim aetate:
31 contrariorum quoque aliter accipi opposita, ut noctem luci, aliter noxia, ut frigidam febri, aliter repugnantia, ut uerum falso, aliter disparata, ut dura non duris: sed quid haec ad praesens propositum magno opere pertineant, non reperio.

32 Illud est adnotandum magis, argumenta duci ex iure simili, ut Cicero in Topicis: eum, cui domus usus fructus relictus sit, non restituturum heredi, si corruerit, quia

18. Verg. Ecl. 1, 23. 24. c. 3, 15.

2 habes *om.* **A** utrumne illud inqui quid si **B**, utrumne illud inqui (inquit **a**, inquid **b**) malis si **Ab** (*sed* **A** malis si *m. 2 in ras.*), utrumne illius an tuum malis. Illius, inquid. Quid si ς; *nos locum ex optimis Cic. libris suppleuimus* 4 ceter*um* **A** p̃ti **A**[1] 5 quam tu **AB**: quam tu habes ς an illius uero **B**, an i. ue** **A**, an i. uelis **ab**, tuumne an illius malis? Illius uero, respondit ς; *nos locum ex optimis Cic. suppleuimus; cf. etiam Iul. Victorem p. 408, 24* 6 age sis **B**: ac *cedo* **A**, accedeisi **b** quit si **Bg** 7 uirumalis **A**[1] 8 mal*le* **A** 9 id hoc *libri fere omnes, sed in* **Bg** id, *in* **A** hoc *erasum;* id (*sine* hoc) *Regius et* ς 10 ess*et* **A** 11 tale **A**[1] 13 partes **a**ς (partisecuisse **A**[1]) 14 simia **Ab**: similia **B** et *Regius*: et ut **AB** 15 pr*ima manu* **A** non ouum **ab**: non nouum **A**, noum **B** 16 tam **A**: iam **B** 18 e matribus **A**[1] haedos **B**: aedos **A**, hoedos ς differt̃ **A**, differт (i) **a** 20 noxia **B**: non **Ab** (*sed* **A** ñ *corr. ex* n) ut frigida in **B**, ut aquam frigidam **Ab**, *sed* **A** ut aquam *in ras.* aliter rep. — falso *om.* **A** 21 separata **Ab**, *at cf. Cic. de Inu. I, 28* 22 magnopere *libri* pertinea*nt* non repperio **A** 23 est uidendum magis **A** *in ras. m. 2* simili* **A** 24 eum cui domus **AB**: cum euidemus **b**, ei cui d. ς *ex coni. Regii* usu **Bg** *1 m.* relictū **A**[1] 25 restituat **Ab** heredem *Regius et* ς *si* corruerit (-rat *1 m.*) **A**

non restituat seruum, si is decesserit: ex contrario: 'nihil obstat, quo minus iustum matrimonium sit mente coeuntium, etiamsi tabulae signatae non fuerint: nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonii non fuisse constabit': ex dissimili, quale est Ciceronis pro Caecina: ut si qui me 33 exire domo coegisset armis, haberem actionem, si qui introire prohibuisset, non haberem? dissimilia sic deprenduntur: 'non, si qui argentum omne legauit uideri potest signatam quoque pecuniam reliquisse, ideo etiam quod est in nominibus dari uoluisse creditur.'

Ἀναλογίαν quidam a simili separauerunt, nos eam subiectam 34 huic generi putamus. nam ut unum ad decem, ita decem ad centum simile certe est, et, ut hostis, sic malus ciuis. quamquam haec ulterius quoque procedere solent: 'si turpis dominae consuetudo cum seruo, turpis domini cum ancilla: si mutis animalibus finis uoluptas, idem homini.' cui rei facillime occurrit 35 ex dissimilibus argumentatio: 'non idem est dominum cum ancilla coisse, quod dominam cum seruo, nec, si mutis finis uoluptas, rationalibus quoque': immo ex contrario: 'quia mutis, ideo non rationalibus.'

Adhibebitur extrinsecus in causam et auctoritas. haec 36 secuti Graecos, a quibus κρίσεις dicuntur, iudicia aut iudicationes uocant, non de quibus ex causa dicta sententia est (nam ea quidem in exemplorum locum cedunt), sed si quid ita uisum gentibus, populis, sapientibus uiris, claris ciuibus, inlustribus poetis referri potest. ne haec quidem uulgo dicta et recepta 37 persuasione populari sine usu fuerint. testimonia sunt enim quodammodo uel potentiora etiam, quod non causis adcommodata sunt, sed liberis odio et gratia mentibus ideo tantum dicta facta-

5. c. 12, 34. 8. cf. Cic. Top. 3, § 13 et 16.

1 *restit*uat seruum si is discesserit **A** ex **B**: et **A**, et ex *ed. Camp.* 2 quo **A** *in ras.* 4 matrimoni **A**[1], mente matrimonium *Obrecht* 5 dissimile **A** est *in* **Bg** *erasum*, sit **A** 6 de domo **A** haberet — haberet **A**[1] (?) 8 non is qui arg*en*tum **A** 9 quoque **Ab**: *om.* **B** 11 αποαπιαν **B**, *om.* **A**, apologian **b** *in marg.* a **ab**: *om.* **AB** 12 ad deēē (*i. e.* deesse) **A**[1] ita *Spalding:* et *libri*, sic *Regius* decem ad **ab**: ad decem **AB** centum **Ba**: et ad decentum **A**[1] 13 certi **AB**, certum **ab** malus **Ab**: malos **B** (ut hostis ad hostem, sic malus ciuis ad bonum *Gesner*) 15 domini *Regius:* domino **AB** 15 multis **Ab** 17 ex **B**: *a (ea *1 m.*?) **A** 18 si multis uoluptas (*om.* finis) **A** 19 immo **AB**: quin immo **T**ς ex contrario in rationalibus **A** *corr. ex* contrationalibus 22 a quibus *om.* **A**, qui **a** dicunt **a** iudicationes nostri uocant *Francius* 23 non *Regius: om.* **AB** causis **a** 24 in *om.* **A** loco **a** si *om.* **A** 25 *ciui*bus **A** 26 poetibus **A**[1] 28 accommodata sunt *Spalding:* accommodatis **Ab**, sunt *om.* **B**ς 29 fictaque *H. Nolte in Philol. 21, 307*

38 que, quia aut honestissima aut uerissima uidebantur. an uero
me de incommodis uitae disserentem non adiuuabit earum per-
suasio nationum, quae fletibus natos, laetitia defunctos prose-
quuntur? aut si misericordiam commendabo iudici, nihil pro-
derit, quod prudentissima ciuitas Atheniensium non eam pro
39 adfectu, sed pro numine accepit? iam illa septem praecepta
sapientium nonne quasdam uitae leges existimamus? si causam
ueneficii dicat adultera, non M. Catonis iudicio damnanda uideatur,
qui nullam adulteram non eandem esse ueneficam dixit? nam
sententiis quidem poetarum non orationes modo sunt refertae,
sed libri etiam philosophorum, qui quamquam inferiora omnia
praeceptis suis ac litteris credunt, repetere tamen auctoritatem
40 a plurimis uersibus non fastidierunt. neque est ignobile exem-
plum, Megarios ab Atheniensibus, cum de Salamine contenderent,
uictos Homeri uersu, qui tamen ipse non in omni editione re-
peritur, significans, Aiacem naues suas Atheniensibus iunxisse.
41 ea quoque, quae uulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum
auctorem habent, uelut omnium fiunt, quale est: 'ubi amici, ibi
opes', et 'conscientia mille testes', et apud Ciceronem: pares
autem, ut est in uetere prouerbio, cum paribus ma-
xime congregantur: neque enim durassent haec in aeternum,
42 nisi uera omnibus uiderentur. ponitur a quibusdam et quidem
in parte prima deorum auctoritas, quae est ex responsis, ut
'Socraten esse sapientissimum'. id rarum est, non sine usu
tamen. utitur eo Cicero in libro de aruspicum responsis et in
contione contra Catilinam, cum signum Iouis columnae imposi-
tum populo ostendit, et pro Ligario, cum causam C. Caesaris
meliorem, quia hoc di iudicauerint, confitetur. quae cum propria
causae sunt, diuina testimonia uocantur, cum aliunde arcessun-
43 tur, argumenta. nonnumquam contingit iudicis quoque aut

16. Il. II, 558. 19. Cato m. 3, 7. 26. III, 9, 21. 27. c. 6, 19.

1 qui aut **B** 3 rationum **B** notos **A**^{1} psequuntur aut si misericordia **A**^{1} 6 numine *Badius et* **a**: nomine **A**, animo **B** *et plerique* 7 uita **A**^{1} 8 uenefici **B**, benefici **A** dicam **A**, dicam in **a**, dicat in **b** adulteram **Ab** damnanda **A**: damnata **B**ς uideatur **Ab**: uidetur **B** 9 beneficam **A**^{1} nam **A**: iam **B**ς 11 qui quam **A**^{1} 14 megarius **AB** contenderet **AB** 15 uictos **Ab**: uictus **B** uersus **Ab** ipsi **a** reperitur **A**: repetitur **B**, reperiuntur **a** 18 uel*ut* **A** ubi est quale (aequale **a**) amici ubi opes **A** ibi amici ubi opes *Obrecht: at cf. Plauti Trucul. 4, 4, 32* 22 uideretur **A**^{1} 24 socratem **a**, socrates **A**(?) id earum est non sine usu tamen **AFT** *(lectio* **b** *erasa)*, tamen *(reliquis om.)* **B**, id rarum est: tamen *edd. uett.* 27 populū **A**^{1} causam *om.* **AB** caesar **A**, caesarē **a** 28 di **AB**: dii **a**ς iudicauerunt **Bg** 29 causa **A**^{1} arcesunt **A**^{1} 30 contigit **A**^{1} iud. *(sic)* **B**, ut iudices **Ab** at (*add.* **v** *s. l.*) **Bn**, ac **Bg** *ex corr.*

aduersarii aut eius, qui ex diuerso agit, dictum aliquod aut factum adsumere ad eorum, quae intendimus, fidem. propter quod fuerunt, qui exempla et has auctoritates inartificialium probationum esse arbitrarentur, quod ea non inueniret orator, sed acciperet. plurimum autem refert: nam testis et quaestio et his 44 similia de ipsa re, quae in iudicio est, pronuntiant: extra petita, nisi ad aliquam praesentis disceptationis utilitatem ingenio adplicantur, nihil per se ualent.

XII. Haec fere de probatione uel ab aliis tradita uel usu percepta in hoc tempus sciebam. neque mihi fiducia est, ut ea sola esse contendam, quin immo hortor ad quaerendum et inueniri posse fateor: quae tamen adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. nunc breuiter, quemadmodum sit utendum iis, subiungam.

Traditum fere est, argumentum oportere esse confessum: 2 dubiis enim probari dubia qui possunt? quaedam tamen, quae in alterius rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt. 'occidisti uirum: eras enim adultera.' prius de adulterio conuincendum est, ut, cum id coeperit esse pro certo, fiat incerti argumentum. 'spiculum tuum in corpore occisi inuentum est': negat suum: ut probationi prosit, probandum est. illud hoc loco 3 monere inter necessaria est, nulla esse firmiora, quam quae ex dubiis facta sunt certa. 'caedes a te commissa est, cruentam enim uestem habuisti' non est tam graue argumentum, si fatetur, quam si conuincitur. nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse uestis: si negat, hic causae cardinem ponit, in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. non enim uidetur in negando mentiturus fuisse, nisi desperasset, id posse defendi, si confiteretur.

Firmissimis argumentorum singulis instandum, infirmiora 4 congreganda sunt, quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare, ut qualia sunt appareant, haec inbecilla

1 diuersari aut eo qui **A** aliquod **B**, *ut coni. Regius:* aliquid **Ab** 3 probationum **Ab**: orationum **B** 4 inuenerit **Ab** orator* **A** 6 de **B**: ex **A** *1 m. in ras.* pronuntiant **Ab**: renuntiant **B** 7 applicentur *ed. Camp.* 8 ualent. DE USU ARGUMENTORUM **Ba** 11 esse* **A** 12 *posse* **A** 13 horrebunt **Ab** eis **Ab** 16 *du*biis **A** 17 occidi **A**[1] 19 argumenti **A**[1] 20 in*uentum* est **A** 21 illut **Bg** 22 interim necesse *coni. Spalding* quamq: ex **A**[1] 23 caedis **B** cruentam enim *Regius:* cruentam **A**, cruentem **B** 24 si fatetur quasi conuincitur. nam si fatetur quasi conuincitur. nam si fatetur multis *etc.* **B** 25 quam **A**, *sed* m *in ras. maioris spatii* multi **A**[1] 27 non **A** *1 m. s. l.* 28 fuisset **A** *ante rasuram* 30 infirmiora **Bg** *corr. ex* uτfirmiora 31 portet **B** 32 inbecilli*a* **A**

5 natura mutuo auxilio sustinentur. ita quae non possunt ualere,
quia magna *non* sint, ualebunt, quia multa sunt, quae ad eius-
dem rei probationem omnia spectant, ut, si quis hereditatis
gratia hominem occidisse dicatur: 'hereditatem sperabas et ma-
gnam hereditatem, et pauper eras et tum maxime a creditoribus
appellabaris, et offenderas eum, cuius heres eras, et mutaturum
tabulas sciebas': singula leuia sunt et communia, uniuersa uero
nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine.
6 Quaedam argumenta ponere satis non est, adiuuanda sunt,
ut 'cupiditas causa sceleris fuit', quae sit uis eius, 'ira', quan-
tum efficiat in animis hominum talis adfectio: ita et firmiora
erunt ipsa et plus habebunt decoris, si non nudos et uelut carne
7 spoliatos artus ostenderint. multum etiam refert, si argumento
nitemur odii, utrum hoc ex inuidia sit an ex iniuria an ex am-
bitu, uetus an nouum, aduersus inferiorem parem superiorem,
alienum propinquum. suos habent omnia ista tractatus et ad
8 utilitatem partis eius, quam tuemur, referenda sunt. nec tamen
omnibus semper, quae inuenerimus, argumentis onerandus est
iudex, quia et taedium adferunt et fidem detrahunt. neque enim
potest iudex credere satis esse ea potentia, quae non putamus
ipsi sufficere qui diximus. in rebus uero apertis argumentari
tam sit stultum quam in clarissimum solem mortale lumen
inferre.
9 His quidam probationes adiciunt, quas παθητικάς uocant,
ductas ex adfectibus. atque Aristoteles quidem potentissimum
putat ex eo, qui dicit, si sit uir bonus: quod ut optimum est,
10 ita longe quidem, sed sequitur tamen, 'uideri'. inde enim illa
nobilis Scauri defensio: Q. Varius Sucronensis ait Aemi-

25. Rhet. I, 2, 4. 28. cf. Ascon. in Scaur. p. 29 Bait.

1 itaque **AB**, itaque si **ab**ς 2 quia **Ab**: qua **B** magna non sint *Regius:* magna sint **AB**, *cf. infra* singula leuia sunt ualebunt quae ad e. rei prob. o. spectant **B** *(spatio uacuo trium quattuorue uocabulorum post* ualebunt *in* **Bn** *relicto, in* **Bg** *minore),* ualebunt quia multa sint utique uero ad eiusdem rei prob. omnia expectant **Ab** *et similiter* **FT**; *ipse malim:* ual. quia multa sunt atque ad e. r. p. o. spectant 5 pauperased tum **A**^{1} 6 appellaris **A**^{1} eras heres **T** *et ed. Camp.* et *om.* **A** 7 uero] reo *coni. Spalding* 8 nocent **B**: uacent **A**, ualent **Ta** tamen ut **B**: tantum **A** 9 ponere∗ **A** 10 ut *om.* **Ab**, ut si *Regius* iura **A**, *fort.* si ira 11 animis **Ab**: animus **B** adfectatio **Ab** ita **A** *1 m. s. l.* 13 refer **A**^{1} 14 utemur *ed. Camp.* odii] di **A**, diu **a** ambitu∗ **A** 15 parem **A** *quoque* (*non* parem an) superiore **A**^{1} 16 propincuum **A**^{1} 17 parcis **Bg** 18 semperque **A**^{1} inuenir*i*mus **A** onerandus est **A** *corr. ex* honerandis(?) et 19 quia **b**: quam **B** (*ex* quoniam?), *om.* **A** 21 qui **B**: quae **Ab** 24 ΠΑΘΕΤΙΚΑC **A**, ἠθικάς *malebat Capper.* 25 ex **A** *in ras.* 26 didicit **A** bonus **Ab**: optimus **B** 28 defensioq. uarius **B** aemilius **A**^{1} (?), Aemilium — prodidisse *om.* **B** (*suppleuit* **b**)

lium Scaurum rem publicam populi Romani prodidisse: Aemilius Scaurus negat. cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia rem publicam proditurus esset, isque id negasset: quod igitur, inquit, 11
tu non fecisses, ego feci? intuendum autem et qui sit, apud quem dicimus, et id, quod illi maxime probabile uideatur, requirendum: qua de re locuti sumus in prooemii et suasoriae praeceptis. altera ex adfirmatione probatio est: 'ego hoc feci: 12
tu mihi hoc dixisti', et 'o facinus indignum!' similia: quae non debent quidem deesse orationi et, si desunt, multum nocent, non tamen habenda sunt inter magna praesidia, cum hoc in eadem causa fieri ex utraque parte similiter possit. illae fir- 13
miores ex sua cuique persona probationes, quae credibilem rationem subiectam habent: ut uulneratus aut filio orbatus non fuerit alium accusaturus quam nocentem, quando, si negotium innocenti facit, liberet eum noxa, qui admiserit. hinc et patres aduersus liberos et aduersus suos quisque necessarios auctoritatem petunt.

Quaesitum etiam, potentissima argumenta primone ponenda 14
sint loco, ut occupent animos, an summo, ut inde dimittant, an partita primo summoque, ut Homerica dispositione in medio sint infirma † aut animis crescant. quae, prout ratio causae cuiusque postulabit, ordinabuntur, uno, ut ego censeo, excepto, ne a potentissimis ad leuissima decrescat oratio.

Ego haec breuiter demonstrasse contentus ita posui, ut lo- 15
cos ipsos et genera quam possem apertissime ostenderem. qui-

2. ex Arist. Rhet. 2, 23, 7. 22. Hom. Il. 4, 299.

1 *rẽ* publicam p. r. prodidisse aemelius *(sic)* scaurus **A** *1 m. in marg.* imperium populi R. prodidisse *Valerius Maximus 3, 7, 8* 2 quidam **A**^{1} 3 arisphontem **A** 5 idque (isque *corr.*) negasset **A** quod dicis (quod dicitur **A**^{1}) inqui*t te* non fecisse* (fecisses *ante ras.*) **A** 6 qui *sit* **A**, quis sit **Bg** 7 di*ci*mus **A** et id **B**: sed id **Ab** 8 in prooemii *Regius:* et prohoemi **AB** 9 altera lipa ex **A**, *item* **b** *ut uidetur* asseueratione *Regius, ut est 4, 2, 94 et 11, 3, 2* probatio est *om.* **Ab** 10 similia **AB**: atque sim. **Bg** *m. 3*, et sim. ς quae **B**: aeque **A**(?), aeque a 13 ille **A**^{1}
14 cuique **AB**: cuiusque *dett. pauci* 15 sublectam **A**^{1} habeat **A** *corr. in* habeant, *ut est in* **b** 17 eum qui noxam *malebat Spalding* et patres et **B** 20 *Quae*situm **A** potentissimū **A**^{1} 21 an summo — summoque ut **B**: an summo quod (od **A** *in ras.*) *mediis omissis* **Ab** 23 aut animis **AB**, aut a minimis **ab**, an ut a minimis *Spalding; 'grauius uulnus est, neque causa omitti debuit qua Homerus dispositionem copiarum commendauit:* ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι. *ea causa inesse uidetur in uerbis* animis crescant.' Zumpt; aut animi inuitis *c. Gernhard probabiliter, malim tamen* ut animi inuitis crescant *prout* ratio** **A** 27 possim **Ab** ostendere **A**^{1}

dam exsecuti sunt uerbosius, quibus placuit, proposita locorum communium materia, quo quaeque res modo dici posset, osten-
16 dere, sed mihi superuacuum uidebatur. nam et fere apparet, quid in iniuriam, quid in auaritiam, quid in testem inimicum, quid in potentes amicos dicendum sit, et de omnibus his omnia dicere infinitum est, tam hercule quam si controuersiarum, quae sunt quaeque futurae sunt, quaestiones, argumenta, sententias
17 tradere uelim. ipsas autem argumentorum uelut sedes non me quidem omnis ostendisse confido, plurimas tamen.

Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forensem uelut praepilatis exerceri solebamus, olim iam ab illa uera imagine orandi recesserunt atque ad solam compositae uoluptatem neruis carent, non alio medius fidius uitio dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum
18 uirilitate excisa lenocinantur. nam ut illi robur ac lacertos barbamque ante omnia et alia, quae natura proprie maribus dedit, parum existimant decora, quaeque fortia, si liceret, forent ut dura molliunt: ita nos habitum ipsum orationis uirilem et illam uim stricte robusteque dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus et, dum leuia sint ac nitida, quantum ualeant nihil
19 interesse arbitramur. sed mihi naturam intuenti nemo non uir spadone formosior erit, nec tam auersa umquam uidebitur ab opere suo prouidentia, ut debilitas inter optima inuenta sit, nec id ferro speciosum fieri putabo, quod, si nasceretur, monstrum erat. libidinem iuuet ipsum effeminati sexus mendacium, numquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut, si qua
20 pretiosa fecit, fecerit et bona. quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim, dicam) libidinosam resupina uoluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quae ne minimum quidem in se indicium masculi et incorrupti, ne dicam grauis

1 proposita **A** *1 m. s. l.* 2 *quo quaeque* res **A** 3 set **A¹** fere **A** 4 quid in **A** *corr. ex* quit in inuidiam *Regius* 5 quid potentes amicos **B**, quid** proteste* amico **A**, quid pro teste amico **b** his (is *1 m.*) et omnia **A** 6 qua **A¹** 7 sunt — sunt *plerique ut uidetur:* sunt — sint **AB** (sunt **A** *in ras.*), sint — sint **T** *corr. et* ς 8 ipsa **A** *1 m.* 9 omnes ς 10 eo **A** *in ras.* qua **A¹** 11 precipilatis **Ab** 12 uero **A¹** 14 dicendum **Ab**, docentium *Philander* 15 barbaque **A¹** 16 aliqua quae **Ab** proprie **AB**: propria *edd. priores* 17 quaeque] qq̄ **A**, qq a *post* forent *in* **Bg** *tria fere uerba erasa sunt, nihil tamen deest* 18 ipsum **A** *quoque habet* 19 *dicen*di **A** cute operimus **B**: cui coeperimus **A** 20 leua **A¹** sunt **AB** quantum **A** *1 m. in ras.* 22 formonsior **A** erit *om.* **A** uersa umqua **A¹** 24 spetiosum **Bn**, speciosissimum **Ab** putabo *om.* **A** 25 sexus (x *in ras.*) **A** 26 contingeret **Ab** si quae **a** 28 resupinam **AB**, *em. Badius* 30 in se **B**: ne **A** masculi **ab**: maculi **A**, masculini **B**

et sancti uiri ostentet. an uero statuarum artifices pictoresque 21
clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendoue
efficere cuperent, numquam in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi,
sed doryphoron illum aptum uel militiae uel palaestrae, aliorum
quoque iuuenum bellicosorum et athletarum corpora decora uere
existimarunt: nos, qui oratorem studemus effingere, non arma,
sed tympana eloquentiae demus? igitur et ille, quem institui- 22
mus, adulescens, quam maxime potest, componat se ad imitationem ueritatis, initurusque frequenter forensium certaminum pugnam iam in schola uictoriam spectet et ferire uitalia ac tueri
sciat, et praeceptor id maxime exigat, inuentum praecipue probet. nam ut ad peiora iuuenes laude ducuntur, ita laudari in
bonis malent. nunc illud mali est, quod necessaria plerumque 23
silentio transeunt nec in dicendo uidetur inter bona utilitas.
sed haec et in alio nobis tractata sunt opere et in hoc saepe
repetenda: nunc ad ordinem inceptum.

XIII. Refutatio dupliciter accipi potest: nam et pars
defensoris tota est posita in refutatione, et quae dicta sunt ex
diuerso, debent utrimque dissolui. et hoc est proprie, cui in
causis quartus adsignatur locus, sed utriusque similis condicio
est. neque uero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte
peti potest quam in confirmatione, nec locorum aut sententiarum
aut uerborum et figurarum alia condicio est. adfectus plerumque 2
haec pars mitiores habet.

Non sine causa tamen difficilius semper est creditum, quod
Cicero saepe testatur, defendere quam accusare. primum, quod
est res illa simplicior: proponitur enim uno modo, dissoluitur
uarie, cum accusatori satis sit plerumque, uerum esse id, quod

---

1 ostentet **Ab**: ostendet **B** 2 fingendo *om.* **A** pingendo *uelut* **A** 3 ceciderunt (nt **A** *in ras.*) **AB**: inciderunt ς; *cf.* ne in calumniam cadam 9, 4, 57 bachiam aut b, bacchi *a*ut **A** 4 megabuxum **AB**, *em. in ed. Aldina* operi **A**[1] sumerent *ed. Stoer. et* **a**: sumere **AB** 5 doriphoron **A** actum **Ab** aliorumque iuuenum *complures edd. ueteres* 6 bellico*sorum* **A**, bellicorum **B**, *item* **A** *1 m. ut uidetur* athelatarum **Bg** *pr. m.* decorauere **Bn** *et* **b**, decor habere **Bg** 7 existimarint **AB**, existimauerunt ς 8 igitur ille *Regius* 9 componat *se* ad **A** 11 scola **A** expectet **A** ac ueri **A**[1] 12 exigat **Ab**: *om.* **B** inuentumque **b** precipe **A**[1] 13 dicuntur **A**[1] 14 malent *nos:* mallent **AB**, gaudent ς *incerta auctoritate* illuc **A** male *ed. Zumpt. et Bonn. errore ut uidetur operarum* 17 inceptum **AB**: inceptum reuertamur **b**; *sequitur in* **Ba** *titulus:* DE REFUTATIONE. 18 nam pars **A** 20 haec est *ed. Camp. et Regius* propriae **A** *et* **Bg** 21 adsignat **A**[1] conditio **A** 25 minores **A** 26 est **A** *corr. ex* et 28 enim *om.* **A** modo. Haec (hec **b**) dissoluitur **ab**

obiecerit, patronus neget, defendat, transferat, excuset, depre-
cetur, molliat, minuat, auertat, despiciat, derideat. quare inde
recta fere atque, ut sic dixerim, clamosa est actio: hinc mille
3 flexus et artes desiderantur. tum accusator praemeditate pleraque
domo adfert, patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. ac-
cusator dat testem, patronus ex ipsa re refellit. accusator e cri-
minum inuidia, etsi falsa sit, materiam dicendi trahit, de parri-
cidio, sacrilegio, maiestate: quae patrono tantum neganda sunt.
ideoque accusationibus etiam mediocres in dicendo suffecerunt,
bonus defensor nemo nisi qui eloquentissimus fuit. nam ut,
quod sentio, semel finiam, tanto est accusare quam defendere,
quanto facere quam sanare uulnera facilius.

4 Plurimum autem refert, et quid proposuerit aduersarius et quo
modo. primum igitur intuendum est id, cui responsuri sumus,
proprium sit eius iudicii an ad causam extra arcessitum. nam
si est proprium, aut negandum aut defendendum aut transferen-
5 dum: extra haec in iudiciis fere nihil est. deprecatio quidem,
quae est sine ulla specie defensionis, rara admodum et apud eos
solos iudices, qui nulla certa pronuntiandi forma tenentur. quam-
quam illae quoque apud C. Caesarem et triumuiros pro diuer-
sarum partium hominibus actiones, etiamsi precibus utuntur,
adhibent tamen et patrocinia, nisi hoc non fortissime defenden-
tis est, dicere: q u i d a l i u d e g i m u s, T u b e r o, n i s i u t, q u o d
6 h i c p o t e s t, n o s p o s s e m u s? quodsi quando apud principem
aliumue, cui utrum uelit liceat, dicendum erit, dignum quidem
morte eum, pro quo loquemur, clementi tamen seruandum esse
uel talem: primum omnium non erit res nobis cum aduersario,
sed cum iudice, deinde forma deliberatiuae magis materiae quam
iudicialis utemur. suadebimus enim, ut laudem humanitatis po-
7 tius quam uoluptatem ultionis concupiscat. apud iudices quidem
secundum legem dicturos sententiam de confessis praecipere

23. Cic. p. Lig. 4, 10.

2 moliat **A**[1], molliet **Bg** minu*at* uertat **A** deridiat **A** 3 at ut **A**[1] 4 tum **Ab**: *om.* **B** praemeditate **B**: praemeditata *dett. et* ς, *item* **A**, *sed in hoc* a *extrema in ras.* 5 accusator – refellit **Bg** *in marg. m. 2* 6 ipsa re *nos:* ipsa **AB**, re ipsa **ab**ς e *addidit Spalding*, a crim. *Gesner* 7 inuidiam **a** etsi **B**: uel **A**, uel si **b**ς sint *Spalding cum cod. Guelf.* materia **A** 8 necanda **A**[1] (?) 10 nam **B**: quam **A**, quamquam **ab** ut **Ab**: *om.* **B** 11 tantū **A** 12 felici*us* **A** 13 quid proposuerit *Meister:* quid (qui **B**) profuerit **AB**, quid protulerit *edd. uett. et* ς 15 arcersitum **B** 16 aut negandum *om.* **A** defendend*um* **A** 17 iudicis **A**[1] 18 illa **A** 20 ille **A**[1] 22 tamen et *nos:* tament **Bn**, tamen* **Bg**, tamen *rell. et* ς 23 nisi *om.* **A** 24 nos (non **b**) possumus **Ab** 26 clementia **Ab**, *sed* **A** a *in ras.*

ridiculum est. ergo, quae neque negari neque transferri possunt,
utique defendenda sunt, qualiacumque sunt, aut causa cedendum.
negandi duplicem ostendimus formam, aut non esse factum aut
non hoc esse, quod factum sit. quae neque defendi neque trans-
ferri possunt, utique neganda, nec solum si finitio potest esse
pro nobis, sed etiam si nuda infitiatio superest. testes erunt, 8
multa in eos dicere licet: chirographum, de similitudine littera-
rum disserendum. utique nihil erit peius quam confessio. ultima
est actionis controuersia, cum defendendi negandiue non est
locus [id est relatio]. atqui quaedam sunt, quae neque negari 9
neque defendi neque transferri possunt. 'adulterii rea est, quae
cum anno uidua fuisset, enixa est': lis non erit. quare illud
stultissime praecipitur, quod defendi non possit, silentio dissimu-
landum, si quidem est id, de quo iudex pronuntiaturus est. at 10
si extra causam sit adductum et tantum coniunctum, malim
quidem dicere, nihil id ad quaestionem nec esse in iis morandum
et minus esse quam aduersarius dicat, tamen uelut huic simu-
lationi obliuionis ignoscam: debet enim bonus aduocatus pro
rei salute breuem neglegentiae reprensionem non pertimescere.

Videndum etiam, simul nobis plura adgredienda sint an 11
amolienda singula. plura simul inuadimus, si aut tam infirma
sunt, ut pariter inpelli possint, aut tam molesta, ut pedem con-
ferre cum singulis non expediat: tum enim toto corpore obniten-
dum et, ut sic dixerim, derecta fronte pugnandum est. interim, 12
si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit, nostra argu-
menta cum aduersariorum argumentis conferemus, si modo haec
ut ualentiora uideantur effici poterit. quae uero turba ualebunt,
diducenda erunt, ut, quod paulo ante dixi: 'heres eras et pauper
et magna pecunia appellabaris a creditoribus et offenderas et
mutaturum tabulas testamenti sciebas.' urgent uniuersa: at si 13

1 negari (g *in ras.*) **A** 2 cadendum *edd. antiquae complures. at cf. Spalding* 5 si **Ab**: *om.* **B** 8 disserendum **B**: disseremus **Ab**ς 10 id est relatio *auctore Spaldingio inclusimus*, id est translatio *Regius* atque **Ab** sint **A** 11 possint **A** adulteri **A**[1] 12 annum *Francius, at cf. Madvigii gr. lat. § 235 n. 3* 15 sit et adductum **Ab** *coniunctum* **A**, coniictum **B** mallim **AB** 16 quide **A**, quide^{d} **a** id *om.* **A** is **A**, his **a**ς 17 esse **Ab**: *om.* **B** dicat **A**: dicit **B** *et rell. ut uidetur* huic uelut *Capperonnier*, ita tamen ut uel *coni. Spalding; uidetur altius uulnus latere, conieci equidem* tamen uel simulationi *etc.* 19 breue **A**[1] reprensionem **AB**: reprehensionem ς 20 si simul **a** 22 impelli **Ba**ς pede **A**[1] 23 obnitendum **Ab**: enitendum **B** 24 derecta **B**: directa **Ab**ς, *sed* **A** i *in ras.* 26 confe*remus **A** 27 poterint **A** 30 urgent **B**: ungunt **A**, iungunt **ab**, iungunt urgent **FT** at si **a**: at **A**(?)**Bn**, ut **Bg**, ut ad **T**; *con iunctione utique carere possis, cf. Spalding*

singula quaeque dissolueris, iam illa flamma, quae magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur concidet, ut, si uel maxima flumina in riuos *diducantur*, qualibet transitum praebent. itaque propositio quoque secundum hanc utilitatem accommodabitur, ut ea nunc singula ostendamus, nunc complectamur uni-
14 uersa. nam interim quod pluribus conlegit aduersarius, sat est semel proponere: ut, si multas causas faciendi, quod arguit, reo dicet accusator fuisse, nos, non enumeratis singulis, semel hoc in uniuersum negemus, quia non, quisquis causam faciendi sce-
15 leris habuit, et fecerit. saepius tamen accusatori congerere argumenta, reo dissoluere expediet.

Id autem quod erit ab aduersario dictum, quo modo refutari debeat, intuendum est. nam si erit palam falsum, negare satis est, ut pro Cluentio Cicero eum, quem dixerat accusator
16 epoto poculo concidisse, negat eodem die mortuum. palam etiam contraria et superuacua et stulta reprendere nullius est artis, ideoque nec rationem eorum nec exempla tradere necesse est. id quoque — obscurum uocant —, quod secreto et sine teste aut argumento dicitur factum, satis natura sua infirmum est (sufficit enim, quod aduersarius non probat), item si ad causam
17 non pertinet. sed tamen est interim oratoris efficere, ut quid aut contrarium esse aut a causa diuersum aut incredibile aut superuacuum aut nostrae potius causae uideatur esse coniunctum. obicitur Oppio, quod de militum cibariis detraxerit: asperum crimen, sed id contrarium ostendit Cicero, quia idem accusatores obiecerint Oppio, quod is uoluerit exercitum largiendo corrumpere.
18 testes in Cornelium accusator lecti a tribuno codicis pollicetur: facit hoc Cicero superuacuum, quia ipse fateatur. petit accusa-

14. c. 60, 168.

1 iam in illa **Bn**, *sed* in *punctatum* 2 alebatur **Bg** *corr. ex* adleuatur continet **A**, continetur **ab**, considet *Burman* 3 diducantur *edd. ueteres: om.* **ABM** quamlibet **A** 5 ut ea **B**: uter **A**, ea *om.* **b**ς 6 collegit **Ba**ς 7 quod **B**: qu*ibus* **A** (ibus *m. 2*) argui **A**^{1} reo **B**: reum **Ab**, *sed* **A** um *in ras.* 8 enumerati **A**^{1}, numeratis **B** hoc in uniuersum *Meister:* hoc intuendum *libri* 9 causa **A**^{1} 12 quod modo **A**^{1} (?) 14 accusatore poto **B** 15 mortum **A**^{1} 16 superuacuae **Bg** et stulta **B**: ex ulta (uita?) **A**, ex una **b** reprehendere **A**ς nuliuse artis **A**^{1} 17 rationem **A**: ratione **B**, rationes ς 18 quoque **AB**: quoque quod **a** uoca*nt* **A** (uocans *1 m.*?) quo **A**^{1} teste ut **A**^{1} 20 si quid ad *coni. Spalding* 21 sed tamen **A**(?)**B**: est tamen **ab**ς est int. orat. **A**: int. orat. est **B**, int. orat. **ab**, orat. int. ς ut **A** *in ras.* 22 a *om.* **AT** 23 casa **b** 24 cibariis (-is *1 m.*) contraxerit **A** 25 id **A** *quoque habet* (*non* in) idem **AB**: iidem ς accusatoris obicerint **A**^{1} 26 qui dissoluerit **b** *ut uidetur* 27 lecto a t. codici* (codice **a**) **A**

tionem in Verrem Q. Caecilius, quod fuerat quaestor eius: ipsum
Cicero ut pro se uideretur effecit. cetera, quae proponuntur, 19
communis locos habent. aut enim coniectura excutiuntur, an
uera sint, aut finitione, an propria, aut qualitate, an inhonesta,
iniqua, inproba, inhumana, crudelia et cetera, quae ei generi
accidunt. eaque non modo in propositionibus aut rationibus, 20
sed in toto genere actionis intuenda: an sit crudelis, ut Labieni
in Rabirium lege perduellionis, inhumana, ut Tuberonis Ligarium
exulem accusantis atque id agentis, ne ei Caesar ignoscat, superba, ut in Oppium ex epistula Cottae reum factum: perinde
praecipites, insidiosae, inpotentes deprenduntur. ex quibus tamen 21
fortissime inuaseris, quod est aut omnibus periculosum, ut dicit
Cicero pro Tullio: quis hoc statuit umquam aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum iure
potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse
posterius occideretur? aut ipsis iudicibus, ut pro Oppio
monet pluribus, ne illud actionis genus in equestrem ordinem
admittant. nonnumquam tamen quaedam bene et contemnuntur 22
uel tamquam leuia uel tamquam nihil ad causam pertinentia.
multis hoc locis fecit Cicero: et haec simulatio interim huc usque procedit, ut, quae dicendo refutare non possumus, quasi
fastidiendo calcemus.

Quoniam uero maxima pars eorum similibus constat, riman- 23
dum erit diligentissime, quid sit in quoque, quod adsumitur,
dissimile. in iure facile deprenditur: est enim scriptum de rebus
utique diuersis, tantoque magis ipsarum rerum differentia potest
esse manifesta. illas uero similitudines, quae ducuntur ex mutis
animalibus aut inanimis, facile est eludere. exempla rerum uarie 24

---

13. § 56.

---

1 uerr*em* **A** Q.] L. **AB** 2 p̃ponuntur **A** 3 communes **a**ς locos **a**: locus **A**, *om.* **B**; *malim* tractatus, *cf. 5, 12, 7* habent **a**: habet **AB** (excu*tiu*ntur an uera sint *aut* fin. **A** 4 propria ut **A**[1] an **A** *corr. ex* aut (?) 5 credelia **A** ei *om.* **A** 6 succedunt **A** *m. 2 in ras.* modo *om.* **A** aut rationibus **AB**: *om. dett. et* ς 7 generis **A**[1] 8 in *om.* **B**, in papirium **A**, in papilium **b** perduelliones **a** *ut **A** 10 epistola **b**ς perinde *Gesner:* proinde *libri* 11 insiosae **A**[1] deprehenduntur **A**ς 12 dicit **Ab**: dicitur **B** 14 eum **A** *corr. ex* cum 16 posterius *libri;* potius *Francius*, prius *Capper. altera utra emendatio necessaria uidetur* ut propositum monet **AT** 19 uel (*post* cont.) *in* **A** *eras.* leuia uel tamquam *om.* **A** ad causam nihil **B** 20 fecit **Ab**: facit **B** et **A**, *ut coni. Spalding:* sed *rell.* h*u*cusque **A** 21 dic*en*do **A** 22 calcamus **Ab** 23 quoniam in has erit uero maxima **Ab**, *in qua scriptura quid lateat nescimus fort.* pars adsumtorum 24 in qq̃ **A**[1] adsummitur **Bg** 25 dissimili **B** id in iure *Regius* deprehenditur ς 26 ipsa **Bg**, *sed add s. l. eadem manu* rum 27 d*ucu*ntur ex mu*t*is (multis **A**[1]?) anim. aut (ut **A**[1]) **A** 28 uariae **A**[1]**B**

tractanda sunt, si nocebunt: quae si uetera erunt, fabulosa dicere licebit, si indubia, maxime quidem dissimilia. neque enim fieri potest ut paria sint per omnia, ut, si Nasica post occisum Ti. Gracchum defendatur exemplo Ahalae, a quo Maelius est interfectus, Maelium regni adfectatorem fuisse, a Graccho leges modo latas esse popularis, Ahalam magistrum equitum fuisse, Nasicam priuatum esse dicatur. si defecerint omnia, uidendum erit, an optineri possit, ne illud quidem recte factum. quod de exemplis, idem etiam de iudicatis obseruandum.

25 Quod autem posui, referre, quo quidque accusator modo dixerit, huc pertinet, ut, si est minus efficaciter elocutus, ipsa eius uerba ponantur: si acri et uehementi fuerit usus oratione,
26 eandem rem nostris uerbis mitioribus proferamus, ut Cicero de Cornelio, *codicem attigit*, et protinus cum quadam defensione, ut, si pro luxurioso dicendum sit, 'obiecta est paulo liberalior uita'. sic et pro sordido parcum, pro maledico liberum dicere
27 licebit. utique numquam committendum est, ut aduersariorum dicta cum sua confirmatione referamus, aut etiam loci alicuius exsecutione adiuuemus, nisi cum eludenda erunt: *apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forum non attigeris, afueris tam diu, et, cum tam longo interuallo ueneris, cum his, qui in foro habitarunt, de dignitate*
28 *contendas?* praeterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro circa Bostarem facit ueluti orationem diuersae partis imitatus, aut pluribus propositionibus iunctis, ut pro Vareno: *cum iter per agros et loca sola*

19. Cic. p. Mur. 9, 21.

1 nocebunt (u *in ras.*) **A** si ultera **Ab** adicere **A** 2 indubiam **A**, indubitata *Regius; cf. tamen Tac. Ann. 14, 45* fieri **B**: e. **A**, ēē **a** 3 ut raita sit optima **B**, ut paria (raria **A**[1]) sint omnia **Ab**; per omnia *em. Spalding coll. 5, 2, 3* uix autem ulla est (causa) per omnia alteri similis Ti *nos:* T. **A**, *om. rell.* 4 grachum **Bg** athalae **A**, athaleam **b** melius **B**, m. aelius **A**, elius **b** 5 m. aelium **AB** adfactatorem **B** modu lates **A**, promulgatas *manus recentior in marg.* **A**, *haud scio an recte, cum* modo *uix habeat quo defendatur* 6 populares (**A** es *in ras.*) **Abς** ahaiam **A**, athalam **a** aequitum **B** 8 optinere **Ab** de exemplis **ab**: exemplis **A**, exempli **B** 13 rem *om.* **A**, nostris rem **a** *pro*feramus **A**, perferamus **B**, referamus *ed. Camp.* 14 attigit et **B**: attiget **A**, attigit **ab** 15 luxorioso dicit dic*en*dum sit **A** liberior *malebat Burman* 17 numquam incommittendum **A**, comitt. numquam **T** 18 ioci **B** cuius exsecutione (-nē a) **A** 19 adiuues **AB**, *em. in ed. Gryphiana* erunt **a**: *om. rell.* 20 fuerit **A**, fuerit si **b** quot **A**, quod **T**, *item* **b** *ut uidetur* eorum **Ab** 21 abfueris ς tam *om. libri Tulliani* 22 dignitate* **A** 23 de contradictionibus **B**, in contradictiones (-is **A**[1]) **Ab**, in contradictione ς 24 ut Cicero *om.* **A** contra *dett.* uelut in orationem **A**, uelut in rationem **B**, ueluti rationem **a** 25 mutuatus *coni. Spalding* praepositionibus **AB**

faceret cum Pompuleno, in familiam Ancharianam
incidisse dixerunt, deinde Pompulenum occisum esse,
ilico Varenum uinctum adseruatum, dum hic ostenderet,
quid de eo fieri uellet. quod est utile, si erit in-
credibilis rei ordo et ipsa expositione fidem perditurus. interim
per partes dissoluitur quod contextu nocet, et plerumque id est
tutius. quaedam contradictiones natura sunt singulae: id exem-
plis non eget.

Communia bene adprenduntur non tantum, quia utrius- 29
que sunt partis, sed quia plus prosunt respondenti. neque enim
pigebit, quod saepe monui, referre: commune qui prior dicit,
contrarium facit. est enim contrarium, quo aduersarius bene 30
uti potest: at enim non uerisimile est, tantum scelus
M. Cottam esse commentum. quid? hoc uerisimile est,
tantum scelus Oppium esse conatum? artificis autem
est inuenire in actione aduersarii, quae inter semet ipsa pugnent
aut pugnare uideantur, quae aliquando ex rebus ipsis manifesta
sunt, ut in causa Caeliana Clodia aurum se Caelio commodasse
dicit, quod signum magnae familiaritatis est, uenenum sibi pa-
ratum, quod summi odii argumentum est. Tubero Ligarium ac- 31
cusat, quod is in Africa fuerit, et queritur, quod ab eo ipse in
Africam non sit admissus. aliquando uero praebet eius rei oc-
casionem minus considerata ex aduerso dicentis oratio: quod
accidit praecipue cupidis sententiarum, ut ducti occasione dicendi
non respiciant, quid dixerint, dum locum praesentem. non totam
causam intuentur. quid tam uideri potest contra Cluentium quam 32
censoria nota? quid tam contra eundem, quam filium ab Egna-
tio corrupti iudicii, quo Cluentius Oppianicum circumuenisset,
crimine exheredatum? at haec Cicero pugnare inuicem ostendit: 33

13. fragm. 3 or. p. Oppio. 18. c. 13. 20. c. 3. 29. c. 48, 135.

1 facere A[1] pompulenio b, populenio A ancarianam A, mancharianam b 2 populenium Ab (ni A *2 m. in ras.*) 3 ilico Ba: illico A[2] ς 4 utile *Badius:* utique *libri,* utique faciendum *Regius et* ς; *possis etiam* utique utile siierit A 6 et *om.* Ab 7 contradictionis A[1] 8 *eget A 9 apprehenduntur ς utriusq*ue* sint part*is* ēēt (sed a) A 11 saepe innui (inunui A[1]) A 12 facit — contrarium *om.* A q*uo*d A 14 contentum A uerisimilest B 16 est A *corr. ex* et inter B: contra Ab, *sed* tra *in* A *m. 2 additum* ipsum (?) pugnet A[1] 17 quae B: quale A, quae de b ex] et b manifest*ū est* A 18 iuliana Ab claudia b sae B caeli A 19 quod signum B: quod etiam Ab, quod etiam signum FT familiaritati A[1] 20 sumi odi A[1] 21 is A *in ras.* 22 uero *om.* A pra*e*bet eius rei accusationem A 24 ducti B: data A *m. 2 in ras.*, dicta (*uel* data?) b 26 quid tam nota Bg *om. pr. m.* 28 indici A[1] quod b 29 ostendis set A[1]

sed tu, Atti, consideres, censeo, diligenter, utrum censorium iudicium graue uelis esse an Egnati. si Egnati, leue est, quod censores de ceteris subscripserunt: ipsum enim Gnaeum Egnatium, quem tu grauem esse uis, ex senatu eiecerunt. sin autem censorum, hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exheredauit, censores in senatu, cum patrem
34 eiecissent, retinuerunt. illa magis uitiose dicuntur quam acute reprenduntur, argumentum dubium pro necessario, controuersum pro confesso, commune pluribus pro proprio, uulgare, superuacuum, constitutum contra fidem. nam et illa accidunt parum cautis, ut crimen augeant, quod probandum est, de facto disputent, cum de auctore quaeratur, inpossibilia adgrediantur, pro effectis relinquant uixdum inchoata, de homine dicere quam
35 de causa malint, hominum uitia rebus adsignent, ut si quis decemuiratum accuset, non Appium, manifestis repugnent, dicant quod aliter accipi possit, summum quaestionis non intueantur, non ad proposita respondeant: quod unum aliquando recipi potest, cum mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuenda est, ut cum peculatus reus Verres fortiter et industrie tuitus contra piratas Siciliam dicitur.

36 Eadem aduersus contradictiones nobis oppositas praecepta sunt, hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus uitiis diuersis laborant. nam quidam et in foro tamquam rem molestam et odiosam praetereunt, et iis plerumque, quae composita domo attulerunt, contenti sine aduersario dicunt, et scilicet multo magis in scholis, in quibus non solum contradictiones omittuntur, uerum etiam materiae ipsae sic plerumque finguntur, ut
37 nihil dici pro parte altera possit. alii diligentia lapsi uerbis

---

2 Egnatii: si Egnatii ς; si Egn. *om.* **A** 4 enim Gnaeum] enim **B**, genus **Ab**, *quod Baiterus ad locum Ciceronis ex* Gn. (Gnaeum) *ortum esse uidit; uulgo om.* Gnaeum tu — Egnatium quem *om.* **Ab** 5 censorum **B**, *ut habent libri Tulliani:* censorium ς 8 uitio $\mathbf{A}^1$ quam *Regius:* quod **AB** 9 reprendunt **B**, reprehenduntur ς controuersiam **A** 10 commune pluribus **Ab**: commune **B** pro *om.* $\mathbf{A}^1$ uulgare **B**: legare uulgare **Ab** 11 constitutum **B**: seruum **Ab**, *sed altera* u *in* **A** *punctata*, seruum constitutum **T**, serius const. **T** *corr. et* ς accidunt par*um **A** 15 malim $\mathbf{A}^1$ uitia *Obrecht:* uita **A**, uitam **Ba** *et rell.* adsignant **Bg** decimuiratum **B** 16 accuset appium non **b** 17 possint **A** 19 cum **B**: tum **Ab** adhitis $\mathbf{A}^1$ utenda **A** 20 industrie **Bg**, *sed* *ie *in ras.* industruie **Bn** *et* $\mathbf{A}^1$(?) tutatus *dett. pauci* 22 contradictionis $\mathbf{A}^1$ 23 uitiis **Ab**: uitis **B** 24 et in *Spalding:* etiam *libri,* etiam in *Regius et* ς '*refertur* et *ad* et scilicet' *(u. 26)* 25 praetereunt* **A**, praetereuntem **b** et his (is $\mathbf{A}^1$) **Ab**, etenim **B** 26 contenti **A**: continenti **B**, *fort.* contenti quasi sine a. 27 scolis **A** non **a**: *om.* **AB** 28 ipse **B** 29 ali $\mathbf{A}^1$ lapsi **B**: ipsi **A**, ipsis **a**

etiam uel sententiolis omnibus respondendum putant, quod est
et infinitum et superuacuum: non enim causa reprenditur, sed
actor, quem ego semper uideri malim disertum, ut, si dixerit
quod rei prosit, ingenii credatur laus esse, non causae, si forte
quod laedat, causae, non ingenii culpa. itaque illae reprensiones, 38
ut obscuritatis, qualis in Rullum est, infantiae in dicendo, qua-
lis in Pisonem, inscitiae rerum uerborumque et insulsitatis etiam,
qualis in Antonium est, animo dantur et iustis odiis, suntque
utiles ad concitandum iis, quos inuisos facere uolueris, odium.
alia respondendi patronis ratio: et aliquando tamen eorum non 39
oratio modo, sed uita etiam, uultus denique, incessus, habitus
recte incusari solet, ut aduersus Quintium Cicero non haec so-
lum, sed ipsam etiam praetextam demissam ad talos insectatus
est: presserat enim turbulentis contionibus Cluentium Quintius.
nonnumquam eleuandae inuidiae gratia, quae asperius dicta sunt, 40
eluduntur, ut a Cicerone Triarius. nam cum Scauri columnas
per urbem plaustris uectas esse dixisset, e g o p o r r o, inquit,
q u i A l b a n a s h a b e o c o l u m n a s, c l i t e l l i s e a s a d p o r t a u i.
et magis hoc in accusatores concessum est, quibus conuiciari
aliquando patrocinii fides cogit. illa uero aduersus omnes et 41
recepta et non inhumana conquestio, si callide quid tacuisse,
breuiasse, obscurasse, distulisse dicuntur. defensionis quoque 42
permutatio reprenditur saepe, ut Attius aduersus Cluentium,
Aeschines aduersus Ctesiphontem facit, cum ille Ciceronem lege
usurum modo, hic minime de lege dicturum Demosthenen
queritur.

---

6. II, 5, 13. 7. c. 1, 30 etc. 8. Phil. 13, 19. 2, 4. 17. 3, 4 etc.
12. p. Cluent. 40, 111. 16. in or. p. Scauro. 23. c. 52.

---

1 quod *est* infinitum et superuacum **A** 2 dependitur **A**, reprehenditur ς sed **A** *corr. ex* et 3 uiderīallim **A**, uiderī alii **a** si **a**: se **A**[1] (?), *om.* **B** 4 quod repromisit **Ab** 5 quod *Stoer:* non **AB** ingeni **A**[1]**B** ille **A**[1] responsione (-es *corr.*) **A**, reprehensiones ς 6 ut **A**: aut *rell. noli et* ς (aut obscuritatis — aut infantiae — aut insc. *edd. cum Badio*) rutilium **Ab** est *om.* **b** 7 pisone **A**[1] uerbum insulsitatis **A**, *unde conicias:* uerborumque, insulsitatis etiam 8 et **A**: ut **B**, aut *Spalding* odii **A** 9 concitandum *Meister:* conciliandum *libri, cf. 6, 2, 16* is **A**, his **a** odium ·ē· (ut **A**[1]?) alia **A** 10 ratio est: aliquando *malim, cf. 10, 3, 18* 12 incufari **A** quintum **A** 13 ipsa etiam p. demisam ad talo **A**[1] sectatus **B**, spectatus **A** 16 nam **Ab**: *om.* **B** 17 plausiris uecta **A**[1] dixisset *Pithoeus:* dixit *libri et* ς inquis **AB**, *sed* **A** s *in ras.* 18 quia albanas abeo **A** clitellis eas adportaui **B**: depellis (dipellas **A**[1]) easdem portaui **Ab** 19 uitiari **A** 20 patrocini **A**[1] cogitatio illa uero **A**, cogitatio uero **b** 21 tacuisse *Regius et* **a**: acuisse **AB** *et rell.* 22 breuasse **A**[1] 23 reprehenditur ς attius **B**: appius **Ab** 24 tesiphontem **B**, ctesiphotnem **A** 25 minime dilige **A**[1] ducturum **Bg** *1 m.* demosthen **A**

Declamatores uero inprimis sunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillime responderi possit, neu sibi stultum aduersarium fingant. facimus autem, quod maxime uberes loci popularesque sententiae nascuntur, materiam dicendi nobis, quod uolumus, ducentibus, ut non sit ille inutilis uersus:

non male respondit, male enim prior ille rogarat.

43 fallet haec nos in foro consuetudo, ubi aduersario, non ipsi nobis respondebimus. aiunt Attium interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in tragoediis tanta uis esset optime respondendi, hanc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur, quae ipse uellet, in foro dicturi aduersarii essent, quae minime 44 uellet. ridiculum est ergo in exercitationibus, quae foro praeparant, prius cogitare, quid responderi, quam quid ex diuerso dici possit. et bonus praeceptor non minus laudare discipulum debet, si quid pro diuersa quam si quid pro sua parte acriter 45 excogitauit. rursus est aliud in scholis permittendum semper, in foro rarum. nam loco a petitore primo contradictione uti qui possumus, ubi uera res agitur, cum aduersarius adhuc nihil 46 dixerit? incidunt tamen plerique in hoc uitium uel consuetudine declamatoria uel etiam cupiditate dicendi, dantque de se respondentibus uenustissimos lusus, cum modo 'se uero nihil dixisse neque tam stulte dicturos', modo 'bene admonitos ab aduersario et agere gratias, quod adiuti sint' iocantur: frequentissime uero, id quod firmissimum est, 'numquam iis responsurum aduersarium fuisse, quae proposita non essent, nisi illa sciret uera esse et 47 ad fatendum conscientia esset inpulsus', ut pro Cluentio Cicero: nam hoc persaepe dixisti, tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere. itane est? ab amicis inprudentes uidelicet prodimur? et est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarium deferat?

27. c. 52, 143.

1 ammonendi **A**, ammonendi a nec **Bg** *1 m.* 3 fingunt **A**¹ 5 dicentibus *dett. pauci* 7 malere respondit **A** 9 actium **B**, accium **A** 10 *ag*eret **A** optime respondendi (respondi **A**) **Ab**: *om.* **B** 12 qua et ipse **A** u*let **A**¹ aduersari **A**¹ 13 ridiculum qu** (que a) sui ergo **A** praeparant **A** *ut em. Capperonnier*: praeparantur **Ba** *et rell.* 16 debet si qui **A**¹ 17 rursus est **A**: rursus *rell. et* ς 18 rarum **AB**: raro *dett. pauci* loco appetitore **A** 19 qui *om.* **Ab** possimus **A** 22 lusus commodo **A** 23 bene modo **A** 24 et *in* **Bg** *erasum* sinit **A** (s *in ras.*) 25 is **A**, his a 27 ut pro] ut *om.* **B**, in quo **A** ciceronem hoc **A**, nam *om.* b 28 dixi *libri* 30 est **B**: iste **Ab** 31 is **A**, his a 32 ad *om.* **A**¹ aduersarios *libri Tulliani*

quisnam hoc tibi renuntiauit? quis tam inprobus fuit?
cui ego autem narraui? nemo, ut opinor, in culpa
est: nimirum tibi istud lex ipsa renuntiauit. at qui- 48
dam contradictione non contenti totos etiam locos explicant:
scire se hoc dicturos aduersarios et ita persecuturos. quod factum uenuste nostris temporibus elusit Vibius Crispus, uir ingenii
iucundi et elegantis: ego uero, inquit, ista non dico: quid
enim attinet illa bis dici? nonnumquam tamen aliquid 49
simile contradictioni poni potest, si quid ab aduersario testationibus conprensum in aduocationibus *est* iactatum: respondebimus
enim rei ab illis dictae, non a nobis excogitatae: aut, si id
genus erit causae, ut proponere possimus certa, extra quae dici
nihil possit, ut, cum res furtiua in domo deprensa sit, dicat
necesse est reus, aut se ignorante inlatam aut depositam apud
se aut donatam sibi: quibus omnibus, etiamsi proposita non sunt,
responderi potest. at in scholis recte et *propositionibus* et con- 50
tradictionibus occurremus, ut in utrumque locum, id est primum
et secundum simul exerceamur. quod nisi fecerimus, numquam
utemur contradictione: non enim erit, cui respondeamus.

Est et illud uitium nimium solliciti et circa omnia momenta 51
luctantis: suspectam enim facit iudici causam, et frequenter,
quae statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis
praeparationibus fidem perdunt, quia patronus et aliis crediderit
opus fuisse. fiduciam igitur orator prae se ferat semperque ita
dicat, tamquam de causa optime sentiat, quod sicut omnia in
Cicerone praecipuum est. nam illa summa cura securitatis est 52
similis, tantaque in oratione auctoritas, ut probationis locum
optineat dubitare nobis non audentibus. porro, qui scierit,
quid pars aduersa, quid nostra habeat ualentissimum, facile

1 renuntiauit ut (aut a) quis **Ab** 2 culpast **B** 3 lex **B**: res **Ab** 4 contractione*** non **A** totos **A** *corr. ex* tos 5 prosecuturos **A B** 6 uiuius **A**, uiuus **T**, *item* **b** *ut uidetur* ingeni **A**[1]**B** 8 aliquid (aliqui *1 m.*) a simile contradictione **A** 10 conprehensum **A** est iactatum *nos:* iactatum *libri*, iact. sit ς 11 excogitae **A**[1] 12 possumus **Bg** *1 m.* 13 deprehensa ς; *malim* deprensa est 15 quis omnibus **b** propositae **Ab** 16 at **B**: id **A** recte et et contrad. **B**, *sed in* **Bn** *spatium unius uocabuli inter duo* et *uacuum relictum est, quod nos expleuimus addito* propositionibus *cum Badio;* recte plenaribus contrad. **b** *et corr.* **A**, recte enaribus contrad. **A** *1 m.* (recte ut probationibus, et contrad. *Burman*) 18 simul **B**: simul primum **A**, simul plurimum **ab** exerceamus **A**[1] (?) **b** 19 non *om.* **A** 20 nimium **B**: maum **A**, magnum **ab** sollicitac **A**, sollicite **b** 21 et freq. quae **B**: frequenterq: **A**, frequenterq: quae **a** 22 dilata (i *in ras.*) **A** 23 qua patronus **A** (*non* qua paronus) alis **A**[1] 25 optume **A** senciat **Bn** si*cut* **A** 26 est **B**: et **A** 27 auctoritas *ut pro*bationis **A** 28 audientibus **ABg**

iudicabit, quibus maxime rebus uel occurrendum sit uel in-
standum.
53 Ordo quidem in parte nulla minus adfert laboris. nam si
agimus, nostra confirmanda sunt primum, tum quae nostris op-
ponuntur refutanda: si respondemus, prius incipiendum a refu-
54 tatione. nascuntur autem ex iis, quae contradictioni opposuimus,
aliae contradictiones, euntque interim longius: ut gladiatorum
manus, quae secundae uocantur, fiunt et tertiae, si prima ad
euocandum aduersarii ictum prolata erat, et quartae, si geminata
captatio est, ut bis cauere, bis repetere oportuerit. quae ratio
55 et ultra ducit. sed illam etiam, quam supra ostendi, simplicem
ex adfectibus atque ex adfirmatione sola probationem recipit re-
futatio, qualis est illa Scauri, de qua supra dixi, quin nescio an
etiam frequentior, ubi quid negatur. uidendum praecipue utri-
que parti, ubi sit rei summa: nam fere accidit, ut in causis
multa dicantur, de paucis iudicetur.
56 In his probandi refutandique ratio est, sed adiuuanda uiri-
bus dicentis et ornanda. quamlibet enim sint ad dicendum, quod
uolumus, accommodata, tenuia tamen erunt et infirma, nisi ma-
57 iore quodam oratoris spiritu implentur. quare et illi communes
loci de testibus, de tabulis, de argumentis aliisque similibus
magnam uim animis iudicum adferunt, et hi proprii, quibus fa-
ctum quodque laudamus, aut contra iustum uel iniustum docemus,
maius aut minus, asperius aut mitius. ex iis autem alii ad com-
parationem singulorum argumentorum faciunt, alii ad plurium,
58 alii ad totius causae inclinationem. ex quibus sunt qui praepa-
rent animum iudicis, sunt qui confirment. sed praeparatio quo-
que aut confirmatio aliquando totius causae est, aliquando par-
59 tium, et proinde, ut cuique conueniunt, subicienda. ideoque

---

4 tum primum **b** tumq. nobis **B** 5 prius] plus **AB** incipiendum **AB**: incip. est *dett. et* ς 6 iis **B**: his **A**ς quae **AB**: quoque **a** con tradictioni — aliae *om.* **A** 8 et **A** *in ras.* si **B**: isti **Ab**, ista **a** 9 euocandum *Regius*: uocandum *libri* aduersari **AB** geminata **Bn** *corr. 1 m. ex* geminate 10 est ubis (ubi si *corr.*) cauere *bis* (his *1 m.?*) repertere **A** ratio et (ex *corr.*) ultra ductis *etiam* (et eam *1 m.?*) est illetam (illa etiam *corr.*) quam supra **A** *(lectio* **b** *erasa est)* 11 illa **B** 12 ex asseueratione *Regius* recepit **A**^{1} 13 quali **A** 14 frequentius *ed. Camp.* qui **A**^{1} 17 probandis refutandisque **A** 18 dicendis **A**^{1} ornanda **A**: adornanda *rell. noti* sunt **A** dicendum **A**, *sèd* c *in ras.* docendum *Regius* 19 tenuia *Burman:* pecunia **Ab**, *om.* **B**, ieiuna *Bonnell* 20 quodam* oratoris **A**, q. orationis *malebat Spalding* implentur **AB**: impleantur *dett. pauci* 21 aliisq. *his* similibus **A** 22 uim* **A** et ii **AB** propri **A**^{1} 23 quodque *Regius:* quoque *libri* (qq̂ **A**) 24 is **B**, his **Ab**ς 25 ali **A**^{1} *utroque loco* pluri*um**** **A**, plurimum **B** 27 praeparatio quaeque *Francius* 28 aliquando *(priore loco) om.* **Ab**

miror inter duos diuersarum sectarum uelut duces non mediocri contentione quaesitum, singulisne quaestionibus subiciendi essent loci, ut Theodoro placet, an prius docendus iudex quam mouendus, ut praecipit Apollodorus, tamquam perierit haec ratio media et nihil cum ipsius causae utilitate sit deliberandum. haec praecipiunt, qui ipsi non dicunt in foro, ut artes a securis otiosisque conpositae ipsa pugnae necessitate turbentur. namque omnes 60 fere, qui legem dicendi quasi quaedam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorum modo argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos praeceptis alligauerunt: de quibus breuissime praelocutus, quid ipse sentiam, id est quid clarissimos oratores fecisse uideam, non tacebo.

XIV. Igitur enthymema et argumentum ipsum, id est rem quae probationi alterius adhibetur, appellant et argumenti elocutionem, eam uero, ut dixi, duplicem: ex consequentibus, quod habet propositionem coniunctamque ei protinus probationem, quale pro Ligario: causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior ea iudicanda est, quam etiam di adiuuerunt: habet enim rationem et propositionem, non habet conclusionem. ita est ille inperfectus syllogismus. ex pugnantibus uero, quod etiam 2 solum enthymema quidam uocant, fortior multo probatio est. tale est Ciceronis pro Milone: eius igitur mortis sedetis ultores, cuius uitam si putetis per uos restitui posse, nolitis. quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut est 3 ab eodem *pro eodem* reo factum: quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorum querella? quem iure, quem loco, quem tempore, *quem impune* non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere?

17. c. 6, 19. 23. c. 29, 79. 26. ib. 16, 41.

2 singulis **A** 4 medii **A** 5 utilitates **B** *pr. m.* utilitati **A**[1] haec accidunt his *qui praecipiunt* ipsi **A** *solus, partim in ras. m. 2* 7 turbantur *Obrecht: post hoc uerbum in* **B** *nouum caput incipit hoc addito titulo:* QUIBUS CONSTET EPICHEREMA ET QUIBUS REFELLAT (in quibus refellatur **b**) omnes — legem **A** *1 m. in ras.* 9 modo — concludendorum *om.* **A** 10 illigauerunt *ed. Spaldingii et posteriores, nescimus unde* 11 sententiam id quod **A** 13 entymema (*sine* et) **A** 14 quae *om.* **A**, q a 17 quale **B**: que est **A** 18 et nunc **b** meliore aiudicanda **A** *corr. in* meliore adiudicanda 19 dii ς 20 rationem et **Ab**: *om.* **B** 21 interfectus **A**[1] 22 probatio* est **A** 26 pro eodem *om.* **AB**; et pro eodem *edd. uett. et* ς omnium *Cicero:* aliqua **AB**, *incertum an errore ipsius Quintiliani* 27 querela **B**ς 28 quē **A** *in ras.* quem impune *om.* **AB**, *primum add. in ed. Aldina*

4 optimum autem uidetur enthymematis genus, cum proposito dissimili uel contrario ratio subiungitur, quale est Demosthenis: non enim, si quid umquam contra leges actum est idque tu es imitatus, idcirco te conuenit poena liberari, quin e contrario damnari multo magis. nam ut, si quis eorum damnatus esset, tu haec non scripsisses, ita, damnatus tu si fueris, non scribet alius.

5 Epichirematos et quattuor et quinque et sex etiam factae sunt partes a quibusdam. Cicero maxime quinque defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tum adsumptio et eius probatio, quinta conplexio: quia *uero* interim et propositio non egeat rationis et adsumptio probationis, nonnumquam etiam complexione opus non sit, et quadripertitam et tripertitam et biper-
6 titam quoque fieri posse ratiocinationem. mihi et pluribus nihilominus auctoribus tres summum uidentur. nam ita se habet ipsa natura, ut sit de quo quaeratur et per quod probetur: tertium adici potest uelut ex consensu duorum antecedentium. ita erit prima intentio, secunda adsumptio, tertia conexio. nam confirmatio primae ac secundae partis et exornatio isdem
7 cedere possunt, quibus subiciuntur. sumamus enim ex Cicerone quinque partium exemplum: 'melius gubernantur ea, quae consilio reguntur, quam quae sine consilio administrantur. hanc primam partem numerant, eam deinceps rationibus uariis et quam copiosissimis uerbis adprobari putant oportere.' hoc ego totum cum sua ratione unum puto: alioqui si ratio pars est, est autem uaria ratio, plures partes esse dican-
8 tur. adsumptionem deinde ponit: 'nihil autem omnium rerum melius quam omnis mundus administratur. huius

2. in Androt. § 7. 9. de Inu. I, 37, 67. 21. ibid. I, 34, 58 sq.

1 entimematis **A** cum in propositio (-ione **a**) **A** 2 contrario **AB**: contraria **a** 3 actum **AB**: factum *dett. pauci* 4 poena **Ab**: poenali **B** 5 quin *Regius:* quod **AB** (*sed* **A** quodde cont.) 6 tu **A** *in ras.* 7 dammatu si (dammatus si *corr.*) **A** 8 etiam *om.* **b** 9 defendi **A**¹ 10 proposito **Bg** *1 m.* deinde ratio eius adsumptio *assumtionis probatio nonnumquam etiam complexio opus* non erit *(mediis omissis)* **A** 11 uero *Regius: om. libri* aut propositio — aut adsumptio *coni. Spalding* 12 complexione *Regius:* cumplane **B** 13 et bipertitam *om.* **Ab** 15 auctoribus rectissimum uidetur **A** *2 m. in ras.* 16 ista **B**ς 17 ex **Ab**: *habet* **B** *post* duorum 19 et exornatio eisdem *Capperonnier:* exornatio eidem ς, exor*natio est et is*dem **A** 20 accedere (*uel* accenseri) *coni. Zumpt* possum **A**¹ summus **A**¹ 21 adgubernantur **A**, accurantur *Cicero, item Victorinus p. 244, 1 (Rhett. lat.)* 22 reguntur — sine consilio *om.* **Bg** *1 m.* quam sine **A**¹ 23 numerant **B**: erant **Ab**, ferunt **a** 24 et **A** *in ras.* 25 *oportere* hoc **A** cum *Regius:* in **AB** alioqui — plures **B**: aliqui* (aliquis **b**) ratio (rationis **ab**) plures **Ab** *mediis omissis*

adsumptionis quarto in loco aliam porro inducunt adprobationem':
de quo idem quod supra dico. 'quinto inducunt loco conplexio- 9
nem, quae aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogi-
tur, hoc modo: consilio igitur mundus administratur,
aut, unum in locum cum conduxit breuiter propositionem et ad-
sumptionem, adiungit, quid ex his conficiatur, ad hunc modum:
quodsi melius geruntur quae consilio quam quae sine
consilio administrantur, nihil autem omnium rerum
melius quam omnis mundus administratur, consilio
igitur mundus administratur.' cui parti consentio.

In tribus autem, quas fecimus, partibus non est forma sem- 10
per eadem, sed una, in qua idem concluditur, quod intenditur:
'anima inmortalis est: nam quidquid ex se ipso mouetur, inmor-
tale est, anima autem ex se ipsa mouetur, inmortalis igitur est
anima.' hoc fit non solum in singulis argumentis, sed in totis
causis, quae sunt simplices, et in quaestionibus. nam et hae 11
primam habent propositionem: 'sacrilegium commisisti: non quis-
quis hominem occidit, caedis tenetur', deinde rationem (sed haec
est in causis et quaestione longior quam in singulis argumentis),
et plerumque summa complexione uel per enumerationem uel
per breuem conclusionem testantur, quid effecerint. in hoc ge-
nere propositio dubia est, de hac enim quaeritur. altera est 12
complexio non par intentioni, sed uim habens parem: 'mors
nihil ad nos, nam quod est dissolutum, sensu caret, quod autem
sensu caret, nihil ad nos.' in alio genere non eadem propositio
est quae conexio: 'omnia animalia meliora sunt quam inanima,
nihil autem melius est mundo, mundus igitur animal.' hic po-
test uideri de re contentio: potuit enim sic constitui ratiocinatio:

---

1 quanto **A**[1] aliam *Cicero:* iam *libri* 2 complexionem eam *Cicero* 3 infert *Cicero:* fert **AB** 5 conduxerit *edd. Ciceronis* expositionem **AB**, *em. in ed. Gryph.* 6 confiteatur **A** 7 quam — consilio *om.* **A** 9 consilio — administratur *om.* **AB** 11 qua **A**[1] 12 quod intenditur **Ab**: *om.* **B** 13 quiaquid **A**, quicquid a se *om.* **A**[1] 14 immortale est — mouetur *om.* **Ab**, *sed in* **A** *m. 2 sup.* quicquid *additum est:* immortale est 16 simplices et **A** 17 comissisti **B** 18 caedis reus tenetur **ab** 19 quaestione **Ab**: quaestionum **B**, quaestionibus *edd. uett. complures*, in quaestione *coni. Spalding* quan **Bn** 20 uel per breuem *om.* **A** 21 conclusione (-nē **A**[1]?) testatur **A** quid effecerunt **Bn**, qui defecerunt **Bg**; *locus uix sanus est* 24 dissolutus **A**[1](?) quod a. sensu caret *om.* **Ab** 26 concessio **A**, conclusio **b**, connexio ς *et sic semper* quam anima **B** 27 animal] *in hoc uerbum desinit* **B** *usque ad* 8, 3, 64; *per hanc partem lectiones cod. Bamb. littera* **G** *indicauimus et potiores lectiones codicum* **MS** *adscripsimus* 28 de re **AGMS**, *sed* **A** re *in rasura;* sine re (*uel* praeter rem) *Mosellanus; Gesnerus haec* hic — contentio *pro glossemate habet, deinde scribens:* potuit etiam sic *etc.* hic potest etiam uideri intentio *tentauit Spalding; uide ne* de re *ex* de ratione *deprauatum sit*

'animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt quam
13 inanima' et cetera. haec propositio aut confessa est ut proxima,
aut probanda, ut: 'qui beatam uitam uiuere uolet, philosophetur
oportet', non enim conceditur: cetera sequi nisi confirmata prima
parte non possunt. item adsumptio interim confessa est, ut
'omnes autem uolunt beatam uitam uiuere', interim probanda
ut illa 'quod est dissolutum, sensu caret', cum, soluta corpore
anima an sit immortalis uel ad tempus certe maneat, sit in dubio.
quod adsumptionem alii, rationem alii uocant.

14 Epichirema autem nullo differt a syllogismis, nisi quod illi
et plures habent species et uera colligunt ueris, epichirematis
frequentior circa credibilia est usus. nam si contingeret semper
controuersa confessis probare, uix esset in hoc genere usus ora-
15 toris. nam quo ingenio est opus, ut dicas: 'bona ad me perti-
nent, solus enim sum filius defuncti', uel 'solus heres, cum iure
bonorum possessio testati secundum tabulas testamenti detur, ad
16 me igitur pertinet'. sed cum ipsa ratio in quaestionem uenit,
efficiendum est certum id, quo probaturi sumus quod incertum
est, ut, si ipsa forte intentione dicatur 'aut filius non es aut
non es legitimus aut non es solus', itemque 'aut non heres es
aut non iustum testamentum est aut capere non potes aut habes
coheredes', efficiendum est iustum, propter quod nobis adiudicari
17 bona debeant. sed tum est necessaria illa summa conexio, cum
interuenit ratio longior, alioqui sufficiunt intentio ac ratio: si-
lent enim leges inter arma nec se expectari iubent,

24. p. Mil. 4, 10.

2 inanima et a: inanimae **A**, et *om.* **GMS** ceterum **S** haec **AGMS**: et *Gesner, ipse malim* sed 3 uiuere **A** *ut coni. Regius:* uidere **GM**, uideri **S** 4 oporteat **M** 5 non] hoc **S** item **A**, *ut coni. Törnebladh*: utē **G**, ut est **MS**, ut et ς; assumptio quoque *Victor p. 410, 17* 6 uidere **AGMS** 7 quod autem dissolutum est *Victor* soluta **Sa**: solutum **AGM** 8 certū **A** *corr. ex* certe, *ut coni. Spalding, uel ex* certa, *ut est in* **GMS**; *om. Victor* 9 quod **A**: quam **GMSa**ς ali — ali **AG** *pr. m.* 10 differt **MS**: differret **AG** 13 controuersa *Regius:* controuersia **GS**, controuersias **A**, controuersiam **Mg** 14 quo **A**: quod **G**, quid **S**ς, de **M** dicatur **M** 15 sum **AG** *corr. et* **M**: suum **A**[1]**S** filius] fidelium **AGMS**
16 testati *Regius:* intestatis **AGMS** (cum iure bonorum possessio testati heredi secundum tabulas, intestati filio detur, ad me *etc. coni. Burman*)
17 pertinet (*sc.* possessio) **AGMS**: pertinent *al.* 18 quo *Capperonnier (in addendis) et Gesner:* quod **AGMS** 19 forte] fere **AGMS** 20 es (est **G** *corr.*) — est — est (es **S**) **GS**, es — es* — es* **A**, est — est — es **M** heres es **S**: heres **AGM**, es heres aς 21 potes **Sa**: potest **AGM** 22 quoheredes **G** *1 m. et* **S** iustum *libri:* istud *Gesner, fort.* id certum n. adiudicari bona **AGMS**: n. bona adi. **T**, bona adi. nobis *dett.* 23 tum **A**: cum **GMS** illa est necess. **M** 24 ratio longior **A**: oratio largior (lorgior **G** *1 m.*) **GMS**ς alioqui *scripsi:* aliqui **AM**, aliquid **G**, aliquod **S**, aliquando *Regius et* ς 25 enim **G** *in rasura, om.* **S** nec se] necesse **AGMS** excepta rei (re* **G**) **AGM**, expectare **S**

cum ei, qui expectare uelit, ante iniusta poena luen-
da sit quam iusta repetenda. ideoque id enthymema, quod
est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. sed et singula
interim recte ponuntur, ut ipsum illud silent leges inter
arma, et a ratione incipere fas est, deinde concludere, ut ibi- 18
dem: quodsi duodecim tabulae nocturnum furem quo-
quo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, in-
terfici inpune uoluerunt, quis est qui, quoquo modo
quis interfectus sit, poeniendum putet? uariauit hic
adhuc et rursus rationem tertio loco posuit: cum uideat ali-
quando gladium nobis ab ipsis porrigi legibus. prioris 19
autem partis duxit ordinem: insidiatori uero et latroni
quae potest inferri iniusta nex? hoc intentio: quid co-
mitatus nostri, quid gladii uolunt? hoc ratio: quos ha-
bere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret,
hoc ex ratione et intentione conexio.

Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est per 20
omnis partis. aut enim expugnatur intentio aut adsumptio aut
conclusio, nonnumquam omnia. intentio expugnatur: 'iure oc-
cidi eum, qui insidiatus sit': nam prima statim quaestio pro
Milone est, 'an ei fas sit lucem intueri, qui a se hominem ne-
catum esse fateatur'. expugnatur adsumptio omnibus iis, quae 21
de refutatione diximus. et ratio quidem numquam est uera, nisi
et propositio uera sit, interim uerae propositionis falsa ratio est,

6. ib. 3, 9. 12. ib. 4, 10.

1 cum et quis (quis et G *1 m*) AGMS expectare uelit S: peccare uelint AGM luenda *est* A, l. sunt S, luendas M, luendas sed G 3 rationis AGMS singula interim quae (que MS, interimq̄ G, ae A *in ras.*) AGMS, sing. quoque interim *Regius et* ς, sing. quaeque int. *Badius uerisimilius* 5 fas est incipere GMS concludere///// ib/ ibidem (concluderent ibi ibidem *ante ras.*) A, concluderent ibidem G, concludere; ibidemque S, ut *om.* M 6 si S quoquo A: quo GMSa 7 aut si AGMS se telo A: caelo GS, tele M 9 quis (*post* modo) *om.* AGMS poeniendum A *ut uidetur:* puniendum MSa, punitendum G uaria autem hic S 10 athuc A ponunt cum uideant S 11 *prioris* A ri (*est in litura trium litterarum*) 12 ordinem GMSa: ordini A; *lectio uix sana, cf. tamen Spalding* 13 nex] ex AGMS 14 gladii] clari A (*ortumne ex* gladi?), clari uiri GMSa 15 certe Sa: certo AGM si] sed M ut illis A[1], utilis GMS 17 probationis MSa: probationibus AG 18 omnes partes ς aut enim] *haec usque ad* § 23 *extr. habet Iulius Victor p.* 415, 10 *sqq.* expugnantur *ed Zumptii et Bonn.* 19 conclusio A, *sed in rasura uetere, fort.* conexio omnia *Gesner:* omnia. sed omnia haec tria sunt *libri interpolate* 20 eum quid S 22 is A, his Ga, hiis MS 23 ratio] ratiocinatio *Victor, item u.* 21 *et* 24 *et* § 23 *in.* numquam *Victor:* nonnumquam AGMSς uera nisi et propositio uera sit *Victor:* uera *****t propositio uera sit A, ueranis (nis *punctatum*) cum eius ut propositio uera ñ sit G, uera cum eius (eis et S prop. uera non sit Saς, uera eis cum eis ut proposicio uera non sit M

ut 'uirtus bonum est' uerum est, sed si quis rationem subiciat,
'quod ea locupletis faciat', uerae intentionis falsa sit ratio.
22 conexio autem aut uera negatur, cum aliud colligit quam id,
quod ex prioribus efficitur, aut nihil ad quaestionem dicitur per-
tinere. non est uera sicut haec: 'insidiator iure occiditur: nam
cum uitae uim adferat ut hostis, debet etiam repelli ut hostis:
recte igitur Clodius ut hostis occisus est': non utique, nondum
enim Clodium insidiatorem ostendimus. sed fit uera conexio:
'recte igitur insidiator ut hostis occiditur': nihil ad nos, non-
23 dum enim Clodius insidiator apparet. sed ut potest uera esse
intentio et ratio et tamen falsa conexio, ita, si illa falsa sunt,
numquam est uera conexio.
24 Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis pars
dicitur syllogismi, propterea quod syllogismus utique conclusio-
nem et propositionem habet et per omnes partes efficit, quod
25 proposuit, enthymema tantum intellegi contentum sit. syllogis-
mus talis: 'solum bonum uirtus, nam id demum bonum est, quo
nemo male uti potest: uirtute autem nemo male uti potest, bo-
num est ergo uirtus'. enthymema ex consequentibus: 'bonum
est uirtus, qua nemo male uti potest'. et contra: 'non est bo-
num pecunia: non enim bonum est, quo quis male uti potest:
pecunia autem potest quis male uti, non igitur bonum est pe-
cunia'. enthymema ex pugnantibus: an bonum est pecunia,
26 qua quis male uti potest? 'si pecunia, quae est in argento
signato, argentum est, qui argentum omne legauit, et pecuniam,
quae est in argento signato, legauit: argentum autem omne le-

1 ut *Victor et* **a**: et **AGMS**, *om.* ς sed *Victor: om.* **AGMS**ς 2 locupletis **A**: locupletes **Sa** *et Victor*, locupletū **G**, *sed* ū *m. 2 in ras.* locupletus **M** falsa sit **S**, *corr.* **G** *et Victor:* falsae (-e **G**) sit **AG**, falsa erit **a** 3 conexio **A**: quod (qui **M**) nescio **GMS**, conclusio *Victor* autem *om.* **MS** 4 efficitur **AM**: afficitur **G**, conficitur **S**, exprimitur *cod. Victoris* 5 sicut haec *Victor:* sic **AGMS**ς 6 cum uitae uim afferat *Victor:* curauit ne uim adferat **A**, qui curauit ut ne uim (ut nemini **M**) adferat **GMS**, qui curauit ne uim afferret **a**; *apparet ueram lectionem* cum uitae *primum abiisse in* curauitne, *et locum deinde interpolatum esse* etiam repelli debet *Victor* (d. etiam ut hostis repellit **S**) 7 claudius **G** 8 sed] at *cod. Victor* fit **S**: sit **Ga**, si **A** *et cod. Victor* conclusio *Victor, item u. 11 et 12* 11 ita si — conexio *om.* **M** 13 oratorius *Regius:* oratoribus *libri* 14 propter quod **AGMS** 15 habeat (*uel* habent) **A**[1] 16 tantum **AGM**, *ut coni. Capper. (sed* **A** *in ras. fort. ex* tā): tantum intēta **S**ς contenta **AGM** 18 uirtute autem — potest *Victor (p. 410, 11): om.* **AGMS**, autem *om.* ς bonum est uirtus *om.* **A**[1] 19 bonum est *Victor*: est *om.* **AGMS**ς 21 quo quis *Victor:* quo quisq. **AGS**, quo nemo **M**, quo quisquam *al.* 22 autem *ex Victore addidi* (pec. quisque potest **M**) 23 enthymema pecunia *om.* **MS** an] non *coni. Spalding* 24 quis *nos:* quisque **AGMS**ς

gauit, igitur et pecuniam, quae est in argento, legauit' habet
formam syllogismi. oratori satis est dicere: 'cum argentum le-
gauerit omne, pecuniam quoque legauit, quae est in argento'.
Peregisse mihi uideor sacra tradentium artes, sed consilio 27
locus superest. namque ego, ut in oratione syllogismo quidem
aliquando uti esse fas duco, ita constare totam aut certe con-
fertam esse adgressionum et enthymematum stipatione minime
uelim. dialogis enim et dialecticis disputationibus erit similior
quam nostri operis actionibus, quae quidem inter se plurimum
differunt. namque *in* illis homines docti et inter doctos uerum 28
quaerentes minutius et scrupulosius scrutantur omnia et ad liqui-
dum confessumque perducunt, ut qui sibi et inueniendi et iudi-
candi uindicent partis, quarum alteram τοπικήν, alteram κριτικήν
uocant. nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio, et 29
saepius apud omnino imperitos atque illarum certe ignaros lit-
terarum loquendum est, quos nisi et delectatione adlicimus et
uiribus trahimus et nonnumquam turbamus adfectibus, ipsa, quae
iusta ac uera sunt, tenere non possumus. locuples et speciosa 30
et imperiosa uult esse eloquentia: quorum nihil consequetur, si
conclusionibus certis et in unam prope formam cadentibus con-
cisa et contemtum ex humilitate et odium ex quadam seueritate
et ex copia satietatem et ex similitudine fastidium attulerit.
feratur ergo non semitis, sed campis, non uti * * fontes angustis 31
fistulis colliguntur, sed ut beatissimi amnes totis uallibus fluunt,
ac sibi uiam, si quando non acceperit, faciat. nam quid illa
miserius lege uelut praeformatas infantibus litteras persequen-
tium et, ut Graeci dicere solent, quem mater amictum dedit,

1 habet **S**: habea*t **A**, habeat **GM**, habebit *dett. et* ς   3 omnē **A[1]GMS**   4 saca////tra den//////tium **A[1]**, sacras (sacre **M**) tradentium **MS**   5 ut sine ratione **S**   6 esse fas *nos:* nefas *libri*, nefas non *Regius et* ς; *cf. supra* § *18*   constaret **A[1]G**   7 et **A**: ex **GMSa**   8 disputationis **A[1]**   10 differtur **G[1]MS**   in illis *nos:* illis **AGM**, illic *Rollin*, illi **S** *et dett.*   docti **A** *in ras.*, *an* otiosi?   11 quaerentis **A[1]G**   ad* **A**, ada **G**   12 inueniendi et **A** *corr. ex* inueniet   13 partes **a**   quorum **AGMS**   τοπικήν *et* κριτ. *om.* **M**, *ut omnia graeca*   15 illarum **AGM**: aliarum **S** *et dett.*   16 allicimus **a**, adlitimus **A**, adligemus **GMS**   18 speciosa et imperiosa *exc. Cassiod. (Rhett. lat. m. p. 503, 11):* et imperiosa *om. libri, item Victor p. 411, 25*   19 consequitur **S**   21 contemptum **Mg**ς   seueritate *Aldus:* seruitute *libri*   22 et copio (*sine* ex) **A[1]**   similitudine f. attulerit *Victor (p. 411, 27):* amplitudine f. tulerit *libri*   23 semētis **A[1]** *ut uidetur*   ut* *ieiuni///////* fontes (ieiuni *est in litura, uetere uocabulo octo nouemue litterarum prorsus extincto*) **A**, uti et (sed **M**) uti fontes **S**ς; *fort.* uti tenuiores fontes   24 sed **A** *corr. ex* et   beatissimi **AGM**: latissimi **S** *et dett.*   fluunt **a**: fluant **MS**, pluant **AG**   26 prosequentium **AGMS**   27 greci **MS**, gracchi **AG**, *etiam ex scriptura* graeci mater **AG**

sollicite custodientium: † propositio conclusio ex consequentibus
32 repugnantibus? non inspiret? non augeat? non mille figuris uariet ac uerset? ut ea nasci et ipsa prouenire natura, non manu facta et arte suspecta magistrum fateri ubique uideantur. quis umquam sic dixit orator? nonne apud ipsum Demosthenen paucissima huius generis reperiuntur? quae adprensa Graeci magis (nam hoc solum peius nobis faciunt) in catenas ligant et inexplicabili serie conectunt et indubitata colligunt et probant confessa et se antiquis per hoc similes uocant, deinde interrogati numquam respondebunt, quem imitentur. sed de figuris alio loco.

33 Nunc illud adiciendum, ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro et dilucido et distincto, ceterum minime elato ornatoque putant esse dicenda. namque ea distincta quidem ac perspicua debere esse confiteor, in rebus uero minoribus etiam sermone ac uerbis quam maxime propriis et ex usu:
34 at si maior erit materia, nullum iis ornatum, qui modo non obscuret, subtrahendum puto. nam et saepe plurimum lucis adfert ipsa translatio, cum etiam iuris consulti, quorum summus circa uerborum proprietatem labor est, 'litus' esse audeant di-
35 cere, 'qua fluctus eludit'. quoque quid est natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est uoluptatibus: et minus suspecta argumentatio dissimulatione, et multum ad fidem adiuuat audientis uoluptas. nisi forte existimamus Ciceronem haec ipsa

19. cf. Cic. Top. 7, 32.

1 propositio conclusio (ac concl. **S**ς) et (ex a) consequentibus propugnantibus **AGMS**; *haec insiticia putabat Burmanus; certe corrupta sunt et manca; nam durissima est omissio subiecti* orator (*uel* is qui dicit) *in uerbis proximis* 2 inspiret **A** 3 uers*et ut ea* **A** prouenire *om.* **M** 4 ficta **G** suscepta **S**, conspecta **M** magistratum **A**¹ *uid*eantur **A** qui sunt quam **A**¹ 5 sicut **M** dixit *Regius:* uixit *libri* non **A**¹ paucissima *om.* **G** *1 m.* 6 huius ueris **A** (a *in marg.* uel artis), h. ueris (ueritatis **M**) uel artis **GM**, h. uiri uel artis **S**, h. ueneris *Baden contra sententiam loci*, h. seueritatis *Meister*, h. modi *Regius*, *quo praeeunte* h. generis *cum Zumptio scripsimus* repperiuntur **AG** apprehensi **M** magis greci **S** 7 nam] non **AGMS** pro eis **S** nos **AGM**, nō **S** cathenas **GS**, catenas nos a 9 Atticis *malebat Spalding* 12 is **AGM**, his a, hiis **S** consentire me qui a: conentirē eq̃ **A**, consentire ne q̄ (= quae) **G**, c. neque **MS** 12 puromo **A**¹ lucido **M** 14 elato *Victor (p. 420, 23):* lato **AGMS**, laeto *Obrecht* dicenda esse **S** 16 sermo **A**¹ et ex usu] maxime in rebus minoribus, in quibus etiam sermone ac uerbis propriis utendum est *Victor; malim* propriis esse utendum 17 at **A** *in rasura* is **AG**, his a; ornatum iis (hys **M**) **MS** 19 summum **A**¹ 20 lites **MS** audeantur **A**¹ *ut uidetur* 21 qua **AG** *corr. ex* quam, *ut est in* **S** etludit **A**¹, elidit *Valla* quidem natura **GMS** 22 condicendum **AGMS**, *sed posterior* c *in* **G** *punct.* est** **A** 23 argumentatio et **G**, *sed* et *punct.*, *fort.* argum. est dissimulatio **A**¹ 24 hac ipsa **S**

male in argumentatione dixisse, silere leges inter arma, et gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. in his tamen habendus iustus modus, ut sint ornamento, non inpedimento.

1. p. Mil. 4, 10.

1 male **AMg**: malae **G**, mala **a**, *om.* **S** in *add. Regius* 2 legibus **AG** *corr. ex* legimus (porrigimus **M**) in *addidi ex Victore, cuius codex habet:* dummodo in his argumentis pius *(sic)* habeatur modus in his — imped. *om.* **S** his **AG**: hic **a**, hys **M** 3 iustus *Burman:* istis **AGM**, pius *cod. Vict.* (is tamen h. istis m. *Spald. Praef. II*, 7) ornamentū **A**[1] M. F. QUINTILIANI INSTITUTIONŪ ORATORIARŪ. LIBER .V. EXPLIC. INCIP. LIBER .VI. **G**, M FABII QUINTILIANI. INSTITUTIONIS ORATORIAE LIB. V. EXPL. INCP. LIB. VI *addidit m. 2 in* **A**, Expl. liber quintus Incipit sextus **M**, *deest subscriptio in* **S**.

LIBER SEXTUS.

Prooemium.

Haec, Marcelle Victori, ex tua uoluntate maxime ingressus, tum si qua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissime paene etiam necessitate quadam officii delegati mihi sedulo laborabam, respiciens tamen illam curam meae uoluptatis, quod filio, cuius eminens ingenium sollicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hereditatis uidebar, ut, si me, quod aecum et optabile fuit, fata inter-
2 cepissent, praeceptore tamen patre uteretur. at me fortuna id agentem diebus ac noctibus festinantemque metu meae mortalitatis ita subito prostrauit, ut laboris mei fructus ad neminem minus quam ad me pertineret. illum enim, de quo summa conceperam et in quo spem unicam senectutis reponebam, repetito
3 uulnere orbitatis amisi. quid nunc agam? aut quem ultra esse usum mei dis repugnantibus credam? nam ita forte accidit, ut eum quoque librum, quem de causis corruptae eloquentiae emisi, iam scribere adgressus ictu simili ferirer. nonne igitur optimum fuit infaustum opus, et quidquid hoc est in me infelicium litterarum, super inmaturum funus consumturis uiscera mea flammis inicere neque hanc impiam uiuacitatem nouis insuper curis fa-

1 Hec *(sic)* **S** *post* Victori *habet* m̄. (*uel* marce) **AGMS** ex uolun tate tua **M** 4 illa **M** 5 quod **AG**: qui **M**, que **S** sollicita **AG**[1] 6 diligentia∗ **A** relicturis **A** 7 ut si me quod aequum *in* **G** *partim in ras. m. 2 scriptum est* aecum **A**: aequum a, equum **S**, perequum **M** obtabile **A**[1] facta g (fata **G** *ut uidetur*), *ipse malim* fata ante intere. 8 at **AG** *corr. ex* ad, *item infra* § *4* 9 no*ctibus* **A** mortalitatis meae **M** 10 mei **A** *corr. ex* meis *ut uidetur* 11 illud **AGMS** 13 ammisi **G** *1 m.* 14 dis **A**: diis *plerique* repugnantibus **A**: reprobantibus **GM**, reprobrantibus **S** 16 agressus **M** simili **AG** *corr. ex* simile nonne *scripsi:* num **AGM**, nunc **S**ς, tunc *Regius* 17 quicquid **G** 18 consumturis **A**: consumpturis (-us **S**) *rell.* uiscera **G** *m. 2 in ras.* 19 nouis **A** *in ras.*

tigare? quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere am- 4
plius possum, ac non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis
in me alius usus uocis, quam ut incusem deos superstes omnium
meorum, nullam in terras despicere prouidentiam tester? si non
meo casu; cui tamen nihil obici, quam quod uiuam, potest, at
illorum certe, quos utique immeritos mors acerba damnauit, erepta
prius mihi matre eorundem, quae nondum expleto aetatis unde-
uicesimo anno duos enixa filios, quamuis acerbissimis rapta fatis,
non infelix decessit? ego uel hoc uno malo sic eram adflictus, 5
ut me iam nulla fortuna posset efficere felicem. nam cum omni
uirtute, quae in feminas cadit, functa insanabilem attulit marito
dolorem, tum aetate tam puellari, praesertim meae comparata,
potest et ipsa numerari inter uulnera orbitatis. liberis tamen 6
superstitibus et, quod nefas erat, sed optabat ipsa, me saluo ma-
ximos cruciatus praecipiti uia effugit. mihi filius minor quintum
egressus annum prior alterum ex duobus eruit lumen. non sum 7
ambitiosus in malis nec augere lacrimarum causas uolo, utinam-
que esset ratio minuendi: sed dissimulare qui possum, quid ille
gratiae in uultu, quid iucunditatis in sermone, quos ingenii igni-
culos, quam substantiam placidae et, quod scio uix posse credi,
iam tum altae mentis ostenderit: qualis amorem quicumque alienus
infans mereretur. illud uero insidiantis, quo me ualidius cru- 8
ciaret, fortunae fuit, ut ille mihi blandissimus me suis nutrici-
bus, me auiae educanti, me omnibus, qui sollicitare illas aetates
solent, anteferret. quapropter illi dolori, quem ex matre optima 9

2 hac **M** firmitatem *Regius:* infirmitatem *libri, sed* **G** *1 m.* animae infirmitatem 3 in me est **S** supers*tes om*nium **G**, supertes omnium **A** 4 meorum? Nullam *edd. recentt.* nullam in terras (terram **M**) d. prouidentiam **AM**: nulla in t. d. prouidentia **Ga**, in *om.* **S** despicere **S**: dispicere **AGM** testor **S** sine meo **GM**, *sed* **G** sine *in ras.* 5 meos causus **S** quam quia **M**, nisi quod **S** post at **M** 6 erepta **G** *corr. ex* erecta 7 matrem A^1**G** earundem **S** que **G** *corr. ex* qui undeuigesimo **M** 9 non infelix *nos:* infelix *libri*, felix *edd.* afflictus **A** *corr. ex* adtluctus *ut uidetur* 10 possit **M** 11 functa **A**: functas* **G**, functa sit **MS** *et corr.* **G** 12 aetati tam **G**, aetate ea **S** 14 superstitibus **A** *ut coni. Spalding:* orbitatib; **G** *sed addito s. l.* superstitibus *eadem manu*, superstitibus orbitatibus (orbitabar **S**) **MS** nephas erat **M**, nefas erat sera **AGS** obtabat A^1 maximo **G**, maxime **S** 15 praecipiti uita *malebat Spalding* mihi *om.* **M** 16 egressus annum (*om.* **S**) in malis nec (ne **M**) agere. prior alterum ex duobus eruit lumen non sum ambitiosus in malis nec agere lacrimarum **MS** *et alii dett.* duobus **A** *corr. e* uobis 18 quid possum **GS** illae **A**, illi **GM**, *om.* **S** 19 iocunditatis **GMS** ingeni **A**, ingenio **MS** 20 placide A^1**GMS** quod **AG**: quam *uel* q̄m *rell.* uix scio **M** 21 iam tum *Burman ex libris (?) ut ait:* tantum *codd. noti* amor est **M** 22 quo me — blandissimus *om.* **M** 23 fuit utile **A** *et 1 m.* **G** nutribus mea uia **M**, auiae — omnibus **G** *m. 2 in ras.* 24 educant A^1 omnibus quae *P. Daniel* 25 anteferret **G** *in ras.* anteferrent **M** dolori **A** *corr.* (*ex* dolo?) op*tinui at*que **G** *m. 2*

atque omnem laudem supergressa paucos ante menses ceperam,
gratulor. minus enim est, quod flendum meo nomine quam quod
illius gaudendum est. una post haec Quintiliani mei spe ac
10 uoluptate nitebar, et poterat sufficere solacio. non enim flosculos, sicut prior, sed iam decimum aetatis ingressus annum certos ac deformatos fructus ostenderat. iuro per mala mea, per infelicem conscientiam, per illos manes, numina mei doloris, eas me in illo uidisse uirtutes ingenii non modo ad percipiendas disciplinas, quo nihil praestantius cognoui plurima expertus, studiique iam tum non coacti (sciunt praeceptores), sed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis, ut prosus posset hinc esse tanti fulminis metus, quod obseruatum fere est celerius occidere festinatam maturitatem et esse nescio quam, quae spes tantas decerpat, inuidiam, ne uidelicet ultra, quam homini datum
11 est, nostra prouehantur. etiam illa fortuita aderant omnia, uocis iucunditas claritasque, oris suauitas et in utraque lingua, tamquam ad eam demum natus esset, expressa proprietas omnium litterarum. sed hae spes adhuc: illa maiora, constantia, grauitas, contra dolores etiam ac metus robur. nam quo ille animo, qua medicorum admiratione mensum octo ualetudinem tulit! ut me in supremis consolatus est! quam etiam deficiens iamque non noster ipsum illum alienatae mentis errorem circa scholas
12 *ac* litteras habuit! tuosne ego, o meae spes inanes, labentis oculos, tuum fugientem spiritum uidi? tuum corpus frigidum exsangue complexus animam recipere auramque communem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus, quos
13 fero, dignus his cogitationibus. tene consulari nuper adoptione

2 nomine quamquam illius (illis **S**) **MS** 3 posthac **S** 4 poteras **A** *et 1 m.* **G** 5 sed etiam **S** 6 ac **A** *corr.* (*ex* ad?) deformatus fructos **G** *1 m.* 7 eas *nos:* as **A**, has **a** *et rell.* 8 ingeni **A** non modo ad percip. *ponit H. Nolte in Philol. XXI, 307 post* sciunt praeceptores 9 quo∗ **A** 10 studiique **AS** (e **A** *in ras.*): studiaque **M**, studia quae **G**, *sed* ia *in ras. m. 2* 11 prosus **A**: prorsus *rell. et* **a** posset *Gesner:* possit *libri* hinc *Regius:* hic *libri* 12 fere] fecere **A**, facere **GMS** est] et **A** *in ras. m. 2* 14 tantas **a**: tanta **AM**, tantam **GS** 15 est nostra **A** *in ras.* fortuna **S** 16 iocunditas **GS**, iucunditatis **A**[1]**M** suauitatis **A** *1 m.* ut in **S** utraque *scripsi:* utracumque *libri, cf. 1 Pr. § 1; 1, 1, 14* 17 omni **M** 18 hae **A**: haec *rell. et* ς 19 et metus **M** quod ille **G** *1 m. et* **S** 20 mensum **AGS**: mensium **M**ς, *cf. adnot. nostram ad Cic. Phil. XII, § 22 et Schneid. gramm. lat. I, 2, 244* ualitudinem **GMS** 21 iamque *codex (?) Mureti:* quamque *rell. noti* 22 alienate mentis **M**, alienatae mentes **G** *1 m.* alienate mentes **A**, aliena tenentes **S** scholas ac *C. Meiser:* scolas **AS** et *1 m.* **G**, solas **M** *et corr.* **G** 23 tuasne **MS** *et 1 m.* **AG** mea spes inanis **G** *corr.* labentes **GMSa** 24 tuum **a**: tum **AGMS**, *et sic item altero loco* fugiente **A**[1] 25 exsangue **L**: exangue **AGMS**, et exsangue *malim* animam **A** *corr. ex* animum (?) 27 adoptione dominum **M**

ad omnium spes honorum propius admotum, te auunculo praetori
generum destinatum, te, omnium spe ac uotis eloquentiae can-
didatum † superstes parens tantum poenas etsi non cupido lucis,
certe patientia uindicet te reliqua mea aetate: nam frustra mala
omnia ad crimen fortunae relegamus. nemo nisi sua culpa diu
dolet. sed uiuimus et aliqua uiuendi ratio quaerenda est, cre- 14
dendumque doctissimis hominibus, qui unicum aduersorum sola-
cium litteras putauerunt. si quando tamen ita resederit praesens
impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inseri possit, non
iniuste petierim morae ueniam. quis enim dilata studia miretur,
quae potius non abrupta esse mirandum est? tum, si qua fuerint 15
minus effecta iis, quae leuius adhuc adflicti coeperamus, imperi-
tanti fortunae remittantur, quae, si quid mediocrium alioqui in
nostro ingenio uirium fuit, ut non extinxerit, debilitauit tamen.
sed uel propter hoc nos contumacius erigamus, quod illam ut
perferre nobis difficile est, ita facile contemnere. nihil enim
sibi aduersus me reliquit et infelicem quidem, sed certissimam
tamen adtulit mihi ex his malis securitatem. boni autem con- 16
sulere nostrum laborem uel propter hoc aecum est, quod in nul-
lum iam proprium usum perseueramus, sed omnis haec cura
alienas utilitates, si modo quid utile scribimus, spectat. nos mi-
seri sicut facultates patrimonii nostri, ita hoc opus aliis prae-
parabamus, aliis relinquemus.

---

1 omne **S** spes (*i. e.* species) **G** propius *Buecheler et C. Meiser:* prius *libri* 2 omni **MS** spe ac uotis *Guilelmus et Muretus:* spes acutis **AGS**, spe acutae **M**, auitae *Spalding, idem uerba* omnium spes *ex superioribus praue repetita esse statuens*, te o hominum spes caducas *Meiser* 3 tantum poenas (penas) etsi] *sic libri fere omnes* 4 te reliqua **Mg**: te realiquam **A**, *item* **G** *1m. ut uidetur in quo nunc est* t*** liqua (*eraso siglo sup.* **a**), terre aliquā **S** 5 religamus **g** 6 sed minimis ex aliqua **M** credendum quia **S** 7 qui **A** *corr. ex* quia 8 ita **G** *s. l.* 9 inpetus **G** aliqua **G** *corr. ex* aliquo tot litteris **S** 10 iniustae petierim **A** 11 fuerint **S**: fuerit **AGM** 12 effecta hiis que **S**, effectet is quae (que **G**) **AG**, affectet hys q. **M**., perfecta iis q. *H. Nolte* adhuc leuius **M** imperitanti fortunae *Lochmann:* imperi aut fortunae **Ag**, imper**** fortunae **G**, imperii aut fortune **M**, impericie aut fortune **S** 13 si quod **M** alioqui **G** *corr. ex* aliquo, aliorum **S** 14 extinexerit **G**, extinxerint **S** debilitauitiamen **A**, debilitauitia mens **G**, debilitauit iam mens **S**, debilitata uitio mens **M** *et corr.* **G** 15 quia illa ut p. nobilis d. est ita facere **M** 17 reliquid **A**[1]**G** 18 bonis **S**, bonus **M** consolari **S** 19 labore **A**[1], labor est **M** hoc aecum *Gulielmus et Muretus*: hoc caecum **AG**, hoc cecum **MS** qui **M** in nullum **S**: in ullum **AG**, in nullo **M** 20 proprio usu **M** cura alienas utilitates *Gulielmus:* curas alienas (alienis **M**) utiles **AGM**, cura est alienis utilis **a**, cura ut alienis utiles si modo si quid simus **S** 21 scribimus **S**: scribi **AGM**, *fort.* scripsi 22 patrimoni **A** opusus **A** praeparabimus **a**, parabamus *Burman haud scio an recte*

I. Peroratio sequebatur, quam cumulum quidam, con-
clusionem alii uocant. eius duplex ratio est posita aut in rebus
aut in adfectibus. rerum repetitio et congregatio, quae graece
dicitur ἀνακεφαλαίωϲιϲ, a quibusdam Latinorum enumeratio,
et memoriam iudicis reficit et totam simul causam ponit ante
oculos, ut, etiam si per singula minus mouerat, turba ualeat.
2 in hac, quae repetemus, quam breuissime dicenda sunt, et, quod
graeco uerbo patet, decurrendum per capita. nam si morabimur,
non iam enumeratio, sed quasi altera fiet oratio. quae autem
enumeranda uidentur, cum pondere aliquo dicenda sunt et aptis
excitanda sententiis et figuris utique uarianda: alioqui nihil est
odiosius recta illa repetitione uelut memoriae iudicum diffidenti.
3 sunt autem innumerabiles *species*, optimeque in Verrem Cicero:
si pater ipse iudicaret, quid diceret, cum haec pro-
barentur? et deinde subiecit enumerationem: aut cum idem et
in eundem per inuocationem deorum spoliata a praetore templa
dinumerat. licet et dubitare, num quid nos fugerit, et quid
responsurus sit aduersarius his et his, aut quam spem accusator
4 habeat omnibus ita defensis. illa uero iucundissima, si contingat
aliquod ex aduersario ducere argumentum, ut si dicas: 'reliquit
hanc partem causae', aut 'inuidia premere maluit', aut 'ad
5 preces confugit merito, cum sciret haec et haec'. sed non sunt
singulae species persequendae, ne sola uideantur, quae forte nunc
dixero, cum occasiones et ex causis et ex dictis aduersariorum
et ex quibusdam fortuitis quoque oriantur. nec referenda modo
nostra, sed postulandum etiam ab aduersariis, ut ad quaedam
6 respondeant. id autem, si ei actioni supererit locus et ea pro-

13. V, 52, 136. 15. ibid. c. 72.

1 Peroratio] *praemissus est in* a ς *titulus* DE PERORATIONE *(locus exstat in exc. Cassiod. Rhett. latt. min. p. 503)* quam A (*1 m.* qua *uel* quae) cummulum **G** 4 a *om.* **AG**[1] renumeratio **AGMS**, *item cod. Bern. Cassiod.* 5 memoriam auditoris *Cass.* refici et totum **A**[1] 6 ut *exc. Cass.: ea* **A**, et **GMS**ς etiamnisi **A**[1](?)**S**, etiammisi **G** per singulos m. ualebant turba moueant *cod. Bern. Cass.* moueret **S** ualeat *nos:* ualet *libri, cf. 4, 5, 7. 5, 13, 12* 7 *hac* **A** et quia **M** 8 nā **A** *in ras. maiore* 9 non iam enumeratio **A** *in ras.* 10 adnumeranda **AGMS** 11 alio quin **GMS** 12 repeti noua illa recta uelut **M** iudicium **A**[1]**GMS** diffidenti *Regius:* diffidentis *libri* 13 species *addidi, cf. § 5 et 7, 9, 1. 8, 6, 25. 12, 10, 67* 14 quid **a**: quod **AGM**, que **S** dicerent **GMS** 15 subicit *Meister II, 11* et in **AGMS**: et *om.* ς 17 denumerat **G** *pr. m. et* **S**, denumeret **A**[1] licebit dubitare **A** *corr. ex* licet et dubitaret et *om.* **S** 18 responsuri sit **AG** *pr. m.* responsuri sint aduersarii **S** 20 aliquid **G** relinquit **M**, reliqua **S** 22 confugite **G**, confugere **Mg**, confugite et **S** hec et hec sciret **M** 23 tunc **S** 24 occasiones *ed. Camp. et Regius:* accusationes *libri* 25 refellenda **M** 26 ab **AG** *corr. ex* ad ad quendam **G**, *sed* n *punct.* 27 ei actioni *scripsi:* et actionis *libri, cf. 5, 14, 27*

posuerimus, quae refelli non possint. nam prouocare quae inde
sint fortia, non arguentis est, sed monentis. id unum epilogi 7
genus uisum est plerisque Atticorum et philosophis fere omni-
bus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. id sen-
sisse Atticos credo, quia Athenis adfectus mouere etiam per
praeconem prohibebatur orator. philosophos minus miror, apud
quos uitii loco est adfici, nec boni moris uidetur, sic a uero iu-
dicem auerti, nec conuenire bono uiro uitiis uti. necessarios
tamen adfectus fatebuntur, si aliter obtineri uera et iusta et in
commune profutura non possit. ceterum illud constitit inter 8
omnes, etiam in aliis partibus actionis, si multiplex causa sit et
pluribus argumentis defensa, utiliter ἀνακεφαλαίωϲιν fieri solere,
sicut nemo dubitauerit multas esse causas, in quibus nullo loco
sit necessaria, si breues et simplices fuerint. haec pars perora-
tionis accusatori patronoque ex aequo communis est.

Adfectibus quoque isdem fere utuntur, sed aliis hic, aliis 9
ille saepius ac magis: nam huic concitare iudices, illi flectere
conuenit. uerum et accusator habet interim lacrimas ex mise-
ratione eius, quem ulciscitur, et reus de indignitate calumniae
aut conspirationis uehementius interim queritur. diuidere igitur
haec officia commodissimum, quae plerumque sunt, ut dixi, *in*
prooemio similia, sed *hic* liberiora plenioraque. inclinatio enim 10
iudicum ad nos petitur initio parcius, cum admitti satis est et
oratio tota superest: in epilogo uero est, qualem animum iudex
in consilium ferat, et iam nihil amplius dicturi sumus, nec restat
quo reseruemus. est igitur utrisque commune, conciliare sibi, 11
auertere ab aduersario iudicem, concitare adfectus et componere.
et breuissimum quidem hoc praeceptum dari utrique parti po-
test, ut totas causae suae uires orator ponat ante oculos, et cum

1 possunt **G**^{1}**MS**, quae desint **S** 2 argumentis **A**^{1} (?) momentis **G**^{1}, mouentis **M** epilogis **AG**, *sed* s *punct.* 3 uirum **G**, uerum **Sg** plerisq. **A** 4 reliquerint **A**^{1} (?) 6 philosophos **A** moror *malebat Burman* 7 uicii **A** moris uidetur *Meister (in Philol. 8, 184)*: mores uidentur *libri* 10 possit (*sc.* causa) **AGM**: possint **Saς** constiterit *malim, praesertim cum sequatur* nemo dubitauerit, *cf. tamen 7, 7, 1* 16 utuntur fere **M** aliis hic, aliis ille *Spalding:* aliis sic aut ille **AGMS** (sed rarius hic, ille saepius *edd. uett.*) 17 concitare **G** *corr. ex* conotare iudicis **A**^{1} 18 lacrima **A**^{1} 19 eius quem *Regius*: eius rei quem **AGMS**, eius rei quam *dett. cf. infra* § *18* ulcissitur **G** 20 aut *addidit Burman, et Rollinus* 21 quae plerumque **A** *in ras.*, quae plerumque quae **G**^{1} sunt *om.* **M** in *add. Spalding* 22 hic *(sc. in epilogo) addidi, cf.* § *14* 23 partius Tum admitis*satis **G**, partim tum admitti satis **S**, pertitum admittis satis **M** 24 animam iudex consilio fecerat **AGM**, animum idem consilio fecerat **S** 25 et iam] *fort.* nam sum*us* **A** restet **M** 26 reseruemus **A**: seruemus **G** *et rell.* igitur utriusq. **AM**, *sed* **A** *in ras.* consiliare **GM**, conciliari **S** 27 aduertere **A**^{1} (?) 29 suae **AGMS**: *om.* ς

uiderit, quid inuidiosum, fauorabile, inuisum, miserabile aut sit
in rebus aut uideri possit, ea dicat, quibus, si iudex esset, ipse
maxime moueretur. sed certius est ire per singula.

12 Et quae concilient quidem accusatorem, in praeceptis
exordii iam diximus. quaedam tamen, quae illic ostendere sat
est, in peroratione implenda sunt mágis, si contra inpotentem,
inuisum, perniciosum suscepta causa est, si iudicibus ipsis aut
13 gloriae damnatio rei aut deformitati futura absolutio. nam
egregie in Vatinium Caluus, factum, inquit, ambitum scitis
omnes, et hoc uos scire omnes sciunt. Cicero quidem in
Verrem etiam emendari posse infamiam iudiciorum damnato reo
dicit, quod est unum ex supra dictis. metus etiam, si est ad-
hibendus, ut faciat idem, hunc habet locum fortiorem quam in
prooemio. qua de re quid sentirem, alio iam libro exposui.
14 concitare quoque inuidiam, odium, iram, liberius in peroratione
contingit: quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offen-
sio iudici facit, si contumax, arrogans, securus sit, quae non ex
facto modo dictoue aliquo, sed uultu, habitu, aspectu moueri
solet, egregieque nobis adulescentibus dixisse accusator Cossu-
tiani Capitonis uidebatur, graece quidem, sed in hunc sensum:
15 erubescis Caesarem timere. summa tamen concitandi ad-
fectus accusatori in hoc est, ut id, quod obiecit, aut quam atro-
cissimum aut etiam, si fieri potest, quam maxime miserabile
esse uideatur. atrocitas crescit ex his, quid factum sit, a quo,
in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quae
16 omnia infinitos tractatus habent. pulsatum querimur: de re
primum ipsa dicendum, tum si senex, si puer, si magistratus,
si probus, si bene de re publica meritus: etiam si percussus sit
a uili aliquo contemptoque uel ex contrario a potente nimium
uel ab eo, quo minime oportuit, et si die forte sollemni aut iis
temporibus, cum iudicia eius rei maxime exercerentur, aut in

10. Act. I c. 15.

4 conciliarent *malebat Spalding, ipse malim* commendent *(cf. § 21), nisi uero scribendum est* concilient q. accusatori iudicem accusatore **A** *pr. m.* 5 exordi **AG** *1 m.* 6 inponentem $\mathbf{A}^1$**GM** 7 pernitiosum $\mathbf{A}^1$ 8 deformitate $\mathbf{A}^1$ 10 uos sciret $\mathbf{A}^1$ 11 uer*rem* **A** infamam $\mathbf{G}^1$, insania $\mathbf{A}^1$ 12 quod **G** *corr. e* quid habendus **AGMS** 13 ut facit **A** 15 inuidiam (inuidia $\mathbf{A}^1$**S**) odio ira **AGMS** perorationē **GM** 16 contigit $\mathbf{A}^1$ gratiam **GM** 17 indicis **S** *et dett. pauci* 18 dicto uel **GMS** 19 solent *Spalding malebat, sed est subiectum* ira *ex offensione concitata* 22 obicit *dett. pauci, recte ut uidetur* 26 **infinitos **A** tractatus **AG** *corr. ex* tractus, *cf. § 21*, anfractus **S** 28 si percus $\mathbf{A}^1$ 30 solemni $\mathbf{A}^1$ aut hiis temporibus cum iudicia **S**, aut cum his (is $\mathbf{A}^1$) temporibus iudicia **AGM**, *fort.* aut cum iis temporibus quibus iudicia 31 au*t in* **A**

sollicito ciuitatis statu: item *si* in theatro, in templo, in contione, crescit inuidia: et si non errore nec ira uel etiam, si forte ira, 17 sed iniqua, quod patri adfuisset, quod respondisset, quod honores contra peteret, et si plus etiam uideri potest uoluisse quam fecit. plurimum tamen adfert atrocitatis modus, si grauiter, si contumeliose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiae quaerit. occisus utrum 18 ferro an igni an ueneno, uno uulnere an pluribus, subito an exspectatione tortus, ad hanc partem maxime pertinet. utitur frequenter accusator et miseratione, cum aut eius casum, quem ulciscitur, aut liberorum ac parentium solitudinem conqueritur. etiam futuri temporis imagine iudices mouet, quae maneant eos, 19 qui de ui et iniuria questi sunt, nisi uindicentur: fugiendum de ciuitate, cedendum bonis aut omnia, quaecumque inimicus fecerit, perferenda. sed saepius id est accusatoris, auertere iudicem 20 a miseratione, qua reus sit usurus, atque ad fortiter iudicandum concitare. cuius loci est etiam occupare, quae dicturum facturumue aduersarium putes. nam et cautiores ad custodiam suae religionis iudices facit et gratiam responsuris aufert, cum ea, quae dicta sunt ab accusatore, iam, si pro reo repetentur, non sint noua, ut Seruius Sulpicius contra Aufidiam, ne signatorum, ne ipsius discrimen obiciatur sibi praemonet. nec non ab Aeschine, quali sit usurus Demosthenes actione, praedictum est. docendi quoque interim iudices, quid rogantibus respondere debeant, quod est unum repetitionis genus.

P e r i c l i t a n t e m uero commendat dignitas et studia fortia 21 et susceptae bello cicatrices et nobilitas et merita maiorum. hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi, pro Scauro patre hic, ille pro filio. commendat et causa peri- 22 culi, si suscepisse inimicitias ob aliquod factum honestum uide-

6. § 72. 23. in Ctesiph. § 207 sqq.

---

1 si *addidi* 2 crescat $\mathbf{A}^1$ ne circa **G** *1m.* 5 adferat **AGMS**, affert at **a** 7 midiae **a**: n edae **A**, medeae **GMS** 8 igni **A**: igne **GMSa** ∽ expectatione **A** *corr. ex* expectato *ut uidetur* 10 cum aut̄ **G** 11 sollicitudinem *libri* (*sed* **M** sollitudinem), *em. Regius; cf. Auct. ad Her. 2, 31, 50* conquer*itur* **A** 14 fecerit **AMg**: fuerit **G**, inimicis animus fuerit **ST**, minatus fuerit *Meister* 16 ad fort. indicandum **S**: ad fortiter ad iudicandum **AG**, fort. ad iudicandum **M** 19 regionis $\mathbf{G}^1$ 20 quae dicta *Spalding:* praedicta *libri* si a patrono *coni. Spalding* repetentur *Spalding:* petentur *libri* 21 sunt *malim* 22 *fort.* ab accusatore praemonetur, *cf. 4, 2, 106 et 10, 1, 22* 23 qualis sit $\mathbf{G}^1\mathbf{S}$ 24 quoque **A** *in ras.* 26 studia // **A** 27 suspectae $\mathbf{A}^1$ 29 pro (*ante* filio) *om.* $\mathbf{A}^1$ 30 suscepissem **G**

tur, praecipue bonitas, humanitas, misericordia: iustius enim petere ea quisque uidetur a iudice, quae aliis ipse praestiterit. referenda pars haec quoque ad utilitatem rei publicae, ad iudi-
23 cum gloriam, ad exemplum, ad memoriam posteritatis. plurimum tamen ualet miseratio, quae iudicem non flecti tantum cogit, sed motum quoque animi sui lacrimis confiteri. haec petetur aut ex iis, quae passus est reus, aut iis, quae cummaxime patitur, aut iis, quae damnatum manent: quae et ipsa duplicantur, cum dicimus, ex qua illi fortuna et in quam recidendum sit.
24 adfert in his momentum et aetas et sexus et pignora, liberi, dico, et parentes et propinqui. quae omnia tractari uarie solent. nonnumquam etiam ipse patronus has partes subit, ut Cicero pro Milone: o me miserum! o te infelicem! reuocare me tu in patriam, Milo, potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere *non potero?* maximeque, si, ut tum
25 accidit, non conueniunt ei qui accusatur preces: nam quis ferret Milonem pro capite suo supplicantem, qui a se uirum nobilem interfectum, quia id fieri oportuisset, fateretur? ergo et illi captauit ex ipsa praestantia animi fauorem et in locum lacrimarum eius ipse successit.

His praecipue locis utiles sunt prosopopoeiae, id est fictae alienarum personarum orationes, quales litigatorum ore dicit patronus. nudae tantum res mouent: at cum ipsos loqui
26 fingimus, ex personis quoque trahitur adfectus. non enim audire iudex uidetur aliena mala deflentis, sed sensum ac uocem auribus accipere miserorum, quorum etiam mutus aspectus lacrimas mouet: quantoque essent miserabiliora, si ea dicerent ipsi, tanto sunt quadam portione ad adficiendum potentiora, cum uelut

13. c. 37, 102.

1 praecip*ue b*onitas **A**, praecipua b. **S**, praecipue — ea quisque *om.* **M** 2 petere **A**: tunc petere *codd. rell. et* ς 3 iudicum **MSa**: iudicium **AG** 6 petetur *Gesner:* petentur *libri* 7 aut ex his . . aut is (his *corr.*) . . aut is **AG** quae quam cum maxime **AGS**, que quam maxime **M** 8 et **A** *corr. ex* ut 9 qua illa **MS** 12 enim et ipse *coni. Spalding ex lectione* **S** *et dett.* etiam et ipse 13 o me infelicem *Cicero* me tu **Mg**: metum **A**, me tum **S**, mettum **G** 14 te in patriā **AGMS** 15 non potero *om.* **AGMS** maxime quaesiui (ui **A** *corr. ex* ut) tum **AMS**, maxime quaesiuit. Tum **G** 16 conueni*u*nt **A** nam qui **G** 17 milone A^1 18 oportuisse **AGM** (*non item* **S**) illi **AG** *ut coni. Spalding:* ill[illegible] **MS** *et dett.* 19 fauore A^1 21 utile sunt **G** prosopoeiae A^1**G** 22 ficte **M**, factae **AGS** alienarum (alienigenarum *1 m*) per personarum **G** quale A^1 litigatorum ore dicit patronus *Luenemann* (*sed hic* litigatoris): litigatore dicit (litigatori edicit **S**) patronum **AGS**, litigatorem decet patronum **Ma** 23 nudae **AG**, *ut coni. Regius:* unde (*sic* **S**) *uel* inde (**M**) *dett.* mutae *ed. Gryph.* at] aut **AGMS** ipsis **MS** 26 accipere **S**: accire **AGM** 27 mouent **G**, *sed* n *punct.* 28 efficiendum **AGMS**, *em. Regius*

ipsorum ore dicuntur, ut scaenicis actoribus eadem uox eadem-
que pronuntiatio plus ad mouendos adfectus sub persona ualet.
itaque idem Cicero, quamquam preces non dat Miloni eumque 27
potius animi praestantia commendat, accommodauit tamen ei
uerba, conuenientis etiam forti uiro conquestiones: o frustra,
inquit, mei suscepti labores! o spes fallaces! o co-
gitationes inanes meas!

Numquam tamen debet longa esse miseratio, nec sine causa
dictum est, nihil facilius quam lacrimas inarescere.
nam cum etiam ueros dolores mitiget tempus, citius euanescat 28
necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua si
moramur, fatigatur lacrimis auditor et requiescit et ab illo, quem
ceperat, impetu ad rationem redit. non patiamur igitur frige- 29
scere hoc opus, et adfectum, cum ad summum perduxerimus,
relinquamus, nec speremus fore ut aliena mala quisquam diu
ploret. ideoque cum in aliis tum in hac maxime parte crescere
debet oratio, quia, quidquid non adicit prioribus, etiam detrahere
uidetur, et facile deficit adfectus qui descendit.

Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quaedam la- 30
crimas mouemus, unde et producere ipsos, qui periclitentur,
squalidos atque deformes et liberos eorum ac parentis institutum,
et ab accusatoribus cruentum gladium ostendi et lecta e uulne-
ribus ossa et uestes sanguine perfusas uidemus, et uulnera re-
solui, uerberata corpora nudari. quarum rerum ingens plerum- 31
que uis est uelut in rem praesentem animos hominum ducentium,
ut populum Romanum egit in furorem praetexta C. Caesaris
praelata in funere cruenta. sciebat interfectum eum, corpus

5. c. 34, 94. 9. dictum Apollonii rhetoris, cf. Cic. de Inu. 1, c. 56.

1 ipsorum ore **G** *corr. ex* ipsore 4 commendata commodauit **A**[1] tamen ei **A**: tamen et **M** et tamen **G**, ei tamen **S**ς 5 conuenientes **MS**ς, et conuen. *Regius* conquestionis **A**[1] o (*ante* frustra) *add. e Cicerone* 6 o spes **A**: hospes **M**, opes **GS** 7 inanes meae *Cic. libri* 8 debet **G** *s. l.* esse longa *edd.* 9 nihil citius *maudt Kayserus ad Cornific. p. 267, sicut utique in prouerbium uenit, u. Spald. ad 3, 1, 16* 10 mittiget **A** euanescas **G**[1] 11 imago **A** *corr.* (*ex* inmagno?) 12 lacrimis fatigatur ς auditor/// **A**, *om.* **GMS** 13 coeperat **Ga** 15 aliena mala quisquam diu **A**: alienā (aliena **M**) aliquis quamdiu **GMS**, aliena quisquam diu *edd. recc.* 16 ideoq. cum in **S**: ideocumq. in **AGM** in hac maxime **A**: in hac *om.* **GM**, maxime in hac ς 17 debet crescere ς quicquid **G** 18 defecit **A**[1] 19 *ante* Non *habent* **GMa** *titulum* DE AFFECTIBVS dicendo (*ex* ducendo?) **A** 21 squalido **A**[1] parentes **GMSa**ς 22 lec*ta e uulneribus* **A**, l. e funeribus *Burman* 23 profusas **GS** 24 ac uerberata *edd. uett.* nudanti **G**[1] 26 ut **A**: et **G** *et rell. noti* populum regit (redegit *corr. m. 2*) **G**, populum relegit **M** 27 praelata **AMS**: ¯lata **G** sciebat *nos:* sciebatur *libri* eum *om.* **G** *1 m.* corp' **G** *in ras. m. 2*

denique ipsum inpositum lecto erat, uestis tamen illa sanguine
madens ita repraesentauit imaginem sceleris, ut non occisus esse
32 Caesar, sed tum maxime occidi uideretur. sed non ideo pro-
bauerim, quod factum et lego et ipse aliquando uidi, depictam
in tabula siparioue imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat
commouendus: quae enim est actoris infantia, qui mutam illam
33 effigiem magis quam orationem pro se putet locuturam? at
sordes et squalorem et propinquorum quoque similem habitum
scio profuisse, et magnum ad salutem momentum preces adtulisse.
quare et obsecratio illa iudicum per carissima pignora, utique
si et reo sint liberi, coniux, parentes, utilis erit, et deorum etiam
34 inuocatio uelut ex bona conscientia profecta uideri solet, stratum
denique iacere et genua complecti, nisi si tamen persona nos et
ante acta uita et rei condicio prohibebit: quaedam enim tam
fortiter tuenda quam facta sunt. uerum sic habenda est auctori-
35 tatis ratio, ne sit inuisa securitas. fuit quondam inter haec
omnia potentissimum, quo L. Murenam Cicero accusantibus cla-
rissimis uiris eripuisse praecipue uidetur persuasitque, nihil esse
ad praesentem rerum statum utilius quam pridie Kalendas Ia-
nuarias ingredi consulatum. quod genus nostris temporibus to-
tum paene sublatum est, cum omnia curae tutelaeque unius in-
nixa periclitari nullo iudicii exitu possint.

36 De accusatoribus et reis sum locutus, quia in periculis ma-
xime uersatur adfectus. sed priuatae quoque causae utrumque
habent perorationis genus, et illud, quod est ex enumeratione
probationum, et hoc, quod ex lacrimis, si aut statu periclitari
aut opinione litigator uidetur. nam in paruis quidem litibus eas

19. c. 37, 79, cf. etiam § 4 extr.

1 lecto **A** *in ras.* erat uestis *ed. Aldina:* erat at (ad **G**) uestis **AGM** *et plerique, sed* **A** erat at *in ras.* erat; adest uestis **S** tamen **G** *s. l.* 2 madens ita repraes. **A** *in ras.* imagine scel*eris* **A** esset **G** 3 oc-ci*di* **A** 4 depictam in tabula siparioue *Fr. Car. Conradus (in Misc. nouis Lips. 4, 511):* depictam tabulam supra ioue̅ **AGMS**, *sed* supra **A** *in ras.* 6 qui **AG**: qua **MS** *et dett.* 7 locutur*am at* sordes **A** (ad sordes **G**[1]) 8 et qualore **G**[1], et squalorem rei *Brunner sodalis seminarii philol. Monac. probabiliter* 10 caris*sima* **A** (carissuma **A**[1]?) 11 sint **A**: sunt *rell. et* ς utilis erit] et uisserit (iusserit) **AGM**, et uis erit **S** 12 *strat*um **A** 14 uita et **AG** *corr. ex* uitet enim **AGS**: uero **FM** 16 ne **A** *in ras.* 17 mure*n*am (*ex* muneram?) **A** 18 persuasit enim *Badius* 19 quam pridie (mpridie **A** *in ras.*) Kal. Ian. ingredi (ingre **GM**) consulatum *libri,* cum ingredi *coni. Gesner, quod uix sufficit ad graue loci uitium tollendum; nam exspectares, ut est apud Ciceronem:* quam esse Kalendis Ian. in re publ. duo consules 21 pene **A**, poene **G** 24 priuate **A**[1]**M**, prauitate **GS** ut*rumque* **A** 25 quod **G** *s. l.* 27 litigat*ur* **G** eas *nos:* as **A**[1], has **A** *corr. et rell.*

tragoedias mouere tale est, quasi si personam Herculis et cothurnos aptare infantibus uelis.

Ne illud quidem indignum est admonitione, ingens in epi- 37
logis meo iudicio uerti discrimen, quo modo se dicenti qui excitatur accommodet. nam et inperitia et rusticitas et rigor et deformitas adferunt interim frigus, diligenterque sunt haec actori prouidenda. equidem et repugnantis patrono et nihil uultu 38
commotos et intempestiue renidentis et facto aliquo uel ipso uultu risum etiam mouentis saepe uidi, praecipue uero, cum aliqua uelut scaenice fiunt, †aliam cadunt. transtulit aliquando 39
patronus puellam, quae soror esse aduersarii dicebatur (nam de hoc lis erat), in aduersa subsellia, tamquam in gremio fratris relicturus, at is a nobis praemonitus discesserat. tum ille, alioqui uir facundus, inopinatae rei casu obmutuit et infantem suam frigidissime reportauit. alius imaginem mariti pro rea proferre 40
magni putauit, at ea risum saepius fecit. nam et ii, quorum officium erat ut traderent eam, ignari, qui esset epilogus, quotiens respexisset patronus, offerebant palam, et prolata nouissime deformitate ipsa (nam senis cadaueri *cera erat* infusa) praeteritam quoque orationis gratiam perdidit. nec ignotum, quid Gly- 41
coni, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. huic puer, quem is productum quid fleret interrogabat, a paedagogo se uellicari respondit. sed nihil illa circa Caepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. omnia tamen haec tolerabilia 42
iis, quibus actionem mutare facile est: at qui a stilo non rece-

23 p. Cluentio c. 20 sq.

1 quasi si **AGMS**: quale sit si *coni. Spalding* coturnos **S**, oturnos **G**, eternos **M** 3 Illud ne *libri, corr. Spalding* 4 iudicio *om.* **A**[1] 6 diligenterque *sunt* **A** 7 equidem et *nos*: quidem** (et?) **A**, et quidem **GMa**, equidem **S** repugnantis patrono (*add. post* is *in* **G** *s. l.* ea, *in* **a** ta) **AGM**: repugnantis eas p. **S**, repugnantes eos p. *Regius* 8 renidentes *Spalding:* residentis **A**, residentes **GMa**, ridentes **S**; '*Frustra Burm. et Gesn.* residentes *interpretantur: qui non assurgant et praesto sint patrono excitanti.*' ipse **G** 9 etiam *non deest in* **A**, *ut ait Zumptius* mouentes **MS**ϛ 10 scenicae **A** aliam cadunt **AGS** *et rell. nisi quod alii* (*ut* **M**) alia, *alii* alias *habent;* stant alia, alia cadunt *coni. Spalding*, a. cadunt *deleuit Regius: ipse tentaui:* alio (*uel* aliter) cadunt 11 patronis **A**[1]**GM** sororē ē (*pro* soror ēē) **G**, soror est et **M** aduersari **A**[1]**G** 13 relictur*us at* **A** praemunitus **A**[1] cum ille **AGMS** 14 obmutuit **M**: ommutuit **AG**, conmutuit **S** 15 rea **A** *corr. ex* re, ea **S** 16 at **G** *corr. ex* ad, *At* ea **A**, et adea **S** saepius risum ϛ et hii **GMS** 17 officium *nos*: officio **AGMS**, officii *edd.* 19 caducaueri **AGM**, caducam ueri **S** cera erat infusa *scripsi:* infusa **A**, infusā **GMS**, ceris cadaueri infusis *ed. Camp.* praeteritae *malim* 20 quod **G** glyconis **A**[1]**G**, gliconi **MS** 21 spyridion **A** 22 is **AM**: his **G**, hiis **S** quid **M**: quod **AGS** a a: *om.* **A**, et **GM**, ex **S** 23 cepasios *libri et* ϛ fabulā **G** 24 tolerabilia iis *Spalding:* tollerabilia is (his a) **A**, tollerabilius **G**, tollerabilia (*sine* iis) **MS** 25 ad **A**[1]**G**

dunt, aut conticescunt ad hos casus aut frequentissime falsa dicunt. inde est enim, 'tendit ad genua uestra supplices manus', et 'haeret in complexu liberorum miser', et 'reuocat ecce me',
43 etiamsi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. ex scholis haec uitia, in quibus omnia libere fingimus et impune, quia pro facto est quidquid uoluimus: non admittit hoc idem ueritas, egregieque Cassius dicenti adulescentulo: 'quid me toruo uultu intueris, Seuere?' 'non mehercule' inquit 'faciebam, sed *si* sic scrip-
44 sisti, ecce!' et quam potuit truculentissime eum aspexit. illud praecipue monendum, ne qui nisi summis ingenii uiribus ad mouendas lacrimas adgredi audeat: nam ut est longe uehementissimus hic, cum inualuit, adfectus, ita, si nihil efficit, tepet, quem melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reli-
45 quisset. nam et uultus et uox et ipsa illa excitati rei facies ludibrio etiam plerumque sunt hominibus, quos non permouerunt. quare metiatur ac diligenter aestimet uires suas actor et, quantum onus subiturus sit, intellegat: nihil habet ista res medium, sed aut lacrimas meretur aut risum.

46 Non autem commouere tantum miserationem, sed etiam discutere epilogi est proprium cum oratione continua, quae motos lacrimis iudices ad iustitiam reducat, tum etiam quibusdam ur-
47 bane dictis, quale est 'date puero panem, ne ploret', et corpulento litigatori, cuius aduersarius, item puer, circa iudices erat ab aduocato latus: 'quid faciam? ego te baiulare non possum'. sed haec tamen non debent esse mimica. itaque nec illum probauerim, quamquam inter clarissimos sui temporis oratores fuit, qui pueris in epilogum productis talos iecit in medium, quos illi diripere coeperunt, namque haec ipsa discriminis sui ignorantia
48 potuit esse miserabilis: neque illum, qui, cum esset cruentus gladius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum,

---

1 conticiscunt **AGS** aut **Sa**: ut **AGM** 4 is **MSa**: his **AG** scolis **GMSa**, colis **A** 6 quicquid **G** uolumus **MS** *et dett.* hoc item *malim* egregiae quae **G**, egregiaque **A**[1] 7 decenti **A**[1] me **G** *ex corr.* 8 inquit *ed. Camp. et Regius:* quid in **A**, quiin **M**, quidni **GSa** *et rell.* si *add. Burman* 10 qui **AG**: quem **S**, quis **M**ς ingeni **A**[1] 12 nil **A** effecit *Spalding* 13 infirm*us* **A** actor **AS**: auctor **GMa** relinquisset **A**[1] 14 excitat*i* **A**, excitari **GM**, excitande **S** 15 sunt **A** *in ras.* 16 uir*es* **A**, *an* uiris? 18 sed aut **MSa**: sed ut **AG** 23 litigatori] '*pendet hic datiuus a quibusdam, quae addi debent a lectore, uelut:* quod dictum est aliquando' Spalding; *ipse hoc supplere malim:* et (quale) dixit patronus corp. litigatori *etc.* 24 baiolare **GMS** 25 mimica **a**: inimica **AGS**, minuta esse **M** ita neque illum *Meister*, itaque ne illum quidem *Regius* probauerit **A**[1]**GMS** 26 quamquam **a**: quam **AGM**, qui **S** calarissimos **G** 28 discrimi*s* **A**, discrimi **G**[1] 30 prola*tus* **A** his **G**

subito ex subselliis ut territus fugit et capite ex parte uelato,
cum ad †agendum ex turba prospexisset, interrogauit, an iam
ille cum gladio recessisset? fecit enim risum, sed ridiculus fuit.
discutiendae tamen oratione eiusmodi scaenae, egregieque Cicero, 49
qui contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter et contra
iuuenem, cuius subinde uulnus in iudicio resoluebatur, pro Va-
reno multa dixit urbane.

Sunt et illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus, 50
si forte sit eius persona talis, ut illi debeatur reuerentia, aut
cum amice aliquid commonemus et ad concordiam hortamur.
quod est genus egregie tractatum a Passieno, cum *in* Domitiae
uxoris suae pecuniaria lite aduersus fratrem eius Aenobarbum
ageret: nam cum de necessitudine multa dixisset, de fortuna
quoque, qua uterque abundabat, adiecit: n i h i l u o b i s m i n u s
d e e s t, q u a m d e q u o c o n t e n d i t i s.

Omnis autem hos adfectus, etiamsi quibusdam uidentur in 51
prooemio atque in epilogo sedem habere, in quibus sane sint
frequentissimi, tamen aliae quoque partes recipiunt, sed breuio-
res, ut cum ex iis plurima sint reseruanda. at hic, si usquam,
totos eloquentiae aperire fontes licet. nam et, si bene diximus 52
reliqua, possidebimus iam iudicum animos, et e confragosis atque
asperis euecti tota pandere possumus uela, et, cum sit maxima
pars epilogi amplificatio, uerbis atque sententiis uti licet magni-
ficis et ornatis. tunc est commouendum theatrum, cum uentum
est ad ipsum illud, quo ueteres tragoediae comoediaeque cludun-
tur, plodite.

In aliis autem partibus tractandus erit adfectus, ut quisque 53
nascetur: nam neque exponi sine hoc res atroces et miserabiles
debent, *et* cum de qualitate alicuius rei quaestio est, probationi-
bus uniuscuiusque rei recte subiungitur. ubi uero coniunctam 54

5. p. Rab. perd. reo c. 9.

1 subselli*is* **A** fugi*t* et **A**, fugitet **S**, fugiet **GM** 2 ad agendum *libri;* ad agentes (*uel* quid ageretur) *Regius*, ad agentem *alii*, *an* ad suggestum? 3 sed ridiculus **A** *in ras.* 4 scęnae **G**: scenae **MSa**, cenae **A** 6 resolueba*tur pro* **A** 7 dixi turbane **G**, *unde in* **T** dixi turbate 9 si *add. Regius* reueren **A**[1] aut **A** *in ras.* 10 aliquod **G** 11 passiaeno **A**[1] in *addidit Regius* 12 pecu*niaria lite* **A** adũs̃s *(sic)* **G** 14 qua **a**: *om.* **AGMS** habundabat **AGM** 16 omnes **GMS**ς 17 sint **AGM**: sunt **S**, *at cf. 6, 2, 5* 19 is **A**, his **Ga**, hiis **MS** plurima sint reseruanda *edd. ueteres:* plurima sit res eruenda *libri, sed* **A** eruen *in ras.* si cuiusquam **AGMS** 20 et **AG**: esse **M**, ex hiis **S** *fort.* diximus 21 posidebimus **A**, possidemus **S** et e **A** *in ras.* e *om.* **S** 22 tota **Ma**: toto **AG**, tuto **S** possumus **M**: possimus **AGS** 23 uti **A** *corr. ex* ut 25 clauduntur plaudite **MS** 27 alis **A**[1]**G** 29 et *add. Spalding* est et **A** *2 m. in ras.*

ex pluribus causam agimus, etiam necesse erit uti pluribus quasi epilogis, ut in Verrem Cicero fecit: nam et Philodamo et nauarchis et cruci ciuis Romani et aliis plurimis suas lacrimas de-
55 dit. sunt qui hos μερικοὺς ἐπιλόγους uocent, quo partitam perorationem significant. mihi non tam partes eius quam species uidentur, si quidem et epilogi et perorationis nomina ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse consummationem orationis.

II. Quamuis autem pars haec iudicialium causarum *in* summa praecipueque constet adfectibus et aliqua de iis necessario dixerim, non tamen potui ac ne debui quidem istum locum in unam speciem concludere. quare adhuc opus superest, cum ad optinenda, quae uolumus, potentissimum, tum supradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos atque in eum quem uolumus
2 habitum formandi et uelut transfigurandi. qua de re pauca, quae postulabat materia, sic attigi, ut magis, quid oporteret fieri, quam quo id modo consequi possemus, ostenderem. nunc altius omnis rei repetenda ratio est.

Nam et per totam, ut diximus, causam locus est adfectibus, et eorum non simplex natura nec in transitu tractanda,
3 quoniam nihil adferre maius uis orandi potest. nam cetera forsitan tenuis quoque et angusta ingenii uena, si modo uel doctrina uel usu sit adiuta, generare atque ad frugem aliquam perducere queat: certe semper fuerunt non parum multi, qui satis perite, quae essent probationibus utilia, reperirent. quos equidem non contemno, sed hactenus utiles credo, ne quid per eos iudici sit ignotum, atque (ut dicam quod sentio) dignos a quibus causam diserti docerentur: qui uero iudicem rapere et in quem uellet

2. I, c. 30. V, c. 45. 53 sqq.

1 agemus *malim* uti **A** *corr. ex* utili 2 nauarcis **AM** 3 cruci ciuis *Spalding:* eruci ciui* **A**, crucitius **G**, erucis **M**, erutis ciuibus **S**, cruciatis ciuibus ς *aliis* **A** pluribus **G**[1] 4 ЄΠΙΛΟΚΟΙϹ **A**, ЄΠΙΑΚΟΙϹ **G**, ЄΝΙΑΟΚΟΙϹ **S**, μερ. ἐπιλ. *om.* **M** uocent **MSa**: uocem **AG** 5 par*tes* **A**, patres **G** 6 uidetur **A**[1]**S** ipsa **M**: ipse **AGS**, ipsae **a** 7 consumationem **A**[1]**GMS** rationis **GS**, rationem **M** 8 Quamuis] *praemissus est in edd. titulus*: De affectibus in summa praecipueque *scripsi:* summa (sūmā **G** *1 m.*) praecipueque **AG**, summe praecipueque **M**, sit summa praecipueque **S**ς; *in illa coniunctione* praecipue *idem ualet quod* 'magis q̄uam in aliis orationis partibus' 9 constat **G**, *sed corr. 1 m. (?)* constet, *om.* **M** aliqu*a* **A** iis **A**: hiis **GSM**, his **a**ς 12 supradictis **MS**: superdictis **AG**, *sed* per **A** *in ras.* 19 tractā da **A**[1] 20 quoniam *Spalding:* quo **AGM**, quod **S** 21 ingeni **A**[1] 23 quaeat **A** certe semper *scripsi:* certe sunt semper **AG**, *quam lectionem ex dittographia ortam* (certe s̄semper) *esse apparet,* certe sunt semperque **MSag**ς qui **MSg**: qui* **A**, quia **G**[1] 25 aeternus **G**[1] indic*i sit* **A** 27 doceantur *Spalding*

habitum animi posset perducere, quo dicente flendum irascen-
dumue esset, rarus fuit. atqui hoc est, quod dominetur in iu- 4
diciis, †haec eloquentiam regunt. namque argumenta plerum-
que nascuntur ex causa, et pro meliore parte plura sunt semper,
ut, qui per haec uicit, tantum non defuisse sibi aduocatum sciat:
ubi uero animis iudicum uis adferenda est et ab ipsa ueri con- 5
templatione abducenda mens, ibi proprium oratoris opus est.
hoc non docet litigator, hoc causarum libellis non continetur.
probationes enim efficiant sane, ut causam nostram meliorem
esse iudices putent, adfectus praestant, ut etiam uelint, sed id,
quod uolunt, credunt quoque. nam cum irasci, fauere, odisse, 6
misereri coeperunt, agi iam rem suam existimant, et, sicut aman-
tes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum prae-
cipit animus, ita omnem ueritatis inquirendae rationem iudex
omittit occupatus adfectibus: aestu fertur et uelut rapido flumini
obsequitur. ita argumenta ac testes quid egerint pronuntiatio 7
ostendit, commotus autem ab oratore iudex quid sentiat sedens
adhuc atque audiens confitetur. an cum ille, qui plerisque per-
orationibus petitur, fletus erumpit, non palam dicta sententia
est? huc igitur incumbat orator, hoc opus eius, hic labor est,
sine quo cetera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sint: adeo uelut
spiritus operis huius atque animus est in adfectibus.

Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duae 8
sunt species: alteram Graeci πάθος uocant, quod nos uertentes
recte ac proprie a d f e c t u m dicimus, alteram ἦθος, cuius nomine,
ut ego quidem sentio, caret sermo romanus: m o r e s appellantur,
atque inde pars quoque illa philosophiae ἠθική moralis est dicta.
sed ipsam rei naturam spectanti mihi non tam mores significari 9
uidentur quam morum quaedam proprietas: nam ipsis quidem
omnis habitus mentis continetur. cautiores uoluntatem complecti

---

1 quo dicente *Spalding:* quo dicto *libri, sed* **A** dict*o* *f*lendum (ofl *in ras. maiore*) irascendumue *nos:* irascendum **AGM**, et irascendum **S** 2 rarius **GMS** atqui **A** *ut coni. Gesner:* atque **GMS** dominatur *Regius* 3 haec eloq. regunt *Spaldingio glossema uidetur; tolerabilis fit sententia, si scribas.* hoc (*an* hic?) eloquentia regnat *cf. 7, 4, 24* (eloquenti*am* **A**) 4 ex **Mg**: et **AGS**, e **a** 7 ibi **A** *corr. ex* ubi 8 causarum **AGM**: *om.* **S**ς 9 enim **S**: anim **A**, aū **G**, *sed* ū *in ras.*, animi **MTa** efficiunt **S**, efficient **M** 10 putant **G**[1] 12 miseri **A**[1] 13 praecipit animus **A** (*sed* us *in ras.*): praecipitamus **G**, premit amor **S**, praecipitat animus **M** *ut coni. Spalding*, praecipit amor *Gebhardus* 15 amittit **S** 19 erupit n*on* **A** 21 sint **AG**[1]: sunt **G** *corr. m. antiqua et* **MS** 24 sunt **G** *s. l.* quod **AG**, *ut coni. Spalding:* quam **MSg** 26 caret **M**: cadet **AGS** roman*us* **A** 27 ἠθική *om.* **M** 28 spectant **A** 30 uoluptatem **A**[1]**GMS**

quam nomina interpretari maluerunt. adfectus igitur conci-
tatos πάθος, mites atque compositos ἦθος esse dixerunt: in
altero uehementes motus, in altero lenes, denique hos imperare,
illos persuadere, hos ad perturbationem, illos ad beniuolentiam
10 praeualere. adiciunt quidam ἦθος perpetuum, πάθος temporale
esse. quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo
esse materias, quae continuum desiderent adfectum. nec tamen
minus artis aut usus hi leniores habent, uirium atque impetus
non tantundem exigunt. in causis uero etiam pluribus uersan-
11 tur, immo secundum quendam intellectum in omnibus. nam
cum ex illo ethico loco nihil non ab oratore tractetur, quidquid
de honestis et utilibus, denique faciendis ac non faciendis dici-
tur, ἦθος uocari potest. quidam commendationem atque excusa-
tionem propria huius officii putauerunt, nec abnuo esse ista in
12 hac parte, sed non concedo ut sola sint. quin illud adhuc ad-
icio, πάθος atque ἦθος esse interim ex eadem natura, ita ut
illud maius sit, hoc minus, ut amor πάθος, caritas ἦθος, inter-
dum diuersa inter se, sicut in epilogis: nam quae πάθος conci-
tauit, ἦθος solet mitigare. proprie tamen mihi huius nominis
exprimenda natura est, quatenus appellatione ipsa non satis
13 significari uidetur. ἦθος, quod intellegimus quodque a dicentibus
desideramus, id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur,
non solum mite ac placidum, sed plerumque blandum et huma-
num et audientibus amabile atque iucundum, in quo exprimendo

1 concitatos πάθος, mites a. compositos ἦθος *scripsi:* hos concitatos illos mites a. compositos *libri*, hos concitatos πάθος, illos mites a. comp. ἦθος *Regius, in cuius emendatione* hos *et* illos *superuacanea esse apparet; exstat locus in excerptis Cassiodorii (Rhet. lat. min. p. 503, 33):* quas (adfectuum species) Graeci ἦθος καὶ πάθος uocant, hoc est quasi mores et adfectus concitatos, et πάθος quidem adfectus concitatos, ἦθος uero mites atque compositos *etc. (postquam* πάθος *in* ILLOS *in libris Quint. corruptum est*, hos *ex interpolatione adiectum est)* 3 uehementes motus *exc. Cass.:* uehementes commotus **A**, uehementer commotos **GMSa**ς in alteros **AG** *pr. m. et* **S** impetrare **MS** 4 perturbationem *exc. Cass. ut coni. Regius:* perlationem **AGMS** 5 ἦθος perpetuum *Spalding (sed hic inuerso ordine):* hoc (нoc *ex* нθoc) pertuum **A**, aut pertuum **G**, peritorum **MS**ς; *cf. exc. Cass.:* et est πάθος temporale, ἦθος uero perpetuum 6 accidere **MSg**: accedere **AG** 8 minus **AMS**: *om.* **G**, munus **Tg** aut **A** *corr. ex* ut hic **AG**[1]**M**, hec **S** leuiores *libri, em. Regius* 11 ex illo ethico loco *scripsimus:* ex illo et hoc loco *libri* quicquid **AG** 12 ac **AGS**: et ς, ac non fac. *om.* **M** faciendiscitur **G**, faciendis discitur **Tg** 13 ηθος *Daniel (apud Pithoeum):* hoc *libri* *potest* quid*am* **A** 14 abnuno **G** *pr. manu*, ab uno **M**, nec abnuo *om.* **S** in **S**: *om.* **AGM** 16 esse **a**: set **G**, sed **MS**, *om.* **A** 18 inter setut **G** *add. syllaba* si *sup.* se namq. παθος **GS** concitat **S** 19 mihuius **G**[1], *unde* **S** *et dett.* mihi uis 21 significare **AGMS**, *quod praefert Spalding, ut subiectum* nomen *intellegatur* quoque **AGMS**, quaeque a adic•entibus **A**, adicientibus **GM**, a docentibus **S** 24 iocundum **GS**

summa uirtus ea est, ut fluere omnia ex natura rerum hominumque uideantur utque mores dicentis ex oratione perluceant
et quodammodo agnoscantur. quod est sine dubio inter con- 14
iunctas maxime personas, quotiens ferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus, procul ab ira, procul ab odio. sed tamen alia patris aduersus filium, tutoris aduersus pupillum, mariti aduersus uxorem moderatio est (hi enim praeferunt eorum ipsorum, a quibus laeduntur, caritatem, neque alio modo inuisos eos faciunt, quam quod amare ipsi uidentur), alia, cum senex adulescentis alieni conuicium, honestus inferioris fert: hic enim tan-
tum concitari, illic etiam adfici decet. sunt et illa ex eadem 15
natura, sed motus adhuc minoris, ueniam petere adulescentiae, defendere amores. nonnumquam etiam lenis caloris alieni derisus ex hac forma uenit, sed is non ex iocis tantum. uerum aliquanto magis propria fuerit uirtus simulationis, satisfaciendi rogandi εἰρωνεία, quae diuersum ei, quod dicit, intellectum petit.
hinc etiam ille maior ad concitandum odium nasci adfectus solet, 16
cum hoc ipso, quod nos aduersariis summittimus, intellegitur tacita inpotentiae exprobratio. namque eos grauis et intolerabiles id ipsum demonstrat, quod cedimus, et ignorant cupidi maledicendi aut adfectatores libertatis, plus inuidiam quam conuicium posse: nam inuidia aduersarios, conuicium nos inuisos
facit. ille iam paene medius adfectus est ex amoribus et desi- 17
deriis amicorum et necessariorum: nam et hoc maior est et illo minor. non parum significanter etiam illa in scholis ἤθη dixerimus, quibus plerumque rusticos, superstitiosos, auaros, timi-

1 flueret **G**, fluerent **Mg** 2 utque *scripsi:* que **AS**, quae **G**, quo **a**ς, *om.* **M**, quod *coni. Spalding* mores dicitis **G**, mores dicetis **M**, modestis **S** 3 et **A** *in ras.* quosdam mòdo **G**[1] 4 iuctas **A** ferimus **ASg**: perimus **G**, perferimus **M** *et* **G** *corr. m. 3* ignoscim*us* **A** 5 procul ab **A** *in ras.* 7 hii **G** 8 laedimur **GM**, *sed in marg.* **G** *m. antiqua sed secunda* laeduntur 9 quod **A** *corr. ex* quo amare **AG** *partim in ras.* 10 alieni **AGM**: alia **S**, *om.* ς cūuicium **G**[1], cum uitia **S** fert **AG** *corr. e* ferit, *ut est in* **S** 11 decet *Spalding:* debet *libri; idem tamen hoc quoque proposuit:* ille etiam adf. debet 12 *mo*tus **A** aduliscentiae **A**, adulescentiā (-ia **G** *corr.*) **GS**, adolescencia **M**; adolescentium def. amores *Burman* 13 leuis **M** *et dett.* 14 is non ex iocis *scripsi:* his non ex locis **AGS**, non ex his locis **Mg** 15 fuerit *Spalding:* fuit **AGM**, sunt **S** uirtus simulationis **Mg**: uirtutis simulationi **A** (*sup.* ni *add. m. 2* sus *vel* sis), uirtutis simulationis **S**, propriae sunt uirtutes simulationis *Regius* 16 rogandi ΕΤΙΡΩΝΙΑ **AG**, *fort.* rogandiue εἰρωνεία 17 concitandum **AGMS**: conciliandum *ed. Spaldingiana et posteriores, errore ut uidetur operarum* 18 aduersari*is* **A** 19 eo **G** graues **MS**ς 20 caedimus **G** 21 maledi*cendi* **A** liberatis **A**[1] conuitium **GS**, *item paulo post* 22 aduersario **A**[1] 23 *i*am **A** medius **G** *s. l.* et desideriis *nos:* ex desideriis **AGM**, et ex des. **S**ς 25 significantes **G**, significantur **S**, significantem **M** scolis **AGMS** ΗΘΕΙ **A**, ΝΘΕΙ **G**, ethi **S**, *om.* **M** 26 rusticus **A**[1], rusticis **G**[1] superstitiosus **A**[1]

dos secundum condicionem propositionum effingimus: nam si ἤθη mores sunt, cum hos imitamur, ex his ducimus orationem.

18 Denique ἦθοc omne bonum et comem uirum poscit. quas uirtutes cum etiam in litigatore debeat orator, si fieri potest, adprobare, utique ipse aut habeat aut habere credatur. sic proderit plurimum causis, quibus ex sua bonitate faciet fidem. nam qui, dum dicit, malus uidetur, utique male dicit: non enim uide-
19 tur iusta dicere, alioqui ἦθοc uideretur. quare ipsum etiam dicendi genus in hoc placidum debet esse ac mite, nihil superbum, nihil elatum saltem ac sublime desiderat: proprie, iucunde, credibiliter dicere sat est, ideoque et medius ille orationis modus maxime conuenit.

20 Diuersum est huic, quod πάθοc dicitur, quodque nos adfectum proprie uocamus, et, ut proxime utriusque differentiam signem, illud comoediae, hoc tragoediae magis simile. haec pars circa iram, odium, metum, inuidiam, miserationem fere tota uersatur. quae quibus ex locis ducenda sint, et manifestum omni-
21 bus et a nobis in ratione prooemii atque epilogi dictum est. et metum tamen duplicem intellegi uolo, quem patimur et quem facimus, et inuidiam: namque altera inuidum, altera inuidiosum facit. hoc autem hominis, illud rei est, in quo et plus habet operis oratio. nam quaedam uidentur grauia per se, parricidium,
22 caedes, ueneficium, quaedam efficienda sunt. id autem contingit, cum magnis alioqui malis grauius esse id, quod passi sumus, ostenditur, quale est apud Vergilium:

o felix una ante alias Priameïa uirgo,
hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
iussa mori —

quam miser enim casus Andromachae, si comparata ei felix
23 Polyxena: aut cum ita exaggeramus iniuriam nostram, ut etiam

25. Aen. 3, 321.

1 propositorum *Regius* 2 ηοϵ **A**, νοϵ **G**, ethe **S**, *om.* **M** sunt cum **A** *in ras.* duci*mus* **A** 3 ηθοc *Meister:* hoc *libri* comem **Ma**: com̄ **G**, com **A**, communem (*om.* uirum) **S** possit **GM**, posset **S** 5 adprobare **Sa**: adprobari **AGM** 6 nam quidem qui **A**, *sed* quidem *expunctum*, namque qui **M** 7 malus **GMSa**: ⁎⁎aliis **A** uidetur is **G** *pr. m.(?)*, *sed* is *expunctum* 8 ηθοc **A**: etuos **GS**, non **a**, *om.* **M**, et bonus *Spalding*, *fort.* alioqui et ηθοc *(sc. iustum)* uideretur 10 desideret *libri*, *em. Rollinus* (desiderat — modus maxime *om.* **M**) 11 oratoris **g** *et dett.* 12 cūuenit **G**[1]
15 sign*em* **A** tragoaediae **A** magis **A**: *om. rell. et* ϛ 17 ducenda **a**: dicenda **AGMS** sunt **AGMS** 18 prohoemi **A**[1] Et **A** *in ras.* 20 namq. altera namq. **G**[1] 22 patricidium **GM** 23 benificium **A**[1] 21 alioquin **GMS** 25 uirgilium **GMS** 26 priameia **MSg**: priaemeia **a**, paemia **A**, ripemea **G** 27 hostile **A** 29 ei] et **A**, es **GM**, est **a**, o **S** 30 cum uita **G**

quae multo minora sunt intoleranda dicamus: 'si pulsasses, de-
fendi non poteras: uulnerasti.' sed haec diligentius, cum de
amplificatione dicemus. interim notasse contentus sum, non id
solum agere adfectus, ut, quae sunt, ostendantur acerba ac lu-
ctuosa, sed etiam ut, quae toleranda haberi solent, grauia uide-
antur, ut cum in maledicto plus iniuriae quam in manu, in in-
famia plus poenae dicimus quam in morte. namque in hoc elo- 24
quentiae uis est, ut iudicem non in id tantum compellat, in quod
ipsa rei natura ducetur, sed aut qui non est, aut maiorem quam
est faciat adfectum. haec est illa, quae d i n o s i s uocatur, rebus
indignis, asperis, inuidiosis addens uim oratio, qua uirtute prae-
ter alias plurimum Demosthenes ualuit.

Quodsi tradita mihi sequi praecepta sufficeret, satisfeceram 25
huic parti, nihil eorum, quae legi uel didici, quod modo proba-
bile fuit, omittendo: sed eruere in animo est quae latent et
penitus ipsa huius loci aperire penetralia, quae quidem non ali-
quo tradente, sed experimento meo ac natura ipsa duce accepi.
summa enim, quantum ego quidem sentio, circa mouendos ad- 26
fectus in hoc posita est, ut moueamur ipsi. nam et luctus et
irae et indignationis aliquando etiam ridicula fuerit imitatio, si
uerba uultumque tantum, non etiam animum accommodarimus.
quid enim aliud est causae, ut lugentes utique in recenti dolore
disertissime quaedam exclamare uideantur et ira nonnumquam
indoctis quoque eloquentiam faciat, quam quod illis inest uis
mentis et ueritas ipsa morum? quare in iis, quae esse uerisi- 27
milia uolemus, simus ipsi similes eorum, qui uere patiuntur, ad-
fectibus, et a tali animo proficiscatur oratio, qualem facere iu-
dici uolet. an ille dolebit, qui audiet me, qui in hoc dicam,
non dolentem? irascetur, si nihil ipse, qui in iram concitat, ei

---

1 pulsasses defendi **A**: pulsasse defendendi **GM**, pulsus defendi **S** 2 cum de amplificatione dicemus *scripsi:* cum ad eam amplificationem dicemus **AGM** (*add.* **g** uenimus *ante* dicemus), cum ad eam amplificationem uenerimus, dicemus **S** *et edd.* 6 in (*ante* infamia) *om.* **A**[1]**GMS** 8 quod **G** *corr. e* quid 9 sed aut **G** *corr. ex* sed aū, sed aut eum **a** 10 facit **G**[1] adfect*um* **A** haec est **A** *in ras. minore* dinosis *mei:* δείνωϲιϲ *edd.* 12 alios *aliquot edd. uett.* demoēhenes **G** 14 quod modo **a**: quomodo **AGM**, quodammodo **S** 15 eruere *Burman:* mere **A**, uere **GM**, mihi **S** *et edd. uett.* et **A**: *om.* **GMS** 16 paenitus **A**[1] 17 accipi **A**[1] 18 qu*a*ntum **A** mouendus **G**[1]**S** 19 moueatur **G**[1] 21 *tan*tum **A** accommodauerimus **MSg** 23 dissertissime **GMS** irā **GS** 25 *m*orum **A**, motuum *coni. Spalding, an* animorum? in his **AGMS** quae **a**: que **A**, quoque **GMS** uerisimilia esse ς 26 *si*mus **A** 27 et **A** *corr. ex* it ad tali **G**[1] iudici *Slothouwerus in Actis soc. Traiect. 3, p. 128:* iudicem *libri* 28 qui in **AG** *(sed* **A** in *ex corr.):* cum **Mg**, qui si **S** 29 dolente **A**[1], dolentur **S**, dolenter *dett.* in iram **AGMS**: de me **g** concitat ei quod *Car. Roth sodalis seminarii philol. Monacensis:* concitasse (concitat se

quod exigit simile patietur? siccis agentis oculis lacrimas dabit?
28 fieri non potest. nec incendit nisi ignis nec madescimus nisi umore nec res ulla dat alteri colorem, quem non ipsa habet. primum est igitur, ut apud nos ualeant ea, quae ualere apud
29 iudicem uolumus, adficiamurque antequam adficere conemur. at quo modo fiet, ut adficiamur? neque enim sunt motus in nostra potestate. temptabo etiam de hoc dicere. quas φαντασίας Graeci uocant (nos sane uisiones appellemus), per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac
30 praesentes habere uideamur, has quisquis bene conceperit, is erit in adfectibus potentissimus. quidam dicunt εὐφαντασίωτον, qui sibi res, uoces, actus secundum uerum optime finget: quod quidem nobis uolentibus facile continget. nisi uero inter otia animorum et spes inanes et uelut somnia quaedam uigilantium ita nos hae, de quibus loquor, imagines prosecuntur, ut peregrinari, nauigare, proeliari, populos adloqui, diuitiarum, quas non habemus, usum uideamur disponere, nec cogitare, sed facere:
31 hoc animi uitium ad utilitatem non transferemus. hominem occisum queror: non omnia, quae in re praesenti accidisse credibile est, in oculis habebo? non percussor ille subitus erumpet? non expauescet circumuentus? exclamabit uel rogabit uel fugiet? non ferientem, non concidentem uidebo? non animo sanguis et pallor et gemitus, extremus denique expirantis hiatus insidet?
32 Insequitur ἐνάργεια, quae a Cicerone inlustratio et euidentia nominatur, quae non tam dicere uidetur quam osten-

24. in Partitt. or. 6, 20?

Ma) id quod (quia **M**) **AGMS** 1 simila *ed. Zumptiana operarum mendo, unde in ed. Bonnelli turpi errore* similia aientis **g**, agenti *edd. priores* da*b*it **A** 4 ea **A** *in ras.* quae tum ualere **A** 6 nostra potestate **AMS**: nostram potestatem **G** 7 fantasias **GMS**; *in edd. locus praue sic distinguitur:* Quas φαντασίας Graeci uocant, nos sane uisiones appellemus, per quas . . uideamur. Has *etc.* 9 cernere **Mg**: censere **A**, cense **G**, censera **S** 10 conceperit *Regius:* ceperit (coeperit **G**) *libri* 11 quidam] is quidem **A**, has quidam **a**, has quidem **GS**, hunc quidam ς; is *post* us *ex dittographia ortum uidetur; uulgatam* hunc quidam *non ferendam esse apparet, malis tamen* quidam eum (quidam — finget *om.* **M**) ΕΤΠΑΝΤΑCΙCΟΤΟΝ **G**, ΕΤΠΛΝΤΑCΙCΟΤΟΝ **A**, *sed* CΙCΟ *in ras.* 13 nisi uero *Törnebladh:* nihil (nil **S**) uero **AGMS**, an uero *Spalding*, quid uero? *Meister; cf. locum simillimum 1, 10, 6* oti **A**[1] 14 quadam **AG**[1] 15 prosequuntur ς 16 nauigari **G** populos **G** *s. l.* 17 sed tacere **A**[1] 18 hominem *Spalding:* ad hominem **AG**, at hom. **MSa**ς; *recte monuit Spalding lectionem* ad h. *natam esse errore eius qui* ad hominem *ad* transferemus *referret* (hominem occisum **A**) 19 re **G** *s. l.* occidisse **AGM** 20 oculos **A** per*c*ussor **A** 21 exclamauit uel rogauit **A**[1]**G** 23 insidebit *Rollinus: at recte monuit Capper.* insidet *futurum esse uerbi* insido 24 insequitur **A**: insequetur **GMSa**; Hinc sequetur *Spalding* ἐνάργεια *Regius:* ΕΝΕΡΓΕΙΑ **A**, ΕΝΕΡΚΕΙΑ **G**, enertia **S**. *om* **M** inlustris oratio *coni. Kayser ad Cornif. p. 312*

dere, et adfectus non aliter, quam si rebus ipsis intersimus, se-
quentur. an non ex his uisionibus illa sunt:

excussi manibus radii reuolutaque pensa —
leuique patens in pectore uulnus —

equus ille in funere Pallantis *positis insignibus*? quid? 33
non idem poeta penitus ultimi fati concepit imaginem, ut di-
ceret:

et dulcis moriens reminiscitur Argos?

ubi uero miseratione opus erit, nobis ea, de quibus queremur, 34
accidisse credamus atque id animo nostro persuadeamus. nos
illi simus, quos grauia, indigna, tristia passos queremur, nec
agamus rem quasi alienam, sed adsumamus parumper illum do-
lorem. ita dicemus, quae in nostro simili casu dicturi fuissemus.
uidi ego saepe histriones atque comoedos, cum ex aliquo gra- 35
uiore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi. quodsi
in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accendit adfectibus,
quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, ut moueri pericli-
tantium uice possimus? sed in schola quoque rebus ipsis adfici 36
conuenit easque ueras sibi fingere, hoc magis quod illic ut liti-
gatores loquimur frequentius quam ut aduocati. orbum agimus
et naufragum et periclitantem, quorum induere personas quid
adtinet, nisi adfectus adsumimus? haec dissimulanda mihi non
fuerunt, quibus ipse, quantuscumque sum aut fui, peruenisse me
ad aliquod nomen ingenii credo: frequenter motus sum, ut me
non lacrimae solum deprenderent, sed pallor et ueri similis
dolor.

III. Huic diuersa uirtus, quae *risum* iudicis mouendo et
illos tristes soluit adfectus et animum ab intentione rerum fre-

---

3. Verg. Aen. 9, 474. 4. ib. 11, 40. 5. ib. 11, 89. 8. ib. 10, 782.

---

3 radi*i* **A**, radi **g** 5 equus *Spalding:* et quos **AGMS** (*ex* equos), et equus *Regius et* ς 6 penit*us* **A** concepit *Spalding:* coepit *uel* cepit *libri* 8 dulces ς 9 nob*is ea de* **A** (nobis o dea **A**^{1}?) 10 id animo *Regius:* inanimo *libri*, animo *ed. Ven. 1512* persuademus **A**^{1} 11 andigna **G**, aut digna **g** tristitia **AGMS** 12 quaeremus **A**^{1} (?) 13 casu **MS**: casus **AG** dicturi fuissemus *nos* (*an* fuimus?): dicturi uidissemus **AGM**, dicturi essemus **S** *et edd. cf. 4, 5, 17* 16 accendit **M** *et Gesner:* accedit **AGS** 17 ut — possimus *Regius:* et — possumus *libri, sed* umus **A** *in ras.* 18 scola **AGMS** 19 conuenitur **A**^{1} uera sibi **G** illic ut **S**: illi **AGM** 21 pereclitantem **A** quod **AG**, non **M** 22 adsummimus **G**, assumimus **Ma**, sumimus **A**, adsumamus **Sg** 23 sum] is **AGS**, sim **Mg** 24 aliquid **A** ingeni **A**^{1} frequ. ita motus *malim* 25 deprehenderent **GMS** ueri **S**: uere **A**, uero **GM**, *sed* o *in* **G** *ex corr.* 27 Huic] *praemissus est in* **Ga** *titulus* DE RISV quaerisut in iudicis **G**, quae risū in mouendo iudicis **g** 28 ab intentione **AMS** *et in marg.* **g**: intemptatione **G** *add. s. l. m. 2:* al. ab intemptione

quenter auertit et aliquando etiam reficit et a satietate uel a
fatigatione renouat. quanta sit autem in ea difficultas, uel duo
maximi oratores, alter graecae, alter latinae eloquentiae prin-
2 ceps, docent: nam plerique Demostheni facultatem defuisse huic
rei credunt, Ciceroni modum. nec uideri potest noluisse De-
mosthenes, cuius pauca admodum dicta nec sane ceteris eius
uirtutibus respondentia palam ostendunt, non displicuisse illi
3 iocos, sed non contigisse. noster uero non solum extra iudicia,
sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius risus adfectator.
mihi quidem, siue id recte iudico siue amore inmodico praecipui
in eloquentia uiri labor, mira quaedam in eo uidetur fuisse ur-
4 banitas. nam et in sermone cotidiano multa et in altercationi-
bus et *in* interrogandis testibus plura quam quisquam dixit fa-
cete, et illa ipsa, quae sunt in Verrem dicta frigidius, aliis ad-
signauit et testimonii loco posuit, ut, quo sunt magis uulgaria,
eo sit credibilius, illa ab oratore non ficta, sed passim esse
5 iactata. utinamque libertus eius Tiro aut alius, quisquis fuit,
qui tris hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indul-
sissent et plus iudicii in eligendis quam in congerendis studii
adhibuissent: minus obiectus calumniantibus foret, qui tamen
nunc quoque, ut in omni eius ingenio, facilius quod reici quam
6 quod adici possit inuenient. adfert autem summam rei difficul-
tatem primum, quod ridiculum dictum plerumque falsum est (hoc
semper humile), saepe ex industria deprauatum, praeterea num-
quam honorificum: tum uaria hominum iudicia in eo, quod non
ratione aliqua, sed motu animi quodam nescio an enarrabili iu-
7 dicatur. neque enim ab ullo satis explicari puto, licet multi
temptauerint, unde risus, qui non solum facto aliquo dictoue,
sed interdum quodam etiam corporis tactu lacessitur. praeterea

3 maximi **A**: maxime **GMS** oratore **A**[1] grece **M**, graeca **A**, grae **G**, grecus **S** princeps **MS**: principes **AG** 4 huic **AG**: huius **MS**ς 5 mod*um* **A** 6 admod*um* **A** 8 locos **AGMS** 9 adfectatior **GS** 10 iud*ic*o **A** 11 uiri*** (uiri nil . . . **A**[1]?) **A** labor **AGS**: laber **Mg**, laboro *edd. uett. cf. 10, 1, 94* 12 cottidiano **GS**, quottidiano **M** 13 in *addidit Spalding* quisq*** **G**, quisq; **Mg** 14 illa ipsa **AGM**: ipsa illa **S**ς uerem **A**[1], uerre **G** 15 testimoni **A**[1] 16 illa] *add. in* **A** *m. 2 s. l.* N̄, *i. e.* non *aut* nota non **G** *s. l. om.* **S** dicta **A**[1] 17 eius **Sa**: eni (*uel* eiu) **A**, euius **M**, eris **G** *sed* s *punct.* tyro **GM** aut *ed. Camp.:* a** **A**, et **GMSa** 18 hac **A** *in ras.* ac **G** *1 m.* partius **AS**, paruis **G**[1] 20 ob*i*ectus **A**, oblectus **G**, abiectus **M**, ab hiis locus **S** calumnianti*bus* **A**, calumpniantibus **GMS** 21 utinom eius **G**, uti nominis eius **S** quid **AGMS**, *corr. in ed. Camp.* reici **A** *corr. e* reci 22 quod **M**: quid **AG**, quidem **S** rei summa **A** 23 *ri*diculum **A** salsum *Rollinus et alii, at u. Capper.* ad hoc saepe humile *Burman* 26 rationē aliqua **G** inenarrabili *Spalding* 27 multis **AG** *pr. m.* 29 inter quodam **A**[1] tactu **AGS**: tractu **M** *et dett.* lacessatur **A**[1], lascessitur **G**, lacescit; **S**

non una ratione moueri solet: neque enim acute tantum ac
uenuste, sed stulte, iracunde, timide dicta ac facta ridentur,
ideoque anceps eius rei ratio est, quod a derisu non procul ab-
est risus. habet enim, ut Cicero dicit, sedem in deformi- 8
tate aliqua et turpitudine, quae cum in aliis demon-
strantur, urbanitas, cum in ipsos dicentis recidunt, stultitia uo-
catur.

Cum uideatur autem res leuis et quae a scurris, mimis, in-
sipientibus denique saepe moueatur, tamen habet uim nescio an
imperiosissimam et cui repugnari minime potest. erumpit etiam 9
inuitis saepe, nec uultus modo ac uocis exprimit confessionem,
sed totum corpus ui sua concutit. rerum autem saepe, ut dixi,
maximarum momenta uertit, ut cum odium iramque frequentissime
frangat. documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de rege 10
Pyrrho sequius inter cenam locuti, cum rationem facti reposce-
rentur et neque negari res neque defendi posset, risu sunt et
oportuno ioco elapsi. namque unus ex iis 'immo' inquit, 'nisi
lagona defecisset, occidissemus te', eaque urbanitate tota est in-
uidia criminis dissoluta.

Verum hoc, quidquid est, ut non ausim dicere carere om- 11
nino arte, quia nonnullam obseruationem habet suntque ad id
pertinentia et a Graecis et a Latinis composita praecepta, ita
plane adfirmo, praecipue positum esse in natura et in occa-
sione. porro natura non tantum in hoc ualet, ut acutior quis 12
atque habilior sit ad inueniendum (nam id sane doctrina possit
augeri), sed inest proprius quibusdam decor in habitu ac uultu,
ut eadem illa minus alio dicente urbana esse uideantur. occasio 13
uero et in rebus est, *cuius est* tanta uis, ut saepe adiuti ea non
indocti modo, sed etiam rustici salse dicant, et in eo, quid ali-

4. de Orat. 2, 58, 236.

1 non ut narratione moueri soleat *libri, em. Regius* 2 sed et stulte *malebat Spalding* timede **A** ac **AGMS**: aut ς facta **A** 3 quod a **AG**: qua a **g**, quod **S**, quia **FM** 4 *risus* **A** 6 ipsos dicentis (-tes **Sa**) **AS**: ipso dicentis **G**, ipsum dicentem **Mg** *et dett.* 8 leuis et que **S**, leuis cetque **G**, leuis atque **AMg**, *sed* satque **A** *in ras.* a scurris *nos:* ab curris **G**, ab scurris **ASg**ς, *sed* **A** abs *in ras.* obscuris **M** inimis **A**[1] inspicientibus **AGMS** 9 tamen *Regius:* tum **AGMS**, cum *alii* 10 erumpit enim *Regius* 11 inuitis *Regius:* inuitus *libri* saepe nec uultus ope nec uultum (uultus **Mg**) modo **AGMS** 13 ma*ximarum* **A** 14 tarent*ini* **A**, tarent iniqui **G** 15 sequius **A**: securius **GMSa**ς, *cf. Seneca de benef. 6, 42, 2* resposcerentur **G** 17 loco **A**[1] hiis **G** 18 lagona **A**: lagoena **Ga**, lagena **MS** 20 quicquid **G** 26 quibusdam decor *ed. Camp.* quibus deorum **AG**, quibus de eorum **S**, quibus decorum **a**, quibusdam eorum **Mg** 27 ut **A**: *om.* **GMS** urbane **A**[1] occasioni **Mg** *et dett.* 28 cuius est *addidi auctore Spaldingio* (*sed is* cuius tanta uis est) 29 rustici salse **M**: rusticis*at*ise **A**, rusticis aise **G**, rusticis adesse **S** quid aliquis **A**, *ut*

quis dixerit prior: sunt enim longe uenustiora omnia in respon-
14 dendo quam in prouocando. accedit difficultati, quod eius rei nulla exercitatio est, nulli praeceptores. itaque in conuiuiis et sermonibus multi dicaces, quia in hoc usu cotidiano proficimus. oratoria urbanitas rara, nec ex arte propria, sed ad hanc con-
15 suetudinem commodata. nihil autem uetabat et componi materias in hoc idoneas, ut controuersiae permixtis salibus fingerentur, uel res proponi singulas ad iuuenum talem exercitationem.
16 quin ipsae illae (d i c t a sunt ac uocantur), quas certis diebus festae licentiae dicere solebamus, si paulum adhibita ratione fingerentur aut aliquid in his serium quoque esset admixtum, plurimum poterant utilitatis adferre: quae nunc iuuenum uel sibi ludentium exercitatio est.

17 Pluribus autem nominibus in eadem re uulgo utimur: quae tamen si diducas, suam quandam propriam uim ostendent. nam et u r b a n i t a s dicitur, qua quidem significari uideo sermonem praeferentem in uerbis et sono et usu proprium quendam gustum urbis et sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem,
18 denique cui contraria sit rusticitas. u e n u s t u m esse, quod cum gratia quadam et uenere dicatur, apparet. s a l s u m in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc est, quamquam et ridicula esse oporteat salsa. nam et Cicero omne, quod salsum sit, ait esse Atticorum, non quia sint maxime ad risum compositi, et Catullus, cum dicit, n u l l a e s t i n c o r p o r e m i c a s a l i s, non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ri-
19 diculum. salsum igitur erit, quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio uelut palato, excitatque et a taedio defendit orationem. sales

22. Orat. 26, 90. 24. Cat. 86, 4.

coni. Spalding: quis (quisquis **S**) aliquid *codd. rell.*, cum quis aliquid ς 1 sunt **G** *corr. e* si 3 nulli **A** *corr. e* nulla itaque **AG**: utique **MS** 4 cottidiano **AG** 5 ex arte **AG**: ex parte **SM**ς, *sed* **M** arte *corr.* 6 commodata **A**: commendata **a** *et rell. noti,* accommodata *Aldus* et *Spaldingio aut delendum aut in* uel *mutandum uidetur* materies **GS** 9 ipsae illae **Ga**: ipse ille **AS**, ipse illa **M**, illae ipsae ς, ipsa illa dicta, quae sententiae uocantur *G. A. B. Wolff*, illa ipsa, quae dicta sunt et uocantur, quae etc. *Zumpt; probabilis loci emendatio nondum inuenta est* dictae **GS** 10 dicere **AM**: *om.* **GS**, *fort.* fingere adh*ibita* **A** (ibita *in ras. minore*) 15 quendam proprium **A**[1] 16 qua **G** *corr. ex* quia 17 prae se ferentem *Regius, at u. 6, 2, 14* sono **Mg**: soso **AG** (in uerbis uel ex arte et usu **S**) gustum **GSa**: oustum **A** (?), gestum **Mg** *et dett.* 18 et **AS**: ut **GM** ex **Sa**: et **AGM**, *om.* **g** 22 oporteat esse ς falsa **G**[1] 23 salsum sit **g**: sumsit **A**, sumpsit **GS**, falsum sit **M** proprium Atticorum *Cic.* sint *Gesner:* sunt *libri* 25 non *om. dett. aliquot* 26 salsum **A** *corr. e* s*um 28 palato (plato *1 m.*) excitat quae **G**, palato extat atque **M**, palatum excitat. quod **S** et a **A** *in ras.* sales enim *Spalding:* sane tamen *libri*

enim, ut ille in cibis paulo liberalius adspersus, si tamen non
sit inmodicus, adfert aliquid propriae uoluptatis, ita hi quoque
in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi sitim.
facetum quoque non tantum circa ridicula opinor consistere: 20
neque enim diceret Horatius, facetum carminis genus natura
concessum esse Vergilio. decoris hanc magis et excultae cuius-
dam elegantiae appellationem puto. ideoque in epistulis Cicero
haec Bruti refert uerba: ne illi sunt pedes faceti ac deli-
catius ingredienti molles. quod conuenit cum illo Hora-
tiano:

molle atque facetum Vergilio —

iocum fere id accipimus, quod est contrarium serio * *: nam et 21
fingere et terrere et promittere interim iocus est. dicacitas
sine dubio a dicendo, quod est omni generi commune, ducta
est, proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos inces-
sentem. ideo Demosthenen urbanum fuisse dicunt, dicacem
negant.

Proprium autem materiae, de qua nunc loquimur, est ridi- 22
culum, ideoque haec tota disputatio a Graecis περὶ γελοίου in-
scribitur. eius prima diuisio traditur eadem, quae est omnis
orationis, ut sit positum in rebus ac uerbis. usus autem maxime 23
est triplex: aut enim ex aliis risum petimus aut ex nobis aut
ex rebus mediis. aliena aut reprendimus aut refutamus aut
eleuamus aut repercutimus aut eludimus. nostra ridicule indi-
camus et, ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda.
nam quaedam, quae, si imprudentibus excidant, stulta sunt, si
simulamus, uenusta creduntur. tertium est genus, ut idem dicit, 24

---

5 et 9. Sat. 1, 10, 44. 25. de Orat. 2, 71, 289.

---

1 aspersus **GMSa**ς 2 hi **A** *in ras.* 3 sitim **Sa**: sit in **A**, sit Infacetum **G**, sint infacetum **M** 5 oratius **A**¹**GMS** carminis *Valla:* cateminis **A**, catominus **GM**, cathoni **S** 6 uirgilio **GMS**, *item paulo post* 7 epistolis **GMS** 8 ne ulli **GMS**, Nae illi ς faceti **MS**: facti **AG** delicatius i. molles *Badius:* deliciis (delitiis **G**, delitus **S**) i. mollius *libri* 9 cum **GMS**: tum **A**, *sed* t *in ras.* oratiano **GS** 12 fere *nos:* uero *libri*, uulgo *Spalding* id **AGM**: *om.* ς *ante* nam *quaedam deesse uidit Spalding*; *talis fere sententia desideratur:* sed hoc nimis angustum, nam *etc.* et fingere *edd. uett.* effingere *libri* 14 adiciendo (-da *1m.*) **G** 15 propre *(per compend.)* **G**, propter **FM** cum inrisu *malim* 16 dicacem **MSg**: dictacem **AG** 19 CEΛΟΙΟΥΙΝ scribitur **AG**, soloion inscribitur **S** 20 eius **A** *et Regius:* et **G**, etenim **MS**, enim *al.* 21 sit si positum **A**¹ ac uerbis **A**: aut uerbis **G**, aut in uerbis **MS**ς 22 est *addidi* triplex *Gesner:* simplex *codd.* 23 aliena **Sa**: in aliena **AGM** aut *Regius et* **a**: autem (aut̃) **AGMS** reprehendimus **MS**ς 24 ridicula *libri, em. Regius; cf. Cic. de Orat. II, § 289* 26 nam quaedam *exc. Cassiod. p. 503, 29:* namque eadem *libri et* ς si ab inprud. *exc. Cass.* si (*ante* sim.) *om.* **A**¹

in decipiendis expectationibus, dictis aliter accipiendis ceterisque,
quae neutram personam contingunt ideoque a me media dicun-
25 tur. item ridicula aut facimus aut dicimus. facto risus conci-
tatur interim admixta grauitate, ut M. Caelius praetor, cum
sellam eius curulem consul Isauricus fregisset, alteram posuit
loris intentam, dicebatur autem consul a patre flagris aliquando
caesus: interim sine respectu pudoris, ut in illa pyxide Caeliana,
26 quod neque oratori neque ulli uiro graui conuenit. idem autem
de uultu gestuque ridiculo dictum sit: in quibus est quidem
summa gratia, sed maior, cum captare risum non uidentur:
nihil enim est iis, quae sicut salsa dicuntur, insulsius. quam-
quam autem gratiae plurimum dicentis seueritas adfert, fitque
ridiculum id ipsum, quod qui dicit illa, non ridet, est tamen
interim et aspectus et habitus oris et gestus non inurbanus, cum
27 iis modus contingit. id porro, quod dicitur, aut est lasciuum et
hilare, qualia A. Galbae pleraque, aut contumeliosum, qualia
nuper Iuni Bassi, aut asperum, qualia Cassi Seueri, aut lene,
28 qualia Domiti Afri. refert, his ubi quis utatur. nam in con-
uictibus et cotidiano sermone lasciua humilibus, hilaria omnibus
conuenient. laedere numquam uelimus, longeque absit illud
propositum, potius amicum quam dictum perdendi. in hac
quidem pugna forensi malim mihi lenibus uti licere. quamquam
et contumeliose et aspere dicere in aduersarios permissum est,
cum accusare etiam palam et caput alterius petere concessum

7. p. Cael. 29, 69.

1 ceteris quae **AG**, quae *om.* **MS** 3 faciamus **G**[1] factorisus **AM**, *sed* sus **A** *in ras.* factoribus **G**, factis (*om.* risus) **S** concitatur *nos:* conciliatur *libri, cf. Cic. de Orat. II, § 235* 4 caecilius **A**, cecilius **GMS** 5 *isaūricus* **A** 6 flagris **MSa**: fragis **AG** 7 puxide **AG**, pixide **M**, apodixe **S** 8 quod **Sa**: quo **AGM**, *haud scio an recte, si suppleas:* risum concitare 8 aratori **A** conuenit **G**: conueniat **AMSg**ς 9 de *ed, Camp.* sed *libri; de ueritate scripturae dubitat Spalding* 10 sua gratia *coni. Spalding* uidetur *libri, fort.* uidemur; *uulgata iam est in ed. Camp.* 11 nihil enim — adfert *spuria Spaldingio uidentur, qui de toto loco consulendus est* estis quae **AG**, est his quae **Ma**, ex hiis que **S** sicut *Gesner:* dūt **G**, dicenti **A**, dicunt **MS** salsa **a**: falsa **AGMS** insulsius **M**: insullius **AGS** 12 dicitis **M**, dictis **S** *et dett.* 13 dicit **S**: dicit** **A**, dicitur **GM** ride** **A**[1] 14 aspectus *et* (sed **A**[1]?) habit*us* (habit *1 m.*) **A** urbanus cum is **AGMS** 15 contigit **MSg** lasciuium **A**[1]**G** et hilar*e* **A**, aut hilare *dett.* 16 agalbae **AM**, **A** *om. dett.* A. Galbae — asperum *om.* **S** quali*a* **A** 17 Iunii *et paulo post* Domitii ς qu*al*ia **A** (quia **A**[1]?) cassi **A**: cassii **a**, cassis **GM**, gassia **S** 18 affri **M**, apri **AGS** utantur **G** 19 cottidiano **AG** humilis **AGMS** 20 conueniunt *dett.* laedere *Rollinus:* ludere *codd.* illud propositum **AGM**: propos. illud **S**ς 21 quem **A**[1]**GS** perdendi *Muretus:* perdidi *libri* 22 forensium *libri, em. Regius* uti dicere **GMS** quamquam *Regius:* nonnumquam *codd.* 24 alterius *Spalding:* alterius iuste **AG**, alterius iste **M** *et dett.* (a litteris iste **S**)

sit. sed hic quoque tamen inhumana uideri solet fortunae in-
sectatio, uel quod culpa caret uel quod reccidere etiam in ipsos,
qui obiecerunt, potest. primum itaque considerandum est, et
quis et in qua causa et apud quem et in quem et quid dicat.
oratori minime conuenit distortus uultus gestusque, quae in mi- 29
mis rideri solent. dicacitas etiam scurrilis et scaenica huic
personae alienissima est: obscenitas uero non a uerbis tantum
abesse debet, sed etiam a significatione. nam si quando obici
potest, non in ioco exprobranda est. oratorem praeterea ut di- 30
cere urbane uolo, ita uideri adfectare id plane nolo. quaprop-
ter ne dicet quidem salse, quotiens poterit, et dictum potius
aliquando perdet quam minuet auctoritatem. nec accusatorem 31
autem atroci in causa nec patronum in miserabili iocantem feret
quisquam. sunt etiam iudices quidam tristiores quam ut risum
libenter patiantur. solet interim accidere ut id, quod in aduer- 32
sarium dicimus, aut in iudicem conueniat aut in nostrum quo-
que litigatorem, quamquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem,
quod in ipsos reccidere possit, euitent. quod fecit Longus Sul-
picius, qui, cum ipse foedissimus esset, ait eum, contra quem
iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis:
cui respondens Domitius Afer 'ex tui' inquit 'animi senten-
tia, Longe, qui malam faciem habet, liber non est?'
uitandum etiam, ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore 33
alienum, ne praeparatum et domo adlatum uideatur quod dici-
mus: nam aduersus miseros, sicut supra dixeram, inhumanus
est iocus. et quidam ita sunt receptae auctoritatis ac notae
uerecundiae, ut nocitura sit in eos dicenti petulantia: nam de
amicis iam praeceptum est. illud non ad oratoris consilium, 34

---

1 sed *del. Spalding* tamen *om. cod. Goth.* fortunae *in*sectatio **A**, fortuna eissectatio **GM** 2 recidere *Regius:* redire *codd. cf.* § *32* 4 et (*post* quis) *om.* **AFMS** aput **A** inque **AS**, in quae **Ga**, in qua **M** 5 mi*m*is **A**, minimis **MS** *et dett.* 6 scurilis **AGMS** scenica **GMS** 7 non a **A** *in rás.* *tan*tum **A** 8 a *om.* **A**[1] 9 ioco **a**, *ut coni. Spalding:* loco **AGMS** ut **A** *in ras.* 11 quidem salse **G** *s. l.* 13 autem] ludentem (*uel* ridentem) *Burman*, enim *coni. Spalding, quamquam ne ipsi quidem quidquam mutandum uidetur; cf. de* autem *2, 15, 27. 9, 3, 50. 11, 3, 41* in (*ante* mis.) *om.* **A**[1] feret **Sa**: fere **AGM** 15 paciantur **A**[1]**Mg**, paciuntur **G** occidere **A**[1] 17 repperiuntur **AG** 18 reccidere **A**: recidere *rell. et* ς sulpitius **GS** 19 ait **AG**, *ut coni. Spalding:* aut (*uel* ad) *codd. rell.* 21 tui *Spalding et* **a**: tu **AGMS** 22 non est uitandum **A** *in ras. minore* 23 superbum **A** *ut uidetur:* superbus **GMSa** tempori *Regius, at u. Spalding* 24 et **AGS**: ne **M** *et dett.* 25 *nam* **A** inhumanius **G** 26 locus **A**[1] et *nos:* sed *libri* ac nocte **G**[1] 27 dicenti *Gesner:* dicit **A**, dicendi **GMSa**ς 28 amis **A**[1] ad oratoris *W. Harster sodalis seminarii philologici Monacensis:* adorat fori* **A**, ad orā fori **Ga**, ad oram (horam) fere **MS** *et dett.* ad orandi fere *edd.* ad orantis fere *Spalding*

sed ad hominis pertinet: lacessat hoc modo, quem laedere sit periculosum, ne aut inimicitiae graues insequantur aut turpis satisfactio. male etiam dicitur, quod in pluris conuenit, si aut nationes totae incessantur aut ordines aut condicio aut studia
35 multorum. ea, quae dicet uir bonus, omnia salua dignitate ac uerecundia dicere decet: nimium enim risus pretium est, si probitatis impendio constat.

Unde autem concitetur risus et quibus ex locis peti soleat, difficillimum dicere. nam si species omnis persequi uelimus,
36 nec modum reperiemus et frustra laborabimus. neque enim minus numerosi sunt loci, ex quibus haec dicta, quam illi, ex quibus eae, quas sententias uocamus, ducuntur, neque alii. nam hic quoque est inuentio et elocutio, atque ipsius elocutionis uis
37 alia in uerbis, alia in figuris. risus igitur oriuntur aut ex corpore eius, in quem dicimus, aut ex animo, qui factis ab eo dictisque colligitur, aut ex his, quae sunt extra posita: intra haec enim est omnis uituperatio: quae si grauius posita sit, seuera est, si leuius, ridicula. haec aut ostenduntur aut narran-
38 tur aut dicto notantur. rarum est, ut oculis subicere contingat, ut fecit C. Iulius: qui, cum Heluio Manciae saepius obstrepenti sibi diceret, 'iam ostendam qualis sis', isque plane instaret interrogatione, qualem tandem se ostensurus esset, digito demonstrauit imaginem Galli in scuto Cimbrico pictam, cui Mancia tum simillimus est uisus. tabernae autem erant circa forum ac
39 scutum illud signi gratia positum. narrare, quae salsa sint, in primis est subtile et oratorium, ut Cicero pro Cluentio narrat de Caepasio atque Fabricio aut M. Caelius de illa D. Laeli col-

20. Cic. de Orat. 2, 66, 266.

1 homines **A**[1] 2 insequantur **MS**: inseqntur **A**, insequentur **G**, insequuntur **g** 3 plures **MS**ς 4 conditio **AG** 5 salua *ed. Camp.* sallia **AGM**, salita **a**, salsa **S** 6 dicere decet *nos:* decet **AGSM**, dicet *edd.* 7 conpendio **GS** *post* constat *in* **A** *septem fere litterae erasae sunt* 8 concitetur *nos:* concilietur *libri cf. ad* § 25 peti *so*leat **A** 9 omnes ς 10 laborauimus **G**, laboramus **M** 11 loci *ex* **A** 12 eae *Regius:* eas *libri*, *sed* **A** e*as* ali **A**[2] 13 locutio **A**[1] 14 risus **A** *in ras.* aut in corpore **GMS** 16 dictisque **M**: dictis qui **G**, dicitis qui (que *corr.*) **A**, dictus qui **S** inter **GMSa** (intra — posita *om.* **AM** *pr. m.*) 17 omnis **G** *s. l.* posita est *malim* siuera **A**[1], seria *Regius* 19 dicto **A**: dicta **GMa**, digito **S** ut **AG**: aut *uel* autem *dett.* (autem ut **S**) 20 Manciae *Pighius:* mancipe *libri* 21 diceret iam *Regius:* dicere etiam **A**, diceret etiam **GSa**ς, iam *om.* **M**; *cf. Cic. de Orat. II*, § *266* isque **A** *corr. ex* id quae (?) instare*t* **A** 22 qualem tandem *Regius:* qualem talem **AG**, qualem tamen **S**, qualem **M**ς digito **MSa**: dicito **AG** 23 cimbrico pictam **MS**: cimbrico (cibri** **A**[1]) piotam **A**, cimbri copiatam **G** manceps *libri*, *sed* **A** ps *in ras.* 24 ac scutum **A** (aut sc. **A**[1]?) 27 caepasio **A**: cepasio *rell. et* ς Laelii ς collegae quae **A**[1]**G**, collega que **M**, collegc **S**

legaeque eius in prouinciam festinantium contentione. sed in
his omnibus cum elegans et uenusta exigitur tota expositio, tum
id festiuissimum est, quod adicit orator. nam et a Cicerone sic
est Fabrici fuga illa condîta: itaque cum callidissime se 40
putaret dicere et cum illa uerba grauissima ex intimo
artificio deprompsisset, respicite, iudices, hominum
fortunas, respicite C. Fabrici senectutem, cum hoc
'respicite' ornandae orationis causa saepe dixisset,
respexit ipse: at Fabricius a subselliis demisso capite
discesserat, et cetera, quae adiecit (nam est notus locus),
cum in re hoc solum esset, Fabricium a iudicio recessisse. et 41
Caelius cum omnia uenustissime finxit, tum illud ultimum: hic
subsecutus quo modo transierit, utrum rati an piscatorio
nauigio, nemo sciebat: Siculi quidem, ut sunt
lasciui et dicaces, aiebant in delphino sedisse et sic
tamquam Ariona transuectum. in narrando autem Cicero 42
consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo. mire fuit in
hoc genere uenustus Afer Domitius, cuius orationibus complures
huiusmodi narrationes insertae reperiuntur, sed dictorum quoque
ab eodem urbane sunt editi libri. illud quoque genus est posi- 43
tum non in hac ueluti iaculatione dictorum et in clusa breuiter
urbanitate, sed in quodam longiore actu, quod de L. Crasso
contra Brutum Cicero in secundo de Oratore libro et aliis qui-
busdam locis narrat. nam cum Brutus in accusatione Cn. Planci 44
excitatis duobus lectoribus ostendisset, contraria L. Crassum pa-
tronum eius in oratione, quam de colonia Narbonensi habuerat,
suasisse iis, quae de lege Seruilia dixerit, tris excitauit et ipse
lectores, iisque patris eius dialogos dedit legendos: quorum cum
in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem

3. p. Cluent. 21, 58. 16. Orat. 26, 87. 23. c. 55, 223.

4 Fabricii ς condita **AGMS**: credita *dett.* allidissime **G** 6 respicite iud. (inquit **M**) hominum fortunas **AGM**: *om.* **ST** *et edd. recentiores: Cicero hoc praeterea membrum habet:* respicite dubios uariosque casus 7 G. **A**^{1}**GM** 8 ornandae **A** *in ras.* 9 ipsa **M** at **A** *in ras.* a **G**, *om.* **MS**, at C. *Cic.* demiso **A**^{1}, dimisso **GMS** 11 solum **A** *in ras.* recensisse **GM** 12 illum **GM** hi **A**^{1} 13 rati **AG**: rate **M**aς, ratus **S**; *cf. Charis. p. 47, 20 et Diom. p. 306, 22 ed. Keil.* 14 ut *sunt* **A**, unsunt **G**^{1} 15 delphyno **A** 17 iaciendo *Regius:* faciendo *libri, sed* **A** f *in ras. cf. Cic. Orat.* § *87* 19 narration*es* **A** inserte **A**^{1}, inferre **GMS** 21 iniaculatione **GMS** dictorum **GM**: dictor **A**, dicto **a**, doctorum **S** in clusa *nos:* inclusa *edd.* 22 L. **A**: *om.* **GMS** 23 alii **AGMS** 24 narrat **A** *ut uidetur:* narrant **GMSa** (*ortum ex lectione* alii) Cn.] C. *libri* 25 excitatis *Pithoeus:* ex *codd. cf. Cic. de Orat. II* § *223:* cum enim Brutus duos lectores excitasset 27 iis quae **A**: isque **a**, usque **GMS** dixerat *Regius* 28 isque **G**, hisque **A** *in ras. et* ς

habitum complecteretur, requirebat, ubi essent eae possessiones? omnes autem illas Brutus uendiderat, et tum paterna emancupare praedia turpius habebatur. similis in apologis quoque et quibusdam interim etiam historiis exponendi gratia consequi solet.

45 Sed acutior est illa atque uelocior in urbanitate **breuitas**. cuius quidem duplex forma est dicendi ac respondendi, sed ratio communis in partem: nihil enim quod in lacessendo dici potest,
46 non etiam in repercutiendo. at quaedam propria sunt respondentium: illa meditati adferre solent, haec plerumque in altercatione aut in rogandis testibus reperiuntur. cum sint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est
47 mihi, non omnis eos oratoribus conuenire, in primis ex amphibolia, neque illa obscena, quae Atellani e more captant, nec, qualia uulgo iactantur a uilissimo quoque, conuersa in maledictum fere ambiguitate: ne illa quidem, quae Ciceroni aliquando, sed non in agendo exciderunt, ut dixit, cum is candidatus, qui coci filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret: 'ego
48 quoque tibi fauebo': non quia excludenda sint omnino uerba duos sensus significantia, sed quia raro belle respondeant, nisi cum prorsus rebus ipsis adiuuantur. quare [non hoc modo] paene et ipsum scurrile Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Isauricum: m i r o r q u i d s i t, q u o d p a t e r t u u s, h o m o
49 c o n s t a n t i s s i m u s, t e n o b i s u a r i u m r e l i q u i t. sed illud ex eodem genere praeclarum: cum obiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bouillas ante horam nonam deuertisset, ut expectaret, dum Clodius a uilla

---

1 requirebant **A**¹(?)**GMS** 2 omnes ς, *item infra u. 13* tum **A**: cum **GMS** patern*a e*mancupare **A**, paterna emancuparet **G**, paterna manciparet **M**, paterne mancuparet **S** 4 exponendis *edd. uett. haud scio an recte* 8 *fort.* in partem utramque lassessendo **G** 10 illa etiam itaque (ita quae a) concitati **AGM**, illa etiam ira concitati **S** *et edd. inepte*, illa etiam atque etiam meditati *Spalding*, *ex cuius emendatione* meditati *recepimus: hoc uerbum in litteris* etiamita *latere*, *illud autem* concitati *ex dittographia ortum uidetur* adferri **A**¹ 11 reperiuntur *Spalding:* requiriuntur **A**, requiruntur **S**, requirantur **GM** 12 ducuntur **S** 13 mi **A**¹ eos **A** *in ras.* ex **A**: ut ex **GSM**, autem ex ς amphilogia **A** 14 obscena *Teuffel:* obscura *libri* Atellani e *Spalding:* atellanie **MS**, atellaniae **A**, atelellanie **G** 15 a *om. codd.* uilissima a 16 quidem quae **M** ς **a**: quidem qui **A**, *item* **G**, *sed hic pr. m. tantum* qui 17 dixit **A**: dixi **GMS**, *ipse malim:* ut quod dixit 18 eo **AG** *corr. ex* eos ab alio *Regius:* ab eo *libri* poteret **A** 19 non qui **G** 20 belle **Ma**: uelle **AG**, aduelle **S** *fort.* respondent 21 quare *libri:* quale *Daniel*, quare hoc modo et ipsum scurr. Cic. est *Gallaeus; nos* non hoc modo *ut glossema inclusimus* 22 de qua **G** 24 reliquid **A**¹**G**, reliquerit *ed. Camp.* 25 praedarum **GS** 27 diuertisset **AGMS** dum odius **G**

sua exiret, et identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset, respondit 'sero', quod uel solum sufficit, ut hoc genus non totum repudietur. nec plura modo significari solent, 50
sed etiam diuersa, ut Nero de seruo pessimo dixit: 'nulli plus apud se fidei haberi, nihil ei nec occlusum neque signatum esse'.
peruenit res usque ad aenigma, quale est Ciceronis in Plaetorium 51
Fontei accusatorem, cuius matrem dixit, dum uixisset, ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse. dicebantur autem, dum uixit, infames feminae conuenire ad eam solitae, post mortem bona eius uenierant. quamquam hic 'ludus' per translationem dictum est, 'magistri' per ambiguitatem. in 52
metalepsin quoque cadit eadem ratio dictorum, ut Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit: nam congiarium commune liberalitatis atque mensurae, a mensura ducta imminutio est rerum.
haec tam frigida, quam est nominum fictio adiectis, detractis, 53
mutatis litteris, ut Acisculum, quia esset pactus, 'Pacisculum', et Placidum nomine, quod is acerbus natura esset, 'Acidum', et Tullium, cum fur esset, 'Tollium' dictos inuenio. sed haec 54
eadem genera commodius in rebus quam in nominibus respondent. Afer enim uenuste Manlium Suram, multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deicientem et reponentem, non agere dixit, sed satagere. est enim dictum per se urbanum 'satagere', etiamsi nulla subsit alterius uerbi similitudo. fiunt et adiecta et detracta adspiratione et 55

4. ex Cic. de Orat. 2, 61, 248.

1 identi*dem* **A** 3 repud*ie*tur **A** 4 nullis **A**[1]**G** 5 aput **A** nec occlusum *Cic. libri:* neclusum **AGS**, ne clusum **M**, ne oclusum **a**, neque clusum *dett.* neque occlusum ς obsignatum *Cic.* 6 peruenit res **S**: peruenires **AGM** enigma **MS**, enigmam **G**, enignam **A** quale *Regius:* quae *codd.* plaetorium **A**: pletorium **GMS** 7 iussisset **GMS** 9 iussit **GMS** *add. sup.* ius *in* **G** *syllaba* ui 10 insolite **G** uenierant **AG**: uenibant **MST**, uenibant ς 11 dictum (*sc. uocab.* ludus) **AGS**: dictus **M**ς in metalemsin **Ga**, inmitalem in **A**, in methalensin **S**, methalempsin **M** 13 Augusti *Regius:* auguste **M**, anguste **GS**, angustae **A** dabantur **S**: dabant **AGM**, *an ex* dabat? 14 heminariam *libri, em. Regius* nam cum cong. commune sit *Regius* 15 mensurae, a mensura ducta inminutio est rerum *Regius:* mensurae a (mensura ea **GM**) mensura ducta in minutione rerum (inminuti merum **A**[1]) **AGM**, mensura; ea mensura dicta in innutatione rerum **S**, mensurae; ea mensura ducta in minutionem rerum *Spalding* 16 haec **A** *(sed* c *s. l.) et Regius:* et **GMS** adiecitis **a**, adiecit **AGMS** 18 his **GM** esset **A**: et **GMS** acitum **A**, adcitum **GMS** 19 tollium **Ma**: tullium **AGS** 20 quam **A** *in ras.* nominibus **MSa**: ominibus **A**, omibus **G** 21 manlium **AG**: mallium **MST**ς; *inter auctores, quos Plinius adhibuit, saepius nominatur* Manilius Sura in agendum **G** 23 responentem **G**, *sed* s *punct.* set (sed **a**) satagere **A** 25 aspiratione **MSa**ς

diuisis coniunctisue uerbis similiter saepius frigida, aliquando
tamen recipienda. eademque condicio est in iis, quae a nomini-
bus trahuntur. multa ex hoc *genere* Cicero in Verrem, sed ut
ab aliis dicta: modo futurum ut omnia uerreret, cum di-
ceretur Verres, modo Herculi, quem expilauerat, molestio-
rem quam aprum Erymanthium fuisse, modo malum
sacerdotem, qui tam nequam uerrem reliquisset, quia
56 Sacerdoti Verres successerat. praebet tamen aliquando occasio-
nem quaedam felicitas hoc quoque bene utendi, ut pro Caecina
Cicero in testem Sex. Clodium Phormionem, nec minus niger,
inquit, nec minus confidens quam est ille Terentianus
Phormio.

57 Acriora igitur sunt et elegantiora quae trahuntur ex ui re-
rum. in iis maxime ualet similitudo, si tamen ad aliquid in-
ferius leuiusque referatur: qualia iam ueteres illi iocabantur, qui
Lentulum 'Spintherem' et Scipionem 'Serapionem' esse dixerunt.
sed ea non ab hominibus modo petitur, uerum etiam ab anima-
libus, ut nobis pueris Iunius Bassus, homo in primis dicax,
58 'asinus albus' uocabatur. et Sarmentus seu P. Blessius Iulium,
hominem nigrum et macrum et pandum, 'fibulam ferream' di-
59 xit. quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. ad-
hibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet
parabolae: cuius est generis illud Augusti, qui militi libellum

4. ex II, 21, 62; cf. item IV, 24, 53 et 25, 57. 5. IV, 43, 95. 6. I, 46, 121. 9. c. 10, 27.

1 diuisis a: diuis **AGM**, binis **S** coniunctisue **A**: coniunctis **GMS**, coniunctisque **a**ς 2 recipienda eademque **A** *in ras.* in his **G**, in is **A** *in ras.* 3 genere *addidit Spalding* 4 uerteret *dett.* euerreret *malebat Gesner* diceretur **A**, *ut coni. Regius:* diceretur ei *rell. et* ς; cum — Verres *Gesnerus ut glossema uncinis inclusit* 5 herculi **A**: hercule ei **GS**, herculē ei **Ma**, Herculi eum *Regius* quem **Ma**: que **A**(?)**S**, quae **G** modestiorem **A** 6 quam aprū erymanthiū *nos:* quam apro erymantio **AGS** *(sed* **A** apro ery*mantio)*, apro erymanthio (-tio **M**) *dett. et* ς, *cf. Cic. Verr. IV, § 95 extr.* 8 Sacerdoti Verres *Aldus:* sacerdo** uerris **A**, sacerdos uerri (ueri **GM**) **GMSa** 9 hoc quoque **AGM**: hoc *om.* **S**, hoc quoque genere *edd.* 10 Sex. **A**: s̄ex **G**, sunt ex **MT**, sumitex **S** 11 est **A** *in ras.* terrentianus **A** 12 formio **AG** 14 iis **AG**: is **g**, hiis **MS**, his ς ualet **MSg**: ualet** **A**, in ualet et **G** 15 qualia *Spalding:* quae **AGMS** (quia **A** *teste Zumptio)*, qua *Regius* uocabantur **G** *et dett.* 16 sphintherem **AG** Serapionem *Regius*: serationem **A**, et siritionem **S**, et serationem **GM** *et rell. cf. Val. Max. 9, 14 ext. 3* 18 dicax **A** 19 seu p blessius **AG**: seu P. Blessus **S**ς, seu pblesis **M**; *restituimus lectionem duorum optimorum in scriptura prorsus incerta, in qua cum alia, tum illud* seu *mirum est, fort.* aut Messius; *cf. Hor. Serm. I, 5, 52* iulium **AG**: iunium **MS** 20 macrum **A** 22 interim (*post* palam) **S**: *om.* **AGM** *et plerique* inseri *Regius:* serio *codd.* seruire *Gesner* 23 generis illud *nos:* gene*ris* **A**, generi **GM**, generis id **S**ς libellum a: bellum **AGMS**

timide porrigenti, 'noli' inquit, 'tamquam assem elephanto des'.
sunt quaedam uitii similia: unde Vatinius dixit hoc dictum, cum 60
reus agente in eum Caluo frontem candido sudario tergeret id-
que ipsum accusator in inuidiam uocaret, 'quamuis reus sum'
inquit † 'et parentem candidum edo.' adhuc est subtilior illa 61
ex simili translatio, cum, quod in alia re fieri solet, in aliam
mutuamur. ea dicatur sane fictio, ut Chrysippus, cum in trium-
pho Caesaris eborea oppida essent translata et post dies paucos
Fabi Maximi lignea, 'thecas esse oppidorum Caesaris' dixit. et
Pedo de myrmillone, qui retiarium consequebatur nec feriebat,
'uiuum' inquit 'capere uult'. iungitur amphiboliae similitudo, 62
ut a L. Galba, qui pilam neglegenter petenti, 'sic' inquit 'petis,
tamquam Caesaris candidatus'. nam illud petis ambiguum est,
securitas similis. quod hactenus ostendisse satis est. ceterum 63
frequentissima aliorum generum cum aliis mixtura est, eaque
optima, quae ex pluribus constat. eadem dissimilium ratio est.
hinc eques Romanus, ad quem in spectaculis bibentem cum
misisset Augustus, qui ei diceret 'ego si prandere uolo, domum
eo': 'tu enim' inquit 'non times ne locum perdas'. ex con- 64
trario non una species. neque enim eodem modo dixit Augustus
praefecto, quem cum ignominia mittebat, subinde interponenti
precibus 'quid respondebo patri meo?' 'dic me tibi displicuisse',
quo Galba paenulam roganti: 'non possum commodare, domi
maneo', cum cenaculum eius perplueret. tertium adhuc illud,
si quidem, ut ne auctorem ponam, uerecundia ipsius facit: 'li-
bidinosior es quam ullus spado', quo sine dubio et opinio deci-
pitur, sed ex contrario. et hoc ex eodem loco est, sed nulli
priorum simile, quod dixit M. Vestinus, cum ei nuntiatum

---

1 tamquam *libri:* timere (*uel* dubitare) tamquam *coni. editores frustra; nam est sententia:* noli ita porrigere, tamquam *etc.* assem elephanto **M**: et semel panto (pantho **S**) **AGS** 2 sunt **A** *in ras.* uitii (uiti) similia *nos:* ui*s*i similia **A**, uisimilia (*uel* insimilia) *rell.* uerisimilia *edd. inepte* 3 age*nte* **A** 4 accusator **G** *s. l. m. 2* 5 et parentem *libri:* et panem *edd. aeque inepte* est **A** *in ras.* ill*a* **A** 6 ex **A** *in ras. et Regius:* et **G**, e **S**, est **M** al*ia re fieri* **A** 7 crhysippus cum in trihumpho **G** 8 eborea **A** *et in marg. m. 2* **G**: epolitea **GS**, eburnea **M**, *cf. Cass Dio 43, 42* 9 Fabii ς 10 myrmill*one* **A**, mirmillone **GMS** retiarum **AGM**, de retiario qui mirmillonem *Leemans, Revue archéol. IX, 82* 11 inquit* **A** amphibologiae **AGS**, amphilogie **M** 12 a l. galba **A**: agalba **GMS** 14 actenus **AG** 16 constant *Francius* ratio **A** *in ras. item statim post* romanus ad 17 commisisset **A**[1] 18 dicere **A**[1] 21 cum **A***(?) et Burman: om. rell. noti,* ignominia notabat *edd. priores* interponendi **G**[1]**M** 23 penulam **AGMS** commendare **GMS** *fort.* domi enim maneo 24 caenaculum **G** eius **A** *corr. ex* ei 25 si quidem **S**: si quod **AGM** 26 opimo **G**[1] 28 uestimus **GS**, nescimus **M** nuntiatum esse **A**[1]**M**, nuntiatum esset ** necatum esse *suppleuit Spalding*

65 esset * * 'aliquando desinet putere'. onerabo librum exemplis
similemque iis, qui risus gratia componuntur, efficiam, si persequi uoluero singula ueterum.

Ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est. nam et finitione usus est Augustus de pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorúm alterum saltorem dixit,
66 alterum interpellatorem, et partitione Galba, cum paenulam roganti respondit: 'non pluit, non opus est tibi: si pluit, ipse utar'. proinde genere, specie, propriis, differentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione parium, maiorum, minorum similis materia
67 praebetur, sicut in tropos quoque omnis cadit. an non plurima *per hyperbolen* dicuntur? quale refert Cicero de homine praelongo, caput eum ad fornicem Fabium offendisse, et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum assidue mino-
68 res parentibus liberi essent, nascendo interiturum. quid ironia? nonne etiam quae seuerissime fit, ioci prope genus est? qua urbane usus est Afer, cum Didio Gallo, qui prouinciam ambitiosissime petierat, deinde, impetrata ea, tamquam coactus querebatur, 'age' inquit 'aliquid et rei publicae causa'. metaphora quoque Cicero lusit, cum Vatini morte nuntiata, cuius parum certus dicebatur auctor, 'interim' inquit 'usura fruar'.
69 idem per allegoriam M. Caelium, melius obicientem crimina quam defendentem, bonam dextram, malam sinistram habere dicebat. emphasi A. Villius dixit, †ferrum in Tuccium incidisse. figuras

---

13. cf. de Orat. 2, 66, 267.

1 desinet *om.* **G**[1] puterconerabo **G** 2 afficiam **GM** per*sequi* **A** 6 gestibus **G** *s. l.* saltorem **AGM**: saltatorem **S** *et dett.* 7 paenulam **A**: penulam **MS**ς, penaculam **G** 8 non pluuit **A**[1], si non pluit *Daniel* si pluuit **AG** 9 *post* proinde *lacuna unius uocab. in* **A** propis **A**[1] 12 omnes ς cadunt **S**, eadem **M** 13 per hyperbolen *addidit Regius, idem* καθ' ὑπερβολήν *proponens, ut est in* ς quale **A**(?) *et Regius:* quod **G**, quae (qui) *dett. fort.* quale quod 16 esse **GMS** interiturum *Gesner:* interitturumque **A**, interit (interim **S**) utrumq. **GS**, uicerit utrumq. **M** 17 siuerissime **A**, sit uerissime **GMS**, *em. Spalding* fit *om.* **S** ioci **a**: loci **AGMS** prope **M**: proene **A**, ꝑe (*pro* ꝓpe) **G**, proprie **S** 18 quā *codd.* prouintiam **AGS** 19 ea *om.* **G**[1] 20 querebatur **A** *in ras.* aliquit **A**[1] causa, metaphora *scripsi:* causam et abora **A**, causam et labora **G**, causa et labore **M**, causare et abora **a**, causa elabora **S**ς; c. elabora: metaphora *Spalding*, causa elabora': quaque Cic. lusit *edd. sententia est:* cum tantum tua causa egeris, iam age aliquid et rei p. causa. 21 quoque **AGMS**: quaque ς lusit **AM**: iussit **G**, usus sit **S** Vatinii **S**ς, natiui **M** 22 cercius **G** 23 allegorian **Ga**ς caellium **A**, cellium **GM** 25 emphasiauillius **G**, emphasi a*t*ullius **A**, emphasia uillius **M**, emphasia nullius **S**, antonomasia Iulius *Spalding; cum in* **A** *littera* t *ex correctione sit, lectionem uulgatam* A. Tullius *omni fundamento carere apparet* ferrum **A**, *fort.* ferreum cecidisse **G**[1]

quoque mentis, quae σχήματα διανοίας dicuntur, res eadem recipit omnis, in quas nonnulli diuiserunt species dictorum. nam et interrogamus et dubitamus et adfirmamus et minamur et optamus, quaedam ut miserantes, quaedam ut irascentes dicimus. ridiculum est autem omne, quod aperte fingitur. stulta repre- 71
hendere facillimum est, nam per se sunt ridicula, sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. stulte interrogauerat exeuntem de theatro Campatium Titius Maximus, an spectasset? fecit Campatius dubitationem eius stultiorem dicendo: '*non*, sed in orchestra pila lusi.'

Refutatio cum sit in negando, redarguendo, defendendo, 72
eleuando, ridicule negauit Manius Curius: nam, cum eius accusator in sipario omnibus locis aut nudum eum in neruo aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset, 'ergo ego' inquit 'numquam uici.' redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibium Cu- 73
rium multum de annis aetatis suae mentientem, 'tum ergo, cum una declamabamus, non eras natus', interim et simulata adsensione, ut idem Fabia Dolabellae dicente triginta se annos habere, 'uerum est' inquit: 'nam hoc illam iam uiginti annis audio'. belle interim subicitur pro eo, quod neges, aliud mor- 74
dacius, ut Iunius Bassus, querente Domitia Passieni, quod incusans eius sordes calceos eam ueteres diceret uendere solere, 'non mehercules' inquit 'hoc umquam dixi, sed dixi emere te solere'. defensionem imitatus est eques Romanus, qui obicienti Augusto, quod patrimonium comedisset, 'meum' inquit 'putaui'. eleuandi ratio est duplex, ut aut nimiam quis iactantiam minuat, 75
quemadmodum C. Caesar Pomponio ostendenti uulnus ore excep-

---

1 εχημata **GS**, cximata **A**, *om.* **M** ducuntur **G** recipit **S**: recepit **AGM** 2 omnes ς 5 aperte **S**: aparte **AGM**, apte *Burman* 7 et exeuntem **A**[1]**GM** 8 campatium (*et paulo post* campatius) *libri:* Carpathium *ed. Camp. et* ς citius **G** 9 facit *libri, em. Badius* stultitiorem **A** non *Regius: om. libri* 10 orobestra **GM**, oropestra **S** 11 redarguendo **A** *et Regius:* in arguendo **GMS** 12 nam et cum **GMS**; '*an fuit* nam eum cum *sine* eius, *ut mox post* nudum *per errorem adhaeserit* cum?' Spalding 14 exale *libri* 15 uici? *edd.* curtum **AGMS**, *cf. Caes. de b. ciu. 1, 24* 16 dementem *Spalding probabiliter* 17 et **A** *et Regius:* ut **GM**, *om.* **S**, uel *Meister II, 14* 18 dolabelle **GMS**, dolabella **A**[1] dicenti (*sed* **A** *dicenti*) *codd., em. Spalding* 19 iam **A**: *om. rell. et* ς 20 aliut **A**[1] 21 quaerente **A**[1]**G** passioni **G**, passionis **A**, passiani **S**, passanii **M** 22 eiūsordes **G** uteres **A**[1] uendere **A** (uende**ti **A**[1]) soleret **A**[1]**GM** 25 comedisset **Sa**: ****medisset **A**, cōmedisset **GM** 26 nimiam quis *Deffner sodalis seminarii philol. Monacensis:* ueniam (uerecundiam **a** *in marg.*) quis aut *libri* (*sed* **A** aut *1 m. s. l.*), uanam quis alius *Spalding; apparet adiectiuo in substantiuum deprauato* aut *ex interpolatione adiectum esse*

tum in seditione Sulpiciana, quod is se passum pro Caesare
pugnantem gloriabatur, 'numquam fugiens respexeris' inquit:
aut crimen obiectum, ut Cicero obiurgantibus, quod sexagenarius
76 Publiliam uirginem duxisset, 'cras mulier erit' inquit. hoc ge-
nus dicti consequens uocant quidam atque illi simile, quod
Cicero Curionem, semper ab excusatione aetatis incipientem,
facilius cotidie prooemium habere dixit, quia ista natura
77 sequi et cohaerere uideantur. sed eleuandi genus est etiam
causarum relatio, qua Cicero est usus in Vatinium. qui pedibus
aeger, cum uellet uideri commodioris ualetudinis factus et di-
ceret, se iam bina milia passuum ambulare, 'dies enim' inquit
'longiores sunt'. et Augustus nuntiantibus Terraconensibus,
palmam in ara eius enatam, 'apparet' inquit 'quam saepe ac-
78 cendatis'. transtulit crimen Cassius Seuerus: nam cum obiur-
garetur a praetore, quod aduocati eius L. Varo Epicurio, Cae-
saris amico, conuicium fecissent, 'nescio' inquit 'qui conuiciati
sint, et puto Stoicos fuisse'.

Repercutiendi multa sunt genera, uenustissimum, quod etiam
similitudine aliqua uerbi adiuuatur, ut Trachalus dicenti Suelio
'si hoc ita est, is in exilium', 'si non est ita, redis' inquit.
79 elusit Cassius Seuerus obiciente quodam, quod ei domo sua Pro-
culeius interdixisset, respondendo, 'numquid ergo illuc accedo?'
sed eluditur et ridiculum ridiculo, ut diuus Augustus, cum ei
Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per
iocum, temptans tamen ioci sui euentum, dixisset, 'imperator,
80 torque me dona': 'malo' inquit 'te ciuica donare': mendacium
quoque mendacio, ut Galba, dicente quodam, uictoriato se uno
in Sicilia quinque pedes longam murenam emisse: 'nihil' inquit

1 sulpitiana **G**, sulpiana **M** is se **A**: ipse **GMS**, ipse se *al.* 4 Publiliam *ed. Camp. et Burman:* publi*** **A**, publiam **Sa**, publicam **GM** 5 u*a*cant **A** quidem **GS** atque illi — dixit] *cf. Spaldingii adnot. crit. de loco impedito; nobis exemplum alienum locum obtinere uidetur; facilius id feras post* cohaerere uideantur 6 curione **A**[1] 7 cottidie prohoemium **AG** 8 leuandi **G**[1] 9 causa*rum re*latio **A** quippedibus **G** 10 commodiores **AG** *pr. m.* ualitudinis factus ediceret **GMS** 11 passu*um* **A** 12 terra conensibus **GM** 13 apparet **A** *in ras.* 14 casius **A**[1]**GS** 15 l. **AS**: uel *(per comp.)* **GM** uaro **S**: uareo **AG**, uario **M**; *cf. Spald. Praef. II, p. 7* epicurio **AGM**: epicureo **Sa**ς 16 conuitium **AGS** conuitiati **GS** 17 sed puto *Francius* fuis*se* **A** 18 *re*percutiendi **A**, repercutendi **G** uetustissimum **GMS**, uet*uss*imum **A** 19 similitudinē **GM** trachalatus **A**, trachallatus **GMS**, *em. Burman* suelio **A** 20 is **A** *in ras. fort.* ibis *ac deinde* redibis 21 proclueius **AGM**, pro culeis **S** 22 inter dixisse **A**[1] ego *Regius* 23 sed *Spalding:* sic *libri* diuus] .D. **GM** *et ed. Camp.* eius **GM** 25 imperatur (tur *per comp.*) **G** 26 te ciuica ς: ter ciuica **AM**, terauica **GS** 27 galba **MS**: galla **AG** quadam **GMS** uictoriato **A** *ut coni. Regius:* uictoria id (ad **M**) **GM** (uictoria asse uno **S**) 28 siciliam **AGM**

'mirum: nam ibi tam longae nascuntur, ut iis piscatores pro restibus utantur'. contraria est neganti confessionis simulatio, 81 sed ipsa quoque multum habet urbanitatis. sic Afer, cum ageret contra libertum Claudi Caesaris et ex diuerso quidam condicionis eiusdem, cuius erat litigator, exclamasset: 'praeterea tu semper in libertos Caesaris dicis': 'nec mehercule' inquit 'quidquam proficio'. cui uicinum est non negare quod obicitur, cum et [id] palam falsum est et inde materia bene respondendi datur, ut Catulus dicenti Philippo, quid latras? 'furem uideo' inquit. in se dicere non fere est nisi scurrarum et in oratore 82 utique minime probabile, quod fieri totidem modis quot in alios potest: ideoque hoc, quamuis frequens sit, transeo. illud uero, 83 etiamsi ridiculum est, indignum tamen est homine liberali, quod aut turpiter aut potenter dicitur: quod fecisse quendam scio, qui humiliori libere aduersus se loquenti, 'colaphum' inquit 'tibi ducam et formulam scribes, quod caput durum habeas'. hic enim dubium est, utrum ridere audientes an indignari debuerint.

Superest genus decipiendi opinionem aut dicta aliter intelle- 84 gendi, quae sunt in omni hac materia uel uenustissima. inopinatum et a lacessente poni solet, quale est, quod refert Cicero: quid huic abest nisi res et uirtus? aut illud Afri: homo in agendis causis optime uestitus: et in occurrendo, ut Cicero audita falsa Vatini morte, cum obuium libertum eius interrogasset 'rectene omnia?' dicenti recte, 'mortuus est?' inquit. plurimus autem circa simulationem *et dissimulationem* 85 risus est, quae sunt uicina et prope eadem, sed simulatio est certam opinionem animi sui imitantis, dissimulatio aliena se parum intellegere fingentis. simulauit Afer, cum in causa sub-

9. cf. Cic. de Orat. 2, 54, 220. 21. de Orat. 2, 70, 281.

1 *i*bi **A** longe **GM** is **AG**, his **a**, hys **M** 2 utantur *Regius:* cingantur **AMS**, cingatur **G** 3 habe*t ur*banitatis **A** cum **A**, eum **G**, *om.* **S** 4 claudii **a**ς quidem **GM** 5 cuius **A**: ciuium **GMS** litigator **a**: litigatur **A**, litigatus **GMS** exclamasse **GM**, exclamasse foret **S** 6 libertas **G** 7 uicinum **A** *et Regius:* uicinium **GM**, uitium *dett. alii* 8 id *Spaldingio delendum uidetur* 10 ferre *libri* 11 quot **Sa**: quod **AGM** 13 tamen est **AGMS**: est *om.* ς liberali *edd. ueteres:* tolerabili *libri* 14 po*t*enter **A**, impotenter *edd. uett.* 15 qui **A** *in ras.* (quid **A**[1]?) humilior **A**[1] aduersus eloquenti **G** colophum **A**[1]**GS**, coluphum **M** 16 scribes **A**: scribe **GM**, scribo **S**, scribam *Badius et* ς 19 opinione *libri, em. Burman* 21 lacescente **G** 22 huic est *libri* illud **AS**: illi **GM** 24 Vatinii ς obuium **A**: ouium **GM**, ouimum **S** 26 inquit — risus est *om.* **A**[1] simulatione **G**, simulationes **M** et dissimulatione *add. Regius* 29 intelli*gere* finge*ntis* **A** (**A**[1] *pauciores litteras habuerat*)

inde dicentibus, Celsinam de re cognouisse, quae erat potens
femina: 'quis est' inquit 'iste?' Celsinam enim uideri sibi ui-
86 rum finxit. dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum
laesisset, et instaret identidem accusator 'dic, M. Tulli, si quid
potes de Sexto Annali': uersus enim dicere coepit de libro Enni
annali sexto:

quis potis ingentis causas euoluere belli?

87 cui sine dubio frequentissimam dat occasionem ambiguitas, ut
Cascellio, qui consultatori dicenti 'nauem diuidere uolo', 'per-
des' inquit. sed auerti intellectus et aliter solet, cum ab asperi-
oribus ad leniora deflectitur: ut qui interrogatus, quid sentiret
de eo, qui in adulterio deprehensus esset, tardum fuisse respon-
88 dit. ei confine est, quod dicitur per suspicionem: quale illud
apud Ciceronem querenti, quod uxor sua ex fico se suspendisset,
'rogo des mihi surculum ex illa arbore, ut inseram': intellegi-
89 tur enim quod non dicitur. et hercule omnis salse dicendi ra-
tio in eo est, ut aliter, quam est rectum uerumque, dicatur:
quod fit totum fingendis aut nostris aut alienis persuasionibus
90 aut dicendo, quod fieri non potest. alienam finxit Iuba, qui
querenti, quod ab equo suo esset adspersus, 'quid? tu', inquit
'me Hippocentaurum putas?' suam C. Cassius, qui militi sine
gladio decurrenti, 'heus, commilito, pugno bene uteris' inquit.
et Galba de piscibus, qui cum pridie ex parte adesi et uersati
postera die adpositi essent, 'festinemus, alii subcenant' inquit.
tertium illud Cicero, ut dixi, aduersus Curium: fieri enim certe
91 non poterat, ut, cum declamaret, natus non esset. est et illa
ex ironia fictio, qua usus est C. Caesar. nam cum testis diceret,

6. p. 29 Vahl. 11. cf. Cic. de Orat. 2, 68, 275. 14. ibid. 69, 278.

1 cognouisset **GMS** 3 testes **A**^{1} 4 instare adentidem **G** accusator dic M. Tulli si quid *scripsi:* accusatodi m. (m. *om.* **A**) tullius inquid **AG**, accusatori dicit (*om.* **S**) Marcus tullius inquit **MS**, accusator ei Dic, M. Tulli, numquid *Regius et* ς 5 pote*s d*e **A** *enni an*nalis **A**, ennii annalis **G**, emnii annali **S**, enim annalis **M** 7 ingentis oras *Diomedes et Seruius in Aen. 9, 528* 9 consultori *Regius* pedes **AGMS**, *cf. Macrob. Sat. 2, 6, 2* 10 set **A**^{1} 11 indeflectitur *codd.* 13 ei *Regius:* et *codd.* confine **A**: quod fine **GMS** suspitionem **G**, suspicationem **S** qua*l*e **A**, quare **GMS** 14 aput **A**^{1} quaerenti **A**^{1}**G**, *item infra u. 20* se **A**: sese **GMS**ς 15 surculum **G** *s. l.* 17 *ut* ali*t*er (alter *1 m.*) **A** 19 alienam (*sc.* persuasionem) **AG**: aliena **MS**ς 20 ab *e*quo suo* **A**, ab eo quod suos **GS**, ab equo **M**, *fort.* ab equo eius aspersus **GMSa**ς 21 suam *nos:* sua *libri* 23 adesi **A** *ut coni. Badius:* adusti **a** *et rell.* 24 appositi **S**: positi **AM**, positus **G** subcenant **A**, subscenant **G** 25 cicero **AGM**: ciceronis **S** *et edd. priores, at repetendum ex superioribus* finxit curbum **AGM**, curuum **Sa** 26 decla*maret* **A**, *an* declamabat? *ut est* § *73* 27 hironia **GM** cum *om.* **A**^{1}

a reo femina sua ferro petita, et esset facilis reprehensio, cur
illam potissimum partem corporis uulnerare uoluisset: 'quid enim
faceret', inquit 'cum tu galeam et loricam haberes?' uel opti- 92
ma est simulatio contra simulantem, qualis illa Domiti Afri fuit.
uetus habebat testamentum, et unus ex amicis recentioribus,
sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam fabulam intulerat, consulens eum, an primipilari seni iam testato rursus suaderet ordinare suprema iudicia, 'noli' inquit 'facere: offendis illum'.

Iucundissima sunt autem ex his omnibus lenia et, ut sic 93
dixerim, boni stomachi: ut Afer idem ingrato litigatori conspectum eius in foro uitanti per nomenclatorem missum ad eum, 'amas me', inquit 'quod te non uidi?' et dispensatori, qui, cum reliqua non responderent, dicebat subinde 'non comedi panem et aquam bibo': 'passer redde quod debes'. quae ὑπὸ τὸ
ἦθος uocant. est gratus iocus, qui minus exprobrat quam po- 94
test, ut idem dicenti candidato 'semper domum tuam colui', cum posset palam negare, 'credo' inquit 'et uerum est'. interim de se dicere ridiculum est: et, quod in alium si absentem diceretur, urbanum non erat, quoniam ipsi palam exprobratur,
mouet risum: quale Augusti est, cum ab eo miles nescio quid 95
inprobe peteret et ueniret contra Marcianus, quem suspicabatur et ipsum aliquid iniuste rogaturum: 'non magis' inquit 'faciam, commilito, quod petis, quam quod Marcianus a me petiturus est.'

Adiuuant urbanitatem et uersus commode positi, seu toti ut 96
sunt (quod adeo facile est, ut Ouidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuerit), quod fit gratius,

---

2 illa **G** uoluisse **A**^{1} 4 est h' simulatio **A** Domitii ς 5 ex amicis recencioribus **A** *in ras.* 6 aliquid **A**^{1} 7 primipilaris enim intestator (testor **S**) suaderet *libri; emendationem loci ab aliis inceptam perfecit Spalding* 8 offendes enim *Turnebus Aduers. 27, 35* 10 lenia *Regius:* lenta **AG**, leuia **M** et *om.* **AGMS** 11 Afer idem ingrato *Spalding:* aper iadem (iamdem **a**) igrato **A**, aperiā (aperiant **M**) demigrato **GSM**, Afer ingrato *Regius* 14 responderent *Salmasius (ad Spartiani Hadr. c. 7):* responderet *libri, sed* **A**^{1} responeret; ad reliqua non responderet *Regius* cōmedi **G** pane et aqua **A**^{1} 16 iocus *Regius:* locus **AGS**, hoc **M** exprobat **A** 17 *domum* **A** 18 ue*rum interim* **A** *in ras.* (*om.* est) 19 de se dicere **A** *2 m. in ras.* de praesente dicere *coni. Zumpt*, et serio dicere *Meister q. Q. II, 11* est *om. ed. Bonn.* quod in absentem si diceretur *Zumpt*, quod in alium absentem si dic. *Capper.* 20 diceret *libri, em. Obrecht* 21 moue*t r*isum **A** 22 et *add. Spalding* martianus **MS**, marcanus **A**, mar**anus *(add. i sup. ras.)* **G** 24 quod petis **AG**: q̄m p. **S**, quae p. **M**ς 26 adiuua*nt ur*banitatem **A** positi* **A** toti *Regius:* tot *libri* (tot ut sunt seu plures **a**) 27 adeos **G** tetrasticon **AGM**, *sed* **A** ex tetrasticon *in ras.* tetraste cum **S** 28 fit **A** *in ras.*

si qua etiam ambiguitate conditur: ut Cicero in Lartium, hominem callidum et uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset:

nisi si qua Ulixes interuasit Lartius:

97 seu uerbis ex parte mutatis, ut in eum, qui, cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur:

hereditas est, quam uocant sapientiam

pro illo facilitas est: seu ficti notis uersibus similes, quae
98 παρῳδία dicitur: et prouerbia oportune aptata, ut homini nequam lapso et ut adleuaretur roganti, 'tollat te qui non nouit'. ex historia etiam ducere urbanitatem eruditum est, ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius 'non intellego haec aenigmata', 'atqui debes', inquit 'cum Sphingem domi habeas': acceperat autem ille a Verre Sphingem aeneam magnae pecuniae.

99 Subabsurda illa constant stulti simulatione, quae, nisi fingantur, stulta sunt: ut, qui mirantibus, quod humile candelabrum emisset, 'pransorium erit' inquit. sed illa similia absurdis sunt acria, quae tamquam sine ratione dicta feruntur: ut seruus Dolabellae, cum interrogaretur, an dominus eius auctionem pro-
100 posuisset, 'domum' inquit 'uendidit'. deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant: ut, qui testem dicentem se a reo uulneratum interrogauerat, an cicatricem haberet, cum ille ingentem in femine ostendisset, 'latus' inquit 'oportuit'.

---

4. tragici incerti p. 211 Ribb. 8. comici incerti p. 104 R.

---

1 conditus **G** in Lartium *Bonnell: in le*rtium **A**, in artium **G**, martium **MS**, in Marcium *edd. priores* nomine **AGMS** 2 calidum **A**[1]**G** u*er*sutum **A** 4 nisi si **AG** *ut coni. Spalding*: nisi *dett.* quia **MS** interuasit *libri:* lintre (*uel* inde) euasit *Spalding (item Ribbeck Trag. rell. p. 211)*, arte (*uel* rate) euasit *alii* Lartius **A** *et Spalding:* lertius (laertius **a**) *rell.*
5 stultissim*us* **A**, stultissima **G** 6 habit*us* **A** 8 hereditas **AGM**: cuius hereditas **S** *et corr.* **T** est **A**, esset **MS** 9 falicitas **A**, facillitas **M**, felicitas **a** quae **A**: q. **GM**, quod **S** *et dett.* 10 ΠΑΡΟΔΙΑ **AG**, paronia **S**, *om.* **M** *o*portunae **A** homine quam (nequam **a**) **AGM**, homine in aquam **S** 11 alleuaretur **GSaς**, alleuare **M** rogant **G**, rogante **M** 12 ducere *ed. Camp. et Regius:* docere **AGMS** urbinitatem **A**
14 adqui **A**[1] spingen domi **AGMS**, *sed* **A** ndo *in ras.* 15 spingem **AGS**, spingen **M** 17 stulti simulatione: quae *Spalding:* stultissimi (stultissima **G** *pr. m.*) imitatione et quae *libri, cf. supra* § *23* 18 humile **S**: humilem **AGM** 20 feruntur **S**: ferunt **AGM** *ut* **A**, et **GM** ser ser nus **G** 21 interrogaret **GM** an *om.* **A**[1] 22 domum — explicant *om.* **G** *pr. m.* deprensi **A**: deprehensi **GSM** pudore **G** 23 ali*quo* **A**, alioquo **GM** 25 femore **M** oportuit. contumeliis *Badius:* oportuitumis **AG**, oportumiis is **S**, oportuit. Is **M**, oportuit. conuiciis *(uel)* iurgiis *Regius*

contumeliis quoque uti belle datur: ut Hispo obicienti atrociora
crimina accusatori, 'me ex te metiris' inquit. et Fuluius †pro-
pinquuus legato interroganti, an in tabulis, quas proferebat,
chirographus esset, 'et uerus' inquit 'domine'.

Has aut accepi species aut inueni frequentissimas, ex qui- 101
bus ridicula ducerentur: sed repetam necesse est infinitas esse
tam salse dicendi quam seuere, quas praestat persona, locus,
tempus, casus denique, qui est maxime uarius. itaque haec, 102
ne omisisse uiderer, attigi: illa autem, quae de usu ipso et
modo iocandi complexus sum, adeo infinita * * plane necessaria.

His adicit Domitius Marsus, qui de urbanitate diligentissime
scripsit, quaedam non ridicula, sed cuilibet seuerissimae orationi
conuenientia eleganter dicta et proprio quodam lepore iucunda:
quae sunt quidem urbana, sed risum tamen non habent. neque 103
enim ei de risu, sed de urbanitate est opus institutum, quam
propriam esse nostrae ciuitatis et sero sic intellegi coeptam,
postquam urbis appellatione, etiamsi nomen proprium non adi-
ceretur, Romam tamen accipi sit receptum. eamque sic finit:
urbanitas est uirtus quaedam in breue dictum coacta 104
et apta ad delectandos mouendosque homines in om-
nem adfectum animi, maxime idonea ad resistendum
uel lacessendum, prout quaeque res aut persona de-
siderat. cui si breuitatis exceptionem detraxeris, omnis ora-
tionis uirtutes complexa sit. nam si constat rebus et personis,
quod in utrisque oporteat dicere, perfectae eloquentiae est. cur

1 uti belle **A**: utile belle **MS**, utile bello **G** obicienti atrociora c. *scripsi incerta coniectura:* obicientibus arbore crimina *libri*, obiicienti bis acerba crimina *edd. (sic iam ed. Camp. sed om. inepto* bis) 2 me ex te metiris *Buttmann:* mentis **AGM**, mentiris **S** fluuius **GM**, fuluinus **S** propineus **A**, Propinquus *Gesner:* propinqui de legato *censor edit. Spalding. (Schuetz) in ephemer. Halensibus (Allgem. Lit. Zeit.) a. 1804 p. 155; loci obscurissimi emendatio prorsus incerta est* 3 an **AS**: aut **GM** 4 chirografus **A**, chyrographus **M**, cirographus **GS** 7 quasse **G**, *sed* se *punct.* 8 qui* est **A**, quis est **GM**; *ipse malim* qui sunt m. uarii 9 omisisse **A**, ommisisse **G**, omisse **M** uiderer **A** 10 infirmare **A**, infirmarem **G**, infirma sed **MS**; *quaedam deesse fere apparet, in illo autem* infirma *latere* infinita *perspexit Gesnerus; fort.* adeo infinita [sunt, ut tantum adtulerim] plane necessaria 11 is **G**, his adicit **A** *in ras.* 12 seuerissime **A** 13 *e*legantur **A** iocunda **GS** 16 ciuitatis ait et *Regius* sero **G** *s. l. m. 2 sed uetere* 17 appellatione **A**: appellationem *rell. noti* 18 romam **M**: roma **AGS** accepisset receptu **A**[1] *ut uidetur* 21 animi **A**: *om. codd. rell.* *ido*nea **A** 22 lacessandum **AG**, *sed altera* a **A** *in ras.* lacesscendum **M** aut] ā **A**, a **GM**, e **S**, ac *corr.* **T** *et* ϛ 23 si *om.* **A**[1] exceptione **A**[1]**GM** omnes ϛ 24 si constat **A**: sicut ista *codd. rell.* si consistat *Bonnell* 25 *el*oquentiae est **A**, eloquentiēē **G**, eloquenti esse **M**

105 autem breuem esse eam uoluerit, nescio, cum idem in eodem
libro dicat fuisse in multis narrandi urbanitatem. *urbanum*
paulo post ita finit, Catonis, ut ait, opinionem secutus: urbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque
erunt, et qui in sermonibus, circulis, conuiuiis, item
in contionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. risus erit, quicumque haec faciet orator.
106 quas si recipimus finitiones, quidquid bene dicetur, et urbane
dicti nomen accipiat. ceterum illi, qui hoc proposuerat, consentanea fuit illa diuisio, ut dictorum urbanorum alia seria, alia
iocosa, alia media faceret: nam est eadem omnium bene dictorum. uerum mihi etiam iocosa quaedam uidentur posse *in* non
107 satis urbana referri. nam meo quidem iudicio illa est urbanitas,
in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu neque uerbis neque ore gestuue possit deprendi, ut non tam sit in singulis dictis quam in toto colore
dicendi, qualis apud Graecos ἀττικισμός ille redolens Athenarum
108 proprium saporem. ne tamen iudicium Marsi, hominis eruditissimi, subtraham, seria partitur in tria genera, honorificum, contumeliosum, medium. et honorifici ponit exemplum Ciceronis
pro Q. Ligario apud Caesarem: qui nihil soles obliuisci
109 nisi iniurias, et contumeliosi, quod Attico scripsit de Pompeio et Caesare: habeo quem fugiam, quem sequar non
habeo, et medii, quod ἀποφθεγματικόν uocatur, ut est in Catilinam, cum dixit: neque grauem mortem accidere uiro

21. c. 12, 35. 22. ad Attic. 8, 7, 2. 25. IIII, 2, 3.

1 cum idem *nos:* cumidem (qumidem **A**¹?) ad quem **A**, cuidem (cuidam **M**) ad quem **GM**, quidem. at quam **S**ς, quidem. at cum *Spalding;* ad quem *ex dittographia aut correctione ortum uidetur* 2 fuisse *Spalding:* fuisse et *libri* urbanum *addidimus* 4 homo erit **S**: homo non erit **AGM** 5 conuiuiis **MSa**: conuis **AG**, conuiuis **g** item **G** *s. l.* 6 omnia **G** 7 erit **A**: erunt **GMS**ς, eruet *Badius*, *possis etiam* eliciet, *nisi potius scribendum est:* risus erit ubicumque (*uel* quandocumque) haec f. o. 8 recipimus **A** finitionis **A**¹**GM** quicquid **A**¹**G** 9 accipiat **AGM**: accipiet **Sa**ς ceterum **S**: eterum **AG** *et plerique*, erum **M** 12 in non s. urbana *G. Meinel sodalis seminarii philol. Monacensis:* non s. urbana **AGM**, non s. urbane **S**ς 13 nam eo **G**, nam ex meo **S**, meo *om.* **M** 15 sens*u* **A** gestuque **AG**, gestumque **M**, gustuque **S** deprehendi **M**ς 17 atticismos **AGS**, atticus mos **M** redolens *Regius:* reddens *libri* 18 eruditissimis **GS** 19 patitur **G** 20 et **A** *in ras.* 21 pro Q. **A**: quoque **GM**, quod pro **S**, Q. *om. edd.* aput **A**¹ sole*s* **A** 22 iniuria*s* e*t* **A** contumeliosi* **A**, contumeliosis **G** 23 qu*em* **A**: quemq. **GS** (quem prosequar **M**) 24 medi **A**¹**GM** αποφθημaτικον **AG**, apothematicon **S** uocat *libri, em. Spalding* ut est in Cat. *nos:* et est ita *libri*, et est in Catilinam *Spalding* 25 dixerit *codd., em. Regius, ipse malim* quod dixit turpem *Cicero* uiro forti accidere **GM**

forti posse nec inmaturam consulari neque miseram
sapienti. quae omnia sunt optime dicta, sed cur proprie no-
men urbanitatis accipiant non uideo. quod si non totius, ut 110
mihi uidetur, orationis color meretur, sed etiam singulis dictis
tribuendum est, illa potius urbana ex serio dixerim, quae sunt
generis eiusdem, *ex* quo ridicula ducuntur et tamen ridicula non
sunt, *ut* de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato
dictum est, esse eum omnium horarum, et de actore facile di- 111
cente ex tempore, ingenium eum in numerato habere: etiam
Pompei, quod refert Marsus, in Ciceronem diffidentem partibus:
'transi ad Caesarem: me timebis'. erat enim, si de re minore
aut alio animo aut denique non ab ipso dictum fuisset, quod
posset inter ridicula numerari. etiam illud, quod Cicero Caerel- 112
liae scripsit reddens rationem, cur illa C. Caesaris tempora tam
patienter toleraret: haec aut animo Catonis ferenda sunt
aut Ciceronis stomacho: stomachus enim ille habet aliquid
ioco simile. haec, quae monebam, dissimulanda mihi non fu-
erunt: in quibus ut errauerim, legentis tamen non decepi, in-
dicata et diuersa opinione, quam sequi magis probantibus libe-
rum est.

IV. Altercationis praecepta poterant uideri tunc inchoanda, cum omnia, quae ad continuam orationem pertinent, peregissem, nam est usus eius ordine ultimus: sed cum sit posita in sola inuentione neque habere dispositionem possit nec elocutionis ornamenta magno opere desideret aut circa memoriam et pronuntiationem laboret, prius quam secundam quinque partium, hanc, quae tota ex prima pendet, tractaturus non alieno

---

13. in ep. deperdita.

---

1 possit **G** *corr. ex* posset nec miseram **AGMS**: neque m. ς 2 nomen **G** *corr. m. 1 ex* dicta 3 non solum t. *complures edd. uett.* totius **A**: t**us **G**, totis **g**, totus **S**ς, non t. *om.* **M** 5 urbana ex serio *Spalding:* urbe exerio **G**, urbe ex serio **MS**, urb*ana esse* **A** *in ras. m. 2*, urbana ς 6 ex *add. Spalding* ducuntur **A**: dicuntur *rell. et* ς 7 ut *add. Regius* asinio **M**: annio **AGS** locis quae **A**[1]**GMS** 8 esse cum **A**[1]**GMS** 9 eum **A** *corr. ex* cum 10 Pompeii ς 12 non *Regius et* **A**: iam **S**, nam *codd. rell.* 13 caerelliae **G**: cerelliae **AM**ς, cerelie **S** 15 pacienter **A** haec aut̃ **G** 16 cicero*nis* **A**, ciceroni **G**, ceronis **M** stomaco stomacus **A** illic *Regius* 17 haecq. **GM** monebam *nos:* mouebant *libri,* monebant *Gesner*, me mouebant *Spalding hoc addito: 'quamquam fateor sic quoque nimis correptam locutionem pro hac pleniore:* quae me mouebant ut aliter sentirem ac Marsus' dissimulandam **A**[1]**GM** 18 legentes **GMS** decipi **A**[1]**GMS** 20 est **A** *in ras.* 21 *praemissum in* **a**ς DE ALTERCATIONE poterant **S**: poteram **AGM** 23 peregisse **A**[1] n*am est* **A**, ñest **GMS** ultim*us* **A** 24 abere dispotionem **G** 25 magnopere *libri* desideret **AS** *(sed* **A** d *prior in ras.):* resideret **GM** 27 tota* **A**, totam **GM** pendet **G** *corr. m. 2 ex* partet

loco uideor: quam scriptores alii fortasse ideo reliquerint, quia
satis ceteris praeceptis in hanc quoque uidebatur esse prospec-
2 tum. constat enim ex intentione ac depulsione, de quibus sa-
tis traditum est, quia quidquid in actione perpetua circa proba-
tiones utile est, idem in hac breui atque concisa prosit necesse
est. neque alia dicuntur in altercatione, sed aliter, aut inter-
rogando aut respondendo. cuius rei fere omnis obseruatio in
3 illo testium loco excussa nobis est. tamen quia latius hoc opus
adgressi sumus neque perfectus orator sine hac uirtute dici po-
test, paululum inpendamus huic quoque peculiaris operae, quae
quidem in quibusdam causis ad uictoriam uel plurimum ualet.
4 nam ut in qualitate generali, in qua rectene factum quid an
contra sit quaeritur, perpetua dominatur oratio, et quaestionem
finitionis actiones plerumque satis explicant et omnia paene, in
quibus de facto constat aut coniectura artificiali ratione colli-
gitur: ita in iis causis, quae sunt frequentissimae, quae uel solis
extra artem probationibus uel mixtis continentur, asperrima in
hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pu-
5 gnari. nam et firmissima quaeque memoriae iudicis inculcanda
sunt, et praestandum quidquid in actione promisimus, et re-
fellenda mendacia. nusquam est denique qui cognoscit intentior.
nec inmerito quidam quamquam in dicendo mediocres hac tamen
6 altercandi praestantia meruerunt nomen patronorum. at quidam
litigatoribus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorem
praestitisse contenti cum turba laudantium destituunt subsellia
pugnamque illam decretoriam imperitis ac saepe pullatae turbae
7 relinquunt. itaque uideas alios plerumque in iudiciis priuatis

1 reliquerint **G**: relinquerint **M**, reliquerunt **AS**ς, *sed* unt **A** *in ras.* 2 hac **GMS** uidebatur **AS** (**A** at *in ras.*): uidebantur **GM** prospectum *Regius:* perfectum *libri, sed* **S** spectum 3 ex **a**: aut **A**(?)**GS**, ex intent. *om.* **M** ac **AG**: aut **MS** *et dett.* 4 quicquid **G** 5 idem **AM**: id est **G**, id et **S** 6 ali*a* **A** dicuntur **S**: dicantur **AGM** 8 a nobis *malim* 10 paulum **A**(?) *teste Zumptio* quoque **MS**: quorum **AG** 11 quid*em* in quibus*dam* **A**, quidam in quibusde **GM** 12 ut in **AS**: utine **G**, utique ne **M** 13 dominatur **A** *in ras. et Regius:* donatur *codd. rell.* 14 actionis **A**[1]**GMS** penae **A** 15 de facto non constat coniectura — colligit *coniecit Spalding* constet **GM** artificialiā **a** 16 his **AGMS** frequentissime **A**[1]**GMS** quaeue solis **GMS** 17 asperima **G** 18 mucrone **AMS** (one **A** *in ras.*): mucrū nec **G** 19 infirmissima **A**[1]**GMS** iudic*is* **A**, iudiciis **G** inculcanda **Sa**: inculcata **AG**, inculcandi **M** 20 sint **G** refellendam (*item* **A**[1]) mendatia **G** 23 *mer*uerunt **A** ad **A**[1]**G** 24 suis *Regius et* **A** (?): uis **GM**, usi **S**, uix **a** modo] *add. in marg.* **a**: uel domi 26 pugna*mque* **A** detretoriam **G**, decertatoriam *Regius*, *cf. 10, 5, 20 et Sen. epist. 117, 25* 27 relincunt **A**[1] in iudiciis *nos:* inridiis **GM**, insidiis **AS** *(sed in* **A** *prior* s *in ras.)*, iudiciis *Regius et* ς

ad actiones aduocari, alios ad probationem. quae si diuidenda sunt officia, hoc certe magis necessarium est, pudendumque dictu, si plus litigantibus prosunt minores. in publicis certe iudiciis uox illa praeconis praeter patronos ipsum, qui egerit, citat.

Opus est igitur in primis ingenio ueloci ac mobili, animo 8 praesenti et acri. non enim cogitandum, sed dicendum statim est et prope sub conatu aduersarii manus exigenda. quare cum in omni parte huiusce officii plurimum facit totas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse causas, tum in altercatione maxime necessarium est omnium personarum, instrumentorum, temporum, locorum habere notitiam: alioqui et tacendum erit saepe et aliis subicientibus (plerumque autem studio loquendi †fatue modo) accedendum: quo nonnumquam accidit, ut nostra credulitate aliena stultitia erubescamus. neque tantum cum his 9 ipsis monitoribus clam res erit: quidam faciunt aperte, quae rixemur. uideas enim plerosque ira percitos exclamantis, ut iudex audiat contrarium id esse, quod admoneantur, sciatque ille, qui pronuntiaturus est in causa, malum quod tacetur. quare 10 bonus altercator uitio iracundiae careat: nullus enim rationi magis obstat adfectus et fert extra causam plerumque et deformia conuicia facere ac mereri cogit et in ipsos nonnumquam iudices incitat. melior moderatio ac nonnumquam etiam patientia: neque enim refutanda tantum, quae ex contrario dicuntur, sed contemnenda, eleuanda, ridenda sunt, nec usquam plus loci recipit urbanitas. hoc, dum ordo est et pudor: contra turbantis audendum et inpudentiae fortiter resistendum. sunt enim 11 quidam praeduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore et

---

1 ad actionem *malebat Spalding* aduocari **A**: uocari *rell.* 5 ingeni **A**^{1} ac mobili **G** *s. l.* 6 satis **A**(?)**GMS**, satim **a**, *em. ed. Camp.* 7 aduersari **A**^{1}**G** erigenda *al.* 8 in **S**: *om.* **AGM** offici* **A** 9 nosse *Regius:* nos** nosse **A**, nos nosse *rell.* tum **a**: tunc **AGMS** 11 alioquin **MS** erit *Aldus:* ergo *libri*, est *Regius* 12 autem **AGMS**: *om. edd.* 13 fatuae modo *Spalding, quo non multum lucramur; nam durius foret supplere* subiciunt; *fort.* fatuantur quod **Sa** nonnumquam **A**: numquam **GMS** ut **A** *et Regius:* in **GMS**, ut in **ς** 14 erubiscamus **A**^{1} n. tantum cum his ipsis monitoribus clam res erit *scripsi praeeunte Spaldingio:* n. tam cum (tantum **S**) his ipsis monitoribus clarescit *libri*, n. iam cum his ipsis m. clam res fit *Spalding* 15 *fort.* iaciunt *cf. uar. lect. ad 6, 3, 42* 16 exclamantes **GSaς**, enim — exclam. *om.* **M** 17 admoneantur *Zumpt:* admoneant **AG**, admoneatur **MS** sci*at*que **A**, sciantque **G** 18 est **A** *in ras.* 19 bonus alterc. — incitat *habent exc. Cassiod. p. 503, 31* nullius **GS**, nullis **M** ratio **A**^{1} 20 fert **AG** *ut coni. Regius:* fere (feri **M**) *dett.* plerumque et *Cassiod.:* et plerumque et **AGMS**, et plerumque **aς** 21 conuitia **GS** 24 contemnenda **S**: continenda **AGM**, *cf. 5, 13, 22* 25 recipit (recepit **S**) *libri:* reperit *Regius* hoc dum *Spalding:* hocdium **AG** (odium mordet et pudor **MS** *et dett.*) 26 audiendum **G** *pr. m. et* **M** inpudentia **A**

medios sermones intercipiant et omnia tumultu confundant, quos
ut non imitari, sic acriter propulsare oportebit, et ipsorum in-
probitatem retundendo, et iudices uel praesidentis magistratus
appellando frequentius, ut loquendi uices seruentur. non est res
animi iacentis et mollis supra modum frontis, fallitque plerum-
12 que, quod probitas uocatur, quae est inbecillitas. ualet autem
in altercatione plurimum acumen, quod sine dubio ex arte non
13 uenit: natura enim non docetur, arte tamen adiuuatur. in qua
praecipuum est semper id in oculis habere, de quo quaeritur et
quod uolumus efficere: quod propositum tenentes nec in rixam
ibimus nec causae debita tempora conuiciando conteremus gau-
debimusque, si hoc aduersarius facit.

14 Omni tempore fere parata sunt meditatis diligenter, quae
aut ex aduerso dici aut responderi a nobis possunt. nonnum-
quam tamen solet hoc quoque esse artis genus, ut quaedam in
actione dissimulata subito in altercando proferantur: est inopi-
natis eruptionibus aut incursioni ex insidiis factae simillimum.
id autem tum faciendum est, cum est aliquid, cui responderi
non statim possit, potuerit autem, si tempus ad disponendum
fuisset. nam quod fideliter firmum est, a primis statim actioni-
15 bus arripere optimum est, quo saepius diutiusque dicatur. illud
uix saltem praecipiendum uidetur, ne turbidus et clamosus tan-
tum sit altercator, et quales faceti sunt, qui litteras nesciunt.
nam inprobitas, licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est.
16 nocet etiam diu pugnare in iis, quae optinere non possis. nam
ubi uinci necesse est, expedit cedere, quia, siue plura sunt, de

---

1 tumultū **GM**, intumultu **S** conf*undant* **A**, confidant **GMS** 2 inprobitate **G** 3 retundendo **A**: retundendū **GM** (inprobitas retundenda **S**) praesidentis **A**: p̓sidentis **G**, possidentis **FMT**, potestates **S** 5 iacentis **G** *corr. ex* iacens molli **A**¹**G** *ple*rumque **A**, ferrumque **GM**, uerum **S**, fallitque quod plerumque prob. *malebat Spalding* 9 est **Sa**: et **AG** (est — propositum *om.* **M**) de **G** *s. l.* 10 quod propos. **AG**: quia propos. **S**ς nec in rixam **a**: ne in r. **AG**, in rixam non **S**ς, nec *om.* **M** 11 nec causae **Sa**: ne causae **AGM** 13 omni tempore **A**: omni tempora **G**, omnia tempora **MS** fere **S**: ferre **AMg**, *om.* **G** quae (que **A**¹) quid aut **A**, quae quod aut **GM**, queq; aut **S** 14 possunt **AGM**: possint **S**ς 15 sole*t h*oc **A**, solent hoc **GM** 16 dissimula*ta* **A** 17 aut incur- (ex) sioni ex i. factae *Gernhard:* aut incisio ex insidiis* factae **A**, aut in in- (oincisio) sidiis* facte **G**, nam in inexsidiis incisio facte **M**, aut ex insidiis citissimo facto **S** 18 autem tum **M**: auttentum **A**, autem dum **G**, autem tàm **S** est cum est aliquod **S**, est cum aliquid **AGM**, cum est aliquid *edd.* 19 ad dispiciendum *malebat Spalding coll. 10, 7, 20*, ad respondendum *Regius* 20 primi statum **G** actioni **A**¹ 23 altercatur **A**¹ faceti *nos*: facti *libri*, fatui *Badius*, fere *edd.* 25 nocet — necesse est *om.* **A** *pr. m.* pugnare *Badius:* pugna *libri* 26 quia siue **a**: quasi uel **A**, quia si uel **G**, quia simul **MS**

quibus quaeritur, facilior erit in ceteris fides, siue unum, mitior
solet poena inrogari uerecundiae. nam culpam, praesertim de-
prensam, pertinaciter tueri culpa altera est.

Dum stat acies, multi res consilii atque artis est, ut erran- 17
tem aduersarium trahas et ire quam longissime cogas, ut uana
interim spe exultet. ideo quaedam bene dissimulantur instru-
menta: instant enim et saepe discrimen omne committunt, quod
deesse nobis putant, et faciunt probationibus nostris auctorita-
tem postulando. expedit etiam dare aliquid aduersario, quod 18
pro se putet, quod adprehendens maius aliquid cogatur dimittere:
duas interim res proponere, quarum utramlibet male sit electu-
rus: quod in altercatione fit potentius quam in actione, quia in
illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersarium quasi confessum
tenemus. est in primis acuti uidere, quo iudex dicto moueatur, 19
quid respuat: quod et uultu saepissime et aliquando etiam dicto
aliquo factoue eius deprehenditur. et instare proficientibus et
ab iis, quae non adiuuent, quam mollissime pedem oportet re-
ferre. faciunt hoc medici quoque, ut remedia proinde perseue-
rent adhibere uel desinant, ut illa recipi uel respui uident. non- 20
numquam, si rem euoluere propositam facile non sit, inferenda
est alia quaestio, atque in eam iudex, si fieri potest, auocandus.
quid enim, cum respondere non possis, agendum est, nisi ut
aliud inuenias, cui aduersarius respondere non possit? in pleris- 21
que idem est, ut dixi, qui circa testes locus, et personis modo
distat, quod hic patronorum inter se certamen, illic pugna inter
testem et patronum.

Exercitatio uero huius rei longe facilior. nam est utilissi-
mum frequenter cum aliquo, qui sit studiorum eorundem, sumere
materiam uel uerae uel etiam fictae controuersiae et diuersas
partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici

---

1 caeteris **G** 2 deprensam **AGS**: depressam **M** *et dett.* deprehensam ς 4 res *Spalding:* in re (rem **S**) *libri, cf. supra* § *11* consili **A**[1] 5 aduersariu*m* traha*s* **A** uana **A** *corr. ex* una 7 committunt eo (*uel* ei) *coni. Spalding, an* eo uertunt? 9 aduers*ar*io **A** 10 quodque adpr. *Spalding* maius *bis habet* **G** 12 quod intercatione **AG** *pr. m.* 13 hac **G** *s. l.* aduersariu*m quasi* confessum tenem*us* **A** 14 quo iudex dicto **A** *in ras.* (quo iudicio **A**[1]?) 17 adiuuant **S** *et dett.* pede **A**[1]**GM** operet **GM** referret **G**[1] 18 perinde *Regius* 19 desi*n*ant ut il*l*a **A** nonnumquam — quaestio *om.* **M** 20 si re*m e*uoluere **A**, scirem euoluere **G** proposita **A**[1]**G** 21 est **A** *in ras.* in ea **GM** si] sed **G** *ut uidetur* 23 aliut **A**[1] possi*t* **A** 24 idem *Spalding:* iudex *libri, sed* **S** iudex est auocandus ut dixi, **M** iudex est aduocandus (*om.* ut dixi) circa **G** *corr. ex* ca *post* testes *in* **G** *littera erasa est, fort.* ē personas **Sa** 25 ill*ic* **A**, ille **GM**, illa **S**, *fort.* illic ē 28 quid sit **G**, quod sit **MS** 29 mariam uel uere **A**[1] 30 altercationes **A**[1] in **S**: *om.* **AGM**

22 genere quaestionum fieri potest. ne illud quidem ignorare aduocatum uolo, quo quaeque ordine probatio sit apud iudicem proferenda, cuius rei eadem *quae* in argumentis ratio est, ut potentissima prima et summa ponantur: illa enim ad credendum praeparant iudicem, haec ad pronuntiandum.

V. His pro nostra facultate tractatis nôn dubitassem transire protinus ad dispositionem, quae ordine ipso sequitur, nisi uererer, ne, quoniam fuerunt, qui iudicium inuentioni subiungerent, praeterisse hunc locum quibusdam uiderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus conexus ac mixtus est, ut ne a sententiis quidem aut uerbis saltem singulis possit
2 separari, nec magis arte traditur quam gustus aut odor. ideoque nos, quid in quaque re sequendum cauendumque sit, docemus ac deinceps docebimus, ut ad ea iudicium dirigatur. praecipiam igitur, ne quod effici non potest adgrediamur, ut contraria uitemus et communia, ne quid in eloquendo corruptum, obscurum sit? referatur oportet ad sensus, qui non docentur.
3 Nec multum a iudicio credo distare consilium, nisi quod illud ostendentibus *se* rebus adhibetur, hoc latentibus et aut omnino nondum repertis aut dubiis. et iudicium frequentissime certum est, consilium uero ratio est quaedam alte petita et plerumque plura perpendens et comparans habensque in se et in-
4 uentionem et iudicationem. sed ne de hoc quidem praecepta in uniuersum expectanda sunt. nam ex re sumitur, cuius locus ante actionem est frequenter: nam Cicero summo consilio uidetur in Verrem uel contrahere tempora dicendi maluisse quam in eum annum, quo erat Q. Hortensius consul futurus, incidere.
5 et *in* ipsis actionibus primum ac potentissimum obtinet locum: nam quid dicendum, quid tacendum, quid differendum sit, exigere consilii est: negare sit satius an defendere, ubi prooemio uten-

---

2 quo q*uae*quae **A**, q̅q̅ (quoque) quaeque **GM** 3 quae *addidit Spalding* 4 et **S**: ut **AGM** praeparanti **GS**, parant **M** 6 His] *praepositum in* **Ga** DE IVDICIO ET CONSILIO hi*s* **A**, his ad pro **G**¹ dubitasse*m* (-et **A**¹?) **A** 10 patribus **G** mixtus **GMSa**: mis*** **A** 11 *sin*gulis **A** 12 nec **Sa**: ne **AGM** 17 obscurum **AGMS**: obscurumque *dett.* obscurumue *ed. Camp.* sens*us* **A**, sensum qui non docetur *malebat Spalding;* referatur — docentur *Rollinus et Capper. post* aut odor *(u. 12) transponendum censebant* 18 concilium **G** 19 se *add. Regius* adhibe*tur* **A** 20 et **A** *in ras. an* set? 21 ratio est **A**: est ratio *rell. et* ς 23 de hoc **AG**: hoc **MS** *et dett.* haec *edd. priores* 24 exspectand*a* nam e*x* **A** summitur **G** cui *Regius* 27 Q. **A** *in ras.* quae **G**, que **MS** 28 in *Regius et* a: *om.* **AGMS** potissimum *dett.* 29 differendum *cod. Goth. et Voss. 2:* diffidendum **AGMS**, diffitendum *Regius* 30 satius *Regius et ed. Ald.* satis *libri* an **G** *corr. ex* ac prohoemio **AM**, p̃mio **GS**

dum et quali, narrandumne et quo modo, iure prius pugnandum
an aequo, qui sit ordo utilissimus, tum omnes colores, aspere
an leniter an etiam summisse loqui expediat. sed haec quoque, 6
ut quisque passus est locus, monuimus idemque in reliqua parte
faciemus, pauca tamen exempli gratia ponam, quibus manifestius
appareat, quid sit, quod demonstrari posse praeceptis non arbi-
tror. laudatur consilium Demosthenis, quod, cum suaderet bel- 7
lum Atheniensibus parum id prospere expertis, nihil adhuc fac-
tum esse ratione monstrat, poterat enim emendari neglegentia:
at si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat
ratio. idem cum offensam uereretur, si obiurgaret populi segni- 8
tiam in adserenda libertate rei publicae, maiorum laude uti ma-
luit, qui rem publicam fortissime administrassent: nam et faciles
habuit aures et natura sequebatur, ut meliora probantis peiorum
paeniteret. Ciceronis quidem uel una pro Cluentio quamlibet 9
multis exemplis sufficiet oratio. nam quod in eo consilium ma-
xime mirer? primamne expositionem, qua matri, cuius filium
premebat auctoritas, abstulit fidem? an, quod iudicii corrupti
crimen transferre in aduersarium maluit quam negare propter
inueteratam, ut ipse dicit, infamiam? an, quod in re in-
uidiosa legis auxilio nouissime est usus? quo genere defensionis
etiam offendisset nondum praemollitas iudicum mentes: an, quod
se ipsum inuito Cluentio facere testatus est? quid pro Milone? 10
quod non ante narrauit, quam praeiudiciis omnibus reum libe-
raret? quod insidiarum inuidiam in Clodium uertit, quamquam
re uera fuerat pugna fortuita? quod factum et laudauit et tamen
uoluntate Milonis remouit? quod illi preces non dedit et in earum
locum ipse successit? infinitum est enumerare, ut Cottae de-
traxerit auctoritatem, ut pro Ligario se opposuerit, Cornelium
ipsa confessionis fiducia eripuerit. illud dicere satis habeo, ni- 11
hil esse non modo in orando, sed in omni uita prius consilio,

7. Phil. I § 2. 20. § 1. 28. in or. p. Oppio, cf. 5, 13, 30.

1 quali **A** *in ras.* pugnan*dum an aequo qui sit* **A** 2 aspere *an leniter an etiam* **A** 7 demostenis **AGM** 9 esse **Sa**: est **AGM** monstrauit **a** 10 ad **A**[1] 11 cum **G** *corr. m. uetere ex* quā ueretur **A**[1] 12 adserenda **A**: adferenda **GM**, afferenda **S**, asserenda **a** 13 quid **G** remp. **A**: rēp** **G**, rem **MS** 14 ut **S**: et **AGM** probantes *edd.* 15 peniteret **AGMS** 16 sufficiet **a**: sufficeretur **A**(?)**GS**, sufficientur **M**, sufficeret *al.* suffecerit *ed. Spalding.* 17 quam matri **GMS** 18 quod iudicii **A** *in ras.* quo dicit **GM**, quod idem **S** 20 infami*am* **A**, inuidiam *Cic.* 21 quo **S**: quod **AGM** 22 defendisset **AGMS** 23 *se . . t*estatus **A** quid **A**(?): quod **GMSa** 26 res uera **AGMS** 27 uoluntate **AMg**: uoluntatem **GS** *et dett.*, a uoluntate **A** *corr. probabiliter* preces **A**, p̄ceps **GM** 28 successit **A** 31 est **G**

frustraque sine eo tradi ceteras artis, plusque uel sine doctrina prudentiam quam sine prudentia facere doctrinam. aptare etiam orationem locis, temporibus, personis est eiusdem uirtutis. sed hic quia latius fusus est locus mixtusque cum elocutione, tractabitur, cum praecipere de apte dicendo coeperimus.

---

1 frustra*que sine* eo **A**, frustraquineo (*add.* s *supp.* q) **G**, frustra q̄s in eo **M** artes **GMSa**ς 2 faceret **G**[1] ap*t*are **A**, appare **G**, apparet **MS** 3 est **AG**: esse **MS** se*d* **A** 4 eloquutione **G** 5 M. FABII QUINTILIANI. INSTITVTIONŪ ORATORIARŪ LIB. VI. EXP. INCIP̄. LIB. VII. DE DISPOSITIONE (al. DIVISIONE *s. l. m. 2*) **G**; **A** *spatium uacuum habet sic m. 2 expletum:* M. FABII QVINTILIANI INSTITVTIONIS ORATORIAE LIB VI EXP̄ INCP̄ LIB VII. DE DISPOSITIONE; — M. F. Q. Explicit liber sextus Incipit septimus **M**, **S** *subscriptione caret.*

M. FABI QUINTILIANI

INSTITUTIONIS ORATORIAE

LIBRI DUODECIM.

RECENSUIT

CAROLUS HALM.

PARS POSTERIOR.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

A. MDCCCLXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

LIBER SEPTIMUS.

Prooemium.

De inuentione, ut arbitror, satis dictum est: neque enim ea demum, quae ad docendum pertinent, exsecuti sumus, uerum etiam motus animorum tractauimus. sed ut opera extruentibus satis non est saxa atque materiam et cetera aedificanti utilia congerere, nisi disponendis eis conlocandisque artificium manus adhibeatur: sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum, nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas atque inter se commissas deuinxerit. nec inmerito secunda quinque partium posita est, cum sine ea 2
prior nihil ualeat. neque enim quamquam fusis omnibus membris statua sit, nisi conlocetur, et si quam in corporibus nostris aliorumue animalium partem permutes et transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. et artus etiam leuiter loco moti perdunt quo uiguerunt usum, et turbati exercitus sibi ipsi sunt inpedimento. nec mihi uidentur errare qui ipsam rerum 3
naturam stare ordine putant, quo confuso peritura sint omnia. sic oratio carens hac uirtute tumultuetur necesse est et sine rectore fluitet nec cohaereat sibi, multa repetat, multa transeat, uelut nocte in ignotis locis errans, nec initio nec fine proposito casum potius quam consilium sequatur.

---

2 pertine*nt* **A**, pertinet et **G**, *sed* et *punct.* executi **MS** 5 conge*rere ni*si **A**, congere nisi **G[1]M** artificum **MS** *et corr.* **G** 6 adhibea*tur* **A** quamlibet ueru copia **G** *1 m.* 7 illa **a** 8 ordine **AGMS** digestas **M**: digesta **AGS** in se **AGMS**, *em. in edd. uett.* commissa **Sag** deuinxerit **AG** *corr. ex* deuinxerunt 9 sin*e* **A**, sint **G[1]** 11 collocentur *Philander; at* conlocetur *est idem quod* componatur *sc. membris iunctis* 12 habeant *Badius* 13 si tamen **G[1]** loci **M** 14 uicuerunt **G** 16 quo **G** *corr. e* qui confusa **M** sit **M**, *item 1 m.* **AG** 18 recto **A[1]** fluit*et nec* **A**, fluit et ne **G**, fluitet et ne **S**, fluat et ne **Mg** multa (*post* sibi) **AG** *1 m. bis habent*

4 Quapropter totus hic liber seruiat diuisioni, quae quidem,
si certa aliqua uia tradi in omnis materias ullo modo posset,
non tam paucis contigisset. sed cum infinitae litium formae
fuerint futuraeque sint et tot saeculis nulla reperta sit causa,
quae esset tota alteri similis, sapiat oportet actor et uigilet et
inueniat et iudicet et consilium a se ipso petat. neque infitias
eo quaedam esse, quae demonstrari possint, eaque non omittam.

I. Sit igitur, ut supra significaui, d i u i s i o rerum plurium
in singulas, p a r t i t i o singularum in partis discretio, o r d o recta
quaedam conlocatio prioribus sequentia adnectens, d i s p o s i t i o
2 utilis rerum ac partium in locos distributio. sed meminerimus,
ipsam dispositionem plerumque utilitate mutari, nec eandem
semper primam quaestionem ex utraque parte tractandam. cuius
rei, ut cetera exempla praeteream, Demosthenes quoque atque
Aeschines possunt esse documento, in iudicio Ctesiphontis diuer-
sum secuti ordinem, cum accusator a iure, quo uidebatur poten-
tior, coeperit, patronus omnia paene ante ius posuerit, quibus
3 iudicem quaestioni legum praepararet. aliud enim alii docere
prius expedit, alioqui semper petitoris arbitrio diceretur: deni-
que in accusatione mutua, cum se uterque defendat, priusquam
aduersarium arguat, omnium rerum necesse est ordinem esse di-
uersum. igitur, quid ipse sim secutus, quod partim praeceptis
partim usurpatum ratione cognoueram, promam nec umquam
dissimulaui.

4 Erat mihi curae in controuersiis forensibus nosse omnia,
quae in causa uersarentur: nam in schola certa sunt et pauca
et ante declamationem exponuntur, quae t h e m a t a Graeci uocant,
Cicero p r o p o s i t a. cum haec in conspectu quodammodo con-
locaueram, non minus pro aduersa parte quam pro mea cogita-
5 bam. et primum, quod non difficile dictu est, sed tamen ante
omnia intuendum, constituebam, quid utraque pars uellet efficere,

1 diuisioni **AGMS**: dispositioni *cod. uett. et* ς, *cf. 7, 1, 39* 2 uia *Regius:* ui *libri* materia **A**^{1} 3 infi*nitae* **A**, infine **GS** 4 fuerunt **AGS**, fuerant **M** 5 alteris simili **A**^{1} (?) 6 infitiā **g**, inficiam **S** 7 possint **A**, *sed* i *in ras.* possit **G**^{1} 8 significa*ui* **A**, significari **G**^{1} 9 partes **MSa** discretus **MS** rect*a* **A**, rectā **G**^{1} 10 conlocatio **AG**: et locatio **MS** 11 in loco **M** 12 utilitatē utari **A**^{1}, utilitatem mutari **G**^{1} 14 rei interea exempla **MS** 15 ctesifontis **G**, tesiphontis **S** 17 patron*us* **A**, patronos **GS** omnia uel pene omnia **MS** 18 legum *om.* **G**^{1} praepararet **MS**: praeparet **AG** alii *Obrecht:* ali* **A**, alio **GMS** 19 alioqui **a**: aliqui **A**, alioquin **GMS** petitioris **AG**^{1}, petitionis **S** 20 accusationem ut uacū (uacuū *corr.*) se **A**, accusatione ut uacuum se **GMS**; accusatione mutua *Regius coniectando adsecutus erat* 21 diuisum **MS** 23 usurpatim **A** 25 controuersis **AG** *1 m.* 26 scola **AGMS** 27 declamatione **A**^{1} 28 quo*dammodo **A** 30 dictū **A**^{1}**G**^{1}**MS**

tum per quid, hoc modo. cogitabam, quid primum petitor di-
ceret. id aut confessum erat aut controuersum. si confessum, 6
non poterat ibi esse quaestio. transibam ergo ad responsum
partis alterius, idem intuebar: nonnumquam etiam, quod inde
optinebatur, confessum erat. ubi primum coeperat non conue-
nire, quaestio oriebatur. id tale est: ʻoccidisti hominem': ʻoccidi'.
conuenit, transeo. rationem reddere debet reus, quare occiderit. 7
ʻadulterum' inquit ʻcum adultera occidere licet'. legem esse certum
est. tertium iam aliquid uidendum est, in quo pugna consistat. ʻnon
fuerunt adulteri': ʻfuerunt': quaestio: de facto ambigitur, con-
iectura est. interim et hoc tertium confessum est, adulteros fuisse. 8
ʻsed tibi' inquit accusator ʻillos non licuit occidere: exul enim
eras' aut ʻignominiosus'. de iure quaeritur. at si protinus di-
centi ʻoccidisti' respondeatur ʻnon occidi', statim pugna est.

Si explorandum est, ubi controuersia incipiat, et considerari
debet, quid primam quaestionem faciat. intentio simplex: ʻoc- 9
cidit Saturninum Rabirius', coniuncta: ʻlege de sicariis commisit
L. Varenus: nam et C. Varenum occidendum et Cn. Varenum
uulnerandum et Salarium item occidendum curauit.' nam sic
diuersae propositiones erunt, quod idem de petitionibus dictum
sit. uerum in coniuncta propositione plures esse quaestiones
ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud a iure
actionis excludit. in quo genere est agenti dispiciendum, quo
quidque loco diluat.

Quod pertinet ad actorem, non plane dissentio a Celso, qui 10
sine dubio Ciceronem secutus instat tamen huic parti uehemen-

1 *per que* id **A**, per q' (= que) id **G**, per quod **S**, per quia id **M** dicere **G** 2 id aut **A** *in litura*, aut conf. erat *om.* **S** contrauersum **GM** si non confessum poterat *libri;* non *transposuit Regius, cf. Iul. Vict. p. 376, 2* 3 transiebam **M** 4 id est intuebar **GS** 5 opponebatur (*uel* obtendebatur) *malebat Spalding* 10 de facto quaestio **M** 11 et hoc *scripsi:* et ego **GS**, **go **A**, ergo **a**, et ergo **M**, uero et *Badius et* ς; *cf. Iul. Vict. p. 376, 13, quo loco codex teste Batauo Du Rieu* et hoc confessum est *habet* 13 aut **Ma**: ut **AG**, et **S** 15 incipiat et **S** *et edd. uett.* incipiet **AGM**, incipiat **G** *corr.* 16 quid — faciat *R. F. Happel (Anal. crit. ad Q. lib. VII—IX):* quae — facit **AGMS**, quae prima quaestionum fuerit (*uel* quam primam quaestionem facias) *coni. Spalding*, quae prima quaestio fiat *Zumpt* occidi **G** 17 coniucta **A** 18 nam et **A**: et *om.* **GMS**ς c. uarenum occide*ndum* **A**, C. uarenũ occidendo **S** cn. uarenum **A**: cn. **GM**, etenim **S** 19 uulnerandũ et **A** *(sed* **A** ũet *in ras.):* uulnerando et **GS** solarium **M** item *Christ delendum censet* curauit *Gesner:* cauit **a**, ca**** (caruit?) **A**, cadit **GM**, cadunt **S** sic **MSg**: si **AG** 21 in *nos:* ex **AGMS**, *sed* **A** ex *in litura* 22 a iure **AGMS**, *sed* **A** a *in ras. 2 litterarum, fort.* ab iure; a *deleuit Regius;* aliud fine aut actione *coni. Spalding* 23 est agenti **a**: et agenti **M**, et agendi **G** *et* **A** *ut uidetur*, agendi est **S**, agenti est ς quo quidque *Meyer (ad I, 6, 16):* quid quoque **AGS**, quoque **M**. *cf.* § *16* 25 actorem **AM**: doctorem **GS** dissensio **A** 26 est secutus **M**

tius, ut putet, primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, inbecilliora medio, quia et initio mouendus sit iudex
11 et summo impellendus. at pro reo plerumque grauissimum quidque primum mouendum est, ne illud spectans iudex reliquorum defensioni sit aduersior. interim tamen et hoc mutabitur, si leuiora illa palam falsa erunt, grauissimi defensio difficilior, ut detracta prius accusatoribus fide adgrediamur ultimum, iam iudicibus omnia esse uana credentibus. opus erit tamen praefatione, qua et ratio reddatur dilati criminis et promittatur defensio,
12 ne id, quod non statim diluemus, timere uideamur. ante actae uitae crimina plerumque prima purganda sunt, ut id, de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat. sed hoc quoque pro Vareno Cicero in ultimum distulit, non quid frequentissime, sed quid tum expediret intuitus.

13 Cum simplex intentio erit, uidendum est unum aliquid respondeamus an plura. si unum, in re quaestionem instituamus an in scripto: si in re, negandum sit quod obicitur an tuendum: si in scripto, in qua specie iuris pugna sit, et in ea de uerbis
14 an de uoluntate quaeratur. id ita consequemur, si intuiti fuerimus, quae sit lex quae litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. nam quaedam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modo actae rei seriem, ut puta: 'expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat: minus dicto audientem filium liceat abdicare. qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinquae: ille deducere uult filiam pauperis educatoris.'
15 lex de expositis ad adfectum pertinet: iudicium pendet ex lege abdicationis. nec tamen semper ex una lege quaestio est, ut in antinomia. his spectatis apparebit circa quod pugna sit.

16 Coniuncta defensio est, qualis pro Rabirio: 'si occidisset, recte fecisset, sed non occidit.' ubi uero multa contra unam

1 aliquod **MS** 2 media **AGMS** 3 summa **AGMS** 4 diluendum *margo ed. Colon. at cf. Spald.* 5 aduersior **M**: auersior **AGS**, *cf. Fortunat. 3, 2:* ne illud expectans iudex reliquae defensioni sit aduersus 6 leuior **A** *1 m.* grauissima **M** 8 uana esse ς tamen erit **S** 9 que et **G** dilati* **A** 10 diluerimus *Fortunatianus 3, 2 p. 121, 21* 11 purganda **AM** *(sed* rg **A** *in ras.), ut coni. Regius:* pugnanda **G**, impugnanda **S** 14 tu*m* **A** intuitur **G** 15 intentio* **A**, intentior **GS** 17 iam in scripto **AGMS**, an scripto *ed. Camp.* si in re *Regius:* si iure **AGMS**, *sed* **A** *2 m. in ras.* 18 si scripto **AMSg** (**A** cripto *in ras.*), sit scripto **G** 19 id **S**: ut **AGM** 21 scolasticis **AGMS**, *ut iidem semper* scola 22 ut puta *mei, sed* **G** *corr. m. 2* putã, ut pater *dett.* expositū **A**, *sed* ū *in ras.* 24 inperat **A**[1] 25 propinqui **S** deducere **AGMS**: ducere ς, *ut est 6, 3, 75* 26 ad affectum **MSa**, adfectum (*om.* ad) **AG** 27 ut **S**: aut **AGM** 28 specta*tis* **A**, expectatis **M** quod **AGM**: quae **S**ς sit **GMSa**: sic **A**, *fort.* est 29 pro Rabirio **A** *in ras.* probatio **M** 30 una **A**[1]

propositionem dicimus, cogitandum est primum quidquid dici
potest, tum ex his quo quidque loco dici expediat aestimandum.
in quo non idem sentio, quod de propositionibus paulo ante quod-
que de argumentis probationum loco concessi, posse aliquando
nos incipere a firmioribus. nam uis quaestionum semper cre- 17
scere debet et ad potentissima ab infirmissimis peruenire, siue
sunt eiusdem generis siue diuersi. iuris autem quaestiones so- 18
lent esse nonnumquam ex aliis atque aliis conflictionibus, facti
semper idem spectant: in utroque genere similis ordo est. sed
prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimum quidque primum
tractari oportet, ideo quod quasdam quaestiones exsecuti donare
solemus et concedere: neque enim transire ad alias possumus
nisi omissis prioribus. quod ipsum ita fieri oportet, non ut dam- 19
nasse eas uideamur, sed omisisse, quia possimus etiam sine
eis uincere. procurator alicuius pecuniam petit ex faenore he-
reditario: potest incidere quaestio, an huic esse procuratori
liceat. finge nos, postquam tractauimus eam, remittere uel etiam 20
conuinci: quaeretur, an ei, cuius nomine litigatur, procuratorem
habendi sit ius? discedamus hinc quoque: recipit materia quae-
stionem, an ille, cuius nomine agitur, heres sit faeneratoris, an
ex asse heres. haec quoque concessa sint: quaeretur, an de- 21
beatur. contra nemo tam demens fuerit, ut cum id, quod fir-
missimum duxerit se habere, * * remittat illud et ad leuiora
transcendat. huic in schola simile est: 'non abdicabis adopta-
tum: ut hunc quoque, non uirum fortem: ut et fortem, non qui
cuicumque uoluntati tuae non paruerit: ut in alia omnia sub-
iectus sit, non propter optionem: *ut propter optionem,* non propter

1 quicquid **G** *ut fere semper* 2 aestimandum **A**: ordinandum *rell.* 3 non quidem **a** (non**dem **A**) quodque **S**: quod **AGM** 4 loco concessi posse **AG** *soli:* loco c. loco **MT**, posse *om. rell.* 5 semper crescere *ed. Gryph. 1536:* percrescere *libri* 6 potentissima **S**: potentissima* **A**, potentissima si **GM**, *fort.* ad potentissimas . . perueniri 9 spec*tant* **A**, spectat **GMS** simul is ordo **A**[1] 10 infirmissimum **MSa**: *bis habent* **AG** 14 omississe **AG** possi**mus (possidemus?) **A**, possumus **M** 15 foenore **AG**, fenore **MS** 16 procuratori *nos:* procurator **A**, procuratorem **GMSς**, *cf. 4, 4, 6* 17 eadem **M**, ea **S** 18 conuici **A**[1] litig*atur* **A**, litigetur **M** 19 materia *cod. Vallensis Badii corr.:* natura *libri, sed* **A** natur*a* 20 feneratoris **AGM**, foen. **a**, ueneratoris **S** 21 queritur **M** 22 demens *edd. ueteres:* uehemens **AGMS** ut cum id *libri:* cum *om. Regius et ς; nos lacunae signum posuimus, hoc fere requirentes:* ut cum id, quod . . habere, protulerit (*uel* exsecutus sit, *ut mauult Christ*) quod *om.* **MS** 23 duxerit se habere **A** *in ras. m. 2* illud **AGMS**: *om.* ς et ad **a**: ct **GMS**, at(?) **A** 24 est **A** *in ras.* *ad*optatum **A**, aboptatum **GM** 25 ut *et* **A** qui cuicumque *Gul. Meyer:* quicumque *libri* 26 uolu*nt*ati **A** subiuctus **A**, subiunctus **GM** 27 optionem . . optionem *Obrecht:* opinionem . . opinionem *libri* ut propter optionem *om.* **AGMS**

22 talem optionem.' haec iuris quaestionum differentia est. in
factis autem ad idem tendentia sunt plura, ex quibus aliqua
citra summam quaestionem remitti solent, ut, si is, cum quo
furti agitur, dicat: 'proba te habuisse, proba perdidisse, proba
furto perdidisse, proba mea fraude.' priora enim remitti pos-
sunt, ultimum non potest.

23 Solebam et hoc facere [praecipere], ut uel ab ultima specie
(nam ea fere est, quae continet causam) retrorsum quaererem
usque ad primam generalem quaestionem, uel a genere ad ex-
24 tremam speciem descenderem, etiam in suasoriis. ut deliberat
Numa, an regnum offerentibus Romanis recipiat. primum, id
est genus, 'an regnandum?' tum 'an in ciuitate aliena? an
Romae? an laturi sint Romani talem regem?' similiter in con-
trouersiis. optet enim uir fortis alienam uxorem. ultima spe-
cies est, an optare possit alienam uxorem? generale est, an
quidquid optarit, accipere debeat? deinde, an ex priuato? an
25 nuptias? an maritum habentis? sed hoc non, quemadmodum
dicitur, ita et quaeritur. primum enim occurrit fere, quod est
ultimum dicendum, ut hoc: 'non debes alienam uxorem optare',
ideoque diuisionem perdit festinatio. non oportet igitur offeren-
tibus se contentum esse, sed quaerere aliquid quod ultra est 'ne
uiduam quidem': adhuc plus est 'nihil ex priuato': ultimum
26 retrorsum, quod idem a capite primum est, 'nihil inicum.' ita-
que propositione uisa, quod est facillimum, cogitemus, si fieri
potest, quid naturale sit primum responderi. id si, tamquam
res agatur et nobis ipsis respondendi necessitas sit, intueri

1 iuris quaestionis **AGMS**, *fort.* in iuris quaestionibus 2 ad **MSa**: at **AG** tendentiast plura **A**[1] 4 probate habuisse **A**[1]**GM**, probata h. **S** 5 possunt **G** *corr. 1 m. ex* possent 7 praecipere **AGM**, uel p̃cipere **S**, praecipue *edd. uett. quod cum parum aptum uideatur, ut iam Spaldingio uisum est,* praecipere *cum Meistero ut glossema inclusimus; interpolationis ansam dedit leue uitium* ut . . quaereremus ut uel *edd. uett.*: ut **AGM**, ut uel *om.* **S** 8 quaererem *usque* **A**, quaereremus quae **G**, quaeremus͵ que **MS** 10 descendere **AGMS** 11 *nu*ma **A**, in una **M** romanibus **G**[1] primum id est genus *uulgo sine commate; sententia est:* primum (est) siue generale, *ut modo dictum est* ut a genere ad extremam speciem descenderem 12 tum *addidit Christ* aliena *om.* **G** *1 m.* 14 optet **A** *ex corr.* alie*nam* **A** 16 optarit **A**: optauerit **GMS** deinde **AG**: inde **MS** 18 ferre **G** 19 exoptare **S** 20 diuisionem **MSa**: diuisione **AG** fferentibus *om.* **G** *1m.* 21 esse, sed quaerere aliquid quod ultra est, ne *Spalding* (*sed ille* ultra sit): esse quaere aliquidem (aliquid ne **M** *et corr.* **A**) ultra sit ne **AGM**, esse querat aliquid quod est ultra sit ne **S**, esse; quaeratur aliquid, quod est ultra (aliquid etiam ultra *al.*), si ne ς 22 plus est *scripsi:* plus se **G** (*pro* plusē), plus si **AMS**ς (*sed* i **A** *in ras.*), plus eo *coni. Spalding* 23 est nihil **AGMS**: est, si nihil ς inicum **A**: iniquum **GMS**ς 24 positio*ne* **A** 25 quod **M** 26 ipsis **a**: ipsi **AGMS**

uoluerimus, occurret. si id non contigerit, seponamus id, quod 27
primum se optulerit, et ipsi nobiscum sic loquamur: quid si hoc
non esset? id iterum et tertium et dum nihil sit reliqui. itaque in-
feriora quoque scrutabimur, quae tractata faciliorem nobis iudicem
in summa quaestione facient. non dissimile huic est et illud prae- 28
ceptum, ut a communibus ad propria ueniamus: fere enim com-
munia generalia sunt. commune est: 'tyrannum occidit', pro-
prium '*patrem* tyrannum occidit, mulier occidit, uxor occidit.'

Solebam et excerpere, quid mihi cum aduersario conueniret, 29
si modo id pro me erat, nec solum premere confessionem, sed
partiendo multiplicare, ut in illa controuersia: 'dux, qui conpe-
titorem patrem in suffragiis uicerat, captus est: euntes ad re-
demptionem eius legati obuium habuerunt patrem reuertentem
ab hostibus. is legatis dixit: sero itis. excusserunt illi patrem 30
et aurum in sinu eius inuenerunt: ipsi perseuerarunt ire quo
intenderant, inuenerunt ducem cruci fixum, cuius uox fuit: ca-
uete proditorem. reus est pater.' quid conuenit? 'proditio
nobis praedicta est et praedicta a duce': quaerimus proditorem.
'te isse ad hostes fateris et isse clam et ab his incolumem re-
disse, aurum retulisse et aurum occultum habuisse.' nam, quod 31
fecit, id nonnumquam potentius fit propositione: quae si animos
occupauit, prope aures ipsae defensioni praecluduntur. in totum
autem congregatio criminum accusantem adiuuat, separatio de-
fendentem.

Solebam id, quod fieri et in argumentis dixi, in tota facere materia, *ut* propositis extra quae nihil esset omnibus, deinde

1 uoluerimus occurret *nos:* uoluerimus occurrit **A**, uolumus occurrit (occurrere **M**) **GMS**ς; *cf. tamen 7, 2, 15* contingerit **GM** 2 quod si **S** 3 reliquit **G** 4 queque **M** 6 ad **A** *in ras.* ferre **GM** commune est *Regius:* communē **AGMS** (*pro* communeč) 7 occidit, proprium: patrem tyr. *scripsi:* occidi proprium tamen (tam **M**) tyr. **GMa**, *om.* **A**, occidit proprium uirum tamen tyrannum **S**, *item edd.* (*uel sine* uirum) *inepte; cf. 7, 4, 21* 8 occidit (*post* uxor) *om.* **a** 9 exerpere **AGS**, excipere **M** 11 in *om.* **A**[1] 12 patrem suffragiis *malebat Spalding* captus **M**: caput **AG**, capertus **S** est — redemtionem eius **A** *in ras. habet m. 2* ad redēm eī **G**, ad redimendum **S**; *cum* **A** *enuntiatum in ras. habeat, incertum uidetur num scribendum sit* ad redimendum eum; *Seneca rhetor bis habet (p. 288 et 419 ed. Burs.) in eodem exemplo* ad redimendum imperatorem 13 decem legati *Seneca* 14 is *om.* **GMS** excuserunt **G** 15 sin*u* **A**, sino **G** 15 ipsi **Sa**: ipse **AGM** ire **A** *corr. ex* re 17 qui **AGS**, quod **M**, quae conueniunt? *edd. uett.* Quod conuenit, proditio . . duce: quaerimus proditorem *coni. Spalding* 19 hos*t*es **A** clam et *Regius:* claret **AGMS**, *sed habet* **A** claret ab his *m. 2 in ras.* 20 quod fecit *libri*, quod laedit *Crusius*, quod laedit, ita (*pro* id) *Spalding* 22 defensionē **M** 25 Solebam etiam id *Christ probabiliter* 26 ut *addidit Regius* esset **Ma**: esse **AG**, essent **S**

ceteris remotis, solum id superesset, quod credi uolebam, ut in
32 praeuaricationum criminibus: 'ut absoluatur reus, aut innocentia ipsius fit aut interueniente aliqua potestate aut ui aut corrupto iudicio aut difficultate probationis aut praeuaricatione. nocentem fuisse confiteris: nulla potestas obstitit, nulla uis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit: quid su-
33 perest nisi ut praeuaricatio fuerit?' si omnia amoliri non poteram, plura amoliebar. 'hominem occisum esse constat, non in solitudine, ut a latronibus suspicer, non praedae gratia, quia inspoliatus est, non hereditatis spe, quia pauper fuit: odium
34 igitur in causa, cum sis inimicus'. quae res autem faciliorem diuisioni uiam praestat, eadem inuentioni quoque: excutere quidquid dici potest et uelut reiectione facta ad optimum peruenire. 'accusatur Milo, quod Clodium occiderit'. aut fecit aut non. optimum erat negare, sed non potest: occidit ergo. aut iure aut iniuria utique. iure: aut uoluntate aut necessitate, nam
35 ignorantia praetendi non potest. uoluntas anceps est, sed quia ita homines putant, attingenda defensio, ut id pro re publica fuerit. necessitate? subita igitur pugna, non praeparata: alter igitur insidiatus est. uter? profecto Clodius. uidesne, ut ipsa
36 rerum necessitas deducat ad defensionem. adhuc: aut utique uoluit occidere insidiatorem Clodium aut non. tutius, si noluit: fecerunt ergo serui Milonis neque iubente neque sciente Milone. at haec tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte
37 dicebamus occisum. adicietur: quod suos quisque seruos in tali re facere uoluisset. hoc eo est utilius, quod saepe nihil placet et aliquid dicendum est. intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id quod optimum est, aut id quod minime malum. propositione aliquando aduersarii utendum et esse nonnumquam communem eam, suo loco dictum est.

25. p. Mil. 10, 29.

1 superesse **AGMS**, *em. Regius* ut *om.* **a** in **S**: *om.* **AGM** 2 ut **A** *om. 1 m.* absolua*tur* **A** 4 probationis ut A^1 5 potes*tas* **A** obsistit **AGMS**, *em. in edd. uett.* 6 iudicium queris **M** 7 potra in **A**, potrā in **a**, poteram in (en **S**) **GMS**, poteram tamen ς 8 moliebar **GM** 9 inspicer **M** 10 inspoliat*us* **A** 11 causam **GM** cum sis **A** *(sed m.2 in ras.)*: quis **GMS**, quia *ed. Camp. fort.* qui sis 13 et *om.* A^1 reiecta **M** peruenire — optimum *om.* **M** 15 sed] si **MS** occidit autem aut **M** 16 aut iniuria. Utique iure *uulgo; uerba rectius distinxit Christ* iure — uoluntate *om.* **GS**, *sed maiore spatio uacuo in* **G** *relicto* uolu*ntate aut* **A** 21 diducat **AGMS** ad *om.* **A** *in ras. fort.* deducat defensionem ad hoc: aut utique *etc.* 22 clodius **A** 23 senciente **M** 24 at **A** *in ras.* ad **GMS** detrait **G** 26 h*oc* eo est *utili*us **A** 27 intuemur A^1 29 aduersari A^1

Multis milibus uersuum scio apud quosdam esse quaesitum, quo modo inueniremus, utra pars deberet prior dicere, quod in foro uel atrocitate formularum uel modo petitionum uel nouissime sorte diiudicatur. in schola quaeri nihil attinet, cum in 38 declamationibus isdem narrare et contradictiones soluere tam ab actore quam a possessore concessum sit. sed in plurimis controuersiis ne inueniri quidem potest, ut in illa: 'qui tris liberos habebat, oratorem, philosophum, medicum, testamento quattuor partes fecit et singulas singulis dedit, unam eius esse uoluit, qui esset utilissimus ciuitati.' contendunt: quis primus dicat 39 incertum est, propositio tamen certa: ab eo enim, cuius personam tuebimur, incipiendum erit. et haec quidem de diuidendo in uniuersum praecipi possunt.

At quo modo inueniemus etiam illas occultiores quaestiones? 40 scilicet quo modo sententias, uerba, figuras, colores: ingenio, cura, exercitatione. non tamen fere quemquam nisi inprudentem fugerint, si, ut dixi, naturam sequi ducem uelit. sed plerique 41 eloquentiae famam adfectantes contenti sunt locis speciosis modo uel nihil ad probationem conferentibus: alii nihil ultra ea, quae in oculos incurrunt, exquirendum putant. quod quo facilius appareat, unam de schola controuersiam, non ita sane difficillimam aut nouam, proponam in exemplum. 'qui reo proditionis 42 patri non adfuerit, exheres sit: proditionis damnatus cum aduocato exulet. reo proditionis patri disertus filius adfuit, rusticus non adfuit: damnatus abiit cum aduocato in exilium. rusticus cum fortiter fecisset, praemii nomine inpetrauit restitutionem patris et fratris. pater reuersus intestatus decessit: petit rusticus partem bonorum, orator totum uindicat sibi'. hic 43

3 auctoritate *malebat Gesner, cf. tamen ipsius adnot.* 4 scola **AGMS** inde clamationibus **A**[1]**G** 5 contradiciones **G** soluere — actore quam **A** *in ras. m. 2* 6 possesorore **A**, possessione **S**; defensore *uel* propulsore *Badius; cf. tamen Spald. qui citat Dig. 5, 1, 62* controuersis **A**[1]**G** 7 inueniri **Sa**: inuenire **AGM** tres ς libros **M** 9 eius *om.* **S** 10 quae esset **G**, quae **M** 11 personam tuebimur **S**: persona utebimur **AGM** 12 quidē deuidendū **M** 14 At **A** *corr.* ad **G**, et **M** (aliquo modo **S**) occultiores *** quaestiones **A**, occultiores quae (que **MS**) quaestiones **GMS** 15 quomodo **GMS** *et* **A** *ut uidetur:* cōmodas **a** 16 non tamen fere **A** *2 m. in ras.* non t. fugere **S** quemquam *scripsi:* eumquam **G**, umquam **AS**ς *(sed* **A** um *in ras. 2 m.)*, numquam **M** 17 fugerit **S** 19 nihil uitare aquae (ac que **S**) in **GMS**, nihil *uitare quae* in **A**, *em. M Haupt in Mus. Rhen. (1842) 1 p. 474 et Madvig in Philol. 11, 139* 20 oculis **M** 21 non illam sane *Spalding* 22 difficillima **GM** 23 parti **M** 24 exsulet **A**; exulet — cum aduocato *om.* **S** proditionis patri (parti **M**) disertus **Ma**: proditioni patris disertis **AG** 25 abit **A**[1] (?) 26 cū*d fortiter **A** *1 m.* premi **A**[1] 28 totum **MS**: totam **AG**; *at cf. § 62* uindicat sibi **A**: sibi uindicat *rell.*

illi eloquentes, quibusque nos circa lites raras sollicitiores ridiculi uidemur, inuadent personas fauorabiles. actio pro rustico contra disertum, pro uiro forti contra inbellem, pro restitutore contra ingratum, pro eo, qui parte contentus sit, contra eum,
44 qui fratri nihil dare ex paternis uelit. quae omnia sunt in materia et multum iuuant, uictoriam tamen non trahunt. in hac quaerentur sententiae, si fieri poterit, praecipites uel obscurae (nam ea nunc uirtus est), et pulchre fuerit cum materia tumultu et clamore transactum. illi uero, quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, haec uelut innatantia uidebunt:
45 excusatum esse rusticum, quod non interfuerit iudicio nihil conlaturus patri: sed ne disertum quidem habere, quod inputet reo, cum is damnatus sit: dignum esse hereditate restitutorem: auarum, impium, ingratum qui diuidere nolit cum fratre eoque sic merito: quaestionem quoque illam primam scripti et uoluntatis,
46 qua non expugnata non sit sequentibus locus. at qui naturam sequetur, illa cogitabit profecto, primo hoc dicturum rusticum: 'pater intestatus duos nos filios reliquit, partem iure gentium peto'. quis tam inperitus, quis tam procul a litteris, quin sic
47 incipiat, etiamsi nescierit, quid sit propositio? hanc communem omnium legem leuiter adornabit ut iustam. nempe sequetur ut quaeramus, quid huic tam aequae postulationi respondeatur: at id manifestum est. 'lex est, quae iubet exheredem esse eum, qui patri proditionis reo non adfuerit: tu autem non adfuisti'. hanc propositionem necessaria sequitur legis laudatio et eius,
48 qui non adfuerit, uituperatio. adhuc uersamur in confessis, redeamus ad petitorem: numquid non hoc cogitet necesse est, nisi qui sit plane hebes: 'si lex obstat, nulla lis est, inane iudicium est: atqui et legem esse et hoc, quod ea puniat, a rustico factum

1 lit*es* **A**, *an ex* litis? solliciores **A**[1]**M** 3 dissertum **GS** pro uiro *om.* **S** forte **AGMS** 5 dari *ed. Camp. probabiliter* 6 iuua*nt* **A**, iuuat **M** tradunt **MS** 7 sententia **A** *1 m.* potuerit **ST** 8 uirtus – cum *om.* **M** tumultu *et* **A** 10 haec **A**: et **GMS** 11 indicio **GM** *corr. ex* iudicium 13 is **Sa**: his **AGM** 14 quid uidere **A**[1], quid diuidere **GS** sic **A**: sit **GMS** 15 et **AS**: te **M**, e **G** 16 quia **M** expugnata **a**: ex pugna **AGMS** adqui **G**, atque **M** 17 cogitauit **A**[1]**GS**, cogitatur **M** 18 intestatus duos **GS**: intestatos duos **AM**, *sed* **A** s du *in ras.* 21 *omnium* **A**, omni **MS** adornabit **Sa**: adornauit **AGM** ut **S**: at **GM**, At **A**, *sed* A *in ras.* iustam] is tam **S** 22 aequae **a**: aeque **G**, eque **AMS** at **Sa**: ad **AGM** 23 eum qui **AS** (**A** *m. 2 in ras.*) *et corr.* **G**: qui *om.* **G**[1]**M** 24 proditioni **GM** 25 eius **A** *in ras.* 26 At huic **S** uersantur **M** confess*is* **A** redeamus *Meister:* redeat (reddeat **A**[1]**M**) animus *libri* 28 quia sit **S**, quod sit **M** plane **A** *corr. ex* plena heres **G** inanes **G**

extra dubitationem est.' quid ergo dicimus? 'rusticus eram.' si 49
lex omnis complectitur, nihil proderit: quaeramus ergo, num
infirmari in aliquam partem lex possit. quid aliud (saepius dicam)
natura permittit quam ut, cum uerba contra sint, de uoluntate
quaeratur? generalis igitur quaestio, uerbis an uoluntate sit
standum. sed hoc in commune de iure omni disputandum semper
nec umquam satis iudicatum est. quaerendum igitur in hac ipsa,
qua consistimus, an aliquid inueniri possit, quod scripto aduer-
setur. 'ergo quisquis non adfuerit, exheres erit? quisquis sine 50
exceptione?' iam se illa uel ultro offerent argumenta: 'et in-
fans?' filius enim est et non adfuit: 'et qui aberat et qui
militabat et qui in legatione erat?' iam multum acti est: potest
aliquis non adfuisse et heres esse. transeat nunc idem ille, qui 51
hoc cogitauit, ut ait Cicero, tibicinis latini modo ad disertum:
'ut ista concedam, tu nec infans es nec afuisti nec militasti.'
num aliud occurrit quam illud 'sed rusticus sum'? contra quod 52
palam est dici: 'ut agere non potueris, adsidere potuisti,' et
uerum est. quare redeundum rustico ad animum legumlatoris:
'impietatem punire uoluit, ego autem impius non sum.' contra 53
quod disertus: 'tu impie fecisti' inquit, 'cum exheredationem
meruisti, licet te postea uel paenitentia uel ambitus ad hoc genus
optionis adduxerit. praeterea propter te damnatus est pater,
uidebaris enim de causa pronuntiasse.' ad haec rusticus: 'tu
uero in causa damnationis fuisti, multos offenderas, inimicitias
domui contraxeras.' haec coniecturalia: illud quoque, quod colo-
ris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne uniuersam
domum periculo subiceret. haec prima quaestione scripti et
uoluntatis continentur. intendamus ultra animum uideamusque, 54

14. p. Mur. 12, 26.

1 extra — rusticus **A** *in marg. 1 m. ut uidetur* quidē ergo **G**[1] *ut uidetur* dicemus **F** rusticus **A**, rusticum **G** si lex *scripsi:* si lexeram **AG**, si lex erat **M**, sed lex erat **S** *et edd. inepte; uidetur hoc otiosum* eram *mera repetitio illius* eram *post* rusticus *esse* 2 omnes **MS**ς ergo **A** *corr. ex* ego, *item u. 9* 3 aliqua parte **S** 5 uerbis *om.* **G** *1 m.* sit instandum **S** 6 sed hoc **AGM** (**GM** hoc *per compendium*): sed enim **S**ς 8 qu*a* **A** (quae **A**[1]?) 10 ultro **Sa**: utro **AG**, ultra **M** offerent **A** *corr. 1 m. ex* offerunt et infans *om.* **GS**, esse infans **M** 11 adfuit et **Sa**: adfuit ut **AGM** 12 actum sit *Gesner, ipse malim* actumst, *cf. tamen 4, 2, 21* quid acti sit poτ̀ **A** (*pro* poτ∸) *ut corr. Spalding:* poš **G**, posset **M**, possit **S** 13 aliquid **GS** adfuisse et **GMS**: adfuisset **A**, affuisse et a esse **MSa**: esset **AG** 14 hoc *addidit Christ* tibicini **AGMS**, *em. Regius* ad dissertum **GS**, adisertum **A**[1] 15 ista **Sa**: istam **AGM** afuisti **AG**: abfuisti **M**ς, adfuisti **Sg** 17 dici *Christ:* dicit *libri* 20 tum impie **GMS** inquam *ed. Camp.* 25 coniectura alia **AGMS** 26 loco **G** *s. l. m. 1* 28 continentur **AS** (*sed* **A** entur *in ras.*): continetur **GM** ultra — quo id **A** *in ras. m. 2, prima manus fere dimidium habuerat*

an aliquid inueniri praeterea possit. quo id modo fiet? sedulo
imitor quaerentem, ut quaerere doceam, et omisso speciosiore
stili genere ad utilitatem me submitto discentium.
Omnes adhuc quaestiones ex persona petitoris ipsius duxi-
mus: cur non aliquid circa patrem quaerimus? dictum non est:
55 'quisquis non adfuerit, exheres erit.' cur non conamur et sic
quaerere 'num cuicumque quis non adfuerit?' facimus hoc
saepe in iis controuersiis, in quibus petuntur in uincula, qui
parentis suos non alunt, ut eam, quae testimonium in filium
peregrinitatis reum dixit, eum, qui filium lenoni uendidit. in
56 hoc, de quo loquimur, patre quid adprendi potest? damnatus
est. numquid igitur lex ad absolutos tantum patres pertinet?
dura prima fronte quaestio. non desperemus: credibile est hoc
uoluisse legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent.
sed hoc dicere rustico uerecundum est, quia innocentem fuisse
57 patrem fatetur. dat aliud argumentum controuersiae: 'damnatus
proditionis cum aduocato exulet.' uix uidetur posse fieri, ut
poena filio in eodem patre, et si adfuerit et si non adfuerit,
constituta sit: praeterea lex ad exules nulla pertinet. non ergo
credibile est de aduocato damnati scriptum: an possunt enim
58 bona esse ulla exulis? rusticus in utramque partem dubium facit:
disertus et uerbis inhaerebit, in quibus nulla exceptio est, et
propter hoc ipsum poenam esse constitutam eis, qui non adfue-
rint, ne periculo exilii deterreantur aduocatione, et rusticum
innocenti non adfuisse dicet. illud protinus non est indignum
quod adnotetur, posse ex uno statu duas generales quaestiones
fieri, an quisquis? an cuicumque? haec ex duabus personis

1 quod id modo **GMSa**, quod hoc m. fiet *coni. Spalding* 2 et **A** *corr. ex* ut missio **M** speciosiore stili **AM**: speciosior est illi **G**, speciosiore illo **S**; stili *m. Bonnell de lectione Ambrosiani errans* 4 diximus *libri, em. Regius* 5 non est **A** *in ras.* 6 quisquis *Spalding:* cui quis **AGMS**, *sed* **A** cui *in ras. cf. §§ 50. 58* exheres — non adfuerit *om.* **M** et sic **Sa**: etsi **AG** 7 num *edd. uett.* non **AGS** cuicumque quis **A** *ut coni. Obrecht:* cum quis **S**, cumque **G** faciamus **M** 8 quia **A**¹ 9 parentis **A**: parentes **GMSa** suos *om.* **G** *1 m.* al*unt* **A** eam quae **G**: eamque **AM**, eum qui **a**, ea que **S** 10 peregrinitatis *ed. Aldina*: peregrinantis **AGMS** dixit **a**: duxit **AGMS** qui filium *om.* **G** *1 m.* leoni **GS**, lenonii **M** 11 pat*re* **A** adprehendi **M** 12 *ab*solutos **A** 15 qui *coni. Spalding* 16 controuersia **A**; *sententia est, ut Capper. uidit:* dat argumentum controuersiae *scil. id quod sequitur* 'damnatus . . exulet'. 17 exs*u*let **A** 18 poena filio eadem, patri et si *Regius* et (*ante* si non) *om.* **A** *1 m.* 20 scripti **M**, scriptam *malebat Gesner, cf. tamen Spald.* possunt *nos:* possint *libri, sed* **S** posset 21 rusticus *Regius:* scolastica **AGMS**, *de qua interpolatione cf. Spald.* scholasticus *ed. Camp. et Bonn.* in utramque parte **AG**, in utraque parte **MS** 24 exili **A**¹**G** 25 innocentē **A**¹ *ut uidetur* protenus **A** non est *nos:* non id **AG**, non **MS**ς 26 quaest. fieri **A**: fieri quaest. **GMS**ς

quaesita sunt. ex tertia autem, quae est aduersarii, nulla oriri 59
quaestio potest, quia nulla fit ei de sua parte controuersia. non-
dum tamen cura deficiat: ista enim omnia dici possent etiam
non restituto patre. nec statim eo tendamus, quod occurrit
ultro, a rustico restitutum. qui subtiliter quaeret, aliquid spe-
ctabit ultra: nam, ut genus species sequitur, ita speciem genus
praecedit. fingamus ergo ab alio restitutum: ratiocinatiua seu 60
collectiua quaestio orietur, an restitutio pro sublatione iudicii
sit et proinde ualeat, ac si iudicium non fuisset? ubi temptabit
rusticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse se suorum
restitutionem uno praemio nisi patre proinde, ac si accusatus
non esset, reuocato, quae res aduocati quoque poenam, tamquam
is non adfuisset, remiserit. tum uenimus ad id, quod primum 61
occurrebat, a rustico esse restitutum patrem. ubi rursus ratio-
cinamur, an restitutor accipi debeat pro aduocato, quando id
praestiterit, quod aduocatus petiit, nec improbum sit pro simili
accipi, quod plus est. reliqua iam aequitatis, utrius iustius sit 62
desiderium. id ipsum adhuc diuiditur: etiam si uterque totum
sibi uindicaret, nunc utique, cum alter semissem, alter uniuersa
fratre excluso. sed his tractatis etiam habet magnum momen-
tum apud iudices patris memoria, cum praesertim de bonis eius
quaeratur. erit ergo coniectura, qua mente pater intestatus de-
cesserit: sed ea pertinet ad qualitatem, alterius status instru-
mentum est. plerumque autem in fine causarum de aequitate 63
tractabitur, quia nihil libentius iudices audiunt. aliquando tamen
hunc ordinem mutabit utilitas, ut, si in iure minus fiduciae erit,
aequitate iudicem praeparemus.

Nihil habui amplius quod in uniuersum praeciperem. nunc 64
eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas ut perse-

1 aduersari **A^1G** 3 possent **G** *corr. 1 m. ex* potest 4 non *edd. uett. om.* **AGMS** 5 qui **A**, *ut coni. Spalding:* quid **GM**, qui id **S** *et edd. priores* spectauit **A^1GM** 6 species **a**, *ut coni. Regius:* speciae **AG**, specie **M**, speciem **S** ita genus speciem **A** *solus* 9 sit **AG** *et Regius:* iste **M**, stet **S** *et edd. uett.* perinde ς, *item paulo post* ualet **A^1** non **A** *ex corr.* temptauit **A^1GMS** 10 potuis se suorum **G**, potuisse suorum **A**, se *om. edd.* 11 patre **a**: patrem **AGMS** 12 esset **Sa**: esse **AGM** 13 his **G**, hys **M**, hiis **S** ueniemus *dett.* 15 restitutor *edd. uett.* restitutus **AGMS** 16 quod **A**, *sed* o *in ras.* petiit **S**: petit **AGM**
17 reliqua iam aetatis **A**, r. iam aetatis est (et **M**) **GMS**, r. iam aequitatis sunt *Regius*, reliqua quaestio iam aeq. est *malebat Spalding* 18 totum sibi **AGMS**: sibi totum *edd.* 19 alterum uersa **GMS** 20 etiam — monumentum **A** *2 m. in ras. (1 m. non tam multa habuerat)* 21 memoria **GM** 23 et alterius *Gesner probabiliter* 24 plerumque tractabitur *om.* **S** finem **A^1GM** 25 quia *mei:* qua *Goth. et ed. Camp.* tam** **A^1**
26 mutabit **a**: mutauit **AGMS** 28 praecipere **A^1**

qui ad ultimam speciem, id est ad singulas lites controuersiasque non possum, ita in generalibus scribere licet, ut, quae in quemque statum frequentissime incidant, tradam. et quia natura prima quaestio est, factumne sit, ab hoc ordiar.

II. Coniectura omnis aut de re aut de animo est. utriusque tria tempora, praeteritum, praesens, futurum. de re et generales quaestiones sunt et definitae, id est, et quae non con-
2 tinentur personis et quae continentur. de animo quaeri non potest, nisi ubi persona est et de facto constat. ergo, cum de re agitur, aut quid factum sit, in dubium uenit, aut quid fiat, aut quid sit futurum, ut in generalibus 'an atomorum concursu mundus sit effectus, an prouidentia regatur, an sit aliquando casurus:' in definitis 'an parricidium commiserit Roscius, an regnum adfectet Manlius, an recte Verrem sit accusaturus Q. Cae-
3 cilius.' in iudiciis praeteritum tempus maxime ualet, nemo enim accusat nisi quae facta sunt: nam quae fiant et quae futura sint, ex praeteritis colliguntur. quaeritur et unde quid ortum? ut 'pestilentia ira deum an intemperie caeli an corruptis aquis an noxio terrae halitu.' et quae causa facti? ut 'quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint, iureiurando adacti an exemplo moti an gratificantes Atridis?' quae duo genera non multum
4 inter se distant. ea uero, quae sunt praesentis temporis, si non argumentis, quae necesse est praecessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent coniectura, ut si apud Lacedaemonios quaeratur 'an Athenis muri fiant.' est et illud, quod potest uideri extra haec positum, coniecturae genus, cum de aliquo homine quaeritur, quis sit, ut est quaesitum contra Urbiniae

1 controuersias quae **GM** 2 que non possum ita **A** *in ras.* in generalibus **AGMS**, *sed* **A** bus *in ras. m. 2*, de generalibus *Regius*, ita generalibus (*uel* ita generalius) *coni. Spalding*, *ut sit:* singulis quidem causis non licet scribere (*scil.* praecepta), at generalibus licet 3 tradam *om.* **G** *1 m.* et **A** *corr. ex* ut natura **A** *s. l. sed 1 m.* 6 tempora sunt *exc. Cass. p. 503, 37* 7 definite **GMS**, definita **A**[1] 8 personis et q. continentur *exc. Cass.:* *om.* **AGMS**; personis *om. edd. pleraeque*, *aliae ante* non continentur *habent* 10 fiat *exc. Cass.* fit **AGM**, sit **S** 11 ut] aut **A**[1] *ut uidetur* concursu **Sa**: concursus **AGM** 12 sit *om.* **M** 13 casur*us in* defini*tis* **A** 14 Q.] quae **GM** 16 namq. fiant **A**[1] 17 colligitur **M** unde] uide **G** 18 deorum **M** an anxio **M**, an nouo **S** 19 habitu **M** causa facit **AGMS** *(sed* **A** facit *in ras.)*, *em. in edd. uett.* 20 nauiganerint **S**: nauigauerunt **AGM** 21 moti **AGS**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* non **M** atridis **S**: atrides **G**, atrid*as* **A**, atrioles **M** *Quae* duo genera *non* multum in*ter se* **A** 22 distat **G** ea quae uero **M** 23 sed **A** *in ras.* 24 sunt *om.* **G** *1 m.* *coniec*tura **A** aput **AM** 25 est et *Spalding:* sed et *libri* 26 hoc **M** 27 quis sit *Regius:* quid sit **AGMS**, qui sit **a** urbine **AGM**, urbinae **a**, urbani **S**

heredes, 'is qui tamquam filius petebat bona, Figulus esset an
Sosipater.' nam et substantia eius sub oculos uenit, ut non 5
possit quaeri, an sit, quomodo an ultra oceanum, nec quid sit
nec quale sit, sed quis sit? uerum hoc quoque genus litis ex
praeterito pendet. 'an hic sit ex Urbinia natus Clusinius Figu-
lus.' fuerunt autem tales etiam nostris temporibus controuersiae
atque aliquae in meum quoque patrocinium inciderunt. animi 6
coniectura non dubie in omnia tempora cadit: 'qua mente Liga-
rius in Africa fuerit? qua mente Pyrrus foedus petat? quo modo
laturus sit Caesar, si Ptolomaeus Pompeium occiderit?'

Quaeritur per coniecturam et qualitas circa modum, speciem,
numerum: 'an sol maior quam terra, luna globosa an plana an
acuta, unus mundus an plures.' itemque extra naturales quae- 7
stiones: 'maius bellum Troianum an Peloponnesium, qualis clipeus
Achillis, an unus Hercules.'

In iis autem, quae accusatione ac defensione constant, unum
est genus, in quo quaeritur et de facto et de auctore: quod
interim coniunctam quaestionem habet, cum utrumque pariter
negatur, interim separatam, cum et factum sit necne, et si de
facto constet, a quo factum sit ambigitur. ipsum quoque factum 8
aliquando simplicem quaestionem habet, an homo perierit, ali-
quando duplicem, ueneno an cruditate perierit. alterum est
genus de facto tantum, cum, si id certum sit, non potest de
auctore dubitari: tertium de auctore tantum, cum factum constat,
sed a quo sit factum in controuersiam uenit. et hoc, quod tertio 9
loco posui, non est simplex. aut enim reus fecisse tantummodo
se negat aut alium fecisse dicit. sed ne in alterum quidem
transferendi criminis una forma est. interdum enim substituitur
mutua accusatio, quam Graeci ἀντικατηγορίαν uocant, nostrorum

---

1 haeredes **A** *in ras.* is qui *Spalding:* si qui **A** *ut uidetur*, si quis **GS**, si is qui **a**, si quis qui **M** *esset an* sosipater **A**, esset an soli pater (patri **M**) **MS** 2 oculis **M** 3 oceanum ne quid sint **GM** 4 qui sit **A**, quid sit **GM**, quod sit **S** 5 Clusinius *Philander:* dusimius **AG**, dusinus **M**, duscinus **S** 6 etiam nostris **AGS**: etiam *om.* **M**, nostris etiam ς 9 pyrus **A**, pyrrhus **a**ς 10 ptolomeus **AGS**, ptholomeus **M**, Ptolemaeus ς 11 qualitas *Regius:* qualitatē **AGMS**, *sed* **A** ē *in ras.* 13 aut acuta **M** 14 bellum bellum **A**^{1} peloponesium **M**, peloponensium **AGS** 16 his **AGMS** constant **Sa**: constat **AGM** 18 habet cum *scripsi:* habet et *libri* 19 separatum **AGMS**, separatim *corr.* **M**, *em. Regius* 22 duplicē **A**, *sed* ē *in ras.* 23 certum **MS**: circum **AG** 24 constet **GMS** 25 hoc **A** *(per compendium): om. rell. noti* tertio **A**, *sed* o *in ras.* 26 posuit **A**^{1} aut **AS** *(sed* **A** ut *in ras.)*; ait **GM** fecisset **G**^{1} 27 negat aut **Sa**: negata ut **AG**, negata aut **M** 29 ANTIKATHΓOPIAN **A**, *sed* Γ *et* AN *in ras.* ANTIKATHKOPIAN **G** *(item infra* § *10)* uocant *om.* **A**^{1}

quidam concertatiuam: interdum in aliquam personam, quae
extra discrimen iudicii est, transfertur, et alias certam, alias
incertam: et cum certam, aut in extrariam aut in ipsius, qui
10 periit, uoluntatem. in quibus similis atque in ἀντικατηγορίᾳ
personarum, causarum, ceterorum comparatio est, ut Cicero pro
Vareno in familiam Ancharianam, pro Scauro circa mortem Bo-
11 staris in matrem auertens crimen facit. est etiam illud huic
contrarium comparationis genus, in quo uterque a se factum
esse dicit, et illud, in quo non personae inter se, sed res ipsae
colliduntur, id est non uter fecerit, sed utrum factum sit. cum
de facto et de auctore constat, de animo quaeri potest.

Nunc de singulis. cum pariter negatur, hoc modo: 'adul-
terium non commisi, tyrannidem non adfectaui.' in caedis ac
12 ueneficii causis frequens est illa diuisio: 'non est factum, et si
factum est, ego non feci.' sed cum dicimus 'proba hominem
occisum,' accusatoris tantum partes sunt, a reo nihil dici contra
praeter aliquas fortasse suspiciones potest, quas spargere quam
maxime uarie oportebit, quia, si unum aliquid adfirmaris, pro-
bandum est aut causa periclitandum. nam cum inter id, quod
ab aduersario, et id, quod a nobis propositum est, quaeritur,
uidetur utique alterum uerum: ita euerso quo defendimur relicum
13 est quo premimur, ut cum quaerimus de ambiguis signis crudi-
tatis et ueneni, nihil tertium est, ideoque utraque pars quod
proposuit tuetur. interim autem ex re quaeritur 'ueneficium
fuerit an cruditas', cum aliqua ex ipsa citra personam quoque
14 argumenta ducuntur. refert enim, conuiuium praecesserit *laetitia*
an tristitia, labor an otium, uigilia an quies. aetas quoque eius,
qui periit, discrimen facit: interest subito defecerit an longiore

1 concertatiua **A**, coniecturam **M** in *om.* **GM** 2 extra **A** *corr. ex* ex iudici **A**[1]**GM** 3 et **A** *corr. ex* aut *ut uidetur* in extrariam uitam **AGS**, *sed* **A** uitā *m. 2 in ras.* in extra uitam **M**, in extrariam inuitam *Obrecht*, aut in extraria sitam aut in . . uoluntate *coni. Spalding* (uitam *del. Regius*) 4 periit *Badius:* perit **S**, petit **AGM**, *sed in* **A** *prior* t *in ras. cf. ad* § *14* 5 caeterorum **G** 7 matrem **AG** *(sed* **A** t *in ras.):* mortem **MS** *et dett.* 8 coparationis **A** 9 set **A**[1] res ipsae **A**: ipse res **GMS**
10 id est **GS**: idē **A**, .i. **M** 12 cum pariter utrumque negatur *Regius, cf.* § *7* 13 non **S**: *om.* **AGM** comissi **G**, commissi **S** 14 uenefici **A**[1], ueneficiis **GM** diuisio **A** *corr. ex* diuio si est factum ς 17 suspi-tiones **GS** 18 uariae **A**[1]**G** 20 ab *om.* **AGMS** 21 utique **G** *corr. 1 m. ex* itaque quo (quod **M**) defendimur **AM**: quod defendere **G** (ita ex ad-uerso quoque defendere **S**) reliquum **MS**ς 22 ut cum *Christ:* at (ad **A**[1]) cum *libri* 23 ueneni **A** *corr. ex* ueni 24 posuit **M** 25 an **A** *corr. ex* in citra **Ga**: circa **AS**, *om.* **M** 26 laetitia *suppleuit Philander*
27 labor an otium *Regius:* laborantium *libri* an**quies **A** 28 periit **S**: perit **AG**, petit **M**, *cf.* § *10* defecerit **A** *corr. ex* deserit

ualetudine consumptus sit. liberior adhuc in utramque partem
disputatio, si tantum subita mors in quaestionem uenit. interim 15
ex persona probatio rei petitur, ut propterea credibile sit uenenum fuisse, quia credibile est ab hoc factum ueneficium uel
contra. cum uero de reo et de facto quaeritur, naturalis ordo
est, ut prius factum esse accusator probet, deinde a reo factum.
si tamen plures in persona probationes habuerit, conuertet hunc
ordinem. defensor autem semper prius negabit esse factum, 16
quia, si in hac parte uicerit, reliqua non necesse habet dicere:
uicto superest ut tueri se possit.

Illic quoque, ubi de facto tantum controuersia est, quod si
probetur non possit de auctore dubitari, similiter argumenta
et ex persona et ex re ducuntur, sed in unam facti quaestionem,
sicut in illa controuersia (utendum est enim [et] his exemplis, 17
quae sunt discentibus magis familiaria): 'abdicatus medicinae
studuit. cum pater eius aegrotaret, desperantibus de eo ceteris
medicis adhibitus sanaturum se dixit, si is potionem a se datam
bibisset. pater acceptae potionis epota parte dixit uenenum sibi
datum, filius quod relicum erat exhausit: pater decessit, ille parricidii reus est.' manifestum, quis potionem dederit: quae si 18
ueneni fuit, nulla quaestio de auctore, tamen an uenenum fuerit,
ex argumentis a persona ductis colligetur.

Superest tertium, in quo factum esse constat aliquid, a quo
sit factum quaeritur. cuius rei superuacuum est ponere exemplum, cum plurima sint huiusmodi iudicia, ut hominem occisum
esse manifestum sit uel sacrilegium commissum, is autem, qui
arguitur fecisse, neget. ex hoc nascitur ἀντικατηγορία: utique
enim factum esse conuenit, quod duo inuicem obiciunt. in quo 19
quidem genere causarum admonet Celsus, fieri id in foro non
posse, quod neminem ignorare arbitror: de uno enim reo
consilium cogitur, et etiamsi qui sunt, qui inuicem accusent,

1 ualitudine **MS**, ualitudinē **G** in utraque parte **M** 4 beneficium **A**[1]**G**, *item* **A**[1] *supra § 13* 5 de reo *edd. uett.* de re **AGMS** 7 conuertet *Badius:* conuertit **AGMS**, *cf. tamen 7, 1, 61* 8 semper *om.* **M** negauit **A**[1]**GS** 13 et re **M** quaestione **A**, quaestionem sumendum **M** 14 utendum est] auт̄ duc̄ **A**, aū (aum **M**) dū (dum **SM**) c̄ (est **S**) **GMS** et *cum Wolffio inclusi,* et hic *coniecit Spalding* 17 adhibitus **MS**: adhabitus **AG** a *om.* **A**[1] 19 reliquum **GMS** ille **Sa**: illi **AGM** parricidi **A**[1], patricidi **GM**, patricidii **S** 21 tantum an *Badius* 22 colligitur **MS** 25 ut **A** *corr. ex* aut 27 ANTIKATIΓOPIA **AG** 28 enim] hoc **S** obici*unt* **A**, obiciū **G** 29 generi c. a. celus **A**[1] 30 enim **AG**: *om.* **MS** 31 et etiamsi *Christ:* etiam et si **AGM**, et si **S** *et Regius* qui se inu. *Regius, at cf. § 23*

20 alterum iudicium praeferre necesse est. Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas esse controuersias dixit, et sunt re uera secundum forense ius duae lites. potest tamen hoc genus in cognitionem uenire senatus aut principis. sed in iudicio quoque nihil interest actionum, utrum simul de utroque pronuntietur, an
21 sententia de uno feratur. quo in genere semper prior debebit esse defensio, primum quia natura potior est salus nostra quam aduersarii pernicies, deinde quod plus habebimus in accusatione auctoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit, postremum, quod ita demum duplex causa erit. nam qui dicit 'ego non occidi,' habet reliquam partem ut dicat 'tu occidisti:' *at qui dicit 'tu occidisti,'* superuacuum habet postea dicere 'ego non occidi.'
22 Hae porro actiones constant comparatione: ipsa comparatio non una uia ducitur. aut enim totam causam nostram cum tota aduersarii causa componimus aut singula argumenta cum singulis. quorum utrum sit faciendum, non potest nisi ex ipsius litis utilitate cognosci, ut Cicero singula pro Vareno comparat in primo crimine: † est enim superior enim persona alieni cum persona matris temere compararetur. quare optimum est, si fieri poterit, ut singula uincantur a singulis: sed si quando in parti-
23 bus laborabimus, uniuersitate pugnandum est. et siue inuicem accusant, siue crimen reus citra accusationem in aduersarium uertit, ut Roscius in accusatores suos, quamuis reos non fecisset, siue in ipsos, quos sua manu perisse dicemus, factum deflectitur, non aliter quam in iis, quae mutuam accusationem habent, utrius-
24 que partis argumenta inter se comparantur. id autem genus, de quo nouissime dixi, non solum in scholis saepe tractatur, sed etiam in foro. nam id est in causa Naeui Arpiniani solum quaesitum, praecipitata esset ab eo uxor an se ipsa sua sponte

1 praeferre **AGM**: proferre **S**, perferre a, *cf. Spald. adnot.* apollodurus **G** 3 forensae **A¹G** 5 an sententia de uno feratur *Zumpt praeeunte Regio:* an etiamsi de uno fertur **AGMS**, an de uno seorsim *Badius* 6 *quo* in **A** 8 aduersari **A¹**, *item § 22* 11 at qui d. tu occid. *suppleuit Regius recte monente Spaldingio, in his* at *aliter scribi a Q. potuisse, cetera necessaria esse* 12 habe **A¹** 13 constat **A¹G** 16 quorum *edd. uett.* quarum **AGMS** non *om.* **A** *1 m.* 17 ut *om.* **A** 18 est enim superior enim persona **GS**: est enim sup. persona enim **A** *sed* pers. enim *in ras. m. 2 (quid 1 m. habuerit dispici non potest)*, est enim sup. cum persona **M** *et dett. Cum res de qua agitur ignoretur, difficile uidetur in loco corrupto aliquid statuere, tentauimus tamen hoc:* etenim in posteriore crimine persona *etc.* 19 comparetur **M** *et dett.* 20 poter*it* **A**, potuerit **S** *uinc*antur (iungantur *1 m.*?) **A** 21 laborauimus **A¹GS** et **A**: ut **GMS**, at *Gesner* 22 accusat **M** crimine **M** 23 fecissetisiue **G** 24 ipso **A¹G** 25 non **A** *corr. ex* nā in his **AGMS** habent **AGMS**: habeant ς 27 quo **AMS** *(sed* **A** o *in ras.)*: qua **G** 28 naeui **A**: neui **GM**, neuii **S**; Nonii Aproniani *Lipsius ad Tac. Ann. 4, 21, at cf. Spalding*

iecisset. cuius actionem et quidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum me fecisse ductum iuuenali cupiditate gloriae fateor. nam ceterae, quae sub nomine meo feruntur, neglegentia excipientium in quaestum notariorum corruptae minimam partem mei habent.

Est et alia duplex coniectura huic anticategoriae diuersa, 25
de praemiis, ut in illa controuersia: 'tyrannus suspicatus a medico suo datum sibi uenenum torsit eum, et cum is dedisse se pernegaret, arcessit alterum medicum: ille datum ei uenenum dixit, sed se antidotum daturum, et dedit potionem ei, qua epota tyrannus decessit.' de praemio duo medici contendunt. nam ut illic factum in aduersarium transferentium, ita hic sibi uindicantium personae, causae, facultates, tempora, instrumenta, testimonia comparantur. illud quoque, etiamsi non est ἀντικα- 26
τηγορία, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationem quaeritur, utrum factum sit. utraque enim pars suam expositionem habet atque eam tuetur, ut in lite Urbiniana petitor dicit, 'Clusinium Figulum filium Urbiniae acie uicta, in qua steterat, fugisse, iactatumque casibus uariis, retentum etiam a rege tandem in Italiam ac patriam suam † Marginos uenisse atque ibi agnosci:' Pollio contra, 'seruisse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum alienae se familiae uenali inmiscuisse, a se rogantem, ut ei seruiret, emptum.' nonne 27
tota lis constat duarum causarum comparatione et coniectura duplici atque diuersa? quae autem accusantium ac defendentium, eadem petentium et infitiantium ratio est.

Ducitur coniectura primum a praeteritis: in his sunt personae, causae, consilia. nam is ordo est, ut facere uoluerit,

1 quam actionem *Regius* et quidem **A** *ut coni. Spalding:* equidem **MS**, et quaedam **G** 2 ipsum efficis eductum **AG**, ipsum effecisse ductum **MSa** (me fecisse *iam Regius*) iuuenali **AGMS**: iuuenili ς 3 feruntur **M**: teruntur **a**, ****runtur **A**, fecerunt **GS**, *fort.* circumferuntur, *cf. II, 13, 15. 15, 4* 5 parte **A**[1] 6 est et **AS**: esset **GM** anti categoriae **A**, ante gategoria **G**, anticathegoria **S**, *om.* **M** *ut omnia graeca* non diuersa *Regius* 7 praemi*is* **A**, praemis **GM** 8 se pernegaret **A**: sēper negaret **GM**, se negaret **S** 10 se **A** *2 m. in ras.* potionem ei **AGMS**: ei pot. ς epota **A** *in ras.* epotata **S** 12 hic **AS**: huic **GM** 14 ANTIKATHΓOPIAN **G** 15 simili tamen **AM** *(sed* **A** *m. 2 in ras.):* similia **G**, simili **S** accusatione **A**[1] 16 utra*que enim* **A** 17 uruiniana **A**[1], urbaniana **M** 18 dicit **AS** *(sed* it **A** *in ras.):* dicitur **GM** clusimum (*uel* clusinium) **MS**, clusmium **G**, dusmium **A** urbiniane (-ne **GMS**) **AGMS** 19 fugisset **A**[1] ca**ibus **A**[1] a *om.* **G** 20 mȧrginos *libri,* Marrucinos *Bonnell* 21 ignosci **M** 22 manum missum **GM** alicui se fam. *coni. Spalding* 23 a se rogantem **A**: ac rogantem **MS**, arrogantem **G** ei **A** *ut coni. Gesner:* eis **GMS** 25 eaque diuersa *malebat Spalding* 27 a **S**: *om.* **AGM** in is **A** personis **A**[1]**GS**

potuerit, fecerit. ideoque intuendum ante omnia, qualis sit,
28 de quo agitur. accusatoris autem est efficere, ut, si quid
obiecerit, non solum turpe sit, sed etiam crimini, de quo iudi-
cium est, quam maxime conueniat. nam si reum caedis inpu-
dicum uel adulterum uocet, laedat quidem infamia, minus tamen
hoc ad fidem ualeat, quam si audacem, petulantem, crudelem,
29 temerarium ostenderit. patrono, si fieri poterit, id agendum est,
ut obiecta uel neget uel defendat uel minuat: proximum est, ut
a praesenti quaestione separet. sunt enim pleraque non solum
dissimilia, sed etiam aliquando contraria, ut si reus furti prodi-
gus dicatur aut neglegens: neque enim uidetur in eundem et
30 contemptus pecuniae et cupiditas cadere. si deerunt haec re-
media, ad illa declinandum est, non de hoc quaeri, nec eum, qui
aliqua peccauerit, utique commisisse omnia, et hanc fiduciam
fuisse accusatoribus falsa obiciendi, quod laesum et uulneratum
31 reum sperauerint hac inuidia opprimi posse. alii a propositione
accusatoris contraque eam loci oriuntur. saepe a persona prior
ducit argumenta defensor et interim generaliter, incredibile esse
a filio patrem occisum, ab imperatore proditam hostibus patriam.
facile respondetur, uel quod omnia scelera in malos cadant ideo-
que saepe deprensa sint, uel quod indignum sit crimina ipsa
32 atrocitate defendi. interim proprie, quod est uarium. nam
dignitas et tuetur reum et nonnumquam ipsa in argumentum
facti conuertitur, tamquam inde fuerit spes inpunitatis: proinde
paupertas, humilitas, opes, ut cuique ingenii uis est, in diuer-
33 sum trahuntur. probi uero mores et ante actae uitae integritas
numquam non plurimum profuerint. si nihil obicietur, patronus
quidem in hoc uehementer incumbet, accusator autem ad prae-
sentem quaestionem, de qua sola iudicium sit, cognitionem alli-
gabit dicens, neminem non aliquando coepisse peccare, nec pro

3 iudicium est **AG**: iudicium **S**, dictum est **M**, est iudicium ς   4 ueniat **A**¹   si *om.* **A**¹   5 minus tamen **A** *in ras.* minus tamen an **G**   7 ostendere **M**   potuerit **S** *et dett.*   9 solum et dissimilia **A**   10 sed etiam *om.* **M**   14 aliqua **A**: aliquando **GMSa**ς   co*nm*isisse **A**   16 sperauerint *Gesner:* sperauere *libri*, *an* sperarent?   hac *Regius:* haec *mei*, hic *al.*   posset **AGMS**   alii a **A** *ut uidetur:* alia **GMSa**   17 contraque eam *nos:* contra quam **AMS**, contra qua **G**, contraque *Gesner*   18 dicit **AGMS**, *em. Obrecht*   esse **G** *om. 1 m.*   19 hostibus **A** *in ras. m. 2*   20 cadat **A**¹**G**   ideo **S**   21 sepe **MS**, seq. **G**   deprehensa **GMS**ς   indignum *ed. Aldina*: ingenuum **A**, ingenium **GMS**, ingeniosum *Bonnell*   22 defendit **A**¹**GMS**   23 ipsa in **A**: ipsam **G**, ipsa **M**, in ipsam **S**   24 impunitis **A**¹   perinde *Regius*   25 ingenii *Spalding:* ingenio **AGMS** (*idem Spald. tentauit* ut quisque ingeniosus)   26 et ante **AM** (*sed* **A** et *in ras.*): e stante **G**, ante **S**   29 alligauit **A**¹**G**   30 non *om.* **GS**   peccare **M**: spectare **AGS**, *sed in* **A** s *erasa*

† encenia ducendum scelus primum. haec in respondendo. sic 34
autem praeparabit actione prima iudicum animos, ut noluisse
potius obicere quam non potuisse credatur. eoque satius est,
omni se ante actae uitae abstinere conuicio quam leuibus ac
friuolis aut manifesto falsis reum incessere, quia fides ceteris
detrahitur: et qui nihil obicit, omisisse credi potest maledicta
tamquam superuacua, qui uana congerit, confitetur unum in
ante actis argumentum, in quibus uinci quam tacere maluerit.
cetera, quae a personis duci solent, in argumentorum locis ex- 35
posuimus.

Proxima est ex causis probatio, in quibus haec maxime
spectantur: ira, odium, metus, cupiditas, spes: nam reliqua in
horum species cadunt. quorum si quid in reum conueniet, accu-
satoris est efficere, ut ad quidquid faciendum causae ualere
uideantur, easque, quas in argumentum sumet, augere: si minus, 36
illuc conferenda est oratio, aut aliquas fortasse latentis fuisse,
aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si fecit, aut etiam dignius
esse odio scelus, quod non habuerit causam. patronus uero,
quotiens poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum
esse sine causa. quod Cicero uehementissime *in* multis oratio-
nibus tractat, praecipue tamen pro Vareno, qui omnibus aliis
premebatur: nam et damnatus est. at si proponitur cur factum 37
sit, aut falsam causam aut leuem aut ignotam reo dicet. possunt
autem esse aliquae interim ignotae, 'an heredem habuerit, an
accusaturus fuerit eum, a quo dicetur occisus'. si alia defece-
rint, non utique spectandas esse causas: nam quem posse repe-
riri, qui non metuat, oderit, speret? plurimos tamen haec salua
innocentia facere. neque illud est omittendum, non omnis causas 38

---

1 encenia **AGS**, *sed* **A** *in ras. m. 2*, *om.* **M**, encomio *Gesner*, *parum apte; exspectares potius* pro re leui *uel simile aliquid* 2 praeparauit **A**[1]**G** uoluisse **M** 4 conuitio **GMS** ac *nos:* au **A**, aut **GMSa**, atque *cod. Guelf.* 5 in*céssere* **A** 6 detraitur **A**[1] qui **AG**: quia **S**, quod **M** 7 unum *Spalding:* uanum *libri* 9 argumentorū **A**, argumentum **M** 12 spectantur **G** *corr. m. uetere ex* probantur 13 qui*d* (quit *1 m.?*) in reum conueni*et* **A** 14 efficere ut ad quidquid *Spalding:* efficere ad quidquid (quicquid **G**) **GMS**, effice ad quidquid **A** *ut uidetur*, efficere ad quid **a** *et Francius*, eff. ut ad aliquid *ipse malim* 15 sumet **A** *in ras.* 16 latentis **A**: latentes **GMSa** stitisse **M** 19 instabit **MSa**: instatuit **G** *et ut uidetur* **A** 20 in *add. Regius* 21 omnibus **A** *ut coni. Regius:* in (ī) omnibus **GMS** 22 at **A** *in ras.* 23 reo **A** *ut coni. Regius*: pro reo **GMSa** 24 autem **A** *per compendium (scil.* h *cum siglo): om. rell. noti* (possunt enim *Spald.*) aliquē **A**[1]**G** 25 eum **A** *corr. ex* cum ad quo **G** dicetur **AGMS**: dicitur ς aliqua **M** defeceri*nt* **A** 26 repperiri **AG**
27 speret irascatur cupiat *coni. Regius coll. § 35* 28 causas **AMS** *(sed* s *ultima* **A** *in ras.):* causa si **G**

in omnibus personis ualere: nam ut alicui sit furandi causa
paupertas, non erit idem in Curio Fabricioque momentum.
39 De causa prius an de persona dicendum sit, quaeritur,
uarieque est ab oratoribus factum, a Cicerone etiam praelatae
frequenter causae. mihi, si neutro litis condicio praeponderet,
secundum naturam uidetur incipere a persona. nam hoc magis
generale est rectiorque diuisio, an ullum crimen credibile, an
40 hoc. potest tamen id ipsum, sicut pleraque, uertere utilitas.
nec tantum causae uoluntatis sunt quaerendae, sed interim et
erroris, ut ebrietas, ignorantia. nam ut haec in qualitate cri-
41 men eleuant, ita in coniectura premunt. et persona quidem
nescio an umquam, utique in uero actu rei, possit incidere, de
qua neutra pars dicat: de causis frequenter quaeri nihil adtinet,
ut in adulteriis, ut in furtis, quia illas per se ipsa crimina secum
habent.

42 Post haec intuenda uidentur et consilia, quae late patent:
an credibile sit reum sperasse id a se scelus effici posse? an
ignorari, cum fecisset? an, etiamsi ignoratum non esset, absolui
uel poena leui transigi uel tardiore uel ex qua minus incommodi
consecuturus quam ex facto gaudii uideretur? an etiam tanti
43 putauerit poenam subire? post haec, an alio tempore et aliter
facere uel facilius uel securius potuerit, ut dicit Cicero pro Milone
enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius inpune
occidi potuerit. praeterea, cur potissimum illo loco, illo tempore,
illo modo sit adgressus, qui et ipse diligentissime tractatur pro
44 eodem locus, an, etiamsi nulla ratione ductus est, impetu raptus
sit et absque sententia (nam uulgo dicitur scelera non habere
consilium), an etiam consuetudine peccandi sit ablatus.

22. c. 14 sqq.

---

1 in omnibus *om.* **M** 5 mihi **AGM**: sed mihi **S**ς si *neu*tro **A**, sine ultro **GM**, sine ullo **S** conditio **G**, conductio **S** praeponderet **Ma**: praeponeret **A**(?) **G**, proponetur **S** 6 personā **G** 7 ullum **AGS**: illud **M** 8 ipsum sicut **GS**: ipsū sit (*add.* si *sup.* sit) **A**, ipsum sicut sicut **M** pleraque *Regius:* plerique **AGMS**, *sed* **A** ū *e corr.* 9 nec tamen cause **M** 10 aebrietas **A**[1], hebrietas **G** ut haec **AGMS**: haec ut *dett.* crimen eleuant **AG** (*sed* **A** en eleuant *in ras. m. 2*): crimē elalabant **G**, crimen dabant **S** 12 an numquam **M** *et ed. Camp.* in *om.* **M** rei **A** *in ras.* 13 attinet *mei, sed* **A** at *in ras.* 17 sperasse **AG** *ut coni. Spalding:* sperare **MS** 18 ignoratum esset non absolui **S**, ignorantium non ualet absolui **M** 20 gaudi **A**[1] 21 post **GMS**: potest **A** 22 se*cu*rius **A** poterit **A**[1]**G** 24 potuerit **Sa**: poterit **AGM**, *ipse malim* poterat 26 *duc*tus **A** 27 absque sent. nam **A** *in ras. m. 2 (1 m. pauciores litteras habuerat)* nam **Sa**: ña *pro* nā **G**, non a **M** 28 ablatus **A**: allatus **GMS**, allectus *edd. (praeter Obrechti)*

Excussa prima parte 'an uoluerit,' sequitur 'an potuerit.'
hic tractatur locus, tempus, ut furtum in loco cluso, frequenti,
tempore uel diurno, cum testes plures, uel nocturno, cum maior
difficultas. inspiciuntur itaque difficultates occasionesque, quae 45
sunt plurimae ideoque exemplis non egent. hic sequens locus
talis est, ut, si fieri non potuit, sublata sit lis, si potuit, sequatur quaestio an fecerit. sed haec etiam ad animi coniecturam
pertinent: nam et ex his colligitur, an sperauerit. ideo spectari
debent et instrumenta, ut Clodi ac Milonis comitatus.

Quaestio 'an fecerit' incipit a secundo tempore, id est 46
praesenti, deinde coniuncto, quorum sunt sonus, clamor, gemitus: insequentis latitatio, metus, similia. his accedunt signa,
de quibus tractatum est, uerba etiam et facta, quaeque antecesserunt quaeque insecuta sunt. haec aut nostra sunt aut aliena. 47
sed uerba nobis magis nocent et minus prosunt nostra quam
aliena, magis prosunt et minus nocent aliena quam nostra.
facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena, ut si
quid, quod pro nobis sit, aduersarius fecit: semper uero magis
nocent nostra quam aliena. est et illa in uerbis differentia, 48
quod aut aperta sunt aut dubia. seu nostra seu aliena sunt,
infirmiora in utrumque sint necesse dubia: tamen nostra saepe
nobis nocent, ut in illa controuersia: 'interrogatus filius, ubi
esset pater, dixit: ubicumque est, uiuit: at ille in puteo mortuus
est inuentus'. aliena, quae sunt dubia, numquam possunt nocere 49
nisi aut incerto auctore aut mortuo. 'nocte audita uox est, cauete
tyrannidem,' et 'interrogatus, cuius ueneno moreretur, respondit:
non expedit tibi scire.' nam si est qui possit interrogari, soluet
ambiguitatem. cum autem dicta factaque nostra defendi solo 50
animo possunt, aliena uarie refutantur.

---

4 itaque **AG**: utique **MS**ς difficulta*tis* **A** occasionesque quae *nos:* occasionesque **AGM**, occasiones quae (que **S**) **Sa**ς, et occ. quae *Regius* 6 sit lis **AGM**: lis sit **S**ς 7 etiam haec **M** 8 sperauerit **A** *in ras. m. 2* 9 clodii **MSa** cōmitatus **GMS** 11 praesenti deinde **M**: praesenti ac deinde **AS** *(sed* **A** ac *in ras. m. 2)*, praesentiā deinde **G** coniuncto, hoc est insequenti *Regius, deinde* insequentis *omittens, at cf. 5, 10, 45 sq. et 5, 10, 94* 12 hic **M** 13 quaque A^1**G** 14 aut** nostra **A**, autem nostra **MS** ali*ena sed* uerba **A** 15 nobis magis nocent aut minus magis prosunt nostra quam aliena *libri*, aut *et* magis (*post* minus) *deleuit Bonnell*; Sed uerba nobis magis nocent (nocent et prosunt *Gesner*) aut minus. magis nocent et minus prosunt nostra quam aliena *uulgo ex Regii coniectura* qu*ã* **A** 16 quam nostra — prosunt nostra *om.* **M** 17 *interim* aliena **A** 21 ta*m̄* **A** 22 interrogat*us* **A** 23 ad ille A^1 25 cauete **A**: caueto **GMSa** 26 tyrannidem **A**(?)**GMS**: tyrannicidam a moueretur **GMS** 27 solue A^1**GS** 28 cum **A** *in ras. m. 2* nostra **AGS** *(sed* **A** *in ras.)*: nostraria **Mg** 29 possunt **AGMS**: possint ς

De uno quidem maximo genere coniecturalium controuer-
siarum locuti uidemur, sed in omnis aliquid ex his cadit. nam
furti, depositi, creditae pecuniae et a facultatibus argumenta
ueniunt, 'an fuerit quod deponeretur,' et a personis, 'an ullum
deposuisse apud hunc uel huic credidisse credibile sit, an peti-
51 torem calumniari, an reum infitiatorem esse uel furem.' sed
etiam in furti reo sicut in caedis quaeritur de facto et de auctore.
crediti et depositi duae quaestiones, sed numquam iunctae, an
datum sit, an redditum. habent aliquid proprii adulterii causae,
quod plerumque duorum discrimen est et de utriusque uita dicen-
dum, quamquam et id quaeritur, an utrumque pariter defendi
oporteat. cuius rei consilium nascetur ex causa: nam si adiu-
52 uabit pars altera, coniungam, si nocebit, separabo. ne quis
autem mihi putet temere excidisse, quod plerumque duorum
crimen esse adulterium, non semper dixerim: potest accusari
sola mulier incerti adulterii: 'munera domi inuenta sunt, pecunia
53 cuius auctor non extat, codicilli dubium ad quem scripti.' in
falso quoque ratio similis: aut enim plures in culpam uocantur
aut unus. et scriptor quidem semper tueri signatorem necesse
habet, signator scriptorem non semper, nam et decipi potuit.
is autem, qui hos adhibuisse et cui id factum dicitur, et scripto-
rem et signatores defendet. idem argumentorum loci in causis
proditionis et adfectatae tyrannidis.

54 Uerum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest
nocere, quod omnia, quae in themate non sunt, pro nobis duci-
mus. adulterium obicis: 'quis testis? quis index?' *proditionem*:
'quod pretium? quis conscius?' uenenum: 'ubi emi? a quo?
quando? quanti? per quem dedi?' pro reo tyrannidis adfectatae:
55 'ubi sunt arma? quos contraxi satellites?' neque haec nego esse
dicenda et ipsis utendum pro parte suscepta: nam et in foro
aliqua, quando aduersarius probare non poterit, desiderabo. sed
in foro tantam illam facilitatem olim desiderauimus, ubi non

1 controuersarium **A** 2 uidemur set *Spalding*: uidemus et **G**, uidemur (uidimur **A**[1]) et **AMS** nam facti depositi *malebat Spalding* 5 huic **a**: hunc **AGM**, *sed in* **G** n *sup. lin. m. 1*, huic *om.* **S** 6 calumniar*i an* **A** 8 crediti **AMS** (ti **A** *in ras.*): credidit **G** quaestiones sunt, sed nonnumquam *Regius*, *cf. tamen Spalding* iunete **A**[1] 9 datium **G** propri **A**[1]**G** adulteri **A** 10 de **AS**: te **GM** 12 nasce*tur* **A** (nascemur **A**[1]?) 13 sperabo **M** 16 incerto **A**(?) *teste Zumptio*, in certo **GM**, ineecisti **S** adulteri **AG**, adulterio **a** pecunie eius auctor **S** 17 actor **A**[1] 20 nam et **S**, manet **AGM** 22 iidem ϛ 24 scolarum **MS**, scalarum **AG** 25 themate **S**: themata **AGM** 26 proditionem *addidit Spalding* 27 nenum **G** emi **A** *in ras.* 31 aliqua quando *Spalding*: aliquando **AGMS**, si quando ϛ 32 olim **G** *s. l. 1 m.* desiderabimus **S** *et Spalding*

fere causa agitur, ut non aliquid ex his aut plura ponantur.
huic simile est, quod in epilogis quidam, quibus uolunt, liberos, 56
parentes, nutrices accommodant, nisi quod magis concesseris ea,
quae non sint posita, desiderare quam adicere.

De animo quo modo quaeratur, satis dictum est, cum ita
diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. nam qua uia
tractatur an uoluerit, eadem quo animo fecerit: id enim est, an
male facere uoluerit. ordo quoque rerum aut adfert aut detrahit 57
fidem: multo scilicet magis res, prout *ponuntur*, congruunt aut
repugnant. sed haec nisi in ipso complexu causarum non deprehenduntur. quaerendum tamen semper, quid cuique conectatur et quid consentiat.

III. Sequitur coniecturam finitio. nam qui non potest
dicere nihil fecisse, proximum habebit ut dicat, non id fecisse
quod obiciatur. itaque pluribus legibus *in* isdem quibus coniectura uersatur, defensionis tantum genere mutato, ut in furtis,
depositis, adulteriis. nam quemadmodum dicimus, 'non feci
furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium,' ita 'non
est hoc furtum, non est hoc depositum, non est hoc adulterium.'
interim a qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus 2
dementiae, malae tractationis, rei publicae laesae: in quibus si
recte facta esse quae obiciuntur, dici non potest, illud succurrit: 'non est male tractare uxorem uerbis laedere.' finitio
igitur *est* rei propositae propria et dilucida et breuiter comprensa
uerbis enuntiatio. constat maxime, sicut est dictum, genere, 3
specie, differentibus, propriis: ut si finias equum (noto enim
maxime utar exemplo), genus est animal, species mortale, differentia inrationale (nam et homo mortale erat), proprium hinniens.
haec adhibetur orationi pluribus causis. nam tum est certum 4
de nomine, sed quaeritur quae res ei subicienda sit, tum res est

2 epylogis **G** 4 quam dicere **AGMS**; adicere, *quod in quibusdam (?) exstare fertur, primus Spalding restituit* 9 ponuntur *addidit Spalding*, prout ordinantur *Gesner* aut **A** *corr. ex* ut 15 in isdem *nos:* idem **AGMS**, isdem in *Spalding* (plerumque legibus iisdem *Regius*) 18 ita nec est hoc factum **M**, ita—hoc adulterium *om.* **S** 19 non est hoc depositum] non est hoc initiatio **AG**, non est hoc mutuatio **M**, non est hoc depositum sed mutuatio *Badius; cf. de interpolatione huius loci Spald.* 20 finitione descen **A**[1] 21 male **A**[1]**MS** 22 rectae **A**[1], recto **G** *ut uidetur, in quo litterae* o *et* e *simillimae sunt* 23 uxorem uerbis laedere *Spalding:* rem p (.p. **GM**, p̃ **a**) uerbis laedere **AGMS**, *sed* uerb. laed. **A** *in ras.* 24 est *addidit Regius* propria **G** *corr. ex* proposita comprensa **a** *(sed* com *in ras.) et Regius:* compressa **AGMS** 26 equū **AMS** (ū **A** *in ras.*): equo **G** 27 different **A**[1], indifferentia **G**, *fort.* differens 29 in pluribus **MS** 30 est ei subicienda **M**

manifesta, sed de nomine *non constat. cum de nomine* constat, de
re dubium est, interim coniectura est, ut si quaeratur, quid sit
5 deus. nam qui neget, deum esse spiritum omnibus partibus
inmixtum, non hoc dicat, falsam esse diuinae illius naturae
appellationem, sicut Epicurus, qui humanam ei formam locum-
que inter mundos dedit. nomine uterque uno utitur, utrum sit
6 in re coniectat. interim qualitas tractatur, ut 'quid sit rheto-
rice, uis persuadendi an bene dicendi scientia.' quod genus est
in iudiciis frequentissimum. sic enim quaeritur 'an deprehensus
in lupanari cum aliena uxore adulter sit?' quia non de appel-
latione, sed de ui facti eius ambigitur, an omnino peccauerit.
7 nam si peccauit, non potest esse aliud quam adulter. diuersum
est genus, cum controuersia consistit in nomine, quod pendet
ex scripto, nec uersatur in iudiciis nisi propter uerba, quae litem
faciunt: 'an, qui se interficit, homicida sit? an, qui tyrannum
in mortem conpulit, tyrannicida? an carmina magorum uene-
ficium?' res enim manifesta est, sciturque non idem esse occi-
dere se quod alium, non idem occidere tyrannum quod compel-
lere ad mortem, non idem carmina ac mortiferam potionem,
quaeritur tamen, an eodem nomine appellanda sint.
8 Quamquam autem dissentire uix audeo a Cicerone, qui mul-
tos secutus auctores dicit, finitionem esse de eodem et de altero,
semper *enim* neganti aliquod esse nomen dicendum quod sit
9 potius: tamen equidem tris habeo uelut species. nam interim
conuenit solum quaerere, an hoc sit? ut 'an adulterium in lupa-
nari.' cum hoc negamus, non necesse est dicere, quid id uoce-
tur, quia totum crimen infitiamur. interim quaeritur, 'hoc an
hoc? furtum an sacrilegium?' non quin sufficiat non esse sacri-

21. cf. Top. §§ 85. 87.

1 sed de n. non constat. cum (quando *Obrecht*) de nomine constat *scripsi praeeunte Obrechto:* et quod (qui **S**) nomine constat **AGMS** *mance* 2 ut si **AS**, *sed* **A** *in ras.* et si **M** qui sit A^{1} 3 nam qui *Spalding:* nam quid **A**, nam qui (qd' **M**) id **GMSa** 5 ei **A** *in rasura* 6 uno **G** *1 m. s. l.* utrum sit **A** *(sed utraque* u *in uetere ras.)*, ut sit **M** 7 rhetoricae **AG** 8 uis **A** *in ras. 2 m.* dicendi//// scientia **A** 9 frequentissime **M** 11 sed ui **A** ambicitur A^{1} 12 si peccauit **AS** *et corr.* **G**: si peccauerit G^{1}**M**ς 13 consistet **M**, consistat **S** 14 iud*iciis ni*si **A** 16 *an car*mina **A** beneficium A^{1} 17 scitur quae A^{1}**GM** occidere sequi alium **M** 18 qu*od* **A**, qui **MS** compellare A^{1} 20 an eodem **A** *in ras.* 21 qui per multos **M** 23 enim *addidit Regius* negando aliquid **MS** 24 equidem *Christ:* eandem **AGM**, in eadem **a**, in eadem *Capperonnier* (easdem res habeo **S**) 25 conuen*t* **A** solum *Zumpt:* suum **AGM**, sic **S** ut an *Zumpt:* ut in **AGM** (quaerere an habendum adulterium **S**) 27 inficiamur **AGM**, inficiamus **S** 28 non — sacrilegium *om.* **M**

legium, sed quia necesse est dicere, quid sit aliud: quo in loco
utrumque finiendum est. interim quaeritur in rebus specie diuer- 10
sis, an et hoc et hoc eodem modo sit appellandum, cum res
utraque habet suum nomen, ut amatorium, uenenum. in omni-
bus autem huius generis litibus quaeritur 'an etiam hoc,' quia
nomen, de quo ambigitur, utique in alia re certum est. 'sacri-
legium est rem sacram de templo subripere: an et priuatam?
adulterium cum aliena uxore domi coire: an et in lupanari?
tyrannicidium occidere tyrannum: an et in mortem conpellere?'
ideoque συλλογισμός, de quo postea dicam, uelut infirmior est 11
finitio, quia in hac quaeritur, an idem sit huius rei nomen quod
alterius, illo, an proinde habenda sit haec atque illa. est et 12
talis finitionum diuersitas, ut qui idem sentient, non isdem
uerbis comprehendant, ut 'rhetorice *est* bene dicendi scientia,
et eadem 'bene inueniendi' et 'bene enuntiandi' et 'dicendi
secundum uirtutem orationis' et 'dicendi quod sit officii.' atque
prouidendum, ut, si sensu non pugnant, conprehensione dissen-
tiant. sed de his disputatur, non litigatur. opus est aliquando 13
finitione obscurioribus et ignotioribus uerbis, quid sit 'clarigatio,
erctum citum,' interim notis nomine uerbis, quid sit 'penus,'
quid 'litus'.

Quae uarietas effecit, ut eam quidam coniecturae, quidam
qualitati, quidam legitimis quaestionibus subicerent. quibusdam 14
ne placuit quidem omnino subtilis haec et ad morem dialectico-
rum formata conclusio, ut in disputationibus potius arguta uer-
borum cauillatrix quam in oratoris officio multum adlatura mo-

---

1 necesse *edd. uett. om.* **AGMS** est *Spalding:* sit **AGMS** 2 interim — appellandum *om.* **S** diuersis net **A**[1] 3 et hoc et hoc **AG**: hoc et hoc **M**, et hoc *semel edd.* 5 etiam an **M** 7 subripere nam (num **M**) et **GM** 8 in **S**: *om.* **AGM** 9 occideret **A**[1]**G** etiam in **S**, etiam (*om.* in) **M** 10 CYMOΓICMOC **G**, simogismos **S** 11 quia hac *ed. Stoeriana* 12 in illo an perinde *Regius* hec atque illa **S**: haec autem atque illa **AGM** 13 finitionum *Regius:* diuisionum **AGMS** qui idem *Spalding:* quidem **AGM**, quidam **S** (ut idem sentiant *Zumpt*) sentiunt **S** isdem **MS**: hisdem **AG** 14 comprehendat **AGM**, comp̄hendatur **S** rhetoricae **A**[1]**G** est *add. ed. Camp.* 15 nuntiandi **G**, inuiciandi **M**, nūctiandi **S** 17 si sensu **S**: si (sit **A**[1]) officii sensu **AGM**; *ex lectione* **A**[1] *apparet meram esse repetitionem antecedentis* sit officii dissentiunt **AGMS** 18 disputatur **GSa**: disputatori **AM** litigatur **Sa**: litigatori **AGM** 19 *obs*curioribus **A** innotioribus **G** quid **AGMS**: ut quid ς sit **S**: s̄ **AG**, sunt **M** 20 erctum citum *nos:* erctus citus **A** (*scil.* erct; cit;), ercet ut **G**, erat ut **MS**, clarigatio ercti citi *Zumpt (at u. Freund in Ann. philol. 13, 84); cf. Cic. de orat. 1, § 237 et Paullus Festi p. 82 Muell.* ueɪbis *edd. uett.* uidebis **AGMS**, uidelicet *Bonnell cum marg. Aldinae contra usum scriptoris* 22 effecit *Regius:* efficit **AG**, efficiat **MS** 23 subicerent **A**: subiecerint **GMS** 24 more **G** 25 arguta *Zumpt:* argumenta **AGM**, per argumenta **S** *et edd. priores* 26 *mo*menti **A**, monenti **G**

menti. licet enim ualeat in sermone tantum, ut constrictum uinculis suis eum, qui responsurus est, uel tacere uel etiam inuitum id, quod sit contra, cogat fateri, non eadem est tamen
15 eius in causis utilitas. persuadendum enim iudici est, qui etiamsi uerbis deuinctus est, tamen, nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. agenti uero quae tanta est huius praecisae comprehensionis necessitas? an, si non dixero, 'homo est animal mortale rationale,' non potero, expositis tot corporis animique proprietatibus, latius oratione ducta uel a dis eum uel a mutis discer-
16 nere? quid? quod nec uno modo definitur res eadem (ut facit Cicero: quid est enim uulgo? uniuersos:) et latiore uarioque tractatu, ut omnes oratores plerumque fecerunt. rarissime enim apud eos reperitur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus [est certa seruitus] ad certa se uerba adstringendi, idque
17 faciendum in libris Ciceronis de oratore uetat M. Antonius. nam est etiam periculosum, cum, si uno uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur, optimaque est media illa uia, qua utitur Cicero pro Caecina, ut res proponatur, uerba non periclitentur. etenim, reciperatores, non ea sola uis est, quae ad corpus nostrum uitamque peruenit, sed etiam multo maior ea, quae periculo mortis iniecto formidine animum perterritum loco saepe et certo statu demouet.
18 aut, cum finitionem praecedit probatio, ut in Philippicis Cicero Seruium Sulpicium occisum ab Antonio colligit et in clausula demum ita finit: is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. non negauerim tamen haec quoque, ut expediet causae, esse facienda, et si quando firme comprendi

11. p. Mur. 35, 73. 15. II, 25 § 108 sq. 18. p. Caec. 15, 42. 25. Phil. 9, 3, 7.

2 tacere *Regius:* cacere **A**, carcere **GSa**, in carcere **M** 4 qui **S**: *om.* **AGM** 5 deuictus **AGMS**, *em. Regius* dissentient **A**^{1} *ut uidetur* 8 ratio*nale* **A** (ratione **A**^{1}?) 9 ducta — discernere **A** *in ras. m. 2* (**A**^{1} *pauciora habuerat*) 10 difinitur (-tus **A**^{1}) **AGM**, diffinitur **S** 11 est enim **A**: enim **GMS**, est *Cic.* uolgo **A** 12 tractu *coni. Spalding* rarissime **A** *ut coni. Spalding:* rarissima **GMSa** 13 aput **A**^{1} repperitur **A**, repperietur **G**, reperietur **MSς** 14 Est **A** *in ras.* certa **A**(?)**GMS**: certe **a**; est enim certe seru. *edd. priores*, est enim seruitus *malebat Spalding; nos uerba ut emblema inclusimus, quod ex dittographia ortum uidetur* ad certas se **G**, ac certasse **S** 15 *uetat m. antonius* **A** 17 uideamur **Sa**: uideamus **AGM** optimaque **AS** (que **A** *in ras.*): obtima quae **G**, optimaq; que **M** media illa **A**: illa media illa **GMS**, illa media ς 18 cecina **AMS**, cenia **G** 22 certo de statu *Cic.* 23 cum finitionem **AS** *(sed* **A** cū *in ras.):* confinitionem **GM** praecedit **A** *in ras.* 25 is **A** *in ras.* qui **AS**: quis **GM** 27 firme **AG**: firma **MSς**, *cf. 11, 2, 2* comprehendi **AM**

poterit breui complexu uerborum finitio, esse id tum elegans, tum
etiam fortissimum, si modo erit illa inexpugnabilis.

Eius certus ordo est: 'quid sit? an hoc sit?' et in hoc 19
fere labor maior est, ut finitionem confirmes, quam ut in rem
finitionem adplices. in eo 'quid sit' duplex opus est: nam et
nostra confirmanda est et aduersae partis destruenda finitio.
ideoque in schola, ubi nobis ipsi fingimus contradictionem, duos 20
ponere debemus fines, quales utrimque esse optimi poterunt. at
in foro prouidendum, num forte superuacua et nihil ad causam
pertinens an ambigua an contraria an communis sit finitio, quorum nihil accidere nisi agentis culpa potest. ut recte autem 21
finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus, quid uelimus
efficere: sic enim accommodari ad uoluntatem uerba poterunt.
atque ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus: 'qui priuatam pecuniam de templo subripuit, sacrilegii
reus est.' culpa manifesta est: quaestio est, an huic crimini 22
nomen, quod est in lege, conueniat. ergo ambigitur, an hoc
sacrilegium sit. accusator, quia de templo subrepta sit pecunia,
utitur hoc nomine: reus, quia priuatam subripuerit, negat esse
sacrilegium, sed furtum fatetur. actor ergo ita finiet: 'sacrilegium est subripere aliquid *de sacro, reus: 'sacrilegium est subripere aliquid* sacri.' uterque finitionem alterius inpugnat. ea 23
duobus generibus euertitur, si aut falsa est aut parum plena.
nam illud tertium nisi stultis non accidit, ut nihil ad quaestionem pertineat. [falsa est, si dicas, equus animal rationale: nam 24

3 quod sit **G** 4 confirmes — finitionem *om.* **M** quam ut infinitionem **AG**, quam item finitionem **S**, quam in rem finitionem *edd. uett.* 5 applicet **M** quid **Ma**: qui **AG**, q' **S** 8 poterint **AGMS**, *sed paulo post iidem* poterunt ad in **A¹G** 11 accedere **A¹** 12 primo **M** quid **AS**: quod **GM** 14 quo **AS**: quod **GM** recedam **A¹** *ut uidetur* 15 surrupuit **A**, surrepit **G**, subrepit **MS** sacrilegi **A¹** 16 manifesta etiam questio **M** 17 an hoc **Sa**: in hoc **AGM**, *fort.* an in hoc 18 subrepta **GMS**: surrepta **a**, surrupta **A** 19 quia **A** *in ras.* qui **S** subripuerit **GM**: subrupuerit **A**, surripuerit **a**, subripuerat **S** 20 sed — sacrilegium *om.* **S** fini*et* **A** 21 surripere **A** de sacro — subripere aliquid *om.* **AGMS**; *omissa iam in edd. uetustissimis suppleta sunt, sed addito* ita finiet *post* reus, *quod nos abiecimus, cf.* §§ *26. 32* 22 inpugnat* **A**, repugnat **M** 24 stultus **M** accedit **A¹M** 25 falsa est — proprium *ut interpolationem Gesnero auctore inclusimus; Spaldingius, quamquam ipsi quoque Gesneri ratio admodum probabilis uidetur, loco ita succurrit, ut aliqua post* inrationale *intercidisse statuat, uelut:* Parum plena, si dicas: equus animal irrationale; commune enim ei cum aliis mutis est irrationale; *contra Meisterus in Mus. rhen. XXII, 462 hanc loci emendationem proposuit:* ut nihil ad q. pertineat, ut si dicas 'equus est animal', nam est equus animal *etc. Nec tamen intellegitur qui factum sit ut tractatio loci de sacrilegio aliis interiectis interrumperetur.* equus **GMS**: *om.* **A**, equus est **aς** nam et **A¹**

est equus animal, sed inrationale. quod autem commune cum alio est, desinet esse proprium.] hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris, accusator autem non potest dicere falsam rei, nam est sacrilegium subripere aliquid sacri, sed dicit parum 25 plenam, adiciendum enim 'aut ex sacro'. maximus autem usus in adprobando refellendoque fine propriorum ac differentium nonnumquam etiam etymologiae. quae tamen omnia, sicut in ceteris, confirmat aequitas, nonnumquam et coniectura mentis. etymologia maxime rara est: quid enim est aliud tumultus nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde 26 etiam nomen ductum est tumultus. circa propria ac differentia magna subtilitas, ut cum quaeritur, 'an addictus, quem lex seruire, donec soluerit, iubet, seruus sit?' altera pars finit ita: 'seruus est, qui est iure in seruitute,' altera: 'qui in seruitute est eo iure quo seruus,' aut, ut antiqui dixerunt 'qui seruitutem seruit'. quae finitio, etiamsi distat aliquo, nisi tamen 27 propriis et differentibus adiuuatur, inanis est. dicet enim aduersarius, seruire eum seruitutem aut eo iure *esse* quo seruum. uideamus ergo propria et differentia, quae libro quinto leuiter in transitu attigeram. seruus, cum manumittitur, fit libertinus, addictus recepta libertate ingenuus: seruus inuito domino libertatem non consequetur, *addictus soluendo citra uoluntatem domini consequetur:* ad seruum nulla lex pertinet, addictus legem habet: propria liberi, quod nemo habet nisi liber, praenomen, nomen, cognomen, tribum: habet haec addictus.

28 Excusso 'quid sit', prope peracta est quaestio 'an hoc sit': id enim agimus, ut sit causae nostrae conueniens finitio. potentissima est autem in ea qualitas, 'an amor insania'. huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitionis,

9. Cic. Phil. 8, 1, 3. 29. Top. 23, 88.

1 animal sed irrationale **A** *in ras. m. 2* (**A**[1] *pauciora habuerat*) 4 sacri sed **a**: sacris **AGMS** 5 plena **M**, planam **S** aut] et (*uel* ait) *malebat Spalding* maximos **GS** 7 ετυμολογιαι **AG** 8 et **AGMS**: etiam ς coiectura **AG** ετυμολογια **AG**, ethimologie **S** 9 est enim *Cic.* 11 ductum **GMS**: dictum **A** 16 finito **A**[1] 17 et **Sa**: ex **A**(?)**GM** adiuua*tur ina*nis **A**, adiuuetur inanis **S** 18 seruitutem **A**: seruitute **GMS** esse *monente Spaldingio addidimus* 19 quinto **Ma**: q. **AG** (que leuiter in transitu **S**) 20 manu **A** *m. 2 in ras* libertus *malebat Capperonnier* 21 est ingenuus **S** libertatem **A**: *om.* **GMS**ς 22 consequatur **A**[1]; *quae sequuntur* addictus — — consequetur *in manifesta lacuna Regius suppleuit* 23 seruum **AM** (*sed* **A** um *in ras*): seruus **G**, seruuos **S** 24 quod **AGM**: quae **S**ς (quod *coniunctionem esse apparet*) 25 *fort.* tribus 26 excuso **G** 27 finitio potentissima. est autem **GMS**, *rectius distinxit Regius*, *idem scribens* autem est 28 huc **A** 29 finitiones **AGMS**, *em. Badius*

ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnantibus,
causis, effectis, similibus, de quorum argumentorum natura dic-
tum est. breuiter autem pro Caecina Cicero initia, causas, 29
effecta, antecedentia, consequentia complexus est: quid igitur
fugiebant? propter metum: quid metuebant? uim uide-
licet. potestis igitur principia negare, cum extrema
concedatis? sed similitudine quoque usus est: quae uis in
bello appellatur, ea in otio non appellabitur? sed 30
etiam ex contrario argumenta ducuntur, ut si quaeratur, ama-
torium uenenum sit necne, quia uenenum amatorium non sit.

Illud alterum genus quo sit manifestius adulescentibus meis
(meos enim semper adulescentes putabo), hic quoque fictae con-
trouersiae utar exemplo. iuuenes, qui conuiuere solebant, con- 31
stituerunt ut in litore cenarent: unius, qui cenae defuerat, nomen
tumulo, quem extruxerant, inscripserunt. pater eius, a trans-
marina peregrinatione cum ad litus idem adpulisset, lecto nomine
suspendit se. dicuntur ii causa mortis fuisse. hic finitio est 32
accusatoris: 'per quem factum est ut quis periret, causa mortis
est', rei: 'qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse
est'. remota finitione accusatori sat est dicere: 'causa mortis
fuistis, per nos enim factum est ut homo periret: qui, nisi uos
illud fecissetis, uiueret'. contra: 'non statim, per quem factum 33
est ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, iudex
rei capitalis. nec undecumque causa fluxit, ibi culpa est: ut si
quis profectionem suaserit aut amicum arcessierit trans mare et
is naufragio perierit, ad cenam inuitarit et is cruditate illic
contracta decesserit. nec fuerit in causa mortis solum adule- 34
scentium factum, sed credulitas senis, in dolore ferundo infir-

3. c. 15, 44. 7. § 43.

3 cecina *mei* (pro cecina autem breuiter **M**) 5 uim] tum **M** 7 conceditis *libri Tulliani* 8 ea — appellabitur *om.* **M** 9 amatorium *Spalding (in praef. uol. III p. IX):* an (**A** a *ex corr.*) amatorium *libri* 10 nec*ne* **A** non est *malim* 11 quo sit **A** *in ras. m. 2:* quod si **GM**, quid sit **S** 13 conuenire **M** 14 cenarent **a**, coenarent ς *et sic deinceps* caenae **A** 15 quem *edd. uett.* quod **AGMS** 16 appulisset **AS** (*sed* **A** ap *in ras.*): apulisset **G**, applicuisset **M** 17 se **A** *in ras.* hii **AGMS**, hi ς morti **A**[1] 18 periret *Spalding:* perierit **AGS**, perit **M**; *cf. u. 21 et 23* 19 rei *nos:* reū **AGM**, reus est **S**, rei est ς necesse est **Sa**: necesset **A**(?)**GM** 20 finitione rei *Christ* accusatori sat est **a**: accusatoris adest **AGS**, accusatoris satis est **M** 21 actum est **AGMS**, *em. in ed Gryph.* qui *Spalding:* quia *libri* 22 statim **AS**, *sed* **A** *2 m. in ras.* satis **GM** 23 peri*ret is* **A** ut **AGS**: nec **M** 24 causa fulsit **GMS** 25 aut] ut ad **S** arcessierit *Spalding:* accerserit **A**, accesserit **GMS** 27 ne fuerit nisi causa **M** aduliscentium **A**[1]

mitas: denique, si fortior fuisset aut prudentior, uiueret. nec mala mente fecerunt, et ille potuit uel ex loco tumuli uel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. qui ergo puniri debent, in quibus omnia †sunt homicidae praeter manum?'

35 Est interim certa finitio, de qua inter utramque partem conuenit, ut Cicero dicit: maiestas est in imperii atque in nominis populi Romani dignitate. quaeritur tamen, an maiestas minuta sit, ut in causa Corneli quaesitum est. sed hic etiamsi uideri potest finitiua, tamen, quia de finitione non ambigitur, iudicatio est qualitatis atque ad eum potius statum reducenda, ad cuius forte quidem uenimus mentionem, sed erat ordine proximus locus.

IV. Est autem qualitas alia de summo genere atque ea quidem non simplex. nam et qualis sit cuiusque rei natura et quae forma, quaeritur: an inmortalis anima? an humana specie deus? et de magnitudine ac numero: quantus sol? an unus mundus? quae omnia coniectura quidem colliguntur, quaestionem
2 tamen habent in eo, qualia sint. haec et in suasoriis aliquando tractari solet, ut, si Caesar deliberet an Britanniam inpugnet, quae sit Oceani natura, an Britannia insula (nam tum ignorabatur), quanta in ea terra, quo numero militum adgredienda, in consilium ferendum sit. eidem qualitati succedunt facienda ac non facienda, adpetenda uitanda: quae in suasorias quidem maxime cadunt, sed in controuersiis quoque sunt frequentia, hac
3 sola differentia, quod illic de futuris, hic de factis agitur. item demonstratiuae partis omnia sunt in hoc statu: factum esse

6. Partitt. oratt. 30, 105.

1 fuiss*et* **A** uiueret **Sa**: uiuere **AGM** 2 mentes **G** 4 omnia absunt *Teuffel in Annal. philol. et paed. (1864) uol. 89, 172, ipse conieci* omnia absimilia (*uel* dissimilia) sunt praeter **a**: proter **A**, propter **GMS** malum *dett. pauci* 5 utramque **MS**: utrumque **AG** 6 c. dicit **Sa**: c. dici **AG**, dicit cicero **M** manifestas **GMS** esse **S** imperi **A**: imperio **GMSa**ς 7 in nominis **A**: in nomini **Ga**, in nomine **S**, in omni **M**ς 8 an *om.* **A**[1] magestas **G**[1], mayestas **M** minu*ta* **A** 9 etiamsi *Christ:* etiam similis **AGMS** (sed etiam similis uideri potest finitiuae *edd. uett.*) potes **A**[1] finitiue **S** de finitione **a** *ut coni. Regius:* deffinitione **S**, difinitione **A**, diffinitione **GM** *non* ambig*it*ur **A** 12 ordine **S**: ordinē **AGM** proxi*mus locus* **A**, p. locus. DE QUALITATE **Ga** 15 species **A** 16 ac] et **M** an *Regius:* et an **AGMS**, *sed sic* **A** *2 m. in ras.* 17 qu*ae omnia coniectura* quidem coll*i*guntur **A** 18 suasori*is* **A**, suasoris **GM** aliquando **AGM**: *om.* **ST** 19 solet (*sc.* qualitas) *Spalding:* solent *libri* (solent — Caesar **A** *in ras.*) brittanniam **A**, brittaniam **GMS** 20 brittannia **A**, brittania **GM**, an Brit. — terra *om.* **S** *in*sula* **A**, insulam **G** 21 in ea **AGM**: ea *Francius* in consilium **AG**: an consilium **MSa** 23 suasoriis **A** 24 controuersis **G** hac **a**: ac **AGMS** 26 hoc **AMS**: bac *(sic)* **G**

constat, quale sit factum quaeritur. lis est omnis aut de praemio aut de poena aut de quantitate eorum. genus causae aut simplex aut comparatiuum: illic quid aequum, hic quid aequius aut quid aequissimum sit excutitur. cum de poena iudicium est, a parte eius, qui causam dicit, aut defensio est criminis aut imminutio aut excusatio aut, ut quidam putant, deprecatio.

Defensio longe potentissima est, qua ipsum factum, quod 4 obicitur, dicimus honestum esse. abdicatur aliquis, quod inuito patre militarit, honores petierit, uxorem duxerit: tuemur quod fecimus. hanc partem uocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referentes: latine ad uerbum translatam non inuenio, absoluta appellatur. sed hic de re sola quaestio, iusta sit ea necne. iustum omne continetur natura uel consti- 5 tutione: natura, quod fit secundum cuiusque rei dignitatem. hinc sunt pietas, fides, continentia et talia. adiciunt et id, quod 6 sit par. uerum id non temere intuendum est: nam et uis contra uim et talio nihil habent aduersum eum, qui prior fecit, iniusti, et non, quoniam res pares sunt, etiam id est iustum, quod antecessit. illa utrimque iusta, eadem lex, eadem condicio, ac forsitan ne sint quidem paria, quae ulla parte sunt dissimilia. constitutio est in lege, more, iudicato, pacto.

Alterum est defensionis genus, in quo factum per se in- 7 probabile adsumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id uocant κατ' ἀντίθεσιν. Latini hoc quoque non ad uerbum transferunt, adsumptiua enim dicitur causa. in quo genere fortissimum est, 8

---

2 eorum *scripsi:* egrum **G**, egregium **S**, agitur **AM**, *sed* **A** a *et* itur *in ras. m. 2*, igitur primum *edd. uett.* caus*ae* **A** 3 aequum **A** *in ras. m. 2* (*ex* aecum?) 4 excutitur *om.* **M** 5 a parte **MSa** *et in ras.* **G**: aperta **A** est **A** *1m. s. l.* 6 dimminutio *ed. Bonn.* 7 qua **S**: quae **GM**, ex qua **A** *in ras. (scriptura* **A**¹ *ignoratur, nisi quod prima littera* q *fuerat)* i. factum **S**: ipsum et factum **GM**, et ipsum factum a *(scriptura* **A** *ignoratur)*, *fort.* ipsum id factum 8 dicamus **A**¹ 10 partem hanc *edd.* hermagorei **a**: hermagore **AS**, ermagorae **G**, hermogorei **M** ΚΑΤΑΝΤΙΑΝΨΙΝ **G**, catha antianin **S** ad intellectum *mei quoque*, ad μετάληψιν *coni. Spalding*, κατ' ἀντίληψιν: ad uerbum translatum id nomen non inuenio; ad intellectum referentes absolutam appellant *Gesner; an quaedam post* ἀντίληψιν *interciderunt?* 12 hic *Spalding:* enim **AGMS**; *in* **G** *est compendium simillimum* H *litterae* 14 naturā quod **A**¹ *ut uidetur*, n. que **S** fit **AG**: sit **M**, *om.* **ST** secundum **G**¹**S** *et corr.* **A**: secundam **G** *corr. et* **M** 15 hinc **A** *ut coni. Spalding:* hic **GM**, hec **S** pietas **G** *1m. s. l.* et talia **S**: et alia **AGM** 16 sit par. uerum *Regius:* sit pūsum **AGMS**, *sed* **A** *in ras. m. 2; cf. Cic. de inu. II, § 67 sq.* non timere **AGMS**, *em. in edd. uett.* 17 uim et **A** talio *Pseudo-Turnebus:* talia **AGMS** iniusti *Gesner:* iniuste **AGMS**, *sed* e **A** *in ras.* 19 illic *malebat Spalding; est sane quod dubites de lectionis ueritate* utrique **A**¹ 20 quidam **G** 23 auxilis **A** ΚΑΤΑΝΤΙΕΝCΙΝ **A**, ΚΑΤΑΗΤΙΘΝCΙΝ **G**, cathetesin **S**, *em. Capper.* 24 latini **M** *et Regius:* latine **AGS**, *sed* **A** e *in ras.* non **A**: nā **GMS** transierunt **G** 25 fortissimu*m est si* **A**

si crimen causa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, Horatii, Milonis. ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatione, qui uindicatur: 'occisus est sed latro, excae-
9 catus sed raptor.' est et illa ex causis facti ducta defensio priori contraria, in qua neque factum ipsum per se, ut in absoluta quaestione, defenditur, neque ex contrario facto, sed ex aliqua utilitate aut rei publicae aut hominum multorum aut etiam ipsius aduersarii, nonnumquam et nostra, si modo id erit, quod facere nostra causa fas sit: quod sub extrario accusatore et legibus agente prodesse numquam potest, in domesticis disceptationibus
10 potest. nam et filiis pater in iudicio abdicationis et maritus uxori, si malae tractationis accusabitur, et patri filius, si dementiae causa erit, non inuerecunde dicet multum sua interfuisse. in quo tamen incommoda uitantis melior quam commoda petentis
11 est causa. quibus similia etiam in uera rerum quaestione tractantur. nam quae in scholis abdicatorum, haec in foro exheredatorum a parentibus et bona apud centumuiros repetentium ratio est: quae illic malae tractationis, hic rei uxoriae, cum quaeritur, utrius culpa diuortium factum sit: quae illic dementiae,
12 hic petendi curatoris. subiacet utilitati etiam illa defensio, si peius aliquid futurum fuit. nam in comparatione malorum boni locum optinet leuius, ut si Mancinus foedus Numantinum sic defendat, quod periturus, nisi id factum esset, fuerit exercitus. hoc genus ἀντίστασις graece nominatur, comparatiuum nostri uocant.

13 Haec circa defensionem facti: quae si neque per se ipsa nec adhibitis auxiliis dabitur, proximum est in alium transferre crimen, si possumus. ideoque etiam in hos, qui citra

1 Orestis — defensio *om.* **S** Horatii *Spalding:* oratio *libri* 2 ANTENKANMA **AG** 3 excecatus **A**[1]**GMS**, exectus *Badius in ed. 1519; at apte contulit Törnebladh Calpurnii declamationem 42, quae* raptor excaecatus *inscribitur* 6 sed ex *Regius:* sed in *libri* 7 rei *p.* **A**, rep. **G**, r. p. **MS** 8 aduersari **A**[1]**G** 9 quod sub (ab **M**) extraneo **MS** 10 *a*gente **A** 11 et**/filius patri in iudicio **A**, et in filius (filiis **MS**) patrum iudicio **GMS**, *em. in edd. uett.* maritis **MS** 12 male **AGMS** accusabitur filio si *libri, em. Regius* 13 inuerecunde* **A**, inuerecundet **G** 14 incomoda **GMS** 17 centumuiros *Cujacius:* con **G**, cons̄ **A** *in ras. m. 2*, consules **MS** repetentium **A** *in ras.* repencium **M** 18 ra*tio* **A**, raptio **G** 20 illic **AS**, *sed* **A** c *in ras.* illis **GM** 21 peius **AG**: spei **MS** malorum **S**: maiorum **AGM** 22 mancinus **a**: manus **AGM**, marius **S** numantinum **MS** *et corr.* **G**: numantium **AG**[1] 23 exercitus romanus (r. **S**) **MS** 24 AN^{o}TICTATIC **G**, antistatis **S** comparatiuū **AM** (uū **A** *in ras.*): comparatiu **G**, comparati uero **S** 26 facit **AGS**, *om.* **M** sine*que* **A**, sine quae **G**, sine que **M**, sine quod **S** ipsam **S** 28 hos **AM** *(sed* **A** *in ras.):* os **G**, hoc **S** citra scriptum *Christ:* etiam scriptum **AGS** (*sed* **A** script**), etiam scripti

scriptum sunt, status uisa est cadere translatio. interdum ergo
culpa in hominem relegatur, ut si Gracchus reus foederis Numantini, cuius metu leges populares tulisse in tribunatu uideretur, missum se ab imperatore suo diceret. interim deriuatur in 14
rem, ut si is, qui testamento quid iussus non fecerit, dicat per
leges id fieri non potuisse. hoc μετάςταςιν dicunt.

Hinc quoque exclusis excusatio superest. ea est aut ignorantiae, ut si quis fugitiuo stigmata scripserit eoque ingenuo iudicato neget, se liberum esse eum scisse: aut necessitatis, ut cum miles ad commeatus diem non adfuit et dicit se fluminibus
interclusum aut ualetudine. fortuna quoque saepe substituitur 15
culpae. nonnumquam male fecisse nos, sed bono animo dicimus. utriusque rei multa et manifesta exempla sunt: idcirco non est eorum necessaria expositio.

Si omnia, quae supra scripta sunt, deerunt, uidendum an inminui culpa possit. hic est ille, qui a quibusdam fieri
solet, status quantitatis. sed ea cum sit aut poenae aut honoris, 16
ex qualitate facti constituitur, eoque nobis sub hoc esse statu uidetur sicut eius quoque, quae ad numerum refertur a Graecis. nam et πηλικότητα et ποςότητα dicunt, nos utrumque appellatione una complectimur.

Ultima est deprecatio, quod genus causae plerique nega- 17
runt in iudicium umquam uenire. quin Cicero quoque pro Q. Ligario idem testari uidetur, cum dicit: causas, Caesar, egi multas equidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certe numquam hoc modo: ignoscite, iudices: errauit, lapsus est, non putauit, si umquam

24. p. Lig. 10, 30.

M, iam scripti a***ς***, inscripti *(i. e.* non scripti *cf. 3, 6, 37) coni. Spalding, qui ad rem, de qua agitur, apte contulit 3, 6, 53 et 78* 2 culpam in homine **GM** si **Sa**: sit **AGM** gradus **M** 3 cuius criminis metu *coni. Spalding* uideretur *nos:* uidentur **AGM**, uidetur **S**ς 4 missum se ab **AS**, *sed* **A** ab *in ras.* missus eam **G**, missis eam **M** dicat *Spalding* diriuatur **AGMS** 5 quid uisus **G**, quis iussus **M** 6 fotuisse **G** METACACIN **AG**, METAΘECIN **a**, methacin **S** 7 hinc **A**: *om.* **GMS** aut **Sa**: ut **AGM** 9 iudicato **G** *s. l. 1 m.* esse *om.* **S** eum **Sa**: cum **AGM** fecisse **GMS** 11 ualitudine **MS** 12 nos sed **Sa**: nosset **AG**, noscet **M** 15 qua **G** de*erunt **A**, *an ex* deserunt? 16 inmunui **G**, minui **MS**ς fieri solet **AGM**: dicunt fieri **S**, dicitur fieri *edd. uett.* dicitur *alii* 17 aut poenae **a**: ut poene **AG**, aut pene **MS** 18 eo quod **S** statu* **A**, statui **GM** 20 πηλικότητα *Capperonnier:* ΠΗΝΚΟΤΗΤΑ **A**, ΤΙΗΚΟΤΝΓ **G**, thecotne **S** 21 una **A**: *om.* **GMS** competimur **G**, amplectimur **S** 23 iudicium umquam **Sa**: iudici umquam **A**, iudicium quam **GM** 24 id est testari **G**, id enim t. **S** 25 multas equidem **S**: multas et quidem **AM**, *sed* **A** s et *in ras.* multa sed quidem **G** d*um* te **A** 26 ignoscite iud **A** *in ras.*

18 posthac, et cetera. in senatu uero et apud populum et apud principem et ubicumque iuris clementia est, habet locum deprecatio. in qua plurimum ualent ex ipso, qui reus est, haec tria: uita praecedens, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter uicturi et in aliquo usu futuri: praeterea, si uel aliis incommodis uel praesenti periculo uel paenitentia uideatur satis poenarum dedisse: extra nobilitas, dignitas, propinqui, amici.
19 in eo tamen, qui cognoscit, plurimum ponendum, si laus eum misericordis potius quam reprensio dissoluti consecutura est. uerum et in iudiciis etiamsi non toto genere causae, tamen ex parte magna hic locus saepe tractatur. nam et diuisio frequens est, etiamsi fecisset, ignoscendum fuisse, idque in causis dubiis saepe praeualuit, et epilogi omnes in eadem fere materia uersari
20 solent. sed nonnumquam etiam rei totius hic summa constituta. an uero si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit, non omnis hic erit quaestio, an huic delicto pater debuerit ignoscere et centumuiri tribuere debeant ueniam? sed etiam in formulis, cum poenariae sunt actiones, ita causam partimur, an commissa sit poena, an exigi debeat. id autem, quod illi uiderunt, uerum est, reum a iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse.

21 De praemiis autem quaeruntur duo: an ullo sit dignus qui petit, an tanto: ex duobus, uter dignior, ex pluribus, quis dignissimus. quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur. et intuebimur non rem tantum, siue adleganda siue comparanda erit, sed personam quoque: nam et multum interest, tyrannum iuuenis occiderit an senex, uir an femina, alienus an
22 coniunctus: et locum multipliciter, in ciuitate tyrannis adsueta an libera semper, in arce an domi: et quo modo factum sit, ferro an ueneno, et quo tempore, bello an pace, cum depositurus esset

---

1 post hec **M** aput *bis* **A**^{1}**M**, *ut fere semper* 2 iuris **S**: si iuris **AGM**ς locum *om.* **S** 4 uitia **AG**, in uita **MS** praecedens *Christ:* praecedes **AG**, praecides **a**, praecedere **MS** *et edd. soloece* meritus si **MSa**: meritus **AG**^{2}, meritis **G**^{1} 8 eum **Sa**: enim **AG**, etiam **M** 9 repenso **S**, reprehensio **M**ς 10 tot genere causa **A**^{1}**GM**, tot genera causa **S** *ex* **A**, ea **GMS** 13 eptogi **G** 14 res **G**, reus **S** summam **S** constituta. an uero *Zumpt (uol. 5, 368 ed. Spald.):* constitutā uero **G**, constituta iam uero **AM**, *sed* **A** iam *in ras. m. 2*, constituit si **S**; *cf. Bonn. lex. Quint. p. 61* 15 ad se **M** testatur elogio **M** 16 is **AS**: sis **G**, hys **M** 18 formolis **GMS** poenari*ae* **A**, paenaria **GM**, penaria **S** 19 sit actionis (actioni **S**) **MS** 22 an si ullo **M**, an si ullus **S** si*t dignus qui petit an t*anto **A**, sint dignus qui petitanto (petit tanto *corr.*) **G**, sit dignus qui petit tanta **MS** 27 uira femina **A**^{1} an sanguine iunctus *H. Nolte in Philol. 23 p. 46* 28 coniunctus; est et ad locum **S**

eam potestatem an cum aliquid noui sceleris ausurus. habent 23 in meritis gratiam periculum quoque et difficultas: similiter liberalitas a quo profecta sit, refert. nam in paupere gratior quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. item in quam rem dederit et quo tempore et quo animo, id est, num in aliquam spem suam: similiter alia. et ideo qualitas maxime oratoris recipit operam, quia in utramque partem plurimum est ingenio loci, nec usquam tantum adfectus ualent. nam coniectura extrinsecus quoque adductas frequenter pro- 24 bationes habet et argumenta ex materia sumit: quale quidque uideatur, eloquentiae est opus: hic regnat, hic imperat, hic sola uincit.

Huic parti subiungit Verginius causas abdicationis, dementiae, malae tractationis, orbarum nuptias indicentium. nam et fere sic accidit, inuentique sunt, qui has materias officiorum uocarent. sed alios quoque nonnumquam leges hae recipiunt 25 status: nam et coniectura est aliquando in plerisque horum, cum se uel non fecisse uel bona mente fecisse contendunt. cuius generis exempla sunt multa. et quid sit dementia ac mala tractatio finitur. nam † iuris leges plerumque quaestiones praecurrere solent, et ex quibus causae non fiat status. quod tamen 26 facto defendi non poterit, iure nitetur: et quot et quibus causis abdicare non liceat, et in quae crimina malae tractationis actio *non* detur, et cui accusare dementiae non permittatur.

Abdicationum formae sunt duae: altera criminis perfecti, 27

---

1 aliquid ñuiscederis **G** habentur **S** 2 gratiā **a**: gratia **A**(?)**GMS** (habentur in meriti gratia *Obrecht*) 4 quam — beneficium *om.* **M** redente **A**[1] quam orbo **A** *ut coni. Regius:* quia a morbo **GMS** 7 maxime (maxima **A** *1 m.*) . . operam **A**: maxima . . opera **GMS**, *fort.* maximam . . operam 8 nec us*quam tantum* **A** ualent. nam *Regius:* ualenti iam **AG**, ualent iam **M**, ualent etiam **S** 10 quale *om.* **GS** 11 eloquentia est opus **AGMS**, *em. in ed. Gryph.* 13 parti **AS** (rt **A** *in ras.*): patri **GM** subicit *malebat Spalding* caus*as* **A** 14 male **A**[1]**G** *et sic plerumque* indicentium **AM**: indictium **G**, indicium **S** et *om. ed. Jens. et Gesner, at recte explicuit Spalding:* nam et fere accidit, ut hae causae incidant in statum qualitatis 16 leges hec **S**, haec (*del.* leges) *Happel Anal. crit. p. 8, cf. tamen* sub qua lege § *38* 17 coiectura **A** 18 non **A** *corr. ex* no 19 qui sit **A**[1] 20 nam iuris — solent **AGMS** (*sed* **G** praecurre), nam iuris quaestiones pler. leges p. s. *Regius*, nam leges iuris pl. quaestiones praeferre (*uel* praebere) solent *Spalding; aliis* leges *expungendum uidebatur* 21 et ex quibus causae non fiat (fiant **S**, sit **M**) status **AGMS**, et ex quibus causis non fiat statutum *Regius*, sed ex quibus causae non fiat constitutio (*uel* status) *Spalding*, et ex quibus causis non fiant (*sc.* quaestiones) statutum *Gernhard* quod — nitetur *Schuetz post* finitur *(u. 20) transposuit, ut haec quae sequuntur* et quot *etc. enuntiato* et ex quibus *(u. 21) adiungantur* 22 factum *Schuetz* et quod **AGMS**, et quos *Burman* 23 actio detur *libri*, non *add. Obrecht* 25 perfecti **AM** *(sed* i **A** *in ras.)*: perfectae **GS**

ut si abdicetur raptor, adulter, altera uelut pendentis et adhuc in condicione positi, quales sunt, in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri. illa semper asperam abdicantis actionem habet, inmutabile est enim quod factum est, haec ex parte blandam et suadenti similem, mauult enim pater non abdicare: at pro filiis in utroque genere summissam et ad satisfaciendum 28 compositam. a quo dissensuros scio, qui libenter patres figura laedunt: quod non ausim dicere numquam esse faciendum, potest enim materia incidere, quae hoc exigat, certe uitandum est, quotiens aliter agi potest: sed de figuris alio libro tractabimus. 29 non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt malae tractationis: nam et ipsae habent eandem in accusationibus moderationem.. dementiae quoque iudicia aut propter id quod factum est, aut propter id quod adhuc fieri uel non fieri potest insti- 30 tuuntur. et actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum, sic tamen, ut factum accuset, ipsius patris tamquam ualetudine lapsi misereatur: in eo uero, cuius libera mutatio est, diu roget et suadeat et nouissime dementiam rationi queratur obstare, non mores: quos quanto magis in praeteritum lauda- 31 uerit, tanto facilius probabit morbo esse mutatos. reus, quotiens causa patietur, debebit esse in defensione moderatus, quia fere ira et concitatio furori sunt similia. omnibus his commune est, quod rei non semper defensione facti, sed excusatione ac uenia frequenter utuntur. est enim domestica disceptatio, in qua et semel peccasse et per errorem et leuius, quam obiciatur, absolutioni nonnumquam sufficit.

32 Sed alia quoque multa controuersiarum genera in qualitatem cadunt. iniuriarum: quamquam enim reus aliquando fecisse

1 abdicetur **AM** (tur **A** *in ras. maiore*): abduceretur **GS** altera **a**: aliter **AGM**, *om.* **S** 3 parcat **M** aspera **A**^{1}**G** 4 inmut.] inuita **M** enim **A** *in ras.* actum **M** haec **a**: *om.* **AGMS** 5 pater non abd. *Spalding:* pater abd. **GS**, quam abdicare (*sine* pater) **A**, pater corrigere quam abd. **Maς** 6 at **a**: ad **AG**, et **M** summissa .. composita **AGMS** ad **Sa**: *om.* **AGM** 7 dissensurus **GM** patres figura *Gesner:* patris figura **AGMS**, *sed* **S** figuram 8 laeduntur **Ma** 9 exhigat **G** uitandum *Obrecht:* uidendum **AGMS**, *cf. ad 8, 2, 3* 10 quoties *h. l.* **G** agit **G** libero **A**^{1}**G**, loco **S** tractauimus **AGS**, tractamus **M**, *em. Regius* 11 abdicationū **A** tractationis *Spalding:* tractationis actionis **AG**, tract. actiones **MSa** 12 ips*ae* **A** *ut coni. Regius:* ipsā **GM**, ipsa **S** 13 denti*ae* **A** aut propter — factum est **AG**: *om.* **FMST** 14 *in*stuuntur **A** 16 tanquam *h. l.* **G** ualitudine **MS** 18 quaeratur **A**^{1}**G** (clementiam ratione querat non mores **S**) 19 non mores **G** *1m. s. l.* quando **A**^{1}**G** inpeteritum **G**, imperitum **M** 20 probauit **A**^{1}**G** mutatus **A**^{1}**G** 21 **moderatus **A** (*ex* inmod.?) uere **M** 23 defensione **Sa**: defensio **AGM** 25 errorem **A**^{1}**G** absoluti*oni* **A** *ut coni. Regius:* absolutio **MS**, obsolutio **G** 26 *nonnū*quam **A**, non unquam **M** 28 *malim* fecisse se, *cf. p. 41, 8*

negat, plerumque tamen haec actio facto atque animo continetur.
de accusatore constituendo, quae iudicia *diuinationes* uocan- 33
tur: in quo genere Cicero quidem, qui mandantibus sociis Verrem
deferebat, hac usus est diuisione: spectandum a quo maxime
agi uelint ii, quorum de ultione quaeritur, a quo minime uelit
is, qui accusatur. frequentissimae tamen hae sunt quaestiones, 34
uter maiores causas habeat, uter plus industriae aut uirium sit
adlaturus ad accusandum, uter id fide meliore facturus. *tute-* 35
lae praeterea: in quo iudicio solet quaeri, an alia de re quam
de calculis cognosci oporteat, an fidem praestare debeat tantum,
non etiam consilium et euentum. cui simile est *male gestae*
procurationis, quae in foro negotiorum gestorum: nam et
mandati actio est. praeter haec finguntur in scholis et inscripti 36
maleficii, in quibus aut hoc quaeritur, an inscriptum sit, aut
hoc, an maleficium sit, raro utrumque. *male gestae lega-*
tionis apud Graecos et ueris causis frequens, ubi iuris loco
quaeri solet, an omnino aliter agere, quam mandatum sit, liceat,
et quo usque sit legatus, quoniam aliae * * in renuntiando sunt,
ut in Heio, qui testimonium in Verrem dixerat post perlatam
legationem. plurimum tamen est in eo, quale sit factum. *rei* 37
publicae laesae. hic mouentur quidem illae iuris cauillationes:
'quid sit rem publicam laedere?' et 'laeserit an non profuerit',
et 'ab ipso an propter ipsum laesa sit': in facto tamen pluri-
mum est. *ingrati* quoque: in quo genere quaeritur, an is,
cum quo agitur, acceperit beneficium. quod raro negandum

---

1 tamen *om.* **G** *1 m.* 2 diuinationes **A** *(sed* es *in ras.) et Regius:* diuinationis **GMS** 3 mandantib; **A**, *sed* b; *in ras.* mandatis **GS**, mantatibus **M** 4 deferebat *nos*: defendebant **AGMS**, defendebat *dett. pauci*, accusabat *edd. uett.* accusabat contra eos qui eum defendebant **a** *ex interpolatione* hac usus (usu **A** *1 m.*) **AS**: ac usu **GM** a **Ma**: *om.* **AG** (spectandumque quid **S**) 5 uelit is **M**: uelitis **AG** (aut quid maxime uelint is **S**) 6 accusatus **A**^{1}**G** frequentissime **AGMS**, *em. Obrecht* hec **S** 7 aut **S**: an **AGM**, *fort.* ac 8 tutele **A**^{1}**GS**, *om.* **M** 9 solet **MSa**: sed **A**(?)**G** 10 ca*l*culis **A**, cauculis **GMS** fide **A**^{1}**GS** 11 euentus **MS** 13 inscripti — inscriptum *Capperonnier et iam ante eum Aerodius ad Quint. declam. 344:* scripti — scriptum *libri* 14 malefici **A**^{1}**G**, male feci **M** 15 male gestae legationis **a**: male geste legestaelegationi **G**, *item* **A** *ut uidetur*, malegeste geste legationis **M**, male geste elel *(punctatum)* elegationi **S** 18 aliae in renuntiando sunt **AGMS**, alii in ren. s. *Regius et* ς *inepte*, aliae in nuntiando, aliae in renuntiando sunt (*uel* desinunt) *Spalding probabiliter* 19 ut **S** *et Burman:* et **AG**, *om.* **M** heio **AG**: eo **M**, hoc **ST** 20 legationem **a**: legatam **AGMS** 21 hic *cod. Gothanus:* hinc **AGMS**, *cf. Spalding* ille **A**^{1}**G**, mille **MS** cauillationis **A**^{1}(?)**G** 22 quid **a**: qui **AGM**, quod **S** reip. **A**^{1}**GS** non *om.* **MS** 23 lesa sit **S**: laesit **AGM** plurimum inest *ed. Aldina et* ς 25 cum quo **Sa**: cumq; **AM**, cumq. **G**

38 est: ingratus est enim qui negat. quantum acceperit? an red-
diderit? an protinus, qui non reddidit, ingratus sit? an potuerit
reddere? an id, quod exigebatur, debuerit? quo animo sit? sim-
pliciores illae iniusti repudii, sub qua lege controuersiae
illud proprium habent, quod a parte accusantis defensio est, a
39 defendentis accusatio. praeterea, cum quis rationem mortis
in senatu reddit, ubi una quaestio est iuris, an is demum pro-
hibendus sit, qui mori uult, ut se legum actionibus subtrahat,
cetera qualitatis. finguntur et testamenta, in quibus de sola
qualitate quaeratur, ut in controuersia, quam supra exposui, in
qua de parte patrimonii quarta, quam pater dignissimo ex filiis
reliquerat, contendunt philosophus, medicus, orator. quod idem
accidit, si orbae nuptias indicant pares gradu et si inter propin-
40 quos de idoneo quaeratur. sed mihi nec omnis persequi materias
in animo est, fingi enim adhuc possunt, nec omnis earum quae-
stiones, quia positionibus mutantur. hoc tamen admiror, Fla-
uum, cuius apud me summa est auctoritas, cum artem scholae
tantum componeret, tam anguste materiam qualitatis terminasse.
41 Quantitas quoque, ut dixi, etiamsi non semper, plerumque
tamen eidem subiacet, seu modi est seu numeri. sed modus
aliquando constat aestimatione facti, quanta sit culpa quantumue
beneficium, aliquando iure, cum id in controuersiam uenit, qua
42 quis lege puniendus uel honorandus sit: stuprator decem milia
dare debeat, quae poena huic crimini constituta est, an, quia
se stupratus suspendit, capite puniri tamquam causa mortis. quo
in genere falluntur qui ita dicunt, tamquam inter duas leges
quaeratur: nam de decem milibus nulla controuersia est, quia
43 non petuntur. iudicium redditur, an reus causa sit mortis. in

1 acceperat **A**^{1} (an quantum acceperit reddiderit *Badius*) 3 quo animo datum sit *Gul. Meyer probabiliter coll. § 23* 4 ille **A**^{1}**GMS** repudi **A**^{1}**G** 5 a parte *ed. Camp.* aperte **AGMS** est, a *Spalding:* est et *libri* 6 propterea **GM** 7 in senatū **AGMS**, *em. Regius* turis **G** an *om.* **M** 10 qualitate *addidit Christ* quaeritur **a** quā **a**: qua **AGMS** exposuit **A**^{1}**G** 11 filis **A**^{1}**G** 12 quod item a. *Regius* 13 orbe **A**^{1}**GMS** propinquus **A**^{1}**G** 14 mihi nec o. **AGM**: nec o. mihi ς (mihi nec mens **S**) 15 figi **A**^{1}**G** nec omnis **A**: necōmunis **G**, nec communis **M**, nec communes **S** 16 tamen **M** *ut coni. Spalding:* tantum **AGS** flau*um* **A**, flauom **G**, flauium **S**, flamini **M** 17 apud **Ma**: *om.* **AG** (cuius merito summa **S**) 18 tam *om.* **M** angustae **G** qualitatīs minasse **G**, q. eminasse **A** *2 m. corr. ex* q. terminasse 19 quoque ut dixi **A** *in ras. m. 2*, q. ut dixi plerumque **GMS**, *unde Regius* plerumque *quod sequitur delere uoluit* 20 ta*men eidem* **A**, tamtam itē **G**, tamen item **MS** modi* **A**, modis **G**, modus **S** 21 extimatione **G**, exterminatione **M** 22 cum id **G** *om. 1 m.* quā quis **A**^{1}**G** 24 qui stupratum **S**, quia stupratus se ς 25 causā **GMS** quo **A** *ex corr.* 27 de **a**: *om.* **AG**, in **MS** nulla *om.* **M** quia non *nos:* quae non **AGMS**, quae nec *edd. uett. et* ς

coniecturam quoque eadem species cadet, cum, perpetuo an quinquennali sit exilio multandus, in controuersiam uenerit: nam *an* prudens caedem commiserit quaeritur. illa quoque, quae ex 44 numero ducitur, pendet ex iure 'an Thrasybulo triginta praemia debeantur', et 'cum duo fures pecuniam abstulerint, separatim quadruplum quisque an duplum debeat'. sed hic quoque factum aestimatur et tamen ius ipsum pendet ex qualitate.

V. Qui neque fecisse se negabit neque aliud esse, quod fecerit, dicet neque factum defendet, necesse est in suo iure consistat, in quo plerumque a c t i o n i s est quaestio. ea non 2 semper, ut quidam putauerunt, iudicium antecedit, qualia sunt praetorum curiosa consilia, cum de iure accusatoris ambigitur, sed in ipsis iudiciis frequentissime uersatur. est autem duplex eius disceptationis condicio, quod aut intentio aut praescriptio habet controuersiam. ac fuerunt qui praescriptionis statum facerent, tamquam ea non isdem omnibus quibus ceterae leges quaestionibus contineretur. cum ex praescriptione lis pendet, de 3 ipsa re quaeri non est necesse. ignominioso filius praescribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. quotiens tamen poterimus, efficiendum est ut de re quoque iudex bene sentiat: sic enim iuri nostro libentius indulgebit, ut in sponsionibus, quae ex interdictis fiunt, etiamsi non proprietatis est quaestio, sed tantum possessionis, tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse docere oportebit. sed frequentius etiam quaeritur de 4 intentione: 'uir fortis optet quod uolet'. nego illi dandum quid-

1 cadet **M** *ut coni. Spalding:* cadit **AGS** an **GMS**: aut **A** 2 quinquennali* **A**, quinquennalis **G** uenit *cod. Gothanus* 2 nam an *Spalding:* nam **GS**, num **M** *et corr.* **S**, an **A** *m. 2 in ras.* (nam prudens nec ne caedem *alia Spald. coni.*) 3 commisserit **A** ill*a* **A**, illo **G** 4 Thrasybulo *edd. uett.* transilo **AG**, transilio **M**, trasilo **S** 5 debeatur **A**[1]**GMS** duo **M**: duos **A**, dus **GS** separ*atim* **A**, separtim **G** (se abstulerint partim **M**) 8 Qui] *praemissus est in* **a** *titulus* De iuridiciali qualitate, *in* **M** De finitione negauit **A**[1]**GMS** 10 est que quaestio **GS** ea non semper **A** *ut coni. Spalding (sed* per **A** *in ras. m. 2):* ta non semper est **G**, eadem non semper est **MS**

12 praetorū **A** (ū *in ras.*): praetore **G**, preture **MS** curosa **A**[1]**G** 13 sed in i. i. freq. uersatur **a**: et in ipsis frequentissime iudiciis uersatur **MS**, et in i. frequentissime iudiciis frequentissime uersatus **G** *(similiter haud dubie* **A**, *ut ex rasurae spatio conicere licet)* autem *Spalding:* enim **AGMS** *(***G** *per compendium* H, *quod simillimum est compendio pro* autem, *cum una littera scribitur)* 15 fuerunt **AMS** (unt **A** *in ras.*): fuerint **G** 17 contineretur **GS**: continetur **M**, contineatur **A** *sed* atur *in ras.* cum — lis **A** *in ras. m. 2* pendeat **M** 18 re quaeri *edd. uett.* requiri **AGMS** ignominioso patri *Regius* praescribit **AM** *(sed* prae **A** *in ras.):* describit **GS**

19 solo *Regius:* loco **GMSa**, colo **A** *ut uidetur* 20 de reo **M** iudex **AG**: *om.* **MS** *et rell. noti* 21 ut *om.* **MS**, ut in possessionibus *Regius* 22 set *(bis)* **A**[1] 23 nos — docere *om.* **M** nostrorum **GS** 24 docere **a**: *om.* **AGMS**; *an intercidit* probare? 25 quicquid optauerit non abeo **G**

quid optauerit: non habeo praescriptionem, sed tamen uoluntate
contra uerba praescriptionis modo utor. in utroque autem genere
status idem sunt.

5 Porro lex omnis aut tribuit aut adimit, aut punit aut iubet,
aut uetat aut permittit. litem habet aut propter se ipsam aut
propter alteram: quaestionem aut in scripto aut in uoluntate.
6 scriptum aut apertum est aut obscurum aut ambiguum. quod
de legibus dico, idem accipi uolo de testamentis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto, idem de uoce. et quoniam quattuor eius generis quaestiones uel status fecimus, singulos percurram.

VI. Scripti et uoluntatis frequentissima inter consultos
quaestio est, et pars magna controuersi iuris hinc pendet: quo
minus id accidere in scholis mirum est, ubi etiam ex industria
fingitur. eius genus unum est, in quo et de scripto et de uo-
2 luntate quaeritur. id tum accidit, cum est in lege aliqua obscuritas. in ea aut uterque suam interpretationem confirmat, aduersarii subuertit, ut hic: 'fur quadruplum soluat: duo subripuerunt
pariter decem milia: petuntur ab utroque quadragena, illi postulant ut uicena conferant'. nam et actor dicit, hoc esse quadruplum, quod petat, et rei hoc, quod offerant: uoluntas quoque
3 utrimque defenditur. aut cum de altero intellectu certum est,
de altero dubium: 'ex meretrice natus ne contionetur: quae
filium habebat, prostare coepit: prohibetur adulescens contione.'
nam de eius filio, quae ante partum meretrix fuit, certum est:
an eadem huius causa sit dubium est, qui ex hac natus est,
4 antequam meretrix esset. solet et illud quaeri, quo referatur
quod scriptum est: 'bis de eadem re ne sit actio': id est, hoc
'bis' ad actorem an ad actionem. haec ex iure obscuro.

1 pscriptionem **GM** uoluntatem **M**, *fort.* uoluntatem . . tueor, *siue potius* uoluntate . . nitor *cf. c. 6 §§ 4 et 9* 3 idem sunt **AG**: id sit **M**, idem fit **S** *et edd. priores* 6 quaestio est *Regius haud scio an recte* 7 scriptum *Spalding:* *scriptum **A**, inscriptum **G**, in scripto **MS** est obscurum **A**^{1}**G** 9 omni *denique scripto quod de scripto idem* de uoce **A** 10 fecimus **a**, *ut coni. Spalding:* facimus **AGMS**; *cf. 3, 6, 68* 11 percurram **GMS**, *item* **A** *ut uidetur:* percurramus **a**; *sequitur in* **a** *titulus:* Scriptum et uoluntas, *in* **M** De statu ex scripto et uoluntate 12 uoluntates **A**^{1}**G** 13 par **A**^{1}**G** 14 accidere in scolis **AGMS**, in scholis accidere ς ubi *edd. uett.* ibi **AGMS** 17 aut **AGS**: autem **M** *ut coni. Spalding* aduersarii **A** *(extrema* i *in ras.)*, aduersaris **G**, aut aduersarius **S**, aut id aduersarii **M** 18 subripuerunt **MS**: surrupuerunt **AG** 19 ab **AMS** (b **A** *in ras.*): ali **G** quadragene **G**, *item* **A**^{1} *ut uidetur* 24 prostrare **A**^{1}**G**, prestare **S** 25 fuit certum est *edd. uett.* est certum fuit **AGMS** 26 qui **A** *(sed* i *in ras.):* quae **G**, que **MS**, quia ς 27 antequam m. esset *Regius:* et haec m. est **AGMS**ς 29 actorem **S**: auctorem **AGM** an actionem **AGMS** obcuro **G**

Alterum genus est ex manifesto: quod qui solum uiderunt,
hunc statum plani et uoluntatis appellarunt. in hoc altera
pars scripto nititur, altera uoluntate. sed contra scriptum tribus 5
generibus occurritur. unum est, in quo ipso patet, semper id
seruari non posse: 'liberi parentis alant aut uinciantur': non
enim alligabitur infans. hic erit ad alia transitus et diuisio:
'num quisquis non aluerit? num hic propter hoc?' secundum 6
tale genus controuersiarum, in quo nullum argumentum est,
quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est,
quaerendum est. 'peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur. cum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit:
petitur ad supplicium.' non erunt hic separatae quaestiones, 7
'an quisquis, an hic', quia nullum potest adferri argumentum
contra scriptum uehementius eo quod in lite est, sed hoc tantum,
an ne seruandae quidem ciuitatis causa. ergo aequitate et uoluntate pugnandum. fieri tamen potest, ut ex aliis legibus
exempla ducamus, per quae appareat semper stari scripto non
posse, ut Cicero pro Caecina fecit. tertium, cum in ipsis uerbis 8
legis reperimus aliquid, per quod probemus, aliud legumlatorem
uoluisse, ut in hac controuersia: 'qui nocte cum ferro deprensus
fuerit, alligetur: cum anulo ferreo inuentum magistratus alligauit'. hic quia est uerbum in lege 'deprensus', satis etiam
significatum uidetur non contineri lege nisi noxium ferrum.

Sed ut qui uoluntate nitetur scriptum, quotiens poterit, 9
infirmare debebit, ita qui scriptum tuebitur adiuuare se etiam
uoluntate tentabit. in testamentis et illa accidunt, ut uoluntas
manifesta sit, scriptum nihil sit, ut in iudicio Curiano, in quo
nota L. Crassi et Scaeuolae fuit contentio. substitutus heres 10
erat, si postumus ante tutelae annos decessisset: non est natus:

---

1 quod qui *Regius:* quod **AG**, qui **MS** 2 plana **M** 3 altera* uoluntate* **A**, alter (altera **S**) ad uoluntates **GS**, altera ad uoluntatis **M** 4 generib; **A** (b; *in ras.*), generis **G** unum ex ipso patet semper in quo id seruari **S** (**M** *etiam deterius*) 5 parentis **AG**: parentes **MSa** 6 hinc *Badius* 7 num — num *Regius:* non — non **AGMS**, *sed* **MS** *priore loco* nam non aluerit **AS**: nā al. **GM** propter hoc **AGMS**: *add. in marg.* **A** *m. recent.* uel proponunt secundum *Christ:* quidam *libri;* num hic? Proponunt quidam tale genus *uulgo* 8 tale **Sa**: tali **AGM** 9 de eo **Sa**: deo **AG**, in eo **M** 10 quaerendum est *nos:* quaer. sit *libri* escenderit — escendissent **A** *solus; cf. tamen Iul. Vict. p. 384, 12* 13 adferri **A**: afferri **Sa**, auferri **G**, perferri **M** 14 sed haec (*sc.* quaestio) *Spalding* 15 aequitē et uoluntate **G**, et si quid est ex uoluntate **M** 17 exemplo **A**[1]**G** apparet **M** 18 in *om.* **GMS** 20 uoluisse **MS** *et Victor:* fuisse **AG** 22 deprensum **S**, adprehensum **M** 25 ita *om.* **GMS** 26 temtauit (-bit *corr.*) **A**, temptauit **G** 29 ante tutelae **MSa**: antutelae **AG** discessisset **GMS**

propinqui bona sibi uindicabant. quis dubitaret, quin ea uoluntas fuisset testantis, ut is non nato filio heres esset qui mortuo?
11 sed hoc non scripserat. id quoque, quod huic contrarium est, accidit nuper, ut esset scriptum quod appareret scriptorem noluisse. qui sestertium nummum quinque milia legauerat, cum emendaret testamentum, sublatis sestertiis nummis 'argenti pondo' posuit, 'quinque milia' manserunt. apparuit tamen 'quinque pondo' dari uoluisse, quia ille in argento legati modus et inau-
12 ditus erat et incredibilis. sub hoc statu generales sunt quaestiones, scripto an uoluntate standum sit, quae fuerit scribentis uoluntas: tractatus omnes qualitatis aut coniecturae, de quibus satis dictum arbitror.

VII. Proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnis artium scriptores constitit, in antinomia duos esse scripti et uoluntatis status, neque inmerito, quia, cum lex legi obstat, et utrimque contra scriptum dicitur et quaestio est de uoluntate in utraque: id ambigitur, an utique illa lege sit uten-
2 dum. omnibus autem manifestum est numquam esse legem legi contrariam iure ipso, quia, si diuersum ius esset, alterum altero abrogaretur, sed eas casu collidi et euentu.

Colliduntur autem aut pares inter se, ut si optio tyrannicidae et uiri fortis comparentur, utrique data quod uelit petendi
3 potestate: hic meritorum, temporis, praemii conlatio est: aut secum ipsae, ut duorum fortium, duorum tyrannicidarum, *duarum* raptarum, in quibus non potest esse alia quaestio quam temporis, utra prior sit, aut qualitatis, utra iustior sit petitio. diuersae

2 testantis **AS** (is **A** *in ras.*): testantes **GM** is **MSa**: his **AG** non nato **AMS**: nominato **G** 3 hoc *om.* **ST** id *edd. uett.* hic **AGMS** 4 appareret **GS**: apparet **A**, apperiret **M** uoluisset **GM** 5 *ses*tertia **A**, sētercia a *(sic)* **G**, sextercia **MS** nummum **A** *in ras. m. 2*, uicinum **M** 6 testamentum *om.* **ST** sub legatis sexterciis **M** pondere **AG**, pondera **a**, que **MS** 8 quia **A**: qui **G**, que **MS** legati *Spalding:* legiti **AG**, legit **S**, legito **a**, *om.* **M**, legato ς inaudit*us* erat **A**, inauditerat **G**, inauditis erat **M**, inaudit era **S** et **a**: *om.* **AGMS** 9 statu **AGMS**: etiam statu *edd. uett.* 11 oīs **AG**, omnis **S** coiecturae **AGM** 12 dictū **AMS** (**A** ū *in ras.*): dictis **G** *post* arbitror *est in* **a** *titulus* Leges contrariae, *in* **M** De legibus contrariis 14 scriptoris **A**[1] constitit **A**: consistit **GMS**, constat *Regius recte, nisi* constiterit *praeferendum est, cf. 6, 1, 8*

16 obstat, et *nos:* obstet *libri, sed* **A**[1]**G** ostet, **S** obstet et de uoluntate: in utraque id *uulgo, rectius interpunxit Christ* 17 ita lege **S** 19 iusisset **A**, iussisset **GS**, iussiset **M**, *em. Regius* 20 obrogaretur **GMS** 21 ut **a**: aut **AGMS** tyrannicae **A**[1]**G**, tyrannica **S** 23 proemi **AG** est *om.* **A**[1] 24 ipse **A**[1]**GS** tyranni*cid*arum **A**, tyrannidarum **GS** duarum *addidit Regius* 25 raptarim **A**[1]**G** 26 utra **AS**: intra **G**, iura **M** aut qualitatis utra iustior **A** *ut coni. Regius (sed est* aut *et* iustior *in* **A** *ex corr.):* an qualitatis utra iustorum (istorum **S**) **GS**, an qualitas iura istorum **M**

quoque leges confligunt aut similes *aut impares.* diuersae, 4
quibus etiam citra aduersam legem contradici possit, ut in hac
controuersia: 'magistratus ab arce ne discedat **': uel alia nulla
obstante quaeri potest: 'uir fortis an quidquid optarit accipere
debeat'. et in *legem* magistratus multa dicentur, quibus scri-
ptum expugnatur, si incendium in arce fuerit, si in hostis decur-
rendum. similes, contra quas nihil opponi potest nisi lex 5
altera: 'tyrannicidae imago in gymnasio *ponatur*': *contra 'mu-
lieris imago in gymnasio* ne ponatur. mulier tyrannum occidit'.
nam neque mulieris imago ullo alio casu poni potest nec tyran-
nicidae ullo alio casu submoueri. impares sunt, cum alteri 6
multa opponi possunt, alteri nihil nisi quod in lite est, ut cum
uir fortis inpunitatem desertoris petit. nam contra legem uiri
fortis, ut supra ostendi, multa dicuntur, aduersus desertores
scripta non potest nisi optione subuerti.

Item aut confessum est ex utraque parte ius aut dubium. 7
si confessum est, haec fere quaeruntur: utra lex potentior? ad
deos pertineat an ad homines? rem publicam an priuatos? de
honore an de poena? de magnis rebus an de paruis? permittat
an uetet an imperet? solet tractari et utra sit antiquior, sed 8
uelut potentissimum, utra minus perdat, ut in desertore et uiro
forti, quod illo non occiso lex tota tollatur, occiso sit reliqua

---

1 similes aut impares. diuersae *Christ:* sìmilia ut duae **AG**, similes aut duae **MSa**, similes. diuersae *Regius et* ς 3 discondat **G**, decedat **M**, discordat **S** uel a. n. o. q. potest uir fortis **A** *m. 2 in ras.* uir fortis uel alia n. opstante (optante **G** *1 m.*) q. potest **GS**, uel a. n. obstante uir fortis quaeri potest **M**; *signum lacunae posuimus, quae Christo sic fere explenda uidetur:* uir fortis optet quod uolet: inpunitatem magistratus petit. 5 in legem magistratus *nos:* in magistratus **A**, in magistrat **G**, in magistratu **MS**ς, a (*i. e.* pro) magistratu *Regius, cf.* § *6:* contra legem uiri fortis multa dicuntur 6 expugnatus **G**, expugnauit **M** in hostes **MS**, in nostris **AG** (innris **G**), in armis *Spalding* recurrendum **AGMS**, *em. Obrecht* 7 similes **A** *ut coni. Regius: om. rell. noti* 8 gimnasio **AGS** ponatur contra . . gymnasio *suppleuit Regius* 9 ne ponatur **AGS** (*sed* **G** ne *in ras.*)*:* eponatur **M** 10 nam **A** *in ras.* mulieres **A**[1]**G** ullo **a**: nulla **AG**, nullo **MS** poni—casu **GM**: *om.* **A**, *sed post* casu *uocab.* ca///su *erasum* 12 multa quae poni possunt alteri si (alter// si **A**) nihil **AGMS**, sint quae opponi possint alteri si nihil **a** 13 legem uir **A**[1]**G** 14 dicentur *malim cf.* § *4* 15 obtione **A**[1], optionem **S** subuertit **GMS** 16 aut **AG**: *om.* **MS**ς confessum **M**: confersum **A**, conuersum **GS** est **AGMS**: *om.* **a**ς ius *nos:* ius est **A**ς, iurē **G** (*an ex* de iure?), iure **S**, iure est **M** 17 concessum **MS** lex potentior **A**[1] *in uetere ras.* ad deos **a**: adeos **AG**, an ad deos **MS** 18 pertineat **A**[1]**G** (a*t* **A**): pertineant **G** *corr. et* **MS** rem p. an priuatos **AGMS**: ad rem p. an ad priu. *edd. uett. et* ς 19 de pon*a de magnis rebus* **A**, deponendae magis rebus **G**, deponendo magnis rebus **MS** 20 fit **G** sed **G**: si **MS**, et **A** *in ras.* 21 potentissima **A**[1] 22 forti **S**: forte **AGM** lex — occiso **A** *in marg. sed 1 m.* occisa **G**

uiro forti alia optio. plurimum tamen est in hoc, utrum fieri sit melius atque aequius: de quo nihil praecipi nisi proposita 9 materia potest. si dubium, aut alteri aut inuicem utrique de iure fit controuersia, ut in re tali: 'patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit, liberti heredem sequantur: liberti filium quidam fecit heredem: inuicem petitur manus iniectio': et pater *dicit sibi ius in filium esse et patronus* negat, ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit.

10 Duplices leges sicut duae colliduntur, ut 'nothus ante legitimum natus legitimus sit, post legitimum tantum ciuis'. quod de legibus, idem de senatusconsultis *sit* dictum: quae si aut inter se pugnent aut opstent legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

VIII. Syllogismus habet aliquid simile scripto et uoluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur, sed hoc interest, quod illic dicitur contra scriptum, hic supra scriptum: illic qui uerba defendit, hoc agit, ut fiat utique quod scriptum est, hic, ne aliud quam scriptum est. ei nonnulla etiam cum finitione coniunctio: nam saepe, si finitio infirma est, in syllo-2 gismum delabitur. sit enim lex: 'uenefica capite puniatur. saepe se uerberanti marito uxor amatorium dedit, eundem repudiauit: per propinquos rogata ut rediret non est reuersa: suspendit se maritus. mulier ueneficii rea est.' fortissima est actio dicentis amatorium uenenum esse: id erit finitio. quod si parum ualebit, fiet syllogismus, ad quem uelut remissa priore contentione ueniemus: an proinde puniri debeat, ac si uirum ueneno necasset?

3 Ergo hic status ducit ex eo, quod scriptum est, id, quod

1 ali **A¹G** 2 atque **AGS**: an **M** 3 *u*trique **A**, ultrique **G** de re **G** *1 m.* 7 et pater negat **AG**, et patronus **S**, et patronus negat **M**ς, *nos in manifesta lacuna* dicit — et patronus *suppleuimus* ius *om.* **S** 8 illi .. ipse **a**: ille . . ipsi **AGM** 9 duplices — natus *om.* **M** ut **GSa**: aut **A** 10 post **Ma**: potest **AGS** ciuis **A**: cuius **GM**, cuiusq; (*sine* quod) **S** 11 legib; **A** (b; *in ras.*), legis **GS** senatusconsult*is* **A**, senatusconsultus **G**, senatusconsultu **MS** sit *addidimus cf.* 6, 3, 26. 7, 1, 9 si **a** *et Regius:* sic **AGMS** 12 pugnent **Sa**: punent **AG**, punient **M** *malim* aliud est 13 *post* nomen *est in* **a** *titulus* Collectio, *in* **M** De sylogismis seu ratiocinatiua 14 uoluntate **G** *1m.* 16 super *Regius, at cf. Spald.* 17 agitur **G** 18 aliut **A¹G** est et ei **M**, est; eius **S** 19 finitionē **A¹** coniunctio *Regius:* coniectio **AGS**, connectio **M**, cognatio *Aldina, fort.* conexio 20 delauitur **A¹** benefica **A¹G**

21 se uerberanti marito uxor amatorium *Iulius Victor (p. 373, 11):* seuerantia moritoriū **G**, se**ranti* maritoriū **A**, spe perseuerandi amoritorium **S**, separanti aritorium **a**, seperatim amatorum **M**, secubanti amatorium *ed. Gryph. et* ς eundem **AGM** *(sed* **A** *1m. in ras.):* eumque *Victor, om.* **S** 22 propincos **A¹** *ut uidetur* 23 benefici **A¹G** 24 quod **AG**: quem **M**, que **S**, quae ς 25 uelut *om.* **M** 26 proinde **AGM**: inde **S**, perinde ς 27 status *om.* **S** dicit **GS** quod incertum est **G** *in marg. habet m. 2*

incertum est: quod quoniam ratione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. in has autem fere species uenit: an quod semel ius est, idem et saepius? 'incesti damnata et praecipitata de saxo uixit: repetitur.' an quod in uno, et in pluribus? 'qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo praemia petit.' an quod 4
ante, et postea? 'raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem.' an quod in toto, idem in parte? 'aratrum accipere pignori non licet, uomerem accepit.' an quod in parte, idem in toto? 'lanas euehere Tarento non licet, oues euexit.' in his syllogismus et scripto nititur: nam satis cautum esse dicit. 5
'postulo ut praecipitetur incesta, lex est', et 'rapta optionem petit,' et 'in oue lanae sunt', similiter alia. sed quia respon- 6
deri potest: 'non est scriptum, ut bis praecipitetur damnata, ut quandocumque rapta optet, ut tyrannicida duo praemia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus', ex eo, quod manifestum est, colligitur quod dubium est. maioris pugnae est ex scripto ducere, quod scriptum non est: an quia hoc, et hoc: 'qui patrem occiderit, culleo insuatur: matrem occidit. ex domo in ius educere ne liceat: ex tabernaculo eduxit'. in hoc genere 7
haec quaeruntur: an, quotiens propria lex non est, simili sit utendum? an id, de quo agitur, ei, de quo scriptum est, simile sit? simile autem et maius est et par et minus. in illo priore, an satis lege cautum sit? an, etsi parum cautum est, et hoc sit utendum? in utroque de uoluntate legumlatoris. sed de aequo tractatus potentissimi.

1 ratione *libri:* ratiocinatione *Regius, cf. Iul. Vict. p. 384, 25* colligitur **G** 2 quod re melius est **MS** 3 idem] id est **MS** dampnata **G** et **AS**, *sed* **A** *in ras.* te **G**, *om.* **M** de saxo **A** *in ras.* 4 repetitur ad poenam *Iulius Victor p. 384, 30* et in *Victor:* in **AGMS** 5 tyrannus **A**¹**G** petunt **A**¹(?)**G** 7 an quod — accepit *om.* **M** partē **G** 8 pignore **AS**, *sed* **A** e *in ras.* pignora **G** uomeore **G** 9 lana se uehere **A**¹**GM**, lanas uehere **S** a tarento **M** euexit *nos:* uexit *libri, quam lectionem ex illa diremtione* lana se uehere *ortam esse apparet* 10 scripto **A** (silogismis escripto **S**) nā **A** *in ras.* an **GM** (in his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit *Regius et* ς) 11 incesta **S**: ingeste **AG**, incestae **a**, ingesta **M** rapta **a**: rapto **AG**, raptor **MS** 12 in oue **Sa**: innoue **G**, in boue **A**, in ioue sunt (*om.* lanae) **M** alia *Regius:* alias **AGMS** 13 bis **a** *et Regius:* uis **AG**, uiuus **MS** damnata **A** *et Regius*: damnatus **GS**, dampnatur **M** 14 quandocumque *Badius:* quandoque **AMS** (*sed* **A** doque *m. 2 in ras.*), quantoque **G** 15 ouibus **MS**: bouibus **AG** 17 non est **AS**, *sed* **A** *in ras.* est non **G** an quia hoc et hoc **a**: an quia hoc **A**(?)**GM**, an quia hic **S**, *om.* ς 18 qui **AS**, *sed* **A** *in ras.* quid **G** culleo *mei:* culeo ς domo in ius **a**: dominius **A** *et lect. uaria in* **G**, dominus *(per compend.)* **G**, domo eius **MS** 19 ex tabernaculo **A** *ut coni. Gesner:* extra tabernacula (-lo **M** **GMS** 20 similis **GM** sit **MSa**: si **AG** 22 in illo (*sc.* genere) *ed. Basil.* in illa **AGMS** 23 et hoc **AGM**: hac *Regius, at cf. Spald.* (et hoc — legumlatoris *om.* **S**) 25 potent.] *sequitur in* **a** *titulus* Amphibologia id est ambiguitas. *in* **M** De am-

IX. Amphiboliae species sunt innumerabiles, adeo ut philosophorum quibusdam nullum uideatur esse uerbum, quod non plura significet: genera admodum pauca. aut enim uocibus accidit singulis aut coniunctis.

2 Singula adferunt errorem, cum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est (ὁμωνυμία dicitur), ut gallus, auem an gentem an nomen an fortunam corporis significet incertum est, et Aiax, Telamonius an Oïlei filius. uerba quoque quae-
3 dam diuersos intellectus habent, ut cerno. quae ambiguitas plurimis modis accidit. unde fere lites, praecipue ex testamentis, cum de libertate aut etiam hereditate contendunt ii, quibus idem
4 nomen est, aut quid sit legatum quaeritur. alterum est, in quo alia integro uerbo significatio est, alia diuiso, ut ingenua et armamentum et Coruinum, ineptae sane cauillationis, ex qua tamen Graeci controuersias ducunt: inde enim αὐλητρίς illa uulgata, cum quaeritur, utrum aula, quae ter ceciderit, an tibi-
5 cina, si ceciderit, debeat publicari. tertia est ex compositis, ut si quis corpus suum in culto loco poni iubeat, circaque monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum, ut solent,
6 leget, sit litis occasio cultum *locum dixerit an incultum.* sic apud Graecos contendunt Λέων et Πανταλέων, cum scriptura dubia est, bona omnia Leonti an bona Pantaleonti relicta sint.

In coniunctis plus ambiguitatis est. fit autem per casus, ut

aio te, Aeacida, Romanos uincere posse.

7 per conlocationem, ubi dubium est, quid quo referri oporteat,

25. Ennii Ann. 186 p. 30 Vahl.

biguo seu amphibologico 1 Amphibologiae **AGS**, *et sic per totum caput* amphibologiae *(uerum est in exc. Cassiod. p. 504, 3)*, Amphilogie **M** 3 plur*a* **A**, plure (*aut* plurae) **G** 4 aut *om.* **M** 6 OMωNIMIA **G**, omonimia **S** auem **AG**: uerum **S**, *om.* **M** 7 an gentem **a**: ingentem **AGS**, aut est gentem **M** 8 iaax **GS**, ayax **M** telamonius **AG**: telamonis **MS** *et dett.* oilei **A**, olei **GMS** 9 cerno quae **Sa**: cernoque **AG**, cerno queque **M** 11 etiam **AGMS**: etiam de ς hi (hii) *mei* 12 aut quid **GMS**: et cui **A** *m. 2 in ras.* sit **AMS**: sunt *(per comp.)* **G** 13 diuiso **a**: diuisio **AGMS** 14 armament*um* **A** cauillationes **MS** *et dett.* ex quo *Regius* 15 dicunt **A**[1] *ut uidetur* enim **A**: *om. rell. noti* AYΛHTPIC illa **A** (Λ *in ras.*), HΛYHT. picilla **G**, HAYHIS picilla **S** 16 tibicina **M**: tibicaena **AG**, tibicena **Sa** 18 inculto **A**: in occulto *rell.* circa quod **MS** *monumentum mul*tum **A** 20 litis *Crusius:* litus **AGMS** locum dixerit an incultum *Zumpt suppleuit* sic apud **Sa**: si caput **AG**, sic caput **M** 21 contendit **MS** leon et pantaleon **AGMS** dubia sit *malim; haec et sequentia in* **S** *alia manu scripta sunt, tempore, ut uidetur, paulo posteriore* 22 bona — ambiguitatis est *om.* **M** 23 est **AG**: *om.* **S** *et dett.* fit aut **M** 24 ut aio te **A** *in ras.* ut adeo **G** 25 eacida **AGMS** 26 collusionem **S** ubi **a**: ut **AGMS**

ac frequentissime, cum quidem medium est, cum utrimque possit
trahi, ut de Troilo Vergilius lora tenens tamen. hic utrum
teneat tamen lora, an, quamuis teneat, tamen trahatur, quaeri
potest. unde controuersia illa: 'testamento quidam iussit poni 8
statuam auream hastam tenentem.' quaeritur, statua hastam
tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius
materiae? fit per flexum idem magis:
quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.
saepe, utri duorum antecedentium sermo subiunctus sit, in dubio 9
est, unde et controuersia: 'heres meus uxori meae dare damnas
esto argenti quod elegerit pondo centum.' uter eligat quaeritur.

Uerum id, quod ex his primum est, mutatione casuum,
sequens diuisione uerborum aut translatione emendatur, tertium
adiectione. accusatiui geminatione facta amphibolia soluitur 10
ablatiuo, ut illud 'Lachetem audiui percussisse Demean' fiat
'a Lachete percussum Demean.' sed ablatiuo ipsi, ut in primo
diximus, inest naturalis amphibolia. caelo decurrit aperto:
utrum per apertum caelum, an cum apertum esset. diuisio 11
respiratione et mora constat: 'statuam', deinde 'auream hastam',
uel 'statuam auream', deinde 'hastam'. adiectio talis est:
'argentum, quod elegerit ipse', ut heres intellegatur, uel 'ipsa',
ut uxor. adiectione facta amphibolia, qualis est 'hunc flentes
illos deprendimus', detractione soluetur. pluribus uerbis emen- 12
dandum, ubi est id, quod quo referatur dubium est, et ipsum

2 Aen. 1, 477. 8. uersus graecus apud Aristot. soph. elench. 1, 4. **17.** Verg. Aen. 5, 212, qui habet: pelago decurrit aperto.

1 cum quidem m. est, cum **AG** *(sed in* **A** *post* est *tres litterae erasae):* cum quod m. est **a**, cum quidem quod medium (*sine* cum) **S**, quidem cum quidem quod medium est (*sine* cum) **M**, cum id quod medium est *Badius et* ς, *in qua scriptura* potest *quoque scribendum erat* 2 uirgilius **GMS** tenens **Sa**: tens **AG**, tenentes **M** 3 lor*a* **A** 4 quidem **A**[1]**G** 5 hastam tenentem **MSa**: hastantem **AG** statuā **A**[1]**G** 6 tenentis **G** aureā **A**[1]**GMS** esset **GM** 7 sit **GM** per reflexum *Christ; apud Aristotelem est* παρὰ τὴν διαίρεσιν 8 quinquaginta **A**: Lta **G**, *inde* ita **MS** *et dett.* occidit **MS**: occidet **AG** 9 indubium **AGMS**, *em. in edd. uett.* 10 damnas **AGS**: dampnans **M**, *et sic item § 12* 11 utrum **M** 15 lacheten **AG**, lanchenten **M**, *in eodem exemplo est 8, 2, 16* Chremetem dameam **S** *(utroque loco)* fiat — Demean *om.* **M** 16 demea **AG** ipsi **Ma**: ipso **AGS** 17 aperto **Sa**: apertū **AGM** (Celum . . apertū **M**) 18 per apertu **a** cum apertu **A** esse **A**[1]**G** diuisio **a**: diuio **A**, diuo **GS**, diu **M** 19 auream hastam **Sa**: auream auream hastam **A** *ut uidetur*, eauream de auream hastam **G**, auream hastam hastam **M** 20 adiectionalis est **GM**, adiectio naturalis est **S** 22 ut (*ante* uxor) *om.* **A** 22 adi*e*ctione **A**, adiectione est **S** qualis est *nos:* qualis sit *libri, sed* **S** q. fit *ut uidetur* hunc *Spalding:* nunc **AGMS**, nos *Badius et* ς flentes **a**: flentis **AGMS** 23 deprehendimus **MS**ς detractatione **AG**, de contractione **S** 24 ubi est **GMS**: ubi et **A** *m. 2 in ras.* ipse est **AG**, ipsum se est **M**, ipsum est **Sa** *et edd. in quibus* est *post* ubi *deest*

ambiguum. 'heres meus dare illi damnas esto omnia sua.' in quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannio: is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, praesertim cum ille Q. Scaeuolam sibi minorem natu generum praetulisset. nam sibi et ad socerum referri et ad Fannium
13 potest. productio quoque in scripto et correptio in dubio relicta causa est ambiguitatis, ut in hoc cato. aliud enim ostendit breuis secunda syllaba casu nominatiuo, *aliud eadem syllaba producta casu datiuo aut ablatiuo.* plurimae praeterea sunt aliae species, quas persequi nihil necesse est.

14 Nec refert, quo modo sit facta amphibolia aut quo resoluatur. duas enim res significari manifestum est et, quod ad scriptum uocemue pertinet, in utramque partem par est. ideoque frustra praecipitur, ut in hoc statu uocem ipsam ad nostram partem conemur uertere. nam, si id fieri potest, amphibolia
15 non est. amphiboliae autem omnis erit in his quaestio: aliquando, uter sit secundum naturam magis sermo, semper, utrum sit aequius, utrum is, qui scripsit ac dixit, uoluerit. quarum in utramque partem satis ex his, quae de coniectura et qualitate diximus, praeceptum est.

X. Est autem quaedam inter hos status cognatio. nam et in finitione, quae sit uoluntas nominis, quaeritur, et in syllogismo, qui secundus a finitione status est, quia spectatur, quid uoluerit scriptor, et contrarias leges duos esse scripti et uoluntatis status apparet. rursus et finitio quodam modo est amphi-

2. Brut. 26, 101.

1 ambiguus A[1] 2 Fannio. is *ed. Aldina:* fannie is G, fanni *et eius* A, fannia in S, fannei in M 3 quooptatus G, quo cooptatus M 5 generà A, generis M 6 sibi AGS: *om.* M, id sibi *edd. uett.* et ad A *in ras.* 7 in (*ante* scripto) *om. ed. Gesn. et posteriores, errore typographico ut uidetur* 8 aliud *Regius:* alium AGM, alienum S 9 casui AMS, causui G aliud — ablatiuo *suppleuit Regius; poterat breuius sic:* aliud eadem producta casu ablatiuo 10 plurimae Sa: plurima AGM 12 refert a: refer AG, feror MS 14 uocemue a: uoceue AG, uocetur M, uocet S partem par est A: parem partem GM, partem (*om.* par est) S 19 ac si dixit GMS, ac dixit sic A *m. 2 in ras.*, *apparet tamen* sic *sententiae non conuenire; nam* utrum *non est aduerbium, sed accusatiuum pronominis* 20 coiectura AG 22 *ante* Est *habet* a *titulum* De praedictorum statuum cognatione 23 quaeritur et *edd. uett.* quaeritur ut AGMS; *cf. tamen Spald. ad h. l.* 24 a diffinitione M quia *Bonnell:* quae AG, qua a, quo S, quod M, *deleuit Regius* spectatus quid noluerit G 25 contrarias leges A *ut coni. Spalding:* contrariis leges G, e (*om.* M) contrariis legibus MS 26 amphibologia AGMS

bolia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. scriptum 2
et uoluntas habet in uerbis iuris quaestionem, quod idem anti-
nomia petitur. ideoque omnia haec quidam scriptum et uolun-
tatem esse dixerunt, alii in scripto et uoluntate amphiboliam
esse, quae facit quaestionem. sed distincta sunt: aliud est enim
obscurum ius, aliud ambiguum. igitur finitio in natura ipsa no- 3
minis quaestionem habet generalem et quae esse etiam citra con-
plexum causae possit: scriptum et uoluntas de eo disputat iure,
quod est in lege, syllogismus de eo, quod non est. amphiboliae
lis in diuersum trahit, legum contrariarum ex diuerso pugna est.
neque inmerito et recepta est a doctissimis haec differentia et 4
apud plurimos ac prudentissimos durat.

Et de hoc quidem genere dispositionis, etiamsi non omnia,
tradi tamen aliqua potuerunt. sunt alia, quae nisi proposita, de 5
qua dicendum est, materia uiam docendi non praebeant. non
enim causa *tantum* uniuersa in quaestiones ac locos diducenda
est, sed hae ipsae partes habent rursus ordinem suum. nam et
in prooemio primum est aliquid et secundum ac deinceps, et
quaestio omnis ac locus habet suam dispositionem, ut thesis
etiam simplices. nisi forte satis erit diuidendi peritus, qui con- 6
trouersiam in haec diduxerit, an omne praemium uiro forti dan-
dum sit, an ex priuato, an nuptiae, an eius, quae nupta sit, an
hae: deinde, cum fuerit de prima quaestione dicendum, passim et ut
quidque in mentem ueniet, miscuerit, non primum in ea scierit esse
tractandum, uerbis legis standum sit an uoluntate: huius ipsius 7
particulae aliquod initium fecerit, deinde proxima subnectens
struxerit orationem, ut pars hominis est manus, eius digiti, illo-

1 et scriptum **A**, *sed* et *m. 2 in ras.* 2 iuris *Spalding:* **ocis **A**, iocis **GMS**, uocis **a** in antinomia petitur *Regius*, *an* antinomia petit? *cf. tamen Spald. de loco subobscuro* 4 duxerunt *margo ed. Basil.* uoluntatē **A**[1]**G** amphiboliam *hoc loco* **AG**, *item u. 9* 5 facit **AMS**, *sed* **A** *in ras.* fecit **G**, faciat *Spald. recte ut uidetur* *post* quaestionem *in* **G** *uoc. erasum* distincta **AM** (in **A** *in ras.*): districta **GS** 8 iure **AG**: uero **MS**, uerbo *edd. uett. et* ς, iure (*uel* uerbo) *ut glossema delet Gernhard* 9 quod est **AS**: quidē **G**, quid est **M** 10 trait **G** contrari*arum* **A** 13 disceptationis **MS** *et dett.* 14 tamen aliqua **G** *bis habet, item* **A**[1] *ut uidetur*, *qui* tradi tamen *in litura maiore habet* 15 materiā **A**[1]**G** 16 tantum *addidi*; modo *malebat Spalding* locoas **G** diducenda *Regius:* dicenda **AGS**, ducenda **M** 17 hee **a**, hee **MS**, haec **AG** ipse **A**[1]**MS** 18 et quaestio — simplices *om.* **M** 19 hac locus **A** theses ς 20 nisi *Obrecht:* si *libri* erit satis diuidendo **S** perit*us* **A**, perit **G**, perdit **M**, perdat **S** 21 diduxerit *Regius:* dixerit *codd.* fort*i* **A**, forte **G** 22 an ea que **MS** 23 hae **AG**: hee **a**, et **S**, haec *edd.* (an deinde hee **M**) passī **A**, passit (t *punct.*) **G** et aut **G** 24 quodque **G** *1 m.* quid quod **M**, quicūque **S** 25 legis **AGMS**: legum *cdd. recc. nescimus unde* 27 struxerit **a**: struxit **AGMS**

rum quoque articuli. hoc est, quod scriptor demonstrare non
8 possit nisi certa definitaque materia. sed quid una faciet aut
altera, quin immo centum ac mille in re infinita? praeceptoris
est in alio atque alio genere cotidie ostendere, quis ordo sit re-
rum et quae copulatio, ut paulatim fiat usus et ad similia trans-
9 itus: tradi enim omnia, quae ars efficit, non possunt. nam
quis pictor omnia, quae in rerum natura sunt, adumbrare didicit?
sed percepta semel imitandi ratione adsimulabit quidquid acce-
perit. quis non faber uasculum aliquod, quale numquam uide-
rat, fecit?

10 Quaedam uero non docentium sunt, sed discentium. nam
medicus, quid in quoque ualetudinis genere faciendum sit, quid
quibusque signis prouidendum, docebit: uim sentiendi pulsus ue-
narum, coloris modos, spiritus meatum, caloris distantiam, quae
sui cuiusque sunt ingenii, non dabit. quare plurima petamus a
nobis et cum causis deliberemus cogitemusque, homines ante in-
11 uenisse artem quam docuisse. illa enim est potentissima quae-
que uere dicitur oeconomica totius causae dispositio, quae nullo
modo constitui nisi uelut in re praesente potest: ubi adsumen-
dum prooemium, ubi omittendum: ubi utendum expositione con-
tinua, ubi partita: ubi ab initiis incipiendum, ubi more Homerico
12 a mediis uel ultimis: ubi omnino non exponendum: quando a
nostris, quando ab aduersariorum propositionibus incipiamus,
quando a firmissimis probationibus, quando a leuioribus: qua in
causa proponendae prooemiis quaestiones, qua praeparatione
praemuniendae: quid iudicis animus accipere possit statim dictum,

---

1 et est hoc **M**, est et hoc **S** 3 in re infinita *Rollinus:* in re finita quae materia in se finita **G**, in re finitaq; materia *ars (sic 2 m. in ras.)* finita **A**, in re finita que materia **MS**, in re infinita atque materia *Regius; interpolatio orta uidetur ex illo superiore* definitaque materia, *possis tamen conicere* in rerum natura infinita praecepti|oris **G** 4 cottidiae **AG** 5 transit. **G** *(pro* transit: *ut in hoc cod. saepius syllaba* us *notatur, cf. ad p. 51, 20 et 52, 14* 6 effecit **GM** 8 praecepta **MS** mutandi **GM** adsimulauit **A**^{1}**G** 9 fauer **A**^{1}**G** aliquid **G** 10 facit **M**, *om.* **S** 11 stunt sed discontium **G** 12 medici **AGMS**, *em. in edd. uett.* quod **G**, quid' **M** ualitudinis **GMS** quid quibus *Regius* 14 colores **a** modus **A**^{1}**GMS** spirit **G** meatus **MS** caloris **a**: coloris **AGMS** 15 sui **AG**: sua **MS**ς ingenenu non **G**, ingenium **MS** petimus **AGMS**, petemus **a**, *em. Regius* 17 est potent. **A**: est *om.* **GMS**, potent. est ς 18 *aech*onomica **A**, **oeconomia **G**, econonica **S**, que conomia **M** causae **A** *2 m. in ras.* cesae **GMS** quae nullo modo (que nullo **A**^{1}?) c̄stitui **A**, quo modo constitui **G**, quae non const. **MS** *et edd. uett.* 20 expotione **G** 21 ubi partita *om.* **M**, ubi practica **S** omerico **AG** (co **A** *in ras.*), homerice **M** 22 a *Regius:* e **AMS** *et 2 m.* **G**, *om.* **G** *1 m.* medis **A**^{1}**G** 25 proponendae **AGMS**: praeponendae *ed. Camp. et* ς, *cf. tamen Spalding* prohoemis **AG**, prohoemiis **Ma**, prohoemii **S**; in prooemiis *malim* 26 p̄muniende **MS**, p̄muendae **G**, praemouendae **A**

quo paulatim deducendus: singulis an uniuersis opponenda refutatio: reseruandi perorationi an per totam actionem diffundendi adfectus: de iure prius an de aequitate dicendum: ante acta crimina an, de quibus iudicium est, prius obicere uel diluere conueniat: si multiplices causae erunt, quis ordo faciendus, quae 13 testimonia tabulaeue cuiusque generis in actione recitandae, quae reseruandae. haec est uelut imperatoria uirtus copias suas partientis ad casus proeliorum, retinentis partis per castella tuenda custodiendasue urbes, petendos commeatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra diuidentis. sed haec in oratione prae- 14 stabit, cui omnia adfuerint, natura, doctrina, studium. quare nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus: uigilandum, attendendum, enitendum, pallendum est, facienda sua cuique uis, suus usus, sua ratio, non respiciendum ad haec, sed in promptu habenda, nec tamquam tradita sed tamquam innata. nam uia 15 demonstrari potest, uelocitas sua cuique est: uerum ars satis praestat, si copias eloquentiae ponit in medio, nostrum est uti eis scire. neque enim partium est demum dispositio, sed in his 16 ipsis primus aliquis sensus et secundus et tertius: qui non modo ut sint ordine conlocati, laborandum est, sed ut inter se uincti atque ita cohaerentes, ne commissura perluceat: corpus sit, non membra. quod ita continget, si et quid cuique conueniat uide- 17 rimus et uerba uerbis adplicarimus non pugnantia, sed quae inuicem conplectantur. ita res non diuersae distantibus ex locis quasi inuicem ignotae collidentur, sed aliqua societate cum priori-

1 duducendus **A**¹(?) 3 dicit tum **G**, dicendum an **M** 6 cuiusque **GS**: cuique **A**, cuius **M** 7 imperatorio **A**¹**G** partientis **MS**: parti **AG**, partim **a** 8 proheliorum **G**, proleuorum **A**¹ partes **MS**, partim **a** propter *Badius* tuendas **A**¹**G** 9 comeatus **A**¹**GMS** itinera mari] *post haec uerba ordo in* **S** *turbatus est; nam singulae partes sic se excipiunt:* itinera mari fueri erit inofficiosi — ciuitate donata = *8 Prooem. § 30 — 8, 1, 3; tum sequitur* His fere — dicendi ui *8 Pro. 1 — § 30; deinde iterum scripta sunt haec:* propriis ut si — quae litem faciunt (7, 3, 3—7, 3, 7), inde puniri debeat — potentissimi (7, 8, 2—7, 8, 7). *Nunc demum sequitur cap. 2 libri VIII; uerba* denique ac terra diuidentis *7, 10, 13 extr. usque ad finem capitis plane desunt.* 10 deni*que* **A** praestauit **A**¹**G**, praestant **M** 13 attendendum *scripsi incerta emendatione:* dicat iterum **GM**, dicendum **A**, *sed* endum *m. 2 in ras.* studendum *Zumpt*, durandum *Bonnell:* uigilandum ducat, iterum enit. *edd. uett.* cuique **A** *in ras.* uis suus usus **a**: uisus usus **A**(?)**G**, uis usus **M** 14 promtu **G** 15 uiam **GM** 16 suique est **A**(?)**G**, si qua est **M**, sua cuique (*om.* est) **a** 17 in modio **A**¹**G** 18 neque **A** *ut coni. Spalding:* reque **G**, reliqua **M** *et dett.* '*est hiulca argumentatio, ut orationi aliquid excidisse suspiceris*' Spalding partium *Regius:* artium *libri* sed **a**: set **A**, et **GM** in is **A**¹ 20 uincti **A**: iuncti *plerique* 22 et quod **G** cuique *Spalding:* quoque **AG**, quaque **M**, in quoque ς 23 et uerba u. adplicarimus *scripsi:* et ut uerba u. adplicamus (appl. **GM**) **AGM**, et ut uerba u. applicemus **a**ς 24 ita non res *Spalding* 25 collidentur **a**: collidantur **AGM**

bus ac sequentibus copulatae tenebuntur, ac uidebitur non solum conposita oratio, sed etiam continua. uerum longius fortasse progredior fallente transitu et a dispositione ad elocutionis praecepta labor, quae proximus liber inchoabit.

1 copulatae tenebuntur *scripsi:* scopula tenebunt **G**, se *(2 m. in ras.)* copula tenebunt **A**, se copulas tenebunt **M**, se copulaque tenebunt *Regius et* ς ac — composita **A** *in ras.* (**A**[1] *pauciora habuerat*) 4 quae **a**: que **AG**, quod **M** *et dett.* proxim*us liber* **A** inchoauit **A**[1]**G**; *sequitur in* **A** *m. 2 subscriptio:* M. FABII QUINTILIANI INSTITVTIONIS ORATORIAE LIBER VII. EXP. INCIPIT LIBER VIII. *et sic* **G** *quoque item 2 m. sed hic* INSTITVTIONV ORATORIARV; **M** *habet:* M. F. Quintiliani Institutionum Oratoriarum *etc.*

LIBER OCTAUUS.

Prooemium.

His fere, quae in proximos quinque libros conlata sunt, ratio
inueniendi atque inuenta disponendi continetur, quam ut per
omnis numeros penitus cognoscere ad summam scientiae neces-
sarium est, ita incipientibus breuius ac simplicius tradi magis
conuenit. aut enim difficultate institutionis tam numerosae at- 2
que perplexae deterreri solent, aut eo tempore, quo praecipue
alenda ingenia atque indulgentia quadam enutrienda sunt, aspe-
riorum tractatu rerum atteruntur, aut, si haec sola didicerunt,
satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur, aut quasi ad cer-
tas quasdam dicendi leges alligati conatum omnem reformidant.
unde existimant accidisse ut, qui diligentissimi artium scriptores 3
extiterint, ab eloquentia longissime fuerint. uia tamen opus est
incipientibus, sed ea plana et cum ad ingrediendum tum ad de-
monstrandum expedita. eligat itaque peritus ille praeceptor ex
omnibus optima et tradat ea demum in praesentia, quae placet,
remota refutandi cetera mora: sequentur enim discipuli quo du-
xeris. mox cum robore dicendi crescet etiam eruditio. idem 4
primo solum iter credant esse, in quod inducentur, mox illud
cognituri etiam optimum. sunt autem neque obscura neque ad
percipiendum difficilia, quae scriptores diuersis opinionibus per-

1 quinque **A** *in ras.* 2 continentur **MS** *et dett.* 3 numerus **A**[1]**G** 4 ita *om.* **GS** 5 aut enim **A** *in ras.* innumerosae (-se) **AGMS**, *em. Regius cf. 5, 10, 10* 7 asperītorum **G** 8 ateruntur **G**[1] aut si **A** *corr. ex* ut 9 eloquentia **A**[1]**G** 10 quasdam *om.* **G** *1 m. item u. 11* accidisse allicati **A**[1], allegati **MS** con*atum* **A** omne **G** 12 extiterint **a**: existerint **AG**, extiterunt **MS** afuerint *malim* 15 placet (*sc.* tradere) **AGS**: placent **M** *et rell. noti, item edd.* 16 sequentur **A**: seq**ntur **G** *(est macula in cod.)* sequuntur **S**, secuntur **M** quo duxeris **a**: quod uexeris **AGM**, quo uexeris **S** 17 dicendi **AGM**: discendi **S** idem **GMS**: idest **A**, iidem ς 18 mox] *sic* **A** *quoque (non* post) 19 ad praecipiendum **M** *ut Spalding malebat*

5 tinaciter tuendis inuoluerunt. itaque in toto artis huiusce tra-
ctatu difficilius est iudicare, quid doceas, quam, cum iudicaris,
docere, praecipueque in duabus his partibus perquam sunt pauca,
circa quae si is qui instituitur non repugnauerit, pronum ad
cetera habiturus est cursum.
6 Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus, ut osten-
deremus rhetoricen bene dicendi scientiam et utilem et artem
et uirtutem esse: materiam eius res omnis, de quibus dicendum
esset: eas in tribus fere generibus, demonstratiuo, deliberatiuo
iudicialique reperiri: orationem porro omnem constare rebus et
uerbis: in rebus intuendam inuentionem, in uerbis elocutionem,
in utroque conlocationem, quae memoria conplecteretur, actio
7 commendaret. oratoris officium docendi, mouendi, delectandi
partibus contineri, ex quibus ad docendum expositio et argu-
mentatio, ad mouendum adfectus pertinerent, quos per omnem
quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac fine domi-
nari. nam delectationem, quamuis in utroque sit eorum, magis
8 tamen proprias in elocutione partes habere. quaestiones alias
infinitas, alias finitas, quae personis, temporibus, locis contine-
rentur. in omni porro materia tria esse quaerenda, an sit, quid
sit, quale sit. his adiciebamus, demonstratiuam laude ac uitu-
peratione constare. in ea, quae ab ipso, de quo diceremus, quae
post eum acta essent, intuendum. hoc opus tractatu honestorum
9 utiliumque constare. suasoriis accedere tertiam partem ex con-
iectura, possetne fieri et an esset futurum, de quo deliberaretur.
hic praecipue diximus spectandum, quis, apud quem, quid diceret.
iudicialium causarum alias in singulis, alias in pluribus contro-
uersiis consistere, et in quibusdam intentionem modo *statum fa-*

---

1 huius*ce trac*tatu **A** 3 praecip*ueque* **A**, praecipue quae **G**, p̄cipue quod (**S**) quia **MS** 4 instituetur *ed. Camp. et* ς 5 abiturus **G** 7 rethoricen (-cē **M**) **AGMS** 8 dicendum **A**: dicit dum **GMS** 9 delibera*tiuo* iudiciali*que* **A** 10 repperiri **AG** constaret **G** 11 intuendum **A**^{1}**G** intencionem **MS** 12 in utroque *nos*: in utraque (utramque **S**) *libri*, in utrisque *Badius* collocationem **a**, conlocutionem **AM**, conlucutione **G**, collocucionem **S** 12 conplecterentur **A** 15 pertineret *ed. Zumpt. et Bonn. errore operarum* 16 quid*em* **A** sed *edd. uett.* et **AGMS** 18 elocutione **Sa**: elocutionem **A**(?)**GM** 19 alias finitas *om.* **A** *1 m.* temp. locis **AGM**: locis temporibus **S**ς continentur **MS** 20 quid **MSa**: qui **AG** 21 uituperatio **A**^{1} 22 quaeque post *malim* 23 ess*e*nt **A** (e *in ras. maiore*) tractu **A**^{1}**G** 24 terciam **AS**, *sed* ciam **A** *in ras.* ĩτemiam **G**, accederet ternam **M** parte ex coiectura **G** 25 possetne fieri **AM** *(sed* **A** nefi *in ras. maiore)*: posset (posse **S**) ne finierit **GS** deliberaretur **Sa**: liberaretur **AG**, liberatur **M** 27 controuersi*is* **A** 28 in quibusdam intentionem modo depulsionem porro **AGMS** *(sed* **A** quibusda*m* *in*tentionem *m. 2 in ras. maiore); sententiam mancam egregie suppleuit Schuetz Opuscc. philol. p. 316 coll. 3, 6, 16 et iam ante eum Happel Anal. crit. p. 14,*

cere, modo depulsionem: *depulsionem* porro omnem infitiatione
duplici, factumne et an hoc factum esset, praeterea defensione
ac translatione constare. quaestionem aut ex scripto esse aut 10
ex facto: *facto* de rerum fide, proprietate, qualitate, scripto de
uerborum ui aut uoluntate, in quibus uis tum causarum, tum
actionum inspici soleat, quae aut scripti et uoluntatis aut ratio-
cinatiua aut ambiguitatis aut legum contrariarum specie conti-
nentur. in omni porro causa iudiciali quinque esse partes, qua- 11
rum exordio conciliari audientem, narratione *doceri, probatione*
proposita confirmari, refutatione *contra dicta dissolui, peroratione*
aut memoriam refici aut animos moueri. his argumentandi et 12
adficiendi locos et quibus generibus concitari, placari, resolui
iudices oporteret, adiecimus. accessit ratio diuisionis. credere
modo qui discet uelit. † certa quaedam uaria est, et in qua
multa etiam sine doctrina praestare debeat per se ipsa natura,
ut haec, de quibus dixi, non tam inuenta a praeceptoribus quam,
cum fierent, obseruata esse uideantur.

Plus exigunt laboris et curae quae secuntur. hinc enim 13
iam e l o c u t i o n i s rationem tractabimus, partem operis, ut inter
omnis oratores conuenit, difficillimam. nam et M. Antonius,
cuius supra mentionem habuimus, cum a se d i s e r t o s uisos
esse multos ait, eloquentem neminem, diserto satis putat

---

21. Cic. de Orat. I, 21, 94.

---

sed hoc uerborum ordine: in quibusdam statum facere modo intent. modo depuls. 1 oñe **GS**, omne **M** 2 praeterea **S**: p̃ea **AG**, praeterea — scripto esse *om.* **M** defensionē **a** 3 ac translatione *Badius:* ac latratione (*ex* tralatione) **GS**, altercatione **a** *(lectio* **A** *ignota)* quaestione **G** 4 ex facto facto *Spalding:* ex facto **AGMS** 6 quae — continentur *Spalding:* quaeque — continetur (continentur **M**) **AGMS** ratiocinatiua **AGMS**: ratiocinatiuae *edd. uett. et* ς, ratiocinationis *Kayser ad Cornif. p. 228* 9 doceri probatione *addidit Meister praeeunte Spaldingio* 10 contra dicta dissolui, peroratione *suppleuimus*, dissolui (*sc.* proposita), peroratione *suppl. Spalding; cf. 4 Pro.* § *6* 11 memoriam iudicis *Regius* animos **Sa**: animus **AGM** 12 adficiendi **AS** *(extrema* i **A** *in ras.):* adficiendis **G**, efficiendi **M** locos *et* **A** 13 iud. **AG**, iudex **S**, inid **M** oporter*et* **A**, oportere **GM**, oportet **S** adiciemus **AGMS**, *em. in edd. uett.* 14 uellit **G**, *post* uelit *quaedam deesse uidentur* certa (tetram **G**, terciam **M**) quaedam uaria (uel uia *m. recentior in marg.* **A**) est **AGM**, Ir̄a quadam uaria esse **S**, certam quandam uiam esse *edd. uett. (inepte ut Spald. ostendit)*, terram quandam uariam esse (*sc.* eloquentiam) *coni. Spalding*, artem quidem uariam esse *Wolff*, tritam quandam uiam esse *Gernhard*, materiam quandam uariam esse *Happel Anal. crit. p. 16*, *fort.* materia quidem uaria est 15 doctrin*a* **A**, doctrine **G** se **Ma**: *om.* **AGS** ipsam **S** 18 *ante* Plus *additum in* **GMa**: DE UIRTUTE ELOCUTIONIS 19 ratione **GMS** tractauimus **A**[1]**GS** 20 oratoris **A**[1] 21 habuimus mentionem **MS**ς cum] ait **M**, *idem uoc. postea omittens* a se **MS**: ad se **AG**, *fort.* ab se dissertos **G** 22 ait *om.* **MS** eloquent*em* **A**, eloquentem autem **MS** diserto **A** *ut emend. Spalding:* disertos **S**, dissertos **GM**

dicere quae oporteat, ornate autem dicere proprium esse elo-
14 quentissimi. quae uirtus si usque ad eum in nullo reperta est,
ac ne in ipso quidem aut L. Crasso, certum est et in his et in
prioribus eam desideratam, quia difficillima fuit. et M. Tullius
inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat,
15 eloquentiam oratoris, ideoque praecipue circa praecepta partis
huius laborauit. quod eum merito fecisse, etiam ipso rei, de qua
loquimur, nomine palam declaratur. eloqui enim [hoc] est omnia,
quae mente conceperis, promere atque ad audientis perferre, sine
quo superuacua sunt priora et similia gladio condito atque intra
16 uaginam suam haerenti. hoc itaque maxime docetur, hoc nullus
nisi arte adsequi potest, hic studium plurimum adhibendum: hoc
exercitatio petit, hoc imitatio, hic omnis aetas consumitur: hoc
maxime orator oratore praestantior, hoc genera ipsa dicendi aliis
17 alia potiora. neque enim Asiani aut quocumque alio genere
corrupti res non uiderunt aut eas non conlocauerunt, neque,
quos aridos uocamus, stulti aut in causis caeci fuerunt, sed his
iudicium in eloquendo ac modus, illis uires defuerunt, ut appa-
reat in hoc et uitium et uirtutem esse dicendi.
18 Non ideo tamen sola est agenda cura uerborum. occurram
enim necesse est et, uelut in uestibulo protinus adprehensuris
hanc confessionem meam, resistam iis, qui omissa rerum, qui
nerui sunt in causis, diligentia quodam inani circa uoces studio
senescunt, idque faciunt gratia decoris, qui est in dicendo mea
quidem opinione pulcherrimus, sed cum sequitur, non cum ad-
19 fectatur. corpora sana et integri sanguinis et exercitatione fir-
mata ex isdem his speciem accipiunt, ex quibus uires, namque
et colorata et adstricta et lacertis expressa sunt: at eadem si
quis uolsa atque fucata muliebriter comat, foedissima sint ipso

4. Orat. 14, 44.

2 quae *om.* **A**[1] inullo repta **A**[1]**G** 3 ac ne *om.* **S** ipsocer. (ipso **MS**) quidem aut l. crasso tum est **GMS** et in his et *in (om. 1 m.)* prioribus **A**: et his et prioribus **GMS** 6 aeloquentia **G** 7 qua **S**: quo **AGM** 8 hoc *auctore Gesnero inclusimus; recte monet Spalding uocem adhaerescere potuisse ex male intellecto* enim, *ac re uera in* **G** enim *eo compendio scriptum est quod est simillimum compendio pro* hoc 9 audientes **GMSa** 10 et intra **M** 12 plurimum **A**: *om. rell.* 14 genere **A**[1] *ut uidetur* 15 alia genera **A** *1 m.* 17 stulti aut **AM** *(sed* **A** a *in ras. maiore):* stultiāut **G**, ob stultitiam aut **S** 18 defecerunt **M** 19 uirtus **M** 20 agenda **MS**: agendi **AG** 21 protinus — iis *om.* **M** 22 meam **Sa**: eam **AG** is **A**, his **GSa** omissā **A**[1]**G**, omīa **S** 23 quodam **MSa**: quadam **A**, quaedam **G** 24 qui — pulcherrimus **A** *ut coni. Spalding:* qui — pulcherrimū **G**, quod — pulcherrimum **MS** *et dett.* 25 sequitur **A**, sequimur **GMS** 28 at *Zumpt:* et **AGM**, sed **S** *et edd. priores* 29 fugata **A**[1]**G** sint **A** *et s. l.* **G**, *ut coni. Spalding: om.* **G**[1], sunt **MS** *et dett.*

formae labore. et cultus concessus atque magnificus addit ho- 20
minibus, ut graeco uersu testatum est, auctoritatem: at mulie-
bris et luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mentem. si-
militer illa translucida et uersicolor quorundam elocutio res ipsas
effeminat, quae illo uerborum habitu uestiantur. curam ergo
uerborum, rerum uolo esse sollicitudinem. nam plerumque optima 21
rebus cohaerent et cernuntur suo lumine: at nos quaerimus illa,
tamquam lateant semper seque subducant. ita numquam puta-
mus circa id esse, de quo dicendum est, sed ex aliis locis peti-
mus et inuentis uim adferimus. maiore animo adgredienda elo- 22
quentia est, quae si toto corpore ualet, unguis polire et capillum
reponere non existimabit ad curam suam pertinere.

Sed euenit plerumque, ut in hac diligentia deterior etiam
fiat oratio: primum, quia sunt optima minime arcessita et sim- 23
plicibus atque ab ipsa ueritate profectis similia. nam illa, quae
curam fatentur et ficta atque composita uideri etiam uolunt, nec
gratiam consequuntur et fidem amittunt propter id, quod sensus
obumbrantur et, uelut laeto gramine sata, strangulantur. nam 24
et quod recte dici potest circumimus amore uerborum, et quod
satis dictum est repetimus, et quod uno uerbo patet, pluribus
oneramus et pleraque significare melius putamus quam dicere.
quid? quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur di-
sertum, quod et alius dixisset? a corruptissimo quoque poeta- 25
rum figuras seu translationes mutuamur, tum demum ingeniosi
scilicet, si ad intellegendos nos opus sit ingenio. atqui satis
aperte Cicero praeceperat, in dicendo uitium uel maximum
esse a uolgari genere orationis atque a consuetudine
communis sensus abhorrere. sed ille est durus atque in- 26
eruditus: nos melius, quibus sordet omne, quod natura dictauit,

2. uersus ignotus est. 26. de Orat. 1, 3, 12.

1 forme **A**[1]**G**, forma **MS** 2 auctoritate **G** at **AMS** *(sed* **A** *in ras.)*: ad **G**, *et sic item infra u. 7* 3 deterit mentem *Christ* 4 corundam **G** 5 effiminat **A** uestiantur **GMS**: uestiuntur **A**ς, *sed media* u **A** *in ras. m. 2* curam **G** *corr. ex* cum, cura **A**[1], Curū *(sic)* **S** 6 uerborum rerum **A** *in ras. m. 2* optima **A**: optime **GM**, rerum optime **S** 8 semper seque **GMS**: se-seque **A** *in ras. m. 2* putamus — petimus *om.* **M** 10 animo **MS**: anima **AG** 11 ungius **G**, ungues **MS**ς 12 exponere **S**, componere *Obrecht* existimauit **A**[1]**GMS** 15 profectisimilia **G** 16 nec **MSa**: ne **AG** 17 consequantur **M** propter **AGM**: pp **S**, praeter *Rollinus* 18 obumbrantur — strangulantur *Spalding:* obumbrant — strangulant (transgulat **M**) **AGMS** et *obelo notauit Spalding* gramine∗ sata **A** 19 quod *om.* **A** *1 m.* ab amore **M** 22 dissertum **G** 23 a] ac **G** 24 figura **A**[1]**G** 25 atque **AGM**, *em. Badius* 26 in di*cendo ui*tium **A** 27 uulgari **M** 28 est *Spalding:* et **AGMS** inauditus **S** 29 omn*e* **A**, oma **G**, sordent (formident **S**) omnia que **MS** ditauit **GMS**

qui non ornamenta quaerimus, sed lenocinia, quasi uero sit ulla
uerborum nisi rei cohaerentium uirtus: quae ut propria sint et
dilucida et ornata et apte conlocentur si tota uita laborandum
27 est, omnis studiorum fructus amissus est. atqui plerosque ui-
deas haerentes circa singula et dum inueniunt et dum inuenta
ponderant ac dimetiuntur. quod si idcirco fieret, ut semper op-
timis uterentur, abominanda tamen haec infelicitas erat, quae
et cursum dicendi refrenat et calorem cogitationis extinguit mora
28 et diffidentia. miser enim et, ut sic dicam, pauper orator est, qui
nullum uerbum aequo animo perdere potest. sed ne perdet qui-
dem, qui rationem loquendi primum cognouerit, tum lectione
multa et idonea copiosam sibi uerborum supellectilem compararit
et huic adhibuerit artem conlocandi, deinde haec omnia exerci-
tatione plurima roborarit, ut semper in promptu sint et ante
29 oculos: namque ei, qui id fecerit, simul res cum suis nominibus
occurrent. sed opus est studio praecedente et adquisita facultate
et quasi reposita. namque ista quaerendi, iudicandi, comparandi
anxietas, dum discimus, adhibenda est, non dum dicimus. alio-
qui sicut qui patrimonium non pararunt, sub diem quaerunt, ita
30 in oratione, qui non satis laborauit * *. sin praeparata dicendi
uis fuerit, erunt in officio, non ut requisita respondere, sed ut
semper sensibus inhaerere uideantur atque eos ut umbra corpus
31 sequi. sed in hac ipsa cura est aliquid satis: nam cum latina,

---

1 ulla **A** *ut coni. Regius:* illa **GM**, *om.* **S** 3 delucida **A**[1]**G** *collo-centur* **A** 4 studi*orum fr*uctus **A**, stud. fluctus **G** atqui **A** *ut coni. Rollinus:* atque **GMS** 6 dimentiuntur **A**[1], dimittuntur **M** que id si **S**, quod etiam si *Regius* 9 differentia *libri, em. Badius* sic **MSa**: si **AG** 11 loquendi **AGMS**: eloquendi *Voss. 2 et Goth.* 12 suplectilem **A**[1]**G**, suppellectilem **M**, suppletionem **S** compararit *edd. uett.* comparauit **A**[1]**G**, comparāt **S**, comparabit **Ma** 13 et **MS**: *om.* **AG** 15 namque ei qui id (haec?) fecerit, simul res *nos:* nāq. hii quid fecerit sic res **G**, *nāq. illi qui id (sic in ras. m. 2)* fecerit sic res **A**, namq. id quid fecerint si res **M**, Namq; et hic quidē fecerūt si res **S**, namque et hoc qui fecerit ei res *Regius et (sine* et) ς nominibus suis **S**ς 16 occurrent **Sa**: occurrerent **AGM** 19 sicut qui **M**: sint qui **S**, si qui **AG** pararint **M** śub diem **AGM**: subinde **S** *et Badius* quaerunt uictum *Spalding* 20 in oratione uerba qui *Schuetz, nos Spaldingium secuti signum lacunae posuimus, quam sic fere explendam esse censet*: laborauit, uerba desiderabit, *nisi malis* inter dicendum uerba captabit (mendicabit? ; *integrum putat locum Io. Schraut in Annott. in Q. spec. (Saarbrücken 1837) ex sententia supplens: sub diem quaerit ea quae usui sunt* laborauit **AG**: laborarant **M**, laborant **S** sin *edd. uett.:* si *libri* dicen*di* uis fueri*t* **A**, uis dicendi f. ς *(de cod.* **S** *cf. ad p. 53, 9)* 21 in officio non ut **A**: inofficiosi non ut **GSa**, in officiis non ut **M**, in officio sic ut non *edd. recentt.* requisita *Zumpt:* reliquisita **AG**, requisitis **M**, ad requisita **S** *et edd. uett.* 22 ut eos **AGM**, eos *om.* **S** 23 sequi sed *nos:* sequis **G** *(pro* 'sequi s,' *ut plerumque in* **G** sed *scribitur)*, sequitur **AMS** *(sed* **A** tur *in ras. m. 2)*, sequitur, tamen *ed. Aldina, ex qua* tamen *in reliquas edd. transiit* aliquis **G**, alicuius **M** (satis alicui **S**) nam cum **GMS**: nam **A**, *sed* m *2 m. in ras.*

significantia, ornata, cum apte sunt conlocata, quid amplius laboremus? quibusdam tamen nullus est finis calumniandi se et cum singulis paene syllabis commoriendi, qui etiam, cum optima sunt reperta, quaerunt aliquid, quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum, nec intellegunt iacere sensus in oratione, in qua uerba laudantur. sit igitur cura elocutionis quam maxima, 32
dum sciamus tamen nihil uerborum causa esse faciendum, cum uerba ipsa rerum gratia sint reperta: quorum ea sunt maxime probabilia, quae sensum animi nostri optime promunt atque in animis iudicum, quod nos uolumus, efficiunt. ea debent prae- 33
stare sine dubio et admirabilem et iucundam orationem, uerum admirabilem non sic, quomodo prodigia miramur, et iucundam non deformi uoluptate, sed cum laude ac dignitate coniuncta.

I. Igitur quam Graeci φράσιν uocant, latine dicimus elocutionem. ea spectatur uerbis aut singulis aut coniunctis. in singulis intuendum est, ut sint latina, perspicua, ornata, ad id quod efficere uolumus accommodata: in coniunctis, ut emendata, ut *apte* conlocata, ut figurata. sed ea, quae de ratione latine 2
atque emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de grammatice loqueremur, exsecuti sumus. uerum illic tantum, ne uitiosa essent, praecepimus: hic non alienum est admonere, ut sint quam minime peregrina et externa. multos enim, quibus loquendi ratio non desit, inuenias, quos curiose potius loqui dixeris quam latine, quomodo et illa attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, adnotata unius adfectatione uerbi hospitem dixit, nec alio se id deprendisse interrogata respondit quam quod nimium attice loqueretur. et in Tito Liuio, mirae 3

1 sint **G^1M** quid amplius **A** (l *ex corr.*): quidam prius **G**, quidem (quid est **S**) prius **MS** 2 quibus*dam tamen* **A** se **AG**: est **MS** 3 commoriendi **G** *corr. m. 2:* commorandi **AGS** *(sed* **A** a *in ras.)*, commouendi **M** 4 antiquō **G**, antiquem **A**(?) 6 si igitur **G** cura *el*ocutionis **A**, cur aelocutionis **G** 10 nos **AGMS**: *om. edd. recentt.* uoluimus **M** efficiunt *om.* **A** *1 m.* 11 uerum ammirabilem **a**, *om.* **GMS**, uerum admirabilem *item* **A** *ut uidetur, sed adiecta uoce eiusdem magnitudinis qua est* admirabilem 12 prodigia*** miramur **A**, *fort. ex* prod. admiramur 13 uoluntate **GM** (et iucundam — uolupt. *om.* **S**) ac dignitate **a**: ad dignitate **AG**, dignitatem **M**, ad dignitatem **S** *et edd. priores, fort.* adq. dignitate conuicta **G** 14 φράσιν] *manus, quae hanc partem in* **S** *scripsit (cf. ad p. 48, 21) graeca aeque ac* **M** *omittit* 15 ea spectatur **A** *(sed* t *ante* ur *in ras.)*: ea spectamus **G**, eam spectamus **MS** *et dett.* aut coniuctis **A**, aconiunctis **G** 17 quo deficere **G** acommodata **A^1**, accommota **G** 18 apte *addidit Christ, ut est supra in Prooem. § 31* conloca **G** 19 eloquendi *malebat Spalding* cum grammaticae **G** 20 exsequuti **G** tantum nec **G** 23 inueniam **AGMS**, *em. Regius* curiosi **A^1** 24 ille **S** atticanus **A^1GM**, acticanus **S** 25 dissertissimum **GM** adfectationē **G**, affectione **S** 26 nec **MSa**: ne **AG** in alio **S** sed id **GMS** deprehendisse **M**

facundiae uiro, putat inesse Pollio Asinius quandam Patauinitatem. quare, si fieri potest, et uerba omnia et uox huius alumnum urbis oleant, ut oratio romana plane uideatur, non ciuitate donata.

II. Perspicuitas in uerbis praecipuam habet proprietatem, sed proprietas ipsa non simpliciter accipitur. primus enim intellectus est sua cuiusque rei appellatio, qua non semper
2 utemur: nam et obscena uitabimus et sordida et humilia. sunt autem humilia infra dignitatem rerum aut ordinis. in quo uitio cauendo non mediocriter errare quidam solent, qui omnia, quae sunt in usu, etiamsi causae necessitas postulet, reformidant: ut ille, qui in actione hibericas herbas, se solo nequiquam intellegente, dicebat, nisi inridens hanc uanitatem Cassius Seuerus
3 spartum dicere eum uelle indicasset. nec uideo, quare clarus orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit quam ipsum id, quod uitabat. in hac autem proprietatis specie, quae nominibus ipsis cuiusque rei utitur, nulla uirtus est, at, quod ei contrarium est, uitium. id apud nos inproprium, ἄκυρον apud
4 Graecos uocatur, quale est tantum sperare dolorem, aut quod in oratione Dolabellae emendatum a Cicerone adnotaui, mortem ferre, aut qualia nunc laudantur a quibusdam, quorum est, de cruce uerba ceciderunt. non tamen quidquid non erit proprium, protinus et inproprii uitio laborabit, quia primum omnium multa sunt et graece et latine non denominata.
5 nam et qui iaculum emittit iaculari dicitur, qui pilam aut sudem, appellatione priuatim sibi adsignata caret: et ut lapidare quid sit manifestum est, ita glaebarum testarumque iactus non

19. Verg. Aen. 4, 419.

1 fecundiae **A**[1] pallio assinius **G**, Pollio asinus **S** 2 et **S**: ei **AG**, eius **Ma** et uox — urbis **A** *in ras. uetere* 3 oleant **a**: oleat **M**, solet **G**, *om.* **A** (alumna uerbis esse solet **S**) 4 *post* donata *sequitur in* **S** *prooemium libri* 8 *usque ad* dicendi uis § *30; cf. ad p. 53, 9* 5 *titulus* De perspicuitate *praecedit in* **A**[1]**G** 8 utimur **MS** *et dett.* uitauimus **A**[1]**G** 9 dignitat*em* **A** 11 in usu *Regius:* sine usu **AGMS** si cause etiam **M** postulet **S**; si postulet **Ma**, si postulent **AG**, *fort.* sic postulet reformidant **AG**: reformident **MS** 12 hibericas **AGMS**, *sed* **G** *1 m.* hibeneas, ibericas ς *se* sol*o* **A**, de solo **M**, soleo **S** nequiquam **AGM**: nequaquam **S**, nequidquam ς 13 seuer*us* **A** 14 uellet **G** 15 iniuria **M** quam — uitabat *om.* **S** 16 uitabat *Aldina:* uidebat *libri, cf. ad 7, 4, 28* 17 cuique **G** nonnulla **a** at quod *Spalding:* ad quod **G**, *ob* quod **A**, at qui **S**, adqui **M** 19 uocatur **AS**, *sed* tur **A** *in ras.* uocantur **GM** 20 orationem **GM** 21 nunc] ñ **G**, noīa **S** 22 tam̃ **A** *ex corr.* ta (*uel* tā) quicquid **AG** 23 protenus **AG** inprii **A**[1], inproprio **GMS** laboranit **A**[1]**GM** 25 pilam **AGS**: palam **M**, pilum *Pseudo-Turnebus et* ς 27 glaebarum **G**: glebarum **AMS**

habet nomen. unde abusio, quae κατάχρησις dicitur, necessaria.
translatio quoque, in qua uel maximus est orationis ornatus, 6
uerba non suis rebus accommodat. quare proprietas non ad
nomen, sed ad uim significandi refertur, nec auditu, sed intel-
lectu perpendenda est. secundo modo dicitur proprium inter 7
plura, quae sunt eiusdem nominis, id, unde cetera ducta sunt,
ut u e r t e x est contorta in se aqua uel quidquid aliud similiter
uertitur, inde propter flexum capillorum pars summa capitis, ex
hoc id, quod in montibus eminentissimum. recte dixeris haec
omnia uertices, proprie tamen unde initium est. sic s o l e a e et 8
t u r d i pisces et cetera. tertius est huic diuersus modus, cum
res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium, ut
carmen funebre proprie 'naenia' et tabernaculum ducis 'augu-
rale'. item, cum commune et aliis nomen intellectu alicui rei
peculiariter tribuitur, ut 'urbem' Romam accipimus et 'uenales'
nouicios et 'Corinthia' aera, cum sint urbes aliae quoque et
uenalia multa et tam aurum et argentum quam aes Corinthium.
sed ne in his quidem uirtus oratoris inspicitur. at illud iam 9
non mediocriter probandum, quod hoc etiam laudari modo solet
ut proprie dictum, id est, quo nihil inueniri possit significantius,
ut Cato dixit, C. C a e s a r e m a d e u e r t e n d a m r e m p u b l i c a m
s o b r i u m a c c e s s i s s e, ut Vergilius d e d u c t u m c a r m e n, et
Horatius a c r e m t i b i a m H a n n i b a l e m q u e d i r u m. in quo 10
modo illud quoque est a quibusdam traditum proprii genus ex
adpositis (epitheta dicuntur), ut d u l c i s m u s t i et c u m d e n t i-
b u s a l b i s. de quo genere alio loco dicendum est. etiam quae 11
bene translata sunt, propria dici solent. interim autem, quae

---

21. Suet. Caes. 53. 22. Verg. Ecl. 6, 5. 23. Hor. Carm. 1, 12, 1. 3, 6, 36. 25 Georg. 1, 295. Aen. 11, 681.

---

1 habent **M** κατακρικις **A** 3 non nomen **G** 4 auditu *sed* **A**, auditus sed **G** intellectus **G** 5 perpenda **A**[1]**G**, percipienda **S** 6 id **AG** *ut coni. Regius:* et *rell.* ducta **A**: dicta **GMS** 8 parsumma **G** 9 id **A** *corr. et Spalding:* in **GM** (ex hoc nūquam montībus **S**) 10 sole*ae et* **A**, solea et **GM** (soli contorti pisces **S**) 11 turdi* **A**, eturdi **G** et cetera tertius **a**: et tertia tertius **AG**, et tertius **MS** *et edd. recc., in qua lectione* et *uitiosum esse apparet* 13 nenia **AG**, uenia **MS** augulare **A**[1], angurale **G**, augustale **MS** 14 cum commune et *nos:* quod communē (commune **a**) et **AG**, quod commune est et **MS**ς; *possis etiam:* cum, quod commune est aliis n. nom̄** **A** 15 tribuitur **G** *corr. 1 m. ex* tribuet 16 nouitios **G** 17 quam **Ma**: qua **AG**, que **S** 18 at **AS**, *sed* **A** *in ras.* ad **GM** 20 quo **AMS**: quod **G** 22 uirgilius **GMS**, *item infra* § 15 23 oratius **GM** 24 illu*d quoque* est **A** 25 epiteta **AM**, epitea **G**, epiceta **S** dulcis (dulci *1 m.*) musti **A**: dulcem iusti **G**, dulce mustum (iniustum *uel* miustum **M**) **MS**

sunt in quoque praecipua, proprii locum accipiunt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes cunctator est appellatus. possunt uideri uerba, quae plus significant quam eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis, intellectum enim adiuuant: ego tamen libentius emphasim retulerim ad ornatum orationis, quia non ut intellegatur efficit, sed ut plus intellegatur.

12 At obscuritas fit uerbis iam ab usu remotis, ut si commentarios quis pontificum et uetustissima foedera et exoletos scrutatus auctores id ipsum petat ex his, quae inde contraxerit, quod non intelleguntur. hinc enim aliqui famam eruditionis
13 adfectant, ut quaedam soli scire uideantur. fallunt etiam uerba uel regionibus quibusdam magis familiaria uel artium propria, ut 'atabulus uentus' et 'nauis saccaria' et † in malo cosanum. quae uel uitanda apud iudicem ignarum significationum earum uel interpretanda sunt, sicut in his, quae homonyma uocantur, ut 'taurus' animal sit an mons an signum in caelo an nomen hominis an radix arboris, nisi distinctum non intellegetur.

14 Plus tamen est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis et plures modi. quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio, nec traiectione ultra modum [hyperbato] finis eius differatur. quibus adhuc peior est mixtura uerborum, qualis in illo uersu

saxa uocant Itali mediis quae in fluctibus aras.

15 etiam interiectione, qua et oratores et historici frequenter utun-

23. Aen. 1, 109.

1 in quoq: (q: *sup. lin.*) praecip*ua* **A** ut **AM**: aut **GS** 6 ut *om.* **A** *1 m.* efficiat **M** 7 at **Ma**: ad **AG**, *om.* **S** uerbis iam *nos:* uerbis (urbis **S**) etiam **AGMS**, etiam uerbis ς comtarios **A** (*pro* cōmtarios, *ut est in* **G**), comentari os **M** 8 foedora **A** exoletos **M**: exsoletos **AGS** 9 his quae a: hisq. **AG** contraxerit **A**: contradixerit **GMS**, *unde Burman* traduxerit 10 quod **AG**: qui **M**, que **S** 11 quandam **G** etiam *Aldina:* enim **AGMS** 12 regionibus *Regius:* religionibus *libri* 13 nauis **AMS** (u **A** *ex corr.*): nabes **G** sacraria **G**, *sed prior* r *punctata*, uel — saccaria *om.* **S** malocosanum **G**, malocossanum **M**, malo loco sane **S**; *probabilis loci emendatio nondum inuenta est* 14 ignarū **A**, *sed* ū *in ras.* 15 homonima **Ga**, omonima **AMS** 16 ut *delendum censet Spalding Praef. III, p. 11* 17 ardoris **G** intellegetur **A**: intelligetur a, intellegitur **G**, intelligitur **MS** 18 contextū **G**, textu **S** 19 ne sit **G**, non sit **S** ut **AMS** (*sed* **A** u *in ras.*): et **G** 20 transiectio intra modum (modum **A** *in ras.* domum **GS**) hyperbato (hiperbato **G**, hiperbaton **MS**) **AGMS**, transiectione uel ultra modum hyperbato *coni. Spalding*, traiectione ultra modum hyperbati *Zumpt*, transiectione finis *(mediis deletis) Gernhard; nos* hyberbato *ut glossema inclusimus cf. 9, 4, 28:* quaedam uero transgressiones et longae sunt nimis, ut superioribus diximus libris 21 adhuc **G** *s. l. sed 1 m.* peior est **Sa**: peiores **A**, peioraes **G**, priores **M** 23 medi*is* quae (que *1 m.* **A**, mediisq. **GMS** 24 intereiectione **A** historici **MS**: storici **AG**

tur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur breue est. nam Vergilius illo loco, quo pullum equinum describit, cum dixisset,

nec uanos horret strepitus,

conpluribus insertis alia figura quinto demum uersu redit,

tum, si qua sonum procul arma dederunt,
stare loco nescit.

uitanda in primis ambiguitas, non haec solum, de cuius genere 16
supra dictum est, quae incertum intellectum facit, ut 'Chremetem audiui percussisse Demean', sed illa quoque, quae, etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen uerborum uitium incidit, ut si quis dicat 'uisum a se hominem librum scribentem'. nam etiamsi librum ab homine scribi patet, male tamen conposuerit feceritque ambiguum, quantum in ipso fuit.

Est etiam in quibusdam turba inanium uerborum, qui, dum 17
communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris circumeunt omnia copiosa loquacitate, eo quod dicere nolunt ipsa: deinde illam seriem cum alia simili iungentes miscentesque, ultra quam ullus spiritus durare possit, extendunt. in hoc 18
malum a quibusdam etiam laboratur: neque id nouum uitium est, cum iam apud Titum Liuium inueniam, fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos obscurare, quae dicerent, iuberet, graeco uerbo utens σκότισον. unde illa scilicet egregia laudatio: 'tanto melior: ne ego quidem intellexi'. alii breuitatem aemulati ne- 19
cessaria quoque orationi subtrahunt uerba et, uelut satis sit scire ipsos, quid dicere uelint, quantum ad alios pertineat, nihili putant. at ego uitiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intellegit. quidam, emutatis in peruersum dicendi figu-

4. Georg. 3, 79—83. 21. fr. 78 Hertz.

1 sensu **A**¹ solent **AGMS**, *em. in ed. Basil.* 3 *quo* pullum *equinum* **A** 4 orret **G** 5 redit tum *Badius:* redditum **AG**, redditur **MS** 6 dederunt **AGM**: debere **S**, dedere ς *et libri Verg.* 8 haec **S** *et m. 2 in ras.* **A**: ex **GM** 9 cremetem **A**¹, chermetem **G**, crementum **S**; *huius nominis loco dixit Q. 7, 9, 10* Lachetem 10 set illo **A**¹ 12 librum hominem scribentem *coni. Chifletius* 14 composuerat feceratque **M** 17 eo quod *nos:* et quod **AG**, et que **M**, que **S**, quae d. uolunt *edd. uett.* 18 ipsa: deinde *Christ:* ipsam deinde *libri* seriẽ **A** 19 nullus **S** *et manus rec. in* **A** durare **AMS**: dare **G** 20 laboratus **G** nouum — inueniam **A** *in uetere ras. habet* 21 praeceptor*em al*iquem **A**, praeceptore in aliquem **G** 22 iuberent **A**¹**G** 23 σκοτισοн **A**¹, σκότισον unde *om.* **M** 24 breuitatis emulari **M**, breuitatis aemuli **S** *et dett.* 26 quid **A**: qui **GS**, quae **M**ς nihili *Spalding (coll. 6, 1, 40 et Varr. L. L. 9 p. 180 ed. Bip.):* nihil *libri* 27 uitiosum **A**: uiciosum **M**, otiosum **GS**ς, utiosum a 28 commutatis *Zumpt* dicendi **A**: dicit de **G**, dic hys de **M**, dictis de **S**

20 ris, idem uitium consecuntur. pessima uero sunt ἀδιανόητα, hoc
est, quae uerbis aperta occultos sensus habent, ut cum dictus
est caecus secundum uitam stare; et qui suos artus morsu
21 lacerasse fingitur in scholis, supra se cubasse. ingeniosa
haec et fortia et ex ancipiti diserta creduntur, peruasitque iam
multos ista persuasio, ut id iam demum eleganter atque exquisite
dictum putent, quod interpretandum sit. sed auditoribus
etiam nonnullis grata sunt haec: quae cum intellexerunt, acumine
suo delectantur et gaudent, non quasi audierint, sed quasi
inuenerint.

22 Nobis prima sit uirtus perspicuitas, propria uerba, rectus
ordo, non in longum dilata conclusio, nihil neque desit neque
superfluat: ita sermo et doctis probabilis et planus imperitis erit.
haec eloquendi obseruatio: nam rerum perspicuitas quo modo
praestanda sit, diximus in praeceptis narrationis. similis autem
23 ratio est in omnibus. nam si neque pauciora, quam oportet,
neque plura neque inordinata aut indistincta dixerimus, erunt
dilucida et neglegenter quoque audientibus aperta: quod et ipsum
in consilio est habendum, non semper tam esse acrem iudicis
intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat et tenebris
orationis inferat quoddam intellegentiae suae lumen, sed multis
eum frequenter cogitationibus auocari, nisi tam clara fuerint,
quae dicemus, ut in animum eius oratio, ut sol in oculos, etiamsi
24 in eam non intendatur, incurrat. quare non, ut intellegere possit,
sed, ne omnino possit non intellegere, curandum. propter
quod etiam repetimus saepe, quae non satis percepisse eos, qui
cognoscunt, putamus: quae causa utique nostra est culpa
dicta obscurius: ad planiora et communia magis uerba

1 ἀδιανόητα hoc est *edd. uett.* adiano etorē **A**, adiano et orem **G**, adirenoe est **S**, *om.* **M** 2 sensu **G** cum dictus *Spalding:* cum ductus **A**, conductus **GMS** 3 cecus secutus **S** uitam **G**: uiam **AMS**, *sed* **A** ui *m. 2 in ras.* 4 lacerasse **AGMS**: lacerasset, fingitur . . cubasse *edd. ex coni. Philandri; cf. 8, 5, 22* scolis *mei* 5 disserta **G** credantur perficiunt *(sic)* **S**, *post quae uerba sequitur* An qui se interficit *7, 3, 7 usque ad finem eius capitis* persuasitque **AG**, at persuasitq; **M** (*unde edd. uett.* at persuasit quidem); peruasit *restituerunt Badius et P. Victorius in exemplo suo ed. Aldinae* que iam multos *om.* **S** *et quae sequuntur usque ad finem capitis* 6 mult*os* **A** id demum *probabiliter coni. Spalding* 8 gra (*i. e.* gratia) **G** 11 primo **GM** 12 nihil denique desit **M** 17 plura **a**: pluriora **AGM** 19 acrem *om.* **M** 20 ipse **A** *(sed e in ras.) et Regius:* ipsa **GM**, ipsam *dett.* tenebras **M** 22 fuer*it* **A** 23 qua **a** ut *om.* **AGM** in oculis **AGM** 24 intenda*tur* **A**, *an ex* intendat? 25 sed ne o. possit *om.* **M** non **A** *s. l.* 27 cognoscuntur **GM** qua **A**, *sed* a *2 m.* tique **A**[1] est *nos:* id **AGM**, nostra culpa d. obs. est *edd.* culpo **G** 28 ad **AG**: quae causa ad **M** *et dett., malim* iam ad

descendimus, cum id ipsum optime fiat, quod nos aliquid non optime fecisse simulamus.

III. Venio nunc ad ornatum, in quo sine dubio plus quam in ceteris dicendi partibus sibi indulget orator. nam emendate quidem ac lucide dicentium tenue praemium est, magisque ut uitiis carere quam ut aliquam magnam uirtutem adeptus esse
uidearis. inuentio cum imperitis saepe communis, dispositio mo- 2
dicae doctrinae credi potest: si quae sunt artes altiores, plerumque occultantur, ut artes sint, denique omnia haec ad utilitatem causarum solam referenda sunt. cultu uero atque ornatu se quoque commendat ipse, qui dicit, et in ceteris iudicium doctorum, in hoc uero etiam popularem laudem petit, nec fortibus modo,
sed etiam fulgentibus armis proeliatur. *an* in causa C. Corneli Cicero 3
consecutus esset docendo iudicem tantum et utiliter demum ac latine perspicueque dicendo, ut populus romanus admirationem suam non adclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur? sublimitas profecto et magnificentia et nitor et auctoritas ex-
pressit illum fragorem. nec tam insolita laus esset prosecuta 4
dicentem, si usitata et ceteris similis fuisset oratio. atque ego illos credo, qui aderant, nec sensisse quid facerent nec sponte iudicióque plausisse, sed uelut mente captos et quo essent in loco ignaros erupisse in hunc uoluptatis adfectum.

Sed ne causae quidem parum conferat idem hic orationis 5
ornatus. nam qui libenter audiunt, et magis adtendunt et facilius credunt, plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnumquam admiratione auferuntur. nam et ferrum *ipsum* adfert oculis

1 discendimus **AGM**, descendamus *Christ recte ut uidetur* ipsum *et* nos **A** *in ras. m. 2* quod **AG**: qm̄ (*i. e.* quam) **M**, quando *Spalding* aliquid **AGM**: aliquando *edd. uett. et ς* 2 simulamus. DE ORNATU **Ga** 3 Uenio **A** *in ras. uetere* 4 dicendi **A**: dicunt **GMS** emendate quidem **a**: et mendae quidem **A**, mdāτ equidem **G**, mendaciter equidem **MS** 6 ut uitiis **A** *ut coni. Francius:* uitiis **GS**, uicium est **M** 7 cum imperitis (-tus *1 m.*) **A**: cum *(s. l. 1 m.)* simperitus **G**, cum sit peritis **M**, cum sis peritus **S** 8 sique (siq. **G**) **A**[1]**G**, Sed quae **S**, et si quae *Spalding* sint **MSa**: sunt **AG** 10 sola **AGMS** ref*eren*da **A** 11 iudicium — proeliatur] *haec* **A** *in uetere ras. habet* 13 an in *Spalding:* in *libri;* proeliatur in causa Cicero Cornelii: qui non consecutus esset *edd. ex coni. Regii* C. cicero corneli **A**, est cicero corneli (-lii **S**) **GMS**, Cornelii Cicero *Spalding* 14 esset *om.* **M** docendo — perspicueque *om.* **MS** dicendicendo **G** iudic*em* **A** 16 adclamationē **A**, acclamatione **Ga**, a clamatione **S** 17 nitor et (t **A** *in ras.*) **AS**: nitore **GM** auctoritatis **M** 18 fragorem **Sa**: flagorem **AGM** 19 uisitata **A**[1] *ut uidetur* atqui *coni. Spalding* 21 iudic*io*que **A** plausisset uelut **AG**, plausisse uelut **Ma**, plausisse. Sed uidebat **S** m̄ente **A** essent **Ma**: esset **AGS** 22 uoluptatis **a**: uoluntatis **AGMS** 23 conferat **M**: conferant **GS**, confer**t **A**, conferet **a**, confert *Regius* id est hic **GM** 24 or*na*tus **A**, orantur **G** et facilius — auferuntur *om.* **S** 26 adminatione **A**[1]**G** ipsum *addidit Christ*

terroris aliquid, et fulmina ipsa non tam nos confunderent, si 6 uis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur. recteque Cicero his ipsis ad Brutum uerbis quadam in epistula scribit: nam eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico. eandem Aristoteles quoque petendam maxime putat.

Sed hic ornatus (repetam enim) uirilis et fortis et sanctus sit nec effeminatam leuitatem et fuco ementitum colorem amet, 7 sanguine et uiribus niteat. hoc autem adeo uerum est, ut, cum in hac maxime parte sint uicina uirtutibus uitia, etiam qui uitiis utuntur uirtutum tamen iis nomen inponant. quare nemo ex corruptis dicat, me inimicum esse culte dicentibus: non hanc 8 esse uirtutem nego, sed illis eam non tribuo. an ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et uiolas et anemonas, fontes surgentes, quam ubi plena messis aut graues fructu uites erunt? sterilem platanum tonsasque myrtos quam maritam ulmum et uberes oleas praeoptauerim? habeant illa 9 diuites licet: quid essent, si aliud nihil haberent? nullusne ergo etiam frugiferis adhibendus est decor? quis negat? nam et in ordinem certaque interualla redigam meas arbores. quid illo quincunce speciosius, qui, in quamcumque partem spectaueris, rectus est? sed protinus in id quoque prodest, ut terrae sucum 10 aequaliter trahat. surgentia in altum cacumina oleae ferro coercebo: in orbem se formosius fundet et protinus fructum ramis pluribus feret. decentior equus, cuius adstricta ilia, sed idem uelocior. pulcher aspectu est athleta, cuius lacertos exercitatio

3. in ep. deperdita.

1 aliquit **A**[1] non tam **M**: notam **A** *et corr.* **G**, totam **G** *1 m.* non tara **S** 2 timeretur a: tantum timeretur **AGMS** 3 his **AS**: is **G**, *om.* **M** 4 nam] eam *malebat Spalding* 5 indieo **A** (o *in ras.*), iudicio **GS** aristotelis **AGMS** 6 putat **A**, *sed extrema* t *in ras. maiore, ex* putabat? 7 reppetam **G** uirilis et *ed. Aldina:* uiri sed **AGS**, uiri **M** 8 *effeminatam* **A** fuco **M**: suco **AG**, fucco **S** ementitum *Obrecht:* eminentium **AGMS** colore manet (-ent **G**[1]) **AGMS**, *em. Regius* 9 sed sanguine *malim* *uiribus* **A** 11 uirtutum a *et Spalding:* uirtutem **AG**, uirtutis **M**, uirtus **S** 12 me a: ne **AGMS** 13 nego *om.* **MS** eam *edd. uett.* etiam **AGMS** 14 ostenderit **MSa**: ostenderint **A**(?)**G**, ostenderit inter *coni. Spalding* uiolas et (*om.* **M**) amenos **MS** 15 fontes surgentes **GS**: fontes urgentes **A**, fonte surgentes a, surgentes fontes **M** 18 essent **A** *in ras. uetere* aliut **A**[1] 19 etiam] et **M** 20 certaque **AS** (rt **A** *in ras.*): ceraque **G**, ceteraque **M** eas **MS** quid **A**: quod **G**, quas **M**, que **S** 23 aequaliter **A**, aequalitate **GMS** trahant **M**, trahunt **S** surgentia **MS**: fugientia **AG** in altum *om.* **M** corhercebo **GS**, cohercendo **M** 24 fructum — cuius *om.* **S** 25 adstricta sunt *Regius* illa **A**[1](?), alia **GM**, *om.* **S** 26 est *nos:* sit **AGMS**

expressit, idem certamini paratior. numquam uera species ab 11 utilitate diuiditur.

Sed hoc quidem discernere modici iudicii est: illud obseruatione dignius, quod hic ipse honestus ornatus materiae genere esse debebit uariatus. atque ut a prima diuisione ordiar, non idem demonstratiuis et deliberatiuis et iudicialibus causis conueniet. namque illud genus ostentationi compositum solam petit audientium uoluptatem, ideoque omnes dicendi artes aperit ornatumque orationis exponit, ut quod non insidietur nec 12 ad uictoriam, sed ad solum finem laudis et gloriae tendat. quare quidquid erit sententiis populare, uerbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, uelut institor quidam eloquentiae intuendum et paene pertractandum 13 dabit: nam euentus ad ipsum, non ad causam refertur. at ubi res agitur et uera dimicatio est, ultimus sit famae locus. praeterea ne decet quidem, ubi maxima rerum momenta uersantur, de uerbis esse sollicitum. neque hoc eo pertinet, ut in his nullus sit ornatus, sed uti pressior et seuerior et minus confes- 14 sus, praecipue materiae accommodatus. nam et *in* suadendo sublimius aliquid senatus, concitatius populus, et in iudiciis publicae capitalesque causae poscunt accuratius dicendi genus. at priuatum consilium causasque paucorum, ut frequenter accidit, calculorum purus sermo et dissimilis curae magis decuerit. an non pudeat certam creditam periodis postulare aut circa stillicidia adfici aut in mancipii redhibitione sudare? sed ad propositum.

Et quoniam orationis tam ornatus quam perspicuitas aut in 15 singulis uerbis est aut in pluribus positus, quid separata, quid iuncta exigant, consideremus. quamquam enim rectissime traditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis uerbis ma-

1 uera **A** *ut uidetur:* mera **GMa**, uero **S** 2 utilitatem **A**[1] 3 iudicii *om.* **M** 4 ornatus a *et Regius*: oratus **A**, orator **GMS** pro mat. genere *Regius* 5 esse debebit *nos:* decidit **AGM**, dicet **F**, decet **ST**, debet esse *edd. uett.* 6 demonstratiuis et **M**: demonstrauis *et* **A**, demonstraui sed **G**, demonstr. — causis *om.* **S** 7 ostentationis **AGMS**, *em. Regius* 8 docendi **A**[1](?) 9 ut quod **AG**: ut qui **M**, utq: **S** nec ad *edd. uett.* negat **AGMS** 11 iocundum **GMS** 14 institor **G**: institutor **AMS** poene **AG** 14 at **A** *corr. ex* ad 15 ultimus fit **M** 16 decet *Spalding:* debet **AGMS** 17 sollicitus **Ma** eo **MSa**: ego **A**(?)**G** 18 sed ubi **AGMS**, *em. in ed. Aldina* et minus *Obrecht:* eo minus **AGMS**, *sed* **A** o *s. l.* 19 materia **A**[1]**G**, materiam **M**, ad materiam **S** in *add. Gesner* 20 senatui a populus **MS**: populis **AG** in *om.* **M** 21 poscunt **a**: possunt **AGM** accurratius **A** at *Regius:* ad **AGS**, *om.* **M** 23 calculorum purus **A** *in uetere ras.* 24 perhiodis **AGM**, pecuniam **S** 25 redibitione **AGMS** sudare **AG** *et Regius:* suadere **MS** *et dett.* sed appositum **MS** 28 iuncta **a**: iniuncta **AG**, coniuncta **MS** 29 translatis — egere **A** *in ras. uetere*, uerbis translatis **M**

16 gis egere, sciamus nihil ornatum esse, quod sit inproprium. sed
cum idem frequentissime plura significent, quod συνωνυμία uo-
catur, iam sunt aliis alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iu-
cundiora, uocaliora. nam ut syllabae e litteris melius sonantibus
clariores sunt, ita uerba e syllabis magis uocalia, et quo plus
quodque spiritus habet, auditu pulchrius. et quod facit syllaba-
rum, idem uerborum quoque inter se copulatio, ut aliud alii
17 iunctum melius sonet. diuersus tamen usus: nam rebus atroci-
bus uerba etiam ipso auditu aspera magis conuenient. in uni-
uersum quidem optima simplicium creduntur, quae aut maxime
exclamant aut sono sunt iucundissima. et honesta quidem tur-
pibus potiora semper nec sordidis umquam in oratione erudita
18 locus. clara illa atque sublimia plerumque materiae modo dis-
cernenda sunt: quod alibi magnificum, tumidum alibi, et quae
humilia circa res magnas, apta circa minores uidentur. ut au-
tem in oratione nitida notabile humilius uerbum et uelut macula,
ita a sermone tenui sublime nitidumque discordat fitque corrup-
19 tum, quia in plano tumet. quaedam non tam ratione quam sensu
iudicantur, ut illud

caesa iungebant foedere porca

fecit elegans fictio nominis, quod si fuisset porco, uile erat.
in quibusdam ratio manifesta est. risimus, et merito, nuper poe-
tam, qui dixerat

praetextam in cista mures rosere camilli.

20 at Vergilii miramur illud

saepe exiguus mus.

nam epitheton [exiguus aptum] proprium effecit, ne plus expec-
taremus, et casus singularis magis decuit, et clausula ipsa unius

20. Aen. 8, 641. 26. Georg. 1, 181.

1 sciamus inornatum **MS** 2 plure **A¹G** CYNCIIYMIA **A¹G** 3 alia *om.* **GMS** tidiora **A¹G** 4 nam ut **A** *in ras. m. 2* literis *hoc loco* **A** 5 clariores sunt ita **M**: sunt clariores ita **S**, clariores ita **Ga**, clariore(?) sita **A** uerb*a* **A** e **A**: et **GM**, *om.* **S** sillaba **M** 6 quodque *Spalding:* quoque **AGMS** 8 iniunctum **A¹** *ut uidetur cf. ad § 15* t. usus est **M**, tamen est usus *Obrecht* 9 auditu **A** 10 simplic*ium* **A** quae — et honesta **AG** *soli ex notis: om.* **MS** *et dett.* 13 modo discernenda **A**: modis cernenda **G**, cernenda **G**, cernenda (*om.* modo) **MS** 14 tumidum alibi **A** *in ras. m. 2* 15 ut autem in **a**: ut**in **A**, ut sint **GM**, ut sic in **S**, et sicut *edd. uett. fort.* ut est in 18 *quia* in plano tum*et* **A** 21 eligans **A¹** *nominis* **A** 21 Camilli *edd. pleraeque* 25 ad **A¹G** uirgilii **AMS**, urgililii **G** miramus **G**, miratus **M** mirantur **S** 26 mus **A** *m. 2 in ras.* mus — exiguus *om.* **MS** *et dett.* 27 epiteton **AG**; nam 'exiguus', appositum proprium, effecit *coni. Spalding: nos Christo auctore* exiguus aptum *ut glossema inclusimus; codicum scripturam tuetur Pinzger in Iahnii Ann. philol. (1830) 1, p. 167* aptatum **S** efficit **GS**

syllabae non usitata addidit gratiam. imitatus est itaque utrum-
que Horatius:

nascetur ridiculus mus.

nec augenda semper oratio, sed summittenda nonnumquam est. 21
uim rebus aliquando uerborum ipsa humilitas adfert. an cum
dicit in Pisonem Cicero 'cum tibi tota cognatio serraco
aduehatur', incidisse uidetur in sordidum nomen, non eo con-
temptum hominis, quem destructum uolebat, auxisse? et alibi:
caput opponis cum eo coruscans. unde interim gratus fit 22
iocis decor, qualis est ille apud M. Tullium 'pusio, qui cum
maiore sorore cubitabat', et 'Flauius, qui cornicum
oculos confixit', et pro Milone illud 'heus tu Rufio', et
'Erucius Antoniaster'. id tamen in declamatoribus est no-
tabilius laudarique me puero solebat 'da patri panem', et in
eodem 'etiam canem pascis'. res quidem praecipue in scholis 23
anceps et frequenter causa risus, nunc utique, cum haec exer-
citatio procul a ueritate seiuncta laboret incredibili uerborum
fastidio ac sibi magnam partem sermonis absciderit.

Cum sint autem uerba propria, ficta, translata, propriis 24
dignitatem dat antiquitas. namque et sanctiorem et magis ad-
mirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerit usurus,
eoque ornamento acerrimi iudicii P. Vergilius unice est usus.
olli enim et quianam et moerus et pone et † pollicerent 25
adspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, uetu-
statis inimitabilem arti auctoritatem. sed utendum modo nec ex

3. de arte poet. 139. 6. fragm. 10. 10. p. Cael. 15, 36. 11. p. Mur. 11, 25. 12. p. Mil. 22, 60. 13. Erucius] ex or. p. Vareno.

1 utrum **G**[1] 2 oratius **AGMS** 6 *cicero* **A** 7 adueatur **G** in **GS**: ad **M**, *om.* **A** nom̄ **A** *corr. ex* ñ *ut uidetur* eo contentu (-temptu **a**) **AG**, eo conceptu **S**, contentus eo **M**, *em. in edd. uett.* 9 eo **MS**: ego **AG** coruscans *Gul. Freund:* conificans *libri*, coniscans *Philander*, cornificans *Bonnell* gratus fit iocis decor *Christ:* grati idiotis de quo **AG**, cratu (ocratu **S**) dictis de quo **MS**, grati idiotis ioci *Badius*, gratia in dictis et decor *Spalding*, gratus in dictis decor (*uel* lepor) *Zumpt*, grati idiotis lepores *Bonnell* 10 posio **G** 11 cubitauit *Cic.* Flauius *Regius:* fabius **AGMS**, Cn. Flauius ς cornificum **AGMS** 12 oculo **GMS** pro **MS**: pri **AG** heu **AGMS** 13 erutius **MS**, eurutius **G** inde clamoribus **M**, in declamationibus **S** 14 da **MSa**: de **AG** 16 anceps et *Christ:* anceps sed *libri* utique **A**: itaque **GMS** 19 sicta **G** 20 dat **Ma**: dant **A**(?)**GS** 21 fuerat usus **MS** 22 uirgilius **GMS**, *item* § 27 23 moerus *O. Ribbeck:* mus **AGM**, tuis **S**, miis **a**ς pone **AM**, *sed* **A** *in ras. uetere*, poene **G**, pene **S**, porgite *Ribbeck* et pollicerent (poli- **G**) **AG**, et policent **MS**, pellucent et ς, et pellacia (*uel* pellacis) *Ribbeck* 24 illamq. etiam **A**[1]**G** gratissima *Regius:* grauissima **AGMS** sima uetustatis inimitabilem **A** *in uetere ras.*

ultimis tenebris repetenda. satis est uetus quaeso: quid necesse est quaerito dicere? oppido quidem usi sunt paulum tempore nostro superiores, uereor ut iam nos ferat quisquam: certe antegerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi am-
26 bitiosus utetur. aerumnosum quid opus est? tamquam parum sit, si dicatur quid horridum. reor tolerabile, autumo tragicum, prolem dicere inusitatum est, prosapiam insulsum. quid
27 multa? totus prope mutatus est sermo. quaedam tamen adhuc uetera uetustate ipsa gratius nitent, quaedam et necessario interim sumuntur, ut nuncupare et fari: multa alia etiam audentius inseri possunt, sed ita demum, si non appareat adfectatio, in quam mirifice Vergilius:

28 Corinthiorum amator iste uerborum,
Thucydides Britannus, Atticae febris,
tau, gallicum al, min et sil ut male elisit,
ita omnia ista uerba miscuit fratri.

29 Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: Germanum Cimber occidit. nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur:

et uerba antiqui multum furate Catonis,
Crispe, Iugurthinae conditor historiae.

---

12. Catal. 2. 18. Phil. XI, 6, 14.

---

1 uetus quaeso **AG**: uetus **MS** 2 quaerito *nos:* quaeso *libri* quidem *nos:* quam **AG**, qua **a**, que **M**, q̄ **S** (satis est uetus: quid necesse est, quaeso, dicere oppido? quo usi sunt *uulgo inepte*) 4 certe antegerio **AG**: certā tegeito **S**, certante ingenio **M** 5 aerumnosum *Zumpt:* erumnas **AGMS** paruus **GMS** 6 si **a**: *om.* **AGMS** quod horridum (orr. **A**[1] **G**) **AGMS**, quid miserum *Zumpt* tollerabile **AMS** authumo **AGM**, autymo **S** 7 dicere inusitatum est, prosapiam *scripsimus:* dicendi uersū ei prosapiam **AG**, dicendam uniuerso ei prosapiam **M**, dd'am uniuersam eius prosapiam **S**, dicemus in uersu, sed prosapia *Zumpt* 8 quaedam — multa **A** *in ras. sed manu uetere* 9 et **A**: ee (esse) **GMS**, etiam *Regius* 10 ut nuncupare *Spalding:* enuncupare **AGMS** audentius *Badius:* audientibus *libri* 12 in qua **AGMS**, *em. Obrecht* 13 uerborum] *additur in Catalectis uersus obscurus:* iste iste rhetor namque quatenus totus 14 tucydides **AGM**, tu titides **S** brittannus **A**, brittanus **G**, britanus **MS**, tyrannus atticae febris *Catalecta* attice **A**[1] **GMS** febris *codd. catalectorum Vergilii*, febres *libri Quint.* 15 tau **AG**: tan **S**, tam **M** gallicum al, min et sil ut *Schenkl praecedente Phil. Wagnero (in Zeitschr. für österr. Gymn. 1867, p. 799):* gallicum enim et spinet (spine **GM**) **AGM**, gallicum enim ut spine **S**, tau gallicum, min, al, sil ut *Wagnerus in ed. Verg. IV, p. 383; cf. Ausonii Idyll. XII Grammaticomastr. u. 5 seqq.* Dic quid significent catalecta Maronis? in his **al** | Celtarum posuit, sequitur non lucidius **tau**. | Estne peregrini uox nominis an Latii **sil** | et quod germano mistum male letiferum **min**? elisit *Wagnerus:* illisit **AGM**, illi sit **S** 16 ita omnia iste *coni. Spalding* 19 salustius **MS** epigrammaten **G** incessitus **A**[1] *ut uidetur* 20 et *mei:* o *Francius* 21 iugurtine **GMS**

odiosa cura: nam et cuilibet facilis et hoc pessima, quod eius 30
studiosus non uerba rebus aptabit, sed res extrinsecus arcesset,
quibus haec uerba conueniant.

Fingere, ut primo libro dixi, Graecis magis concessum est,
qui sonis etiam quibusdam et adfectibus non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate quam *qua* illi primi homines
rebus appellationes dederunt. nostri aut in iungendo aut in de- 31
riuando paulum aliquid ausi uix in hoc satis recipiuntur. nam memini iuuenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragoedia dici oportuisset. at ueteres ne expectorat quidem timu-
erunt, et sane eiusdem notae est exanimat. in tractu et de- 32
clinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas et beatitudo: quae dura quidem sentit esse, uerum tamen usu putat posse molliri. nec a uerbis modo, sed ab nominibus quoque deriuata sunt quaedam, ut a Cicerone sullaturit, ab Asinio
fimbriatum et figulatum. multa ex Graeco formata noua 33
ac plurima a Sergio Flauo, quorum dura quaedam admodum uidentur, ut queens et essentia: quae cur tanto opere aspernemur nihil uideo, nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus ideoque paupertate sermonis laboramus. quaedam tamen perdu-
rant. nam et quae uetera nunc sunt, fuerunt olim noua, et 34
quaedam sunt in usu perquam recentia, ut Messala primus reatum, munerarium Augustus primus dixerunt. 'piraticam'

10. incerti poetae p. 230 Ribb. 11. expectorat] Ennius in Alcumaeo p. 15 Ribb. 13. de deor. nat. 1, 34, 95. 16. ad Att. 9, 10, 6.

---

1 pessimum quia (qui **S**) **MS** eius *Gesner:* rei **AGMS** 2 aptabit a *et Spalding:* aptauit **AMS**, optauit **G** sed **A** *in ras. m. 2* arcessit **MS** 6 qua *addidit Regius*, *cf. 5, 12, 17* 7 aut **AG** *ut coni. Spalding:* autem **MS** *et dett.* iungendo (*sine* in) aut deriuando *malebat Spalding* 10 esset **A**^{1}**G** eliminatim tragoedia **AG**, eluminatum tragoedia **M**, cliniatum trag. **S** 11 at **Sa**: ad **AG**, ac **M** expector ad **A**^{1}**G**, expector At (ac **S**) **MS** 12 notae *Regius:* nocte **AGMS** exanimat **a**: examinat **A**, examinata **GMS** ad in **A**, at in **GMa**ς, ac in **S**; at *Christ deleuit* 14 *d*ura **A** senti **G** 15 ab **AGS**: a **M**ς 16 ab Asinio *nos:* asinio **AG**, a senio **M**, simo **S**, et ab As. ς 17 fimbriaturit et figulaturit *Philander* firmata noba **A**^{1} 18 a sergio flauio (flaueo **A**^{1}) **AG**, a Verginio Flauo *Spalding probabiliter cf. 7, 4, 40. 11, 3, 126* 19 ut queens *nos:* ut quae (que **M**) ens **AGM**, utraque ens **S**, ut ens ς; *cf. Prisc. de nom. et pron. § 70 p. 456, 22 ed. Keil. et ad II, 14, 2* tanto opere **A**: tantopere *rell.* 20 iudices **S**: iud **AG**, uident **M** 22 sunt **AG**: *om.* **MS** 23 primus **S**: prius **AG**, plus **M** 24 numerarium **A**, numeralium **GM**, numerabilium **S**, *em. Regius* dixerunt] *sequitur in libris glossema iam a Regio sublatum:* reatum (tm̄ **S**) nemo ante messalam numerarium (**A**, numeralium **GM**, nūbiliū **S**) nemo ante augustum dixerat (*contra Gesnerus* Messala primus — dixerunt *spuria habebat*)

quoque ut 'musicam' et 'fabricam' dici adhuc uetabant mei praeceptores. 'fauorem' et 'urbanum' Cicero noua credit. nam et in epistula ad Brutum eum, inquit, amorem et eum, ut
35 hoc uerbo utar, fauorem in consilium aduocabo: et ad Appium Pulchrum: te, hominem non solum sapientem, uerum etiam, ut nunc loquimur, urbanum. idem putat a Terentio primum dictum esse obsequium, Caecilius a Sisenna albente caelo. ceruicem uidetur Hortensius primus dixisse: nam ueteres pluraliter appellabant. audendum itaque: neque
36 enim accedo Celso, qui ab oratore uerba fingi uetat. nam cum sint eorum alia, ut dicit Cicero, natiua, id est, quae significata sunt primo sensu, alia reperta, quae ex his facta sunt: ut iam nobis ponere alia, quam quae illi rudes homines primique fecerunt, fas non sit, at deriuare, flectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quando desiit
37 licere? sed si quid periculosius finxisse uidebimur, quibusdam remediis praemuniendum est: 'ut ita dicam, si licet dicere, quodam modo, permittite mihi sic uti.' quod idem etiam in iis, quae licentius translata erunt, proderit, nihilque non tuto dici potest, in quo non falli iudicium nostrum sollicitudine ipsa manifestum erit. qua de re graecum illud elegantissimum est, quo praecipitur προεπιπλήccειν τῇ ὑπερβολῇ.

38 Translata probari nisi in contextu sermonis non possunt. itaque de singulis uerbis satis dictum, quae, ut alio loco ostendi,

3. in ep. deperdita. 5. ad Fam. 3, 8, 3. 11. Partt. orat. 5, 16. 22. in Aristot. rhet. 3, 7, 9.

1 et **A** *solus: om. rell.* uetabant *nos: om.* **A**, dubitabant **GMSa**ς 2 preceptore faborem **A**[1] credidit **M** *ut coni. Spalding* 3 eum **S**: cum **AG**, eum inquit **M** *ante* in consilium *habet* (inquit eum **S**) inqui*t amorem* **A**, in quidā morē **G** 6 ut *om.* **A**[1] puta*t a* **A**, putant **G**, putant a **S**, putant et **M** 7 erentio **G** primo *ed. Camp.* cecilius **M**, cincilius **AGS**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* ad sisennam **MS** *et dett.* 8 albenti *libri*, *em. Spalding* hortencius **S**, ortensius **A**[1]**G**, torrencius **M** 9 appellabant **AG**: appellant **MS**ς 10 fingi a, *ut coni. Regius:* iungi **AGMS** uetat **MSa**: uetant **AG** 11 *alia ut* dicit **A**, alii audicit **G**, alii auidi **S**, alii auidi dicit **M** ciccrona **G**, ciceronis **S** 12 primo — facta sunt **A**: *om. rell. noti, sed suppleta sunt in marg.* **G** *a manu uetere, quae alias in hac codicis parte non apparet;* primo *om. Cic.* 13 alia quam quae *ed. Gryph.* aliqua que **M**, aliqua quod **AG**, aliqua qui **S** 14 at **MSa**: ad **AG** 15 desit **A**[1]**GMS** 16 licere *sed* **A**, liceres. et **G**, liceret. et **MS**, licere? et *edd.* periculos*ius* **A** fincxisse **G** 18 permitte **A**[1] in his **AGMS** 19 li*cen*tius **A** proderunt **AGMS**, *em. in edd. uett.* nihil quae **A**[1]**G**, nihil *om.* **M**, nihilque *om.* **S** 21 illud eleg. est **AG**: erit eleg. **MS** 22 ΠΡΟΕΤΓΙΠΛΗCCΕΙΝΤΥΠΕΥΒΟΛΝ **A**, it ΡΟΕΓΙΙΙΓΛΗCCΕ ΙΝΤΥΠΕΥΒΟΛΝ **G**, *om.* **MS**; *apud Aristotelem est:* ἄκος δ' ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ τὸ θρυλούμενον· δεῖ γὰρ αὐτὸν αὑτῷ προεπιπλήττειν (*libri* προcεπιπλ.) 24 uerbis satis dictum **A** *in ras. m. 2* (uerbis *om.* **A**[1] *ut uidetur*)

per se nullam uirtutem habent. sed ne inornata sunt quidem,
nisi cum sunt infra rei, de qua loquendum est, dignitatem, ex-
cepto si obscena nudis nominibus enuntientur. quod uiderint, 39
qui non putant esse uitanda, quia nec sit uox ulla natura tur-
pis, et si qua est rei deformitas, alia quoque appellatione qua-
cumque ad intellectum eundem nihilominus perueniat. ergo ro-
mani pudoris more contentus, ut iam respondi talibus, uerecun-
diam silentio uindicabo.

Iam hinc igitur ad rationem sermonis coniuncti trans- 40
eamus. cuius ornatus in haec duo prima diuiditur, quam con-
cipiamus elocutionem, quo modo efferamus. nam primum est,
ut liqueat, augere quid uelimus an minuere, concitate dicere an
moderate, laete an seuere, abundanter an presse, aspere an le-
niter, magnifice an subtiliter, grauiter an urbane. tum, quo 41
translationum genere, quibus figuris, qualibus sententiis, quo
modo, qua postremo conlocatione id, quod intendimus, efficere
possimus.

Ceterum dicturus, quibus ornetur oratio, prius ea, quae sunt
huic laudi contraria, attingam: nam prima uirtus est uitio ca-
rere. igitur ante omnia ne speremus ornatam orationem fore, 42
quae probabilis non erit. probabile autem Cicero id genus dicit,
quod non nimis est comptum: non quia comi expolirique non
debeat (nam et haec ornatus pars est), sed quia uitium est ubi-
que quod nimium est. itaque uult esse auctoritatem in uerbis, 43
sententias uel graues uel aptas opinionibus hominum ac mori-
bus. his enim saluis licet adsumere ea, quibus inlustrem fieri
orationem putat, delecta, translata, superlata, ad nomen adiuncta,

21. Partitt. orat. 6, 19.

1 inordinata **M** sunt quidem ς: quae sunt quidem *libri*, *fort.* quidem sunt quaedam; *parum enim uerisimile uidetur Quintilianum hoc de omnibus uerbis singulis dicere uoluisse* 3 qui uiderint que **S** 4 uitanda **S** *et Regius:* uitandum **AGM** sit a: sic **AGM**, si **S** 5 quicumque **GM**, quecũque **S** 6 intellect*um* **A** nihilhominus **AG** perueniant romani **M** 7 contenti **GM** ut iam **MS**: etiam **AG**, *fort.* et iam 9 ad **A** *in ras.* coniucti **A**[1] 11 aeloquutionem **G** et quomodo *Francius* effer*a*mus **A**, offeramus **GMS** 12 liqueat *edd. uett.* liceat *mei* quod **G**, que **M** 13 leuiter **M** 15 translationum *nos:* translationẽ **A**, translatione **GM**, translationis **S**ς 17 possit **AG**, possumus **M**, possint **S** 19 huic laudi contr. **AG**: laudi huic c. **M**, huic contr. laudi **S**ς care **A**[1] 20 orationem ornatam **M** 22 non nimis est comptum *scripsi ex Cicerone:* non nimis est dictum (dicunt **G** *per comp. et ut uidetur* **A**[1]) **AG**, non plus minusue est quam dicit **MS** *et rell. ex interpolatione, item edd. sed hac* quam decet *ex Regii coni.* 23 sed **A** *corr. ex* et autique *Spald. probabiliter* 24 uolt **AG**, nobis **M**, in nobis **S** 25 sententiis **A**[1] *ut uidetur* graue **M** 26 ea **Ma**: a **AG**, *om.* **S** 27 delectat **AGMS**, *em. e Cicerone* supralata **AGS**, supra latam **M**

duplicata et idem significantia atque *ab ipsa actione atque* imitatione rerum non abhorrentia.

44 Sed quoniam uitia prius demonstrare adgressi sumus, ab hoc initium sit, quod κακέμφατον uocatur: siue mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut d u c t a r e e x e r c i t u s et p a t r a r e b e l l a, apud Sallustium dicta sancte et
45 antique ridentibus, si dis placet (quam culpam non scribentium quidem iudico sed legentium, tamen uitandam, quatenus uerba honesta moribus perdidimus et uincentibus iam uitiis cedendum est) siue iunctura deformiter sonat, ut, si 'cum hominibus notis loqui' nos dicimus, nisi hoc ipsum 'hominibus' medium sit, in praefanda uidemur incidere, quia ultima prioris syllabae littera, quae exprimi nisi labris coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit aut continuata cum insequente in na-
46 turam eius corrumpitur. aliae quoque coniunctiones aliquid simile faciunt, quas persequi libenter est in eo uitio, quod uitandum dicimus, commorantis. sed diuisio quoque adfert eandem iniuriam pudori, ut si 'intercapedinis' nominatiuo casu quis
47 utatur. nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu plerique obscene intellegere, nisi caueris, cupiunt (ut apud Ouidium q u a e q u e l a t e n t m e l i o r a p u t a t) et ex uerbis, quae longissime ab obscenitate absunt, occasionem turpitudinis rapere. siquidem Celsus κακέμφατον apud Vergilium putat:

20. Metam. 1, 502.

1 duplicata *Cicero:* duplicia *libri et* ς   significantia atque imitatione (-onem **MS**) *libri mance*, significantia, ab ipsa actione atque ab imit. *edd. at apparet lacunam inde ortam esse, quod librarius ab altero* atque *ad alterum aberrauit; nostra ratio conspirat cum libris Tullianis*   3 prius uocantur *(om. mediis)* **S**   agressi **G**   ab hoc initium *scripsi:* uel (**G** *per comp.*) hoc initium **AG**, uel hoc uitium *codd. rell. et edd.*   4 cacenfaton **AG**, *om.* **M**   6 aput **A**^{1}**M** *ut fere semper*   7 ridentibus **AGMS**: ridentibus nobis (*uel* quibusdam) *Regius*, ridentur a nobis *ed. Aldina, cf. tamen Spalding*   8 uitanda **AGMS**, *em. Spalding*   9 et euincentibus **S**   iam *Spalding:* etiam **AGMS**, *sed* **A** *in ras. uetere*   10 no*tis* **A**, uocis **M**, notis — hominibus *om.* **S**   11 nisi hoc *ed. Camp.* nos hoc **AG**, nos **M**   12 praefanda **GMS**: praefata **A** *m. 2 in ras.*   ultima prioris *edd. uett.* ultima prioris ultimae **AGMS**   littera quae **a**: litteraeque **AGM**, que **S**   14 cogita ut (cogit aut **a**) non continuata **AG**, ut non cogitata (cogita **M**) **MS**, *em. Regius*   cum **A** *in ras. m. 2*   in natura **AGMS**, *em. Regius*   15 aliae quoque *Spalding:* aliaeque *libri*   16 perse*qui* **A**   libenter est **AG**: longum est **MS**ς   17 dicimus **A**: cimus **G**, scimus **M** *et dett.* (uitio q. u. dicimus *om.* **S**)   commorantis **AG**: commorantes **MS**ς   quoque **G** *om. 1 m.*   18 intercapedines **AGMS**, *em. Regius*   19 set **A**^{1}, et **G**   20 ut **G** *corr. ex* aut, ut putat *spuria esse censet Spalding*   21 quaeque] si qua *Ouidius*   lacaent **G**   putat **MS**: putant **AG**   et **AM**: *om.* **GS**   22 ab scenitate **G** *1 m.*   23 cacenphaton **A**, cacenfaton **G**, cacephaton **S**, caccfaton **M**   uirgilium **GMS**

incipiunt agitata tumescere:

quod si recipias, nihil loqui tutum est.

Deformitati proximum est humilitatis uitium (ταπείνωσιν 48 uocant), qua rei magnitudo uel dignitas minuitur, ut

saxea est uerruca in summo montis uertice.

cui natura contrarium, sed errore par est, paruis dare excedentia modum nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. itaque nec parricidam 'nequam' dixeris hominem nec deditum forte meretrici 'nefarium', quia alterum parum, alterum nimium est. proinde quaedam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, uilis 49 oratio est. quae uitia facillime fient manifesta contrariis uirtutibus. nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est.

Vitari *debet* et μείωσις, cum sermoni deest aliquid, quo mi- 50 nus plenus sit, quamquam id obscurae potius quam inornatae orationis est uitium. sed hoc quoque, cum a prudentibus fit, schema dici solet, sicut tautologia, id est eiusdem uerbi aut sermonis iteratio. haec enim, quamquam non magno opere a 51 summis auctoribus uitata, interim uitium uideri potest, in quod saepe incidit etiam Cicero securus tam paruae obseruationis, sicut hoc loco: non solum igitur illud iudicium iudicii simile, iudices, non fuit. interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur, atque est et ipsum inter schemata, quorum exempla illo loco quaerenda, quo uirtutes erunt.

Peior hac ὁμοείδεια, quae nulla uarietatis gratia leuat tae- 52

1. Georg. 1, 357. 5. ignoti tragici p. 218 Ribb. 21. p. Cluent. 35, 96.

3 humilitati **A¹GM** ταπιιωcιν **G**, ταπιιωcιν **A**, tapinosis *est in Anecd. Par. p. 10* 4 re **GMS** ut *om.* **A¹** 5 saxea est *Anecd. Parisina (p. 20, 5 Eckst.):* exea est **GS**, exea **A**, exeat **Ma**; *cf. 8, 6, 14* ueruca **GMS**, uerruga *cod. Par. Anecd.* 6 contrariu*m sed* **A** terrore **GS** pari est **M**, parem **G** exce*dentia* **A** 8 debitum **A¹GMS** 9 quia **a**: qui **AG**, quod **MS**ς 10 perinde *malebat Spalding* quaedam **GMS**: quae haec **a** hebes *Badius:* habet **AGM**, *om.* **S** 11 q*uae ui*tia **A** fac. fient **AM**: fac. fierit **G**, fiunt facilime **S** 14 uitari *libri*, uitanda *ed. Aldina et* ς; *nos* debet *addidimus* μείωσις *edd. uett.* ϵΜϵΙΥΙC **AG** quo *corr.* **A**: quod **GS**, quid **M**; *exspectares* quo — fit 15 plenum **M** 16 est uitium **A**: uitium est *rell. et* ς 17 scema **A¹GMS**, *item infra* autologia **G**, Antilogia **S**, *om.* **M** 18 interatio **A** magnopere *libri* a *om.* **MS** 19 uitata **AS**, *ut coni. Regius:* uitatata **G**, usitata **M** 20 securus **AMS** *(sed* **A** secu *in ras.):* siccurrus **G** 21 non fuit illud *Cic.* 22 mutato **a**: mutatio **AGMS** nominis **MS** *et dett.* ϵΠΑΛΜΨΙC **AG**, ϵΠΑΛΗΜΨΙC **a** 24 quaerenda **a**: quaerendam **A**, quae reddam **G**, reddam **MS** *et dett.* 25 peior **A** *in ras.* peio **G**, peior — ὁμο. **A**, *om.* **M** ὁμοείδεια *scripsi:* omoeidia *Anecd. Par. p. 12*, omoeiaria **G**, ΟΜΟϵΙΛ*** **A**, ΟΜΟϵΙΟΛΟΓΙΑ **a**; *cf. Dion. Halic. de Isocr. iud. 4 et ep. ad Pomp. de praec. histor. c. 6 (V, 787 éd. Reisk.) et Ernesti lex. technol. gr. rhet. p. 230*

dium atque est tota coloris unius, qua maxime deprehenditur
carens arte oratio, eaque et in sententiis et in figuris et in com-
positione longe non animis solum, sed etiam auribus est ingra-
53 tissima. uitanda *etiam* macrologia, id est longior quam
oportet sermo, ut apud T. Liuium: legati non impetrata
pace retro domum, unde uenerant, abierunt. sed huic
uicina periphrasis uirtus habetur. est et pleonasmos ui-
tium, cum superuacuis uerbis oratio oneratur: ego oculis meis
54 uidi, satis enim 'uidi'. emendauit hoc etiam urbane in Hirtio
Cicero, cui, † sapasim cum declamans filium a matre decem
mensibus in utero latum esse dixisset, quid? aliae, in-
quit, in perula solent ferre? nonnumquam tamen illud ge-
nus, cuius exemplum priore loco posui, adfirmationis gratia ad-
hibetur:

uocemque his auribus hausi.

55 at uitium erit, quotiens otiosum fuerit et supererit, non cum
adicietur. est etiam, quae periergia uocatur, superuacua, ut
sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus et a religione su-
perstitio distat. atque, ut semel finiam, uerbum omne, quod
neque intellectum adiuuat neque ornatum, uitiosum dici potest.
56 Κακόζηλον, id est mala adfectatio, per omne dicendi genus
peccat: nam et tumida et pusilla et praedulcia et abundantia
et arcessita et exultantia sub idem nomen cadunt. denique ca-

5. fragm. 62 ed. Hertz. 15. Aen. 4, 359.

1 cloris **G**, dotis **MS** qua **Sa**: quam **AGM**, *item cod. Par.* deprenditur **GS**, dependitur **M**, reprehenditur *cod. Par.* 2 oratio *anecd. Par.* oratoria **AGMS** aque et in **A**¹, eaque et ut **G**, atque ut et (et ut **M**) **MS** figuris et in positione longe (longa **S**) **AGS**, figuris in compositione longa **M** *et dett. unde* in compositione *adsciuimus, cf.* § *59* 4 etiam *addidit Christ* 5 T. *om.* **M** *et dett.* 6 pace retro unde uenerant domum reuersi *Anecd. Par. p. 10, item Charisius p. 271 K, sed hic rectius* reuersi sunt 7 perifrasis **A** *et cod. Par.* perephrasis **GS** 8 oneratus **A**¹, hereit *(sic) cod. Par.* 9 satis **M**: sates **A**¹**G**, sat est **Sa**ς 10 cui sapasī cum **A**, cusapastium **G**, causa passiuum **M**, tam passum **S**, qui cum Passienum *Regius*, qui cum in Pansam ς, cum is Pasiphaam *Rob. Unger in progr. (Neo Brandenburgi 1859)* a matre **a**: matere **G**, ma*re **A**, matre **M**, matri **S** 11 utero **Sa**: uero **AGM** latum esse **A** *(sed* esse *in ras. uetere)*, latucem **G**, *om.* **MS** *et dett.* 12 perula *Passeratius:* penula *libri, cf. Apul. Metam. 5, 14* 15 hausi *at* **A**, hausita **G**, hausit (ausi **S**) tale **MS** 17 periergia (-ga **S**) uocatur cum **AGMS**, cum *del. Regius (idem etiam coniecit:* cum superuacua cura . . operositas) 18 dilegenti *Anecd. Par. p. 10* et a *An. Par.* a *om.* **AGMS** 19 uerbum **A**: l. uerbum **G**, uel uerbum (uerborum **M**) **MS** 21 cacozelon **A**, cocozelon **G**, colordon **S**, *om.* **M** id est **MS**: est **AG**, id est *firmant Iulius Victor p. 436, 5 et Anecd. Par. p. 12* affectatio haec per **a** dicendi **AM** *(sed* **A** di *in ras.)*: dicit **G** *per comp.* 22 pusilla *Victor et Anecd. Par.* silla **AG**, sicca **a**, exilia **MS** *et dett.* 23 arcesita **A**¹, acerba *cod. Victoris* idem **A**, idem uitii *Victor*

cozelon uocatur, quidquid est ultra uirtutem, quotiens ingenium iudicio caret et specie boni fallitur, omnium in eloquentia uitiorum pessimum: nam cetera parum uitantur, hoc petitur. est 57
autem totum in elocutione. nam rerum uitia sunt stultum, commune, contrarium, superuacuum: corrupta oratio in uerbis maxime inpropriis, redundantibus, comprehensione obscura, compositione fracta, uocum similium aut ambiguarum puerili captatione consistit. est autem omne cacozelon utique falsum, etiamsi 58
non omne falsum cacozelon est: * * dicitur aliter, quam se natura habet et quam oportet et quam sat est. totidem autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. sed de hac parte et in alio nobis opere plenius dictum est et in hoc saepe tractatur et adhuc spargetur omnibus locis. loquentes enim de ornatu subinde, quae sint uitanda similia uirtutibus uitia, dicemus.

Sunt inornata et haec: quod male dispositum est, id ἀνοι- 59
κονόμητον, quod male figuratum, id ἀσχημάτιστον, quod male conlocatum, id κακοσύνθετον uocant. sed de dispositione diximus, de figuris et compositione dicemus. Σαρδισμός quoque appellatur quaedam mixta ex uaria ratione linguarum oratio, ut si atticis dorica, ionica, aeolica etiam dicta confundas. cui simile 60
uitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, uetera nouis, poetica uulgaribus misceat — id enim tale monstrum, quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit:

Humano capiti ceruicem pictor equinam
iungere si uelit —

et cetera ex diuersis naturis subiciat.

---

2 speciae **A**[1]**G**, species **M**, spes *cod. Par.* 3 petitus **A**[1] 4 aeloquntione **G** 6 compressione **GMS** (*ex* comprensione) 7 ambiguarum haec **a** puerili **a**: pueri **AM**, puri **GS** 8 utique — dictum est *(u. 12) om.* **S** 9 cacozelon et dicitur *libri (om.* **M** cacoz. *in lacuna)*, κακόζηλον· cacozelon uero est, quod dicitur *Bonnell cum Victore, sed cum hic quae proxime apud Quintil. antecedunt, omittat, ad censum uix potest uocari; nos lacunae signum posuimus* 11 quot **a**: quod **AGM** ornatus **A**[1] 12 a nobis *edd. uett.* plenius **Ma**: lenius **AG** tractabitur *Badius* 13 spargitur **S** ornatur **G** 14 uitandae **G**, uitandum **S** similia **A**: similia aut (aut̃ **S**) **GMS** 15 sunt in ornatu **AGMS**, *em. Regius* ΑΝΟΙΚΟΝΟΜΗΤΟΝ **G**: ΑΠΟΙΝΟΜΗΤΟΝ **A**, Anoecometon *An. Par. p. 12* 16 ἀσχημάτιστον *nos:* ΑϹΧΗΜΙΤΟΝ (*uel* -ΜΠΟΝ) **G**, ΑϹΧΗΜΑΤΟΝ **A** *(sed* Α *in ras.)*, scheamatisteon *Anecd. Par.* ἀσχήματον *edd. cf. 9, 1, 13* 17 collocatum **A** *2 m. in ras.* ΚΑΚΟϹΙΗ (Ν **a**) ΘЄΤΟΝ **A**, ΚΑΚΟϹΙΗ et ΟΝ **G**, cacosintheton *An. Par.* 18 Sardismos *Anecdota Parisina:* ϹΟΡΑΙϹΜΟϹ **A**, ϹΟΡΙΑϹΜΟϹ **G**, ϹѠΡΙϹΜΟϹ *Zumpt* 19 ex **Ga**: et **AM**, iuxta **S** oratio *om.* **G** *1 m.* ut si **M** *et An. Par.* ut **AGS** 20 atticis doria *ionica* aeolica **A**, atticis loricae aeolica (colica **S**) **GS**, atticis ionica colica **M**, atticis doricaaeolica *cod. Par.* etiam dicta **GMS** *et ut uidetur* **A**: et iadica **a**, iadicus *cod. Par.* 22 miscea **G** oratius **AGM** 24 pictore quinam **A**[1], uictore quinam **G**, pictor aquinam **S**

61 Ornatum est, quod perspicuo ac probabili plus est. eius
primi sunt gradus in eo quod uelis exprimendo, tertius, qui
haec nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultum. itaque ἐνάρ-
γειαν, cuius in praeceptis narrationis feci mentionem, quia plus
est euidentia uel, ut alii dicunt, repraesentatio quam perspicuitas,
et illud patet, hoc se quodammodo ostendit, inter ornamenta
62 ponamus. magna uirtus res, de quibus loquimur, clare atque,
ut cerni uideantur, enuntiare. non enim satis efficit neque, ut
debet, plane dominatur oratio, si usque ad aures ualet, atque ea
sibi iudex, de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi et
63 oculis mentis ostendi. sed quoniam pluribus modis accipi solet,
non equidem in omnis eam particulas secabo, quarum ambitiose
a quibusdam numerus augetur, sed maxime necessarias attingam.
est igitur unum genus, quo tota rerum imago quodammodo uerbis
depingitur:

constitit in digitos extemplo arrectus uterque

et cetera, quae nobis illam pugilum congredientium faciem ita
64 ostendunt, ut non clarior futura fuerit spectantibus. plurimum
in hoc genere sicut in ceteris eminet Cicero. an quisquam tam
procul a concipiendis imaginibus rerum abest, ut non, cum illa
in Verrem legit: stetit soleatus praetor populi Romani
cum pallio purpureo tunicaque talari muliercula nixus
in litore, non solum ipsos intueri uideatur et locum et habi-
tum, sed quaedam etiam ex iis, quae dicta non sunt, sibi ipse
65 adstruat? ego certe mihi cernere uideor et uultum et oculos et
deformes utriusque blanditias et eorum, qui aderant, tacitam
66 auersationem ac timidam uerecundiam. interim ex pluribus effi-

16. Aen. 5, 426. 21. Verr. V, 33, 86.

2 *fort.* in eo quod uelis exprimere clare ostendendo *(cf. 8, 3, 86)* et augendo; *primum enim agitur de* ἐναργείᾳ *siue* euidentia, *tum (c. 4) de* amplificatione, *deinde (c. 5 sq.) de* ornatu et cultu *orationis.* 3 ЄNATЄIAN **AG**, enateiam **S**, emateian **M** 4 mentione **G** 6 illud quod patet **MS** *et dett.* 7 uirtus **AG**: uirtus est **MS** rebus quibus **S** 9 plane **S**: plene **GMa**, pl**ne **A** oratio **G** *om. 1 m.* 10 et oculis — equidem *om.* **S** 11 ostendū **G**, *om.* **M** 12 omnes ς ea **GM** secabo *Regius:* locabo **AGS**, loco **M** quarum **AG** *et Regius*: quorum **MS** 14 gentis **G** 16 in *om.* **GS** digito sextemplo A^1, digitose exemplo **G**, digitos (digito seu **S**) exemplo **MS** 17 illa **AG**, ullam **MS** pigulum A^1**G**, pugillum **S** aciem **AGMS**, *em. in ed. Gryph.* 19 in (*ante* cet.) *om.* A^1**G** quis*quam* **A** 20 concupiendis A^1**G** ut non cum *ed. Camp.* cum (cui **S**) ut non **AGS**, ut cum **Ma** 21 soleatur **G** 22 palleo **G** talari **A** *in ras. om.* **S** uisus **S**, nisus *cod. Victoris (p. 436), qui §§ 64—73 paucis exceptis exscripsit*
23 ipsos **AGS**: ipsum os **M** *et dett.* et locum *mei: om.* **FT** 24 ex his **AB**; *ab his uerbis rursus incipiunt* **Bn** *et* **Bg** *usque ad uoc.* similitudinem *8, 6, § 17 in. (per hanc partem codicem* **S** *non legimus)* ipsi **M** 27 auersionem **M**

citur illa, quam conamur exprimere, facies, ut est apud eundem (namque ad omnium ornandi uirtutum exemplum uel unus sufficit) in descriptione conuiuii luxuriosi: uidebar uidere alios intrantis, alios autem exeuntis, quosdam ex uino uacillantis, quosdam hesterna ex potatione oscitantis. humus erat inmunda, lutulenta uino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium. quid plus uideret qui 67
intrasset? sic et urbium captarum crescit miseratio. sine dubio enim qui dicit expugnatam esse ciuitatem, complectitur omnia, quaecumque talis fortuna recipit, sed in adfectus minus penetrat breuis hic uelut nuntius. at si aperias haec, quae uerbo uno 68
inclusa erant, apparebunt effusae per domus ac templa flammae et ruentium tectorum fragor et ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alii extremo complexu suorum cohaerentes et infantium feminarumque ploratus et male usque in illum diem seruati fato senes: tum illa profanorum sacrorum- 69
que direptio, efferentium praedas repetentiumque discursus et acti ante suum quisque praedonem catenati et conata retinere infantem suum mater et, sicubi maius lucrum est, pugna inter uictores. licet enim haec omnia, ut dixi, complectatur 'euersio', minus est tamen totum dicere quam omnia. consequemur autem 70
ut manifesta sint, si fuerint ueri similia, et licebit etiam falso adfingere quidquid fieri solet. contingit eadem claritas etiam ex accidentibus:

mihi frigidus horror
membra quatit gelidusque coit formidine sanguis.

et

trepidae matres pressere ad pectora natos.

atque huius summae iudicio quidem meo uirtutis facillima est 71
uia: naturam intueamur, hanc sequamur. omnis eloquentia circa

3. ex Cic. or. pro Gallio. 25. Aen. 3, 29. 28. ib. 7, 518.

1 eodem **B** (*corr.* b) 3 conuiui **AB** 4 intrantis — uacillantis — oscitantis **A**: intrantes — uacillantes — oscitantes **BMaς** autem **A** *et Victor (item Aquila Rom. § 2):* uero **Bς**, *om.* **M** exeuntes *libri* 6 immundo **A** 7 uiderat **M** 8 quintrasset **A** sic et *Victor:* et *om. codd. Quint.* uerbium b 10 recepit **A**[1] adfectus **B** *et Victor:* adfectibus **AMb** penetrat **Bg** 12 inclausa **AB** appare*bunt ef*fusae **A** et fusae **BM** domos *cod. Victoris* 13 et *om.* **A**[1] ex *om.* **Mb** fragoribus **Ab**, fraugoribus **M** 14 sonus (sonum **M**) aliorum sonus **Mb** (unus — aliorum **A** *in ras. habet*) alii in extr. compl. suorum haerentes *Meister* 15 et (*ante* inf.) *om.* **A** malo *Burman* usque in illum **ABM**: in illum usque *edd. recentt.* 18 actio b qu*ique* **A** 19 pugnā **B** 23 continget *Victor* 24 accedentibus **B** 28 *fort.* et trepidae *ut est apud Vergilium* 29 summo **M** 30 intuebamur **A**[1]b

opera uitae est, ad se refert quisque quae audit et id facillime accipiunt animi, quod agnoscunt.

72 Praeclare uero ad inferendam rebus lucem repertae sunt similitudines: quarum aliae sunt, quae probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliae ad exprimendam rerum imaginem compositae, quod est huius loci proprium:

inde lupi ceu
raptores atra in nebula

et

aui similes, quae circum litora, circum
piscosos scopulos humilis uolat aequora iuxta.

73 quo in genere id est praecipue custodiendum, ne id, quod similitudinis gratia adsciuimus, aut obscurum sit aut ignotum: debet enim quod inlustrandae alterius rei gratia adsumitur, ipsum esse clarius eo, quod inluminat. quare poetis quidem permittamus sane eiusmodi exempla:

qualis, ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
deserit aut Delum maternam inuisit, Apollo.

74 non idem oratorem decebit, ut occultis aperta demonstret. sed illud quoque, de quo in argumentis diximus, similitudinis genus ornat orationem facitque sublimem, floridam, iucundam, mirabilem. nam quo quaeque longius petita est, hoc plus adfert no-
75 uitatis atque inexpectata magis est. illa uulgaria uidentur et utilia tantum ad conciliandam fidem: 'ut terram cultu, sic animum disciplinis meliorem uberioremque fieri,' et 'ut medici abalienata morbis membra praecidant, ita turpes ac perniciosos, etiamsi nobis sanguine cohaereant, amputandos'. iam sublimius illud pro Archia: saxa atque solitudines uoci respondent, bestiae saepe inmanes cantu flectuntur atque con-

7. ib. 2, 355. 10. ib. 4, 254. 17. ib. 4, 143. 28. Arch. 8, 19.

1 quisquis **A** facille me **Bg** *1 m.* 2 recipiunt *Victor* 4 sunt illae quae *Victor* probationes **A**[1] 10 quae **A** *corr.* 11 piscolos **A**[1](?)**b** 12 quo **A** *in ras.* idē praecipue **B** 13 ascibimus **a** 14 ipse clarius **M** 16 sane *om.* **A**, sane — exempla *om.* *Victor* 17 hybernam **Bg** liciam **A** xantique **BM** 18 delon **M** materiam **Bg** *1 m.* apollon idem **b** 19 docebit **A**[1]**b** occulta sed aperta **M** (operta **A**, *sed o in ras.*) 20 diximus — sublimem *om.* **M** genus *oratorium. Facit enim orationem* sublimem **A** *partim in ras. m. 2* 21 orat **b** facitque **B**: facitque enim **Tb**, facitque eam **T** *corr.* 22 quo *om.* **M** 23 uolgaria **A** uidentur **A**: uideri possunt **BM** *et rell. noti* at utilia *Francius* 24 conciliandam **Ab**: conciliandum **BM** 26 praecid*u*nt **A** ac niciosos **M** 27 anputandos **Bg** *1 m.* (cohaerea*nt am*putandos **A**) nam *coni. Spalding* sub*missius* **A** 28 uoci orespondet **b**

sistunt et cetera. quod quidem genus a quibusdam declama- 76
toria maxime licentia corruptum est: nam et falsis utuntur, nec
illa iis, quibus similia uideri uolunt, adplicant. quorum utrum-
que in his est, quae me iuuene ubique cantari solebant: mag-
norum fluminum nauigabiles fontes sunt, et genero-
sioris arboris statim planta cum fructu est. in omni 77
autem parabole aut praecedit similitudo, res sequitur, aut prae-
cedit res et similitudo sequitur. sed interim libera et separata
est, interim, quod longe optimum est, cum re, cuius est imago,
conectitur, conlatione inuicem respondente, quod facit redditio
contraria, quae antapodosis dicitur. praecedit similitudo illa, 78
cuius modo feci mentionem: inde lupi ceu raptores atra
in nebula. sequitur in primo Georgicon post longam de bellis
ciuilibus atque externis conquestionem:

ut, cum carceribus sese effudere quadrigae,
addunt in spatia, et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

sed hae sunt sine antapodosi. redditio autem illa rem utram- 79
que, quam comparat, uelut subicit oculis et pariter ostendit.
cuius praeclara apud Vergilium multa reperio exempla, sed ora-
toriis potius utendum est. dicit Cicero pro Murena: ut aiunt
in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citha-
roedi fieri non potuerint: sic *apud* nos uidemus, qui
oratores euadere non potuerint, eos ad iuris studium
deuenire. illud pro eodem iam paene poetico spiritu, sed tamen 80
cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius: nam
ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commo-
uentur, saepe inprouiso nulla ex certa ratione ob-
scura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comi-
tiorum tempestate populari saepe intellegas, quo
signo commota sit, saepe ita obscura est, ut sine causa

12. Aen. 2, 355. 15. Georg. 1, 512. 21. c. 13, 29. 26. ibid. 17, 36.

2 licentiae **Bg** *1 m.* 3 iis quibus **B**: iis quidem **b**, is (his *corr.*) qu*ae* **A**, is que **M** dissimilia **A**[1]**M** 4 cantari **AMb**: cantare **B** 5 fontes nauigabiles **M** 6 fluctu **b** 7 praecidit **A**[1] *utroque loco* et res sequitur **M** 9 ymago est **M** 10 coniectitur **Bg**, connectitur **M**ς seditio **b** (redditio **A**) 15 effundere **A**[1]**Mb** 16 in spatio **BM** 18 hae **B**: haec **AMb**ς *rem utramque* **A** 19 quam *om.* **AM** (*hinc in* **A** *corr.* et uelut), quae **b** 20 uirgilium **BM** oratoris **A** 21 ut aiunt *om.* **A** 22 graeci **Bg** 23 potuerunt **A** apud nos *Cobet:* nos **AGM**, nonnullos *libri Cic.* 24 potuerunt **M** iuris *studium* **A** 25 deuenire **B** *et Cic. libri:* diuertere **AMb** illut **Bg** poene poeticoco **A** sed **AB**: eo **Mb** 28 inprouiso **B**: inprouisae **Ma**, inprobis **A**(?)**b** 31 comiss*a* **A** sit *om.* **A**[1]

81 excitata uideatur. sunt et illae breues: uagi per siluas ritu ferarum, et illud Ciceronis in Clodium: quo ex iudicio uelut ex incendio nudus effugit. quibus similia possunt cuicumque etiam ex cotidiano sermone succurrere.

Huic subiacet uirtus non solum aperte ponendi rem ante
82 oculos, sed circumcise atque uelociter. ac merito laudatur breuitas integra, sed ea minus praestat, quotiens nihil dicit, nisi quod necesse est (βραχυλογίαν uocant, quae reddetur inter schemata), est uero pulcherrima, cum plura paucis complectimur, quale Sallusti est: Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. hoc male imitantes sequitur obscuritas.

83 Vicina praedictae, sed amplior uirtus est emphasis, altiorem praebens intellectum quam quem uerba per se ipsa declarant. eius duae sunt species: altera, quae plus significat quam dicit,
84 altera, quae etiam id, quod non dicit. prior est et apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum 'descendisse' ait, nam uerbo uno magnitudinem eius ostendit, et apud Vergilium: demissum lapsi per funem: nam sic quoque altitudo demonstrata est. idem Cyclopa cum iacuisse dixit per antrum, pro-
85 digiosum illud corpus spatio loci mensus est. sequens positum in uoce aut omnino subpressa aut etiam abscisa. subprimitur uox, ut fecit pro Ligario Cicero: quodsi in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quam tu per te, per te inquam, optines: intellego, quid loquar. tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum impellant. absciditur per ἀποσιώπησιν, quae quoniam
86 est figura, reddetur suo loco. est in uulgaribus quoque uerbis emphasis: 'uirum esse oportet', et 'homo est ille', et 'uiuendum est': adeo similis est arti plerumque natura.

---

2. fr. 1, 6. 10. Hist. fr. II, 47 Dietsch. 15. Od. 11, 523. 17. Aen. 2, 262. 19. ib. 3, 631. 22. c. 5, 15.

---

1 excita **AMb** esse uideatur *Cic.* 3 uelut et **A** 4 cottidiano **A** 5 subiecit **A**[1] (?), subiectat **b**, subiecta est **M** 6 breuitas **AMb**: uelocitas **B** 7 eam nimis **B** (*corr.* **b**) 9 complectimur **AB**: amplectimur *Anecd. Par. p. 12*, complectitur *cod. Goth.* 10 perinde **P** (*= Anecd. Par.*): proinde **AGM** 11 animatus *malebant Lipsius et Douza* hoc **BP**: in hoc **AMb** imitantem **A** 12 sed huius amplior **P** 15 et id **P** 17 aut apud **P** 18 dimissum **B** demonstrata est altitudo **P**, est dem. alt. **A** 20 luci **P**, rei **M** positum **ABP**: positum est **M**, posita est ς 22 in tanta **ABPM**: in hac tanta tua *libri Cic.* 23 quan **A** per te **Ab** *semel habent*, parce per te **M** 24 optime **Ab** in*telli*go **A** tacuit enim illud *om.* **b** 25 dee*sse* **A** 26 *eum* impellant *absc*iditur **A** αποϲιωτιηϲιν **B**, αποϲιωπεϲιν **A** 27 redditur **A**[1]**Mb** uolgaribus **A** 28 uirum uirum esse **B**, *sed alterum* uirum *in* **Bg** *punct.*, uerum esse **P** uidendum **AMb**

Non tamen satis eloquentiae est ea, de quibus dicat, clare atque euidenter ostendere, sed sunt multi ac uarii excolendae orationis modi. nam ipsa illa ἀφέλεια simplex et inadfectata 87
habet quendam purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum, et sunt quaedam uelut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiae. alia copia locuples, alia floribus laeta. uirium non unum genus: nam quidquid in suo genere 88
satis effectum est, ualet. praecipua tamen eius opera δείνωσις in exaggeranda indignitate et in ceteris altitudo quaedam, φαντασία in concipiendis uisionibus, ἐξεργασία in efficiendo uelut opere proposito, cui adicitur ἐπεξεργασία, repetitio probationis eiusdem et cumulus ex abundanti, ἐνέργεια confinis his (est enim 89
ab agendo dicta) et cuius propria sit uirtus, non esse, quae dicuntur, otiosa. est et amarum quiddam, quod fere in contumelia est positum, quale Cassi: *quid facies, cum in bona tua inuasero, hoc est, cum te docuero nescire maledicere?* et acre, ut illud Crassi: *ego te consulem putem, cum tu me non putes senatorem?* sed uis oratoris omnis in augendo minuendoque consistit. utrique parti totidem modi, ex quibus praecipuos attingemus: reliqui similes erunt, sunt autem positi in rebus et uerbis. sed quae sit rerum inuentio 90
ac ratio, tractauimus: nunc, quid elocutio attollat aut deprimat, dicendum.

IV. Prima est igitur amplificandi uel minuendi species in ipso rei nomine, ut cum eum, qui sit caesus, 'occisum', eum, qui sit inprobus, 'latronem', contraque eum, qui pulsauit, 'attigisse', qui uulnerauit, 'laesisse' dicimus. utriusque pariter exemplum est pro M. Caelio: *si uidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more uiueret, adulterum ego putarem, si qui hanc paulo liberius salutasset?* nam et inpudicam meretricem uocauit et 2

28. c. 16, 38.

1 eloquentia est ea **M**, eloquentia ea **Ab**, eloquentiae ea **a** 3 αφελια **B**, αφεμα **A** 5 uelut e **B**: ueluti **AMb** *(sed* uti **A** *in ras.)* 6 significationem*que* mundiciae **A** locuplex **A** 8 efectum **Bg** *ut uidetur*, affectum **M** αειnωcic **Bg** 10 εξερταcια **B**, ενερrαcια **A**, *sed* ν *et* r *in ras.* 11 rep. propositi eiusdem *coni. Happel, at firmatur* probationis *Anecd. quoque Paris. p. 14, 3* επενεpraciα **A** 13 ducta **BM** sit **ABM**: *om.* **T** *et ed. Camp.* 14 ociosa **Bg** *et in ras.* **A** et *om.* **AMb** quo id fere **B**, *cum* fere **A**, confere **b**, conferre **M** 15 cassi] *sic* **AB** 16 hoc **B**: quod **AMb** nescire **B**: *om.* **AMb** 20 ex quibus — rebus et uerbis *om.* **M** 21 sed **AMb** *(in* **A** ed *in ras.)*: et **B** *ut coni. Spalding* sunt **Mb** 24 uel minuendi *om.* **M** 25 re///i **A** 27 qui uulnerauit laesisse *om.* **AMb** 28 propterua **B**, proterue **M** 30 si qui **AB**: si quis ς 31 nam et — salutasse *om.* **M** *et imp*udicam *et* meretricem **A**

eum, cui longus cum illa fuerat usus, liberius salutasse. hoc genus increscit ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur, ut Cicero in Verrem: non enim furem, sed ereptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque, non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumque in
3 uestrum iudicium adduximus. illo enim modo ut sit multum, hoc etiam plus ut sit efficitur. quattuor tamen maxime generibus uideo constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie.

Incrementum est potentissimum, cum magna uidentur, etiam quae inferiora sunt. id aut uno gradu fit aut pluribus, et peruenit non modo ad summum, sed interdum quodammodo
4 supra summum. omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum: facinus est uincire ciuem Romanum, scelus uerberare, prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? nam et, si tantum uerberatus esset, uno gradu increuerat, ponendo etiam id esse facinus, quod erat inferius, et,
5 si tantum occisus esset, per plures gradus ascenderat: cum uero dixerit prope parricidium necare, supra quod nihil est, adiecit quid dicam in crucem tollere? ita cum id, quod maximum est, occupasset, necesse erat in eo, quod ultra est,
6 uerba deficere. fit et aliter supra summum adiectio, ut apud Vergilium de Lauso:

quo pulchrior alter
non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

summum est enim quo pulchrior alter non fuit, huic
7 deinde aliquid superpositum. tertius quoque est modus, ad quem non per gradus itur, et quod non est plus maximo, sed quo

3. I, 3, 9. 15. ib. V, 66, 170. 26. Aen. 7, 649.

1 longus **Ab**: longius **B** 4 eraptorem **b**, raptorem **M** 7 *ciuium* **A**, uicium **b** 10 conparationem ratiocinationem congeriē **A**[1] 14 et peruenit *Anecd. Par. p. 22:* id peruenit **A**, per id uenit **B**, per id uenitur **M**ς non modo supra summum *(mediis om.)* **Bg**, non modo ad summum **Ab** *(reliquis omissis)*, non modo summum **M**, *plenum locum habent* **Bn** *et Anecd. Par.* interdum *An. Par.* interim **Bn**ς 16 uincire **Bn** *corr. ex* uincere, es//muncore **A**[1] scelus est *An. Par.* 17 quid dicam — parricidium necare *(u. 21) om.* **Ab** 21 proparricidium **B**, prope patricidium **M** 25 uirgilium **BM** 27 excepto — non fuit *om.* **Ab** 28 est *om.* **M** huic **Ab**: hic **B**, *om.* **M** 29 ad quam **Bg**, ad quod *Christ* 30 itur **Bg** *corr. ex* igitur quod *om.* **Mb** plus maximo **A**: plus quam maximum **B**, plus maximum **Mb**ς

nihil maius est. matrem tuam cecidisti: quid dicam amplius? matrem tuam cecidisti. nam et hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. crescit 8 oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in contextu et cursu semper aliquid priore maius insequitur, ut de uomitu in Antonium Cicero: in coetu uero populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitum. singula incrementum habent. per se deforme uel non in coetu uomere, in coetu etiam, non populi, populi etiam, non romani, uel si nullum negotium ageret uel si non publicum uel si non magister equitum. sed alius diuideret haec et circa 9 singulos gradus moraretur: hic in sublime etiam cucurrit et ad summum non peruenit nisu, sed impetu.

Verum ut haec amplificatio in superiora tendit, ita, quae fit per comparationem, incrementum ex minoribus petit. augendo enim, quod est infra, necesse est extollat id, quod supra positum est, ut idem atque in eodem loco: si hoc tibi inter 10 cenam et in illis inmanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? in coetu uero populi Romani. et in Catilinam: serui mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. interim proposito uelut si- 11 mili exemplo efficiendum est, ut sit maius id, quod a nobis exaggerandum est, ut idem pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandam a secundis heredibus pro abortu pecuniam accepisse: quanto est inquit Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? si quidem illa, cum suo corpori uim attulisset, se ipsa cruciauit, hic autem idem illud effecit per alieni corporis uim atque cruciatum. nec 12 putet quisquam hoc, quamquam est simile illi ex argumentis loco, quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. illic enim

6. Phil. II, 25, 63. 20. I, 7, 17. 26. c. 11, 32.

1 cecidisti *(priore loco)* **Bn** *corr. ex* occidisti quid — cecidisti *om.* **Ab** 3 crescit oratio *om.* **AMb** 4 an **Bg** *ex corr.* ipse **BgM** 5 in textu **M** *et dett.* 6 demouit uim̄ antonium **A** in *om.* **A** 9 mouere **A** 10 ageretur **A** 11 diuidet **M** 12 in *om.* **A** cucurrit **A**: currit **BM** 13 peruenit non *Regius* nisus et **AB**, nisu et **M** inpetu **A** 14 in] ad **a** itaq. fit **BgM**, ita quae sit **A** 15 petitur **M** 16 quod infra est *Anecd. Par.* quidem infra **b**, *id* quod est i. **A** necessario id qui supra positum est extollas *An. Par.* superpositum **A** *haud scio an recte, ut est § 6 extr.* 18 occidisset **A**[1] (?) **b** 20 me hercule **BP**: mehercules **A**, me hercle **M** 21 *ut* te **A** metunt **Ab** 25 a quodam **Mb** (Milesiam *quandam* **A**) 26 in ea **Mb** 27 corpori uim **Bg** *corr. ex* corporiū 29 fecit **A**

probatio petitur, hic amplificatio, sicut in Oppianico non id agi-
tur hac comparatione, ut ille male fecerit, sed ut peius. est
tamen quamquam diuersarum rerum quaedam uicinia: repetam
itaque hic quoque idem quo sum illic usus exemplum, sed non
13 in eundem usum. nam hoc mihi ostendendum est, augendi gratia
non tota modo totis, sed etiam partes partibus comparari, sicut
hoc loco: an uero uir amplissimus P. Scipio pontifex
maximus Ti. Gracchum mediocriter labefactantem sta-
tum rei publicae priuatus interfecit: Catilinam orbem
terrae caede atque incendio uastare cupientem nos
14 consules perferemus? hic et Catilina Graccho et status rei
publicae orbi terrarum et mediocris labefactatio caedi et incen-
diis et uastationi et priuatus consulibus comparatur: quae si quis
dilatare uelit, plenos singula locos habent.

15 Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes, ui-
derimus an satis proprio uerbo significauerim. nec sum in hoc
sollicitus, dum res ipsa uolentibus discere appareat. hoc sum
tamen secutus, quod haec amplificatio alibi posita est, alibi
ualet: ut aliud crescat, aliud augetur, inde ad id, quod extolli
16 uolumus, ratione ducitur. obiecturus Antonio Cicero merum et
uomitum 'tu' inquit 'istis faucibus, istis lateribus, ista
gladiatoria totius corporis firmitate'. quid fauces et
latera ad ebrietatem? minime sunt otiosa: nam respicientes ad
haec possumus aestimare, quantum ille uini in Hippiae nuptiis
exhauserit, quod ferre et concoquere non posset illa corporis
gladiatoria firmitate. ergo, si ex alio colligitur aliud, nec in-
proprium nec inusitatum nomen est ratiocinationis, ut quod ex
17 eadem causa inter status quoque habeamus. sic et ex insequen-
tibus amplificatio ducitur, si quidem tanta uis fuit uini erumpen-
tis, ut non casum adferret aut uoluntatem, sed necessitatem,

7. Cat. I, 1, 3. 20. Phil. II, 25, 63.

1 amplicatio **Bg** *et* **A**[1], amplif. — agitur hac *om.* **M** opiniaco **Bn** *et 1 m.* **Bg** 2 hac **A**: hic **B**, in illa ς 3 tamquam **a** 4 itaque *om.* **M** hinc **B** sed **A** *in ras.* 7 pontifex maximus t. i. **Ab**: pont. (ponit **Bg**) maxti. **B**, Ti. *om.* **M**ς 8 graccum **Bg** *1 m.* grecum **M** 11 status **A** *corr. ex* stat 12 caedi *set incendii uast*ationi epriuatus **A** 13 si qui **A** 14 singulos **A**, *sed addito* per *1 m. s. l.* per singula **a** habet **A**(?) 16 significauerim **AMb**: signauerim **B** 17 uolenti*bus discere* **A** dicere **b** 18 positast **Bn** (posita est **Bg**, *sed* est *e corr.*) 19 ut **A**: et ut **BM** aliut — aliut **Bg** augeatur **a** extuli **b** 20 ratio deducitur **M**, ratio ducitur *Gernhard* 21 istis faucibus *om.* **M** 22 gradiatoria **A**[1](?)**b** 25 concoquere *cod. Alm. et Spalding:* conquere **B**, quod coquere **A**, coquere **M** 28 stat*us* **A** habemus **B** *et ex inse*quentibus **A** 30 uolupta-tem **A**

ubi minime deceret, uomendi, et cibus non recens, ut accidere
interim solet, redderetur, sed usque in posterum diem redunda-
ret. idem hoc praestant quae antecesserunt: nam cum Aeolus 18
a Iunone rogatus

> cauom conuersa cuspide montem
> impulit in latus, et uenti uelut agmine facto
> . . . . ruunt:

apparet, quanta sit futura tempestas. quid? cum res atrocissi- 19
mas quasque in summam ipsi extulimus inuidiam, eleuamus con-
sulto, quo grauiora uideantur quae secutura sunt, ut a Cicerone
factum est, cum illa diceret: leuia sunt haec in hoc reo.
metum uirgarum nauarchus nobilissimae ciuitatis
pretio redemit: humanum est: alius, ne securi ferire-
tur, pecuniam dedit: usitatum est. nonne usus est ratioci- 20
natione, qua colligerent audientes, quantum illud esset, quod in-
ferebatur, cui comparata haec uiderentur humana atque usitata?
sic quoque solet ex alio aliud augeri, cum Hannibalis bellicis
laudibus ampliatur uirtus Scipionis, et fortitudinem Gallorum
Germanorumque miramur, quo sit maior C. Caesaris gloria. illud 21
quoque est ex relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia
dictum uidetur, amplificationis genus. non putant indignum
Troiani principes, Graios Troianosque propter Helenae speciem
tot mala tanto temporis spatio sustinere: quaenam igitur illa
forma credenda est? non enim hoc dicit Paris, qui rapuit, non
aliquis iuuenis aut unus e uulgo, sed senes et prudentissimi et
Priamo adsidentes. uerum et ipse rex decenni bello exhaustus, 22
amissis tot liberis, imminente summo discrimine, cui faciem illam,
ex qua tot lacrimarum origo fluxisset, inuisam atque abominan-
dam esse oportebat, et audit haec et eam filiam appellans iuxta
se locat et excusat etiam atque sibi esse malorum causam negat.

5. Aen. 1, 81. 11. Verr. V, 44, 117.

1 minime detretuo mendi b *et* A[1] *ut uidetur* 3 praesta*nt* A 5 cauum AB, *sed* A u *secundo loco ex corr.* 6 et uenti ABn: euenti Bg, et uentu b, ac uenti *Vergilius* 7 ruunt AB: qua data porta ruunt *Verg. et edd.* 8 apparent A[1](?) atrocissummas A[1] *ut uidetur* 9 eleuamus B: et euasimus AMb 12 nabarchus A nobilis nobilissimae B, *sed* nobilis *in* Bg *punct.* 13 ferietur M, fieretur b 14 ratione *libri, em. Regius* 17 cum ABM: ut cum ς annibalis B 19 quo sit A *in ras.* 20 relatione *id est* ad A rei *om.* M 21 uidetur *Regius et* a: uideretur A(?)BM 22 hilenae A 25 uolgo A sed senes Bn *corr. ex* sednes 26 ex decen*ni bel*lo A 27 admissis A[1](?) 28 ori b 29 haec audit M et ex familiam Ab, eam filiam et ante M 30 atque sibi *Regius:* sibi atque *libri*

23 nec mihi uidetur in symposio Plato, cum Alcibiaden confitentem de se, quid a Socrate pati uoluerit, narrat, ut illum culparet, haec tradidisse, sed, ut Socratis inuictam continentiam ostenderet, quae corrumpi speciosissimi hominis tam obuia uoluntate 24 non posset. quin ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur: huc pertinet clipeus Aiacis et pelias Achillis. qua uirtute egregie est usus in Cyclope Vergilius. nam quod illud corpus mente concipiam, cuius

trunca manum pinus regit?

25 quid? cum uix loricam duo multiplicem conixi umeris ferunt, quantus Demoleos, qui indutus ea cursu palantis Troas agebat? quid? M. Tullius de M. Antoni luxuria tantum fingere saltem potuisset, quantum ostendit dicendo: conchyliatis Cn. Pompei peristromatis seruorum in cellis stratos lectos uideres? conchyliata peristromata et Cn. Pompei terunt serui in cellis: nihil dici potest ultra, et necesse est 26 tamen infinito plus in domino cogitare. est hoc simile illi, quod emphasis dicitur: sed illa ex uerbo, hoc ex re coniecturam facit tantoque plus ualet, quanto res ipsa uerbis est firmior.

Potest adscribi amplificationi congeries quoque uerborum ac sententiarum idem significantium. nam, etiamsi non per 27 gradus ascendant, tamen uelut aceruo quodam adleuantur: quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? simile est hoc figurae, quam συναθροισμόν uocant, sed illic plu-

1. p. 218b—219d Steph. 9. Aen. 3, 659. 10. ibid. 5, 264 sq. 22. Cic. p. Lig. 3, 9.

1 symphosio **A** alcibiaden **AB**: alcibiadem **M**5 2 culpare **A**[1] 4 corrumpis **A** homis **Bn** *et 1 m.* **Bg** uoluptate *non posset. Atqui* ex **A** *partim in ras. m. 2* 6 huc *Obrecht:* hoc **B**, ad hoc **M** (adhoc pertinet clipeus **A** *in ras.*); huc — Achillis *Meisterus (I, 4) spuria esse censet, sed doctior uidetur adnotatio, quam ut eam ab interpolatore profectam esse probabile uideatur* 7 pelias **AB** (*sc.* hasta): pelta **Ma** egregia **A**[1] coeclope **b**, *ciclope* **A** uirgilius **BM** 8 concupiam **Ab** 9 truca **Bn** *et 1 m.* **Bg** 10 conixi **A** *in ras.* 11 palantis **Ab**: palantes **BM** 12 troas agebat **A** *in ras.* Tullius de M. *om.* **b** antoni] *sic* **AB** 13 cochyliatis **A**, cociliatis **b**, cochilatis **M**, cochyliata **a** 14 perstromatis **A**, pertromatis **b**, *item infra* 16 terunt serui **B**: *ceteri* serui **A**, terter *(per comp.)* serui **b**, deseruis **M** in *nos:* et *libri*, et in *Spalding* dico potē **b** necesse *est* **A** 18 exphasis (*aut* etphasis) **b** coiecturam **ABn** 19 tanto **M** 23 tuuero **A**[1] (?) **b** 24 mucro ille *Anecd. Par. p. 22* 25 tuorum *om.* **A**, tuorum quae *om.* **b** quae **A** *in ras.* 27 simil*is est huic* figura* **A** hoc *om.* **b** CYNAOPOICMON **B**, CINA ЄPOICMON **A** plurim*arum* **A**

rium rerum est congeries, hic unius multiplicatio. haec etiam crescere solet uerbis omnibus altius atque altius insurgentibus: aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et ciuium Romanorum, lictor Sextius.

28 Eadem fere est ratio minuendi: nam totidem sunt ascendentibus quot descendentibus gradus. ideoque uno ero exemplo contentus eius loci, quo Cicero de oratione Rulli haec dicit: pauci tamen, qui proximi adstiterant, nescio quid illum de lege agraria uoluisse dicere suspicabantur. quod si ad intellectum referas, minutio est, si ad obscuritatem, incrementum.

29 Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque, nam et haec in utramque partem ualet, sed quia excedit hoc nomen in tropos, differenda est. quos continuo subiungerem, nisi esset a ceteris separata ratio dicendi [quae constat non propriis, sed translatis]. demus ergo breuiter hoc desiderio iam paene publico, ne omittamus eum, quem plerique praecipuum ac paene solum putant orationis ornatum.

V. Sententiam ueteres, quod animo sensissent, uocauerunt. id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu cotidiano quasdam reliquias habet: nam et iuraturi ex animi nostri sententia et gratulantes ex sententia dicimus. non raro tamen et sic locuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus corporis uidebantur. sed consuetudo iam tenuit, ut mente 2 concepta sensus uocaremus, lumina autem praecipueque in clausulis posita sententias, quae minus crebrae apud antiquos nostris temporibus modo carent. ideoque mihi et de generibus earum et de usu arbitror pauca dicenda.

3 Antiquissimae sunt, quae proprie, quamuis omnibus idem nomen sit, sententiae uocantur, quas Graeci γνώμας appellant: utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt

3. Verr. V, 45, 118. 7. II, 5, 13.

2 solent **A** 4 et *om.* **A** sestius **A** *corr. ex* tettius, rextuis **b**, rex tuus **T** 5 est fere **M** 6 quod discendentibus **A**[1] ero *om.* **A** 7 dicit **Bg** *ex corr.* deicit **M** 8 adstiterunt **M** 10 est illa si **M** 12 hyperbolem **A**[1] 13 nam **Bg** *corr. ex* an, n*an **Bn** 14 excedit **BnMb**: excidit **ABg**, excedit h. nomen, in tropos diff. est *uulgo; rectius uerba distinxit Fr. Schmidt, sodalis seminarii philol. Monacensis* 16 proprius **B** tralatis **B**, quae non constat propriis et tr. *tentauit Spalding; nos haec, quae huc non quadrare fere confessum est, inclusimus* 17 nec omittamus *Regius* 18 paenes **Mb** 21 usu **AMb**: *om.* **B** reliquas **B** 22 gratulantis **A**[1] 23 ut sensum **A**[1](?) 25 uocemus *Iulius Victor p. 437, 19* praecipue *Victor* 26 crebrae *Meister:* crebra **ABM**, celebratae *Victor* 30 gnomas **AB**

consiliis aut decretis. est autem haec uox uniuersalis, quae etiam citra complexum causae possit esse laudabilis, interim ad rem tantum relata, ut nihil est tam populare quam bonitas: interim ad personam, quale est Afri Domiti: princeps, qui
4 uult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt, et est aliquando, non tamen semper. illud uerius, esse eam aliquando simplicem, ut ea, quae supra dixi, aliquando ratione subiecta: nam in omni certamine, qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere uidetur: nonnumquam duplicem:
5 obsequium amicos, ueritas odium parit. sunt etiam qui decem genera fecerint, sed eo modo, quo fieri uel plura possunt: per interrogationem, per comparationem, infitiationem, similitudinem, admirationem et cetera huiusmodi, per omnes enim figuras tractari potest. illud notabile ex diuersis:

mors misera non est, aditus ad mortem est miser.

6 ac rectae quidem sunt tales:

tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

sed maiorem uim accipiunt et mutatione figurae, ut

usque adeone mori miserum est?

acrius hoc enim quam per se 'mors misera non est', et translatione a communi ad proprium. nam, cum sit rectum 'nocere facile est, prodesse difficile', uehementius apud Ouidium Medea dicit:

seruare potui: perdere an possim rogas?

7 uertit ad personam Cicero: nihil habet, Caesar, nec fortuna tua maius, quam ut possis, nec natura melius, quam ut uelis seruare quam plurimos. ita quae erant rerum, propria fecit hominis. in hoc genere custodiendum est

---

3. Cic. p. Lig. 12, 37. 9. Sall. Iug. 10. 12. Ter. Andr. 1, 1, 41. 19. Syri sent. 486. 21. Aen. 12, 646. 27. p. Lig. 12, 38.

---

1 aut] atque **M** 4 personas *Victor* principes **Ab** 5 hanc quidam **A** *et Victor:* hanc quidem **BM** 6 partem *om.* **A** 7 et est] et esi **A**, etsi **Mb** non tamen — eam aliquando *om.* **BM** *(habet Victor quoque)* 8 quae **ABM** *et Victor:* quam *dett. pauci* 9 diximus *Victor* subiecta ut est: nam *Victor* 10 opulentior ē∗si **Bg** accepit **A** 14 inficiationem **A** similitudinem *om.* **B**, *cf. Isid. Etymol. 2, 21, 16 sqq.* 15 admirationem *om.* **M** 17 aditus — mors misera non est *(u. 22) om.* **Ab** 19 quam *om.* **M** 20 et mutatione **B**: ex mut. **M**, emutatione *Spalding; at* et *refertur ad sequens* et translatione 22 tralatione **B**, *ut fere semper*, translationē b 23 a∗ **Bg**, ac b 26 possis **Mb** (possi*m* **A**) 29 itaq. erant **Bg** 30 nominis **A**[1]**b** est id *Victor, ut coni. Spalding:* est et id **ABM**

id, quod ubique, ne crebrae sint, ne palam falsae (quales fre-
quenter ab iis dicuntur, qui haec catholica uocant et, quidquid
pro causa uidetur, quasi indubitatum pronuntiant) et ne passim
et a quocumque dicantur. magis enim decet eos, in quibus est 8
auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. quis enim
ferat puerum aut adulescentulum aut etiam ignobilem, si iudicet
in dicendo et quodammodo praecipiat?

Enthymema quoque est omne, quod mente concepimus, 9
proprie tamen dicitur quae est sententia ex contrariis, propter-
ea quod eminere inter ceteras uidetur, ut Homerus 'poeta',
'urbs' Roma. de hoc in argumentis satis dictum est. non 10
semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad or-
natum: *quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clemen-
tiae laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet
oratio?* non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia,
ut id iniustum appareret, effectum erat. et addita in clausula 11
est epiphonematis modo non tam probatio quam extrema quasi
insultatio. est enim *epiphonema* rei narratae uel probatae
summa adclamatio:

tantae molis erat Romanam condere gentem!

*facere enim probus adulescens periculose quam per-
peti turpiter maluit.* est et quod appellatur a nouis *noëma*, 12
qua uoce omnis intellectus accipi potest, sed hoc nomine dona-
runt ea, quae non dicunt, uerum intellegi uolunt, ut in eum,
quem saepius a ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis,
quod ei pollicem dormienti recidisset: *eras dignus ut haberes
integram manum*: sic enim auditur *ut depugnares*. uocatur 13
aliquid et *clausula*: quae si est, quod conclusionem dicimus,
et recta et quibusdam in partibus necessaria est: *quare prius*

13. ibid. 4, 10. 20. Aen. 1, 33. 21. Cic. p. Mil. 4, 9. 29. p. Lig. 1, 2.

1 ne crebrae **AM** *et corr.* **Bn**: necrere **Bn** *1 m.* nec reb; **Bg** nec palam **Bg** *1 m.* 2 his **A** catholica **Bg** *corr. ex* chalica 3 et (*ante* ne) *del. Spalding, sed Victor quoque habet,* ne *om.* **B** 4 quoque **A** dicatur **B**
decet **ABM** *et Victor:* decent *edd. pleraeque; illud est:* magis decet eos *scil.* dicere eos **A** *corr. ex* mos 7 praeciat **A**, praecidat **a** 8 quoque esť **B**: quodē **A**, que est **M**, quidē **a** concipimus **M** 9 que est **Bn**, q* est **Bg** 14 *acuet* oratio *dis*similis **A** *(om. mediis)* 15 non **Bn** *s. l.* tam per aliud inustum **A** 19 exclamatio *cod. Victoris* (acclamatio *Anecd. Paris. p. 12*) 21 et: facere *malim* quam perturpiter **Mb** 22 a nobis **A**
24 di*cunt* **A** ut uerum **Mb** ut in **Ab**: in **B**, ut **M** 25 quam **B** 26 praecidisset *Burman coll. Amm. Marcell. 15, 12* 27 simul enim *Spalding coll. 9, 3, 38, cf. tamen Gernhard. ad h. l.* 28 quasi est **a** 29 recta *Obrecht:* rectae **Bg**, recte **Bn M**, et recta *om.* **A** peius **B**

de uestro facto fateamini necesse est, quam Ligari culpam ullam reprehendatis. sed nunc aliud uolunt, ut
14 omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aurem. turpe autem ac prope nefas ducunt, respirare ullo loco, qui adclamationem non petierit. inde minuti corruptique sensiculi et extra rem petiti: neque enim possunt tam multae bonae sententiae esse, quam necesse est multae sint clausulae.

15 Iam haec magis noua sententiarum genera: ex inopinato, ut dixit Vibius Crispus in eum, qui, cum loricatus in foro ambularet, praetendebat id se metu facere: quis tibi sic timere permisit? et insigniter Africanus apud Neronem de morte matris: rogant te, Caesar, Galliae tuae, ut felicitatem
16 tuam fortiter feras. sunt et alio relata, ut Afer Domitius, cum Cloatillam defenderet, cui obiectum crimen, quod uirum, qui inter rebellantis fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius adloquens 'matrem tamen' inquit 'pueri sepe-
17 litote'. et aliunde petita, id est in alium locum ex alio translata. pro Spatale Crispus, quam *qui* heredem amator instituerat decessit, cum haberet annos duodeuiginti: 'hominem diui-
18 num, qui sibi indulsit'. facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Senecae in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, cum se periclitatum uideri uellet: saluum me esse adhuc nec credo nec gaudeo. melior, cum ex contrariis ualet: 'habeo quem fugiam, quem sequar non habeo'. 'quid quod miser, cum loqui non posset, tacere
19 non poterat?' ea uero fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clarescit. Trachalus contra Spatalen: placet hoc ergo, leges, diligentissimae pudoris custodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus?

24. habeo etc.] Cic. ad Att. 8, 7, 2. 25. ex or. Cic. in Pisonem? cf. Hieron. ep. 59 ad Oceanum: Pisoniano uitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.

1 pacto **A**[1] ligari] *sic* **AB** 2 illam **A** aliud] illud *Regius* 3 omnis locus **ABM**: *om.* **FT** *et edd. recentt.* 4 illo loco **AMb** quo a -6 tam] eo **A** *in ras.* sententiae *om.* **A** 7 quo **A** *corr.* 8 noua **Bn** *corr. ex* naua 9 bibius **AMb** 11 ad Neronem *Spalding* 12 rogante caesar **A**[1]**BM** 13 alia **M** (alio **A** *sed* o *in ras.*) domiti*us* **A**, domitus b 14 cloatillam **BM**: domi*tillam* **A** *hoc uno loco; cf. Osanni comm. crit. ad lib. X. 2 p. 14 sq.* 15 rebellantes **BMa** sepeliisset **b**, sepellisset **A** 16 sepellit*ote* **A** 17 tralata **B**, translata, ut pro *Regius* 18 qui *addidit Regius* (*contra Obrecht:* instituerat et decessit) 19 duos **A**[1]**M** o hominem **A** *in ras.* 23 ex contrauersis **M** 24 quem **A** *corr. bis ex* quam 25 cum bobus non **M** 27 trahalus contra spatalem **A** o leges *ed. Gryph. ipse malim:* pro leges 28 custos *decumas* **A**

Sed horum quidem generum et bonae dici possunt et malae:
aliae semper uitiosae, ut a uerbo: patres conscripti: sic 20
enim incipiendum est mihi, ut memineritis patrum.
peius adhuc, quo magis falsum est et longius petitum, contra
eandem sororem gladiatoris, cuius modo feci mentionem: ad
digitum pugnaui. est etiam generis eiusdem, nescio an ui- 21
tiosissimum, quotiens uerborum ambiguitas cum rerum falsa
quadam similitudine iungitur. clarum actorem iuuenis audiui,
cum lecta in capite cuiusdam ossa sententiae gratia tenenda
matri dedisset: infelicissima femina, nondum extulisti
filium et iam ossa legisti. ad hoc plerique minimis etiam 22
inuentiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inuentae
facie ingenii blandiuntur. de eo, qui naufragus et ante agro-
rum sterilitate uexatus in scholis fingitur se suspendisse: quem 23
neque terra recipit nec mare, pendeat. huic simile in
illo, de quo supra dixi, cui pater sua membra laceranti uenenum
dedit: qui haec edit, debet hoc bibere. et in luxuriosum,
qui ἀποκαρτέρηϲιν simulasse dicitur: necte laqueum, habes
quod faucibus tuis irascaris: sume uenenum, decet
luxuriosum bibendo mori. alia uana, *ut* suadentis purpu- 24
ratis, ut Alexandrum Babylonis incendio sepeliant: Alexandrum
sepelio: hoc quisquam spectabit a tecto? quasi uero id
sit in re tota indignissimum. alia nimia, ut de Germanis dicen-
tem quendam audiui: caput nescio ubi inpositum, et de
uiro forti: bella umbone propellit. sed finis non erit, si 25
singulas corruptorum persequar formas: illud potius, quod est
magis necessarium.

Duae sunt diuersae opiniones, aliorum sententias solas paene

1 et horum **A** bene **ABM** male **AM**, malle **Bg** 2 aliae *nos:* illae *libri, sed* **A** illo *ex corr.* uitiosae ut *scripsi:* uitiosae aut **BM**, uitiose *uti* uerbo **A**, uitiosae *ed. Camp. et* ς 4 peius **AB**: per eius **Mb** et *om.* **A**^{1} 8 actorem *Spalding:* actorum **A**, auctorem *rell. libri, sed* **Bn** *et 1m.* **Bg** autorem audı **A** 9 lecta e capite *ed. Steph.* lecta capite *cod. Victoris, unde malis* lecta a c. tenendā **BgM**, ossa — tenenda *om.* **Ab** 10 dedissent **A** 11 filium etiam et iam **A** plerisque **A** 12 excussa* **Bg** *1m.* 13 specie *Francius* ingenio **M** 14 sterilitatem **A** 15 neque **ABM**: nec ς recepit **AM** 17 uiuere **Bg** *et 1m.* **A** luxoriosum **A** 18 quiapocarte resim **B**, quia in apoteca frenesim **AMb** simulasse se **Mb**, sim*ulasse dicitur* **A** 19 sūme **BM** 20 ut *add. Regius* suadens **M** 21 babilonis **A**, Babylonis — Alexandrum *om.* **Bn** *et 1m.* **Bg** sepeli*ant **A** 22 sepellio **Mb** (sepel*io* **A**) hos **Bg** *1m.* spectauit **Bg** *1m. et* **M** (specta*bit* **A**) e tecto *edd. uett.* 23 nimimia **Bn** *et 1m.* **Bg** 24 positum a 25 forte **AB** umbone **AM**: uitibone **B**, uerbone b propello **Bn** *et 1m.* **Bg** (propell*it* **A**) 26 singulis **B**^{1} 28 opinionis **A**

sectantium, aliorum omnino damnantium, quorum mihi neutrum
26 admodum placet. densitas earum obstat inuicem, ut in satis
omnibus fructibusque aruorum nihil ad iustam magnitudinem
adulescere potest, quod loco, in quem crescat, caret. nec pictura,
in qua nihil circumlitum est, eminet. ideoque artifices etiam,
cum plura in unam tabulam opera contulerunt, spatiis distin-
27 gunt, ne umbrae in corpora cadant. facit res eadem concisam
quoque orationem: subsistit enim omnis sententia, ideoque post
eam utique aliud est initium. unde soluta fere oratio et e sin-
gulis non membris, sed frustis conlata structura caret, cum illa
28 rotunda et undique circumcisa insistere inuicem nequeant. prae-
ter hoc etiam color ipse dicendi quamlibet claris, multis tamen
ac uariis uelut maculis conspergitur. porro, ut adferunt lumen
clauus et purpurae in loco insertae, ita certe neminem deceat
29 intertexta pluribus notis uestis. quare licet haec et nitere et
aliquatenus extare uideantur, tamen et lumina illa non flammae,
sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris (quae ne
apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut in sole sidera ipsa
desinunt cerni) et, quae crebris paruisque conatibus se adtollunt,
inaequalia tantum et uelut confragosa nec admirationem con-
30 secuntur eminentium et planorum gratiam perdunt. hoc quoque
accedit, quod solas captanti sententias multas dicere necesse est
leues, frigidas, ineptas: non enim potest esse dilectus, ubi nu-
mero laboratur. itaque uideas et diuisionem pro sententia poni
et argumentum, sit tantum in clausula nec male pronuntietur.
31 'occidisti uxorem ipse adulter: non ferrem te, etiamsi repudias-
ses' diuisio est. 'uis scire, uenenum esse amatorium? uiueret
homo, nisi illud bibisset' argumentum est. nec multas plerique
32 sententias dicunt, sed omnia tamquam sententias. huic quibus-

1 sectantium *Spalding:* spectantium *libri*, *cf.* § *30* captanti 2 earum **A** 3 fluctibusque **Mb** *et* **A**[1] (?) aruorum *edd. uett.* arborum **B**, *ramorum* **A**, armorum **Mb** multitudinem **AMb** 4 in quo **A**, *sed* o *ex corr.* operam contulerint **M**, corpora contulerunt *O. Iahn in Philol. XXVI, 12* 6 distingunt **ABn**: distinguit **Bg**, distinguunt ς 7 eandem **B** 11 rutunda **AB** et **Bg** *corr. ex* e circumsisa **b** 13 adferent (adfertur **Mb**) l. clauus et purpurae in l. insertae **BM**, adfert l. cla*uus* purpurae loco inser*tus* **A**, adferunt *corr. Spalding* 15 haec enitere **M** 16 illa flamma est et scintillis **Ab** 18 ut *om.* **b** 20 inequali **A**[1] consecuntur **A**: consequuntur b, consequetur **BM** 22 sentias **B** 23 delectus **Ma**ς de numero *Gesner*, in numero *Gernhard* 25 sit tantum **B**: si tantum **A**, si tamen *Spalding* in claus. nec male *nos:* in clausula et male **B**, in clausulae calce **Ab** *(sed* **A** ecalc *in ras. m. 2)*, in clausula et calce **M**, in de claus. et calde *Spalding*, in cl. et salse *Bonnell* 27 diuisio *est Uis certe* uenenum **A** *malim* nescis (*uel* nescisne) uenenum uenum **Bn** *et 1 m.* **Bg** amatorum **M** 28 *n*ec mult*as* plerique sententias dic*unt* **A**

dam contrarium studium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo uoluptatem, nihil probantes nisi planum et humile et sine conatu. ita, dum timent ne aliquando cadant, semper iacent. quod enim tantum in sententia bona crimen est? non causae prodest? non iudicem mouet? non dicentem commendat? est quoddam genus, quo ueteres non utebantur. 33 ad quam usque nos uocatis uetustatem? nam si illam extremam, multa Demosthenes, quae ante eum nemo. quo modo potest probare Ciceronem, qui nihil putet ex Catone Gracchisque mutandum? sed ante hos simplicior adhuc ratio loquendi fuit. ego 34 uero haec lumina orationis uelut oculos quosdam esse eloquentiae credo. sed neque oculos esse toto corpore uelim, ne cetera membra officium suum perdant, et, si necesse sit, ueterem illum horrorem dicendi malim quam istam nouam licentiam. sed patet media quaedam uia, sicut in cultu uictuque accessit aliquis citra reprensionem nitor. quare, sicut possumus, adiciamus uirtutibus. prius tamen sit uitiis carere, ne, dum uolumus esse meliores ueteribus, simus tantum dissimiles.

Reddam nunc, quam proximam partem dixeram esse de 35 tropis, quos m o d o s clarissimi nostrorum auctores uocant. horum tradere praecepta et grammatici solent. sed a me, cum de illorum officio loquerer, dilata pars haec est, quia de ornatu orationis grauior uidebatur locus et maiori operi reseruandus.

VI. T r o p u s est uerbi uel sermonis a propria significatione in aliam cum uirtute mutatio. circa quem inexplicabilis et grammaticis inter ipsos et philosophis pugna est, quae sint genera, quae species, qui numerus, quis cuique subiciatur. nos omissis, 2 quae nihil ad instruendum oratorem pertinent, cauillationibus, necessarios maxime atque in usum receptos exequemur, haec modo in his adnotasse contenti, quosdam gratia significationis, quosdam decoris adsumi, et esse alios in uerbis propriis, alios in tralatis, uertique formas non uerborum modo, sed et sensuum

---

2 in dicendo **A** *in ras.* 4 enim tandem *malebat Spalding* 5 monet **AM**b: monet **B** non dicentem **A** *in ras.* 6 est **B**: sed **A**, sed est **M**b, at est *Badius* 7 ad quam *Regius:* et ad quam **B**, et quam **A**b, quod **M** illa a 8 multa] utat **A** 9 cicero ciceronem **A** catonē **Bg** 10 adhunc **A**[1], adhuic b, et huic **M** oratio **AM**b eloquendi *malebat Spalding* 13 ueterum **A** 14 istam tam nouam **A** 15 circa **M** 16 si quid poss. *coni. Spalding* possum **Bg** *1 m. ut uidetur* 19 proximam **B**: primam **A**b, primum **M** esse dixeram partem **B** (*non item* b) 20 modos (s *in ras.*) **A**: motus *rell. fortasse ex 9, 1, 2* 23 reseruandus **A**b: seruandus **B**, refrenandus **M** 24 tropos **A** 27 quis **AB**: qui **M**b 28 instituendum *Badius, at cf.* § 28 30 significa*tionis quos*dam **A** 32 tralatis **AB**: translatis **M**

3 et compositionis. quare mihi uidentur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quam in quibus uerbum pro uerbo poneretur. neque illud ignoro, in isdem fere, qui significandi gratia adhibentur, esse et ornatum, sed non idem accidet contra, eruntque quidam tantum ad speciem accommodati.

4 Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentissimus est tum longe pulcherrimus, t r a n s l a t i o n e dico, quae μεταφορά graece uocatur. quae quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoque ac non sentientes ea frequenter utantur, tum ita iucunda atque nitida, ut in oratione quamlibet clara
5 proprio tamen lumine eluceat. neque enim uulgaris esse neque humilis nec insuauis *apte* ac recte modo adscita potest. copiam quoque sermonis auget permutando aut mutuando, quae non habet, quodque est difficillimum, praestat ne ulli rei nomen deesse uideatur. transfertur ergo nomen aut uerbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest aut
6 translatum proprio melius est. id facimus, aut quia necesse est aut quia significantius est aut, ut dixi, quia decentius. ubi nihil horum praestabit, quod transferetur inproprium erit. necessitate rustici 'gemmam' in uitibus (quid enim dicerent aliud?) et 'sitire segetes' et 'fructus laborare', necessitate nos 'durum hominem' aut 'asperum': non enim proprium erat quod dare-
7 mus his adfectibus nomen. iam 'incensum ira' et 'inflammatum cupiditate' et 'lapsum errore' significandi gratia: nihil enim horum suis uerbis quam his arcessitis magis proprium erit. illa ad ornatum, 'lumen orationis' et 'generis claritatem' et 'contionum procellas' et 'eloquentiae fulmina', ut Cicero pro Milone Clodium f o n t e m g l o r i a e e i u s uocat et alio loco se-
8 g e t e m a c m a t e r i e m. quaedam etiam parum speciosa dictu per hanc explicantur:

> h o c f a c i u n t, n i m i o n e l u x u o b t u n s i o r u s u s
> s i t g e n i t a l i a r u o e t s u l c o s o b l i m e t i n e r t e s.

27. c. 13 § 34 et 35. 31. Verg. Georg. 3, 135.

4 erunt **Bg** *1 m.* 7 translationē **A**, tralatione **B** metafora graece uocatur **A** *in ras.* 8 concessa *natur*a **A** 10 qualibet **M** 12 apte ac recte *Christ:* ac (hac **B**) recte **BM**, ac recto **A**, recte *edd.* potent **b** 13 permutando **A** *et Regius:* permittendo **BM**, permutando quae habet *malebat Spalding* aut mutua*ndo* **A**, aut mutuari **B**, aut imitari **M** 14 est diffic. **ABM**: diffic. est ς 16 in quo primum est **AMb** aut proprium **AB**: apud p. **Mb** 17 proprio ** melius (*om.* est) **A** 19 transfertur **M** 21 nos *om.* **A** 23 adfectibus **AMb**: adfectionibus **B** *post* nomen *in* **Bg** *uoc. erasum* nam **M** 25 accessitis **b**, accersītis **AM** erit **ABM**: erat *edd.* 27 lumina **M** 29 materiam **A** 31 minio **b** obtunsior **Ab**: obtusior **BM** 32 arbo **Bg** *1m.* sublimet **b** (sulco*s* *o*blim*et inertes* **A**)

in totum autem metaphora breuior est similitudo, eoque distat,
quod illa comparatur rei, quam uolumus exprimere, haec pro
ipsa re dicitur. comparatio est, cum dico fecisse quid hominem 9
'ut leonem', translatio, cum dico de homine 'leo est'. huius
uis omnis quadruplex maxime uidetur: cum in rebus animalibus
aliud pro alio ponitur, ut de agitatore

gubernator magna contorsit equum ui,

aut [ut Liuius Scipionem a Catone adlatrari solitum refert]
inanima pro aliis generis eiusdem sumuntur, ut classique 10
inmittit habenas, aut pro rebus animalibus inanima:

ferro anne fato moerus Argiuom occidit?

aut contra:

sedet inscius alto
accipiens sonitum saxi de uertice pastor.

praecipueque ex his oritur mira sublimitas, quae audaci et pro- 11
xime periculum translatione tolluntur, cum rebus sensu carenti
bus actum quendam et animos damus, qualis est

pontem indignatus Araxes,

et illa Ciceronis: quid enim tuus ille, Tubero, destrictus 12
in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille
mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum?
duplicatur interim haec uirtus, ut apud Vergilium:

ferrumque armare ueneno,

nam et 'ueneno armare' et 'ferrum armare' translatio est. se- 13
cantur haec in pluris *species*, ut a rationali ad rationale et item de
inrationalibus, et haec inuicem, quibus similis ratio est [et a toto

7. ex Ennii Ann. ut uidetur p. 26 Vahl. 8. Liu. 38, 54, 1. 9. Aen. 6, 1. 11. incerti tragici apud Ribbeckium p. 208. 13. Aen. 2, 307. 18. ibid. 8, 728. 19. p. Lig. 3, 9. 23. Aen. 9, 773.

1 metafora **A** 2 uoluimus **M** 3 est enim cum **M** 5 *in rebus* animalib*us aliud* (aliquid *1 m.?*) *pro* alio **A** 7 cumque gubernator *plenius Diomedes p. 457 ed. Keil.* 8 aut ut **A**: aut **BM** ut Liuius — refert] *haec spuria esse Christ intellexit* 10 inanimata (*om.* ferro) **M** 11 anne *Muretus (Var. lectt. 19, 2):* an **B**, non **AMb**; fato, non ferro *Ribbeck* facto **a** moerus **B**: omerus **A**, emoerus **b**, enio eius **M** argiuum **Mb**, arg*um* **A** 13 stupet *Vergilius* scius **b** 15 praecipue*que* **A**, praecipue **M** horitur **Bg** mira **BM**: *om.* **AFTb** *et edd. recentt.* audaciae proxim*a* periculum (periculo *corr.*) translation*is attollitur* **A**, audacie proxima periculo translationis attollitur **M** 16 tralatione **B**, *item* § *9* tralatio sensis **A**[1] 18 araxer **b**, araxe **M** 20 farsalica **A**, pharsalı qua **b** gladius **Bg** *corr. ex* gaudius 21 arborum **A**[1]**b** 22 publicatus **Mb** ut **A** *et Spalding: om.* **BM** 23 ferrumque *om.* **M** 25 species *addidit Daniel, cf. ad 6, 1, 3 et Charis. p. 274, 6 K.* item *nos:* idem *libri* 26 et haec **AB**: et *om.* **Mb** et a toto et a (a *om.* **A**) partibus **AMb**, toto et partibus **B**, *nos Christo auctore uerba suspecta inclusimus*

et a partibus]. sed iam non pueris praecipimus, ut accepto genere species intellegere non possint.

14 Ut modicus autem atque oportunus eius usus inlustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio complet, continuus uero in allegoriam et aenigmata exit. sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id, de quo modo dixi, saxea est

15 uerruca, et sordidae. non enim, si Cicero recte sentinam rei publicae dixit, foeditatem hominum significans, idcirco probem illud quoque ueteris oratoris: persecuisti rei publicae uomicas. optimeque Cicero demonstrat cauendum, ne sit deformis translatio, qualis est (nam ipsis eius utar exemplis): castratam morte Africani rem publicam, et stercus

16 curiae Glauciam: ne nimio maior aut, quod saepius accidit, minor, ne dissimilis. quorum exempla nimium frequenter deprendet, qui scierit haec uitia esse. sed copia quoque modum egressa

17 uitiosa est, praecipue in eadem specie. sunt et durae, id est a longinqua similitudine ductae, ut capitis niues et

Iupiter hibernas cana niue conspuit Alpes.

in illo uero plurimum erroris, quod ea, quae poetis, qui et omnia ad uoluptatem referunt et plurima uertere etiam ipsa metri necessitate coguntur, permissa sunt, conuenire quidam etiam

18 prosae putant. at ego in agendo nec 'pastorem populi' auctore Homero dixerim, nec uolucres 'per aëra nare', licet hoc Vergilius in apibus ac Daedalo speciosissime sit usus. metaphora enim aut uacantem locum occupare debet aut, si in alienum uenit, plus ualere eo, quod expellet.

19 Quod aliquanto etiam magis de synecdoche dicam. nam

---

6. ignoti tragici p. 218 Ribb. 7. in Cat. 1, 5, 12. 10. de Orat. 3, 41, 164. 18. uersus Furii Bibaculi cf. Hor. Sat. 2, 5, 41. 23. Georg. 4, 59. Aen. 6, 16 et 19.

2 possent **A¹** 3 rationem **A¹** 4 implet *Obrecht* continus **A¹Mb** 5 allegorias **A** *solus, sed s in ras.* et humiles et translationis **Mb** 6 saxa **Mb**, sax*um* **A** 10 quod optime **M** 11 nam *om.* **b**, *ut ipsius* utar **A** utar eius **M** 12 mortē **A¹Bg** 13 curiae *om.* **Ab** gluciam **b** minio **A**, minimo **b** 15 sed et **M** *et dett.* 16 id est **A** *in ras.* 17 ductae — superiectio *(§ 67) haec desunt in* **B** 18 Iuppiter **ς** niue* conspuit alpes* **A**, niues conspuit alpesi **G** 20 refert **G**, *om.* **S** uetere **GMS** me*tri* **A**, meretri **G**, ueteri **S** 21 peruenire **M** 22 prorse putant ad **A¹G** populi auctore **A** *in ras. m. 2* 23 per aëra nare *scripsi praeeunte Burmano* (*is coniecit* per aera nare nec pennis [*uel* alis] nauigare): sperae sanare **G**, pennis remigare **AM**, *sed sic* **A** *m. 2 in ras.* spero sonare **S** hoc] h' **A**, *om. rell. noti* 24 meta*fora enim* **A**, metaro enim **G**, metro enim **S** 25 uacante **GMS** locum occupare **AGMS**: occ. locum *edd.* si in **AS**: sint **G**, si et **M** 26 expellit **MSaς** 27 aliquanto *Regius:* aliquando *libri* etiam] pentiā **AG**, peneiā **a**, potenciam **MS**, pene iam *edd. uett.* paene etiam *Obrecht; loci emendatio incerta est* synecdohe **A¹G**

translatio permouendis animis plerumque signandisue rebus ac sub oculos subiciendis reperta est: haec uariare sermonem potest, ut ex uno pluris intellegamus, parte totum, specie genus, praecedentibus sequentia, uel omnia haec contra, liberior poetis quam oratoribus. nam prosa, ut 'mucronem' pro gladio et 'tectum' 20 pro domo recipiet, ita non 'puppem' pro naui nec 'abietem' pro tabellis, et rursus, ut pro gladio 'ferrum', ita non pro equo 'quadripedem'. maxime autem in orando ualebit numerorum illa libertas. nam et Liuius saepe sic dicit: R o m a n u s p r o e l i o u i c t o r, cum Romanos uicisse significat, et contra Cicero ad Brutum p o p u l o, inquit, i n p o s u i m u s e t o r a t o r e s u i s i s u m u s, cum de se tantum loqueretur. quod genus non orationis 21 modo ornatus, sed etiam cotidiani sermonis usus recipit. quidam synecdochen uocant et cum id in contextu sermonis, quod tacetur, accipimus: uerbum enim ex uerbis intellegi, quod inter uitia e l l i p s i s uocatur:

A r c a d e s a d p o r t a s r u e r e.

mihi hanc figuram esse magis placet, illic ergo reddetur. aliud 22 etiam intellegitur ex alio:

a s p i c e, a r a t r a i u g o r e f e r u n t s u s p e n s a i u u e n c i,

unde apparet noctem adpropinquare. id nescio an oratori conueniat nisi in argumentando, cum rei signum est: sed hoc ab elocutionis ratione distat.

Nec procul ab hoc genere discedit m e t o n y m i a, quae est 23 nominis pro nomine positio, [cuius uis est, pro eo, quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere] sed, ut ait Cicero, hy-

10. in ep. deperdita. 17. Aen. 11, 142. 20. Ecl. 2, 66. 26. Orat. 27, 93.

1 permou*endis* **A** signandisue *nos:* signandis **AG**, signandisque **a**, et sign. **MS** super **G** 2 oculis **AGMS** uariare **MS**: uanare **AG** 3 plures **MSς** 4 liberiora **MS** 5 prorsa **A**[1]**G** 6 domum **A**[1] puppem **AG**: pupū **M**, puppim **Sς** pro naui — gladio *om.* **MS** auietem **A**[1]**G** 8 quadrupedem **MSς** 9 dicit sic **M** 12 orationis m. ornatus **AG**: orationis m. ornat **M**, orationes m. ornat **S** *et edd.* 13 cottidiani **GM** recipit** **A**, recepit **GS** 14 et id cum *Spalding*, cum id (*om.* et) **MS** conextu **AG** (extu **A** *in ras.*) 15 intelligitur **MS** 16 etlipsis **AG**: eclipsis **MSa** uocat' **G** 18 reddentur **a**, redentur **AG**, redditur **MS**, *em. Regius* 19 ex alia **A**, alia **B**, aliud **M**, alio (*om.* ex) *coni. Spalding* (etiam — alio *om.* **S** *in spatio uacuo*) 20 refertur **GS** iuuencum de **G**, iuuenti (*om.* unde) **S** 21 nocte de **GMS** adpropinquiare **A**[1]**G** 22 sed **A**: sic **GM**, si **S** 24 discendit **A**[1], descendit **GMS** 25 nominis pro nomine positio *ed. Aldina:* non ministro nomine positio **AG**, nominis tropus nomine posito **MS** *et dett.* cuius — ponere *glossam esse Spalding probauit* 26 ponere sed **MS**: ponesied **G**, pone*re et* **A** hypallagem **A**, hypallacē **G**, hypalaga esse **MS**

pallagen rhetores dicunt. haec inuentas ab inuentore et subiectas res ab optinentibus significat, ut Cererem corruptam undis, et

receptus
terra Neptunus classes aquilonibus arcet.

24 quod fit retrorsum durius. refert autem, in quantum hic tropus oratorem sequatur. nam ut 'Vulcanum' pro igne uulgo audimus et 'uario Marte pugnatum' eruditus est sermo et 'Venerem' quam coitum dixisse magis decet, ita 'Liberum et Cererem' pro uino et pane licentius, quam ut fori seueritas ferat. sicut ex eo, quod continetur, usus recipit 'bene moratas urbes' et 'poculum
25 epotum' et 'saeculum felix': at id, quod contra est, raro audeat quis nisi poeta: iam proximus ardet Ucalegon. nisi forte hoc potius est, a possessore quod possidetur, ut 'hominem deuorari', cuius patrimonium consumatur: quo modo fiunt innumera-
26 biles species. huius enim sunt generis, cum ab Hannibale 'caesa apud Cannas sexaginta milia' dicimus, et carmina Vergili 'Vergilium', 'uenisse' commeatus, qui adferantur, 'sacrilegium deprehensum', non sacrilegum hominem, 'armorum scientiam
27 habere', non artis. illud quoque et poetis et oratoribus frequens, quo id, quod efficit, ex eo, quod efficitur, ostendimus. nam et carminum auctores

pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,

et

pallentesque habitant morbi tristisque senectus,

et orator 'praecipitem iram, hilarem adulescentiam, segne otium' dicet.

2. Aen. 1, 177. 4. Hor. de art. poet. 63. 13. Aen. 2, 311. 23. Hor. Carm. 1, 4, 13. 25. Aen. 6, 275.

1 rethores **a**, rethorices **A** (?) **GM**, rhetoricei **S** inuentas **A**: inuenta **GMS** subiectas *res* **A**, subiecta est **GM**, subiecta **S** 2 cere*rem **A**, cere ire **G** 6 retrorsum **A**: retror **G**, rector **S**, retro **M** *et dett.* hic **A** (*sed* h *e corr.*) *ut coni. Wolff:* dicit **G** (it *1 m. punct.*), dicunt **M**, dictus **S** 7 uulganum **G** uolgo **AG**, non uulgo *coni. Heindorf ad Hor. Sat. 1, 5, 71* audiuimus **AGMS**, *em. Francius* 9 magis dixisse **M** decet **AMS** (ecet **A** *in ras.*): dicet **G** 10 licentius **AS** (*sed* ius **A** *in ras.*): licentibus **GM** ut *om.* **M** fori seueritas **a**: foris ueritas **AGS**, foris se ueritas **M** 11 recepit *malim* 12 ad **A¹GM** quod *om.* **G** 13 poetam **A¹G** ucalegon **M**: ucalego **AGS** 16 cesa (caesa **a**) et (ut **S**) apud tragicos aegialeo (aeg. *om.* **M**) apud cannas sexaginta (cannas exag. **A¹G**) **AGMS**; *uerba* et apud trag. aegialeo *inculcata sunt ex § 35* 17 Vergilium **AG** *et Gernhard: om.* **MS** *et dett* 18 uenis **G**, uenus **MS** adferatur **GS**, aufferatur **M** depensum **S** 19 sacrilegum hominem *Spalding:* sacrilegium*** **A**, sacrilegium non **GMS**, sacrilegum **a** 20 *et ora*toribus **A**, et *om.* **G** 21 id] cum **S** quod efficit **AG** *ut coni. Spalding:* qui efficit **MS**

Est etiam huic tropo quaedam cum synecdoche uicinia. nam 28
cum dico 'uultus hominis' pro uultu, dico pluraliter, quod singulare est, sed non id ago, ut unum ex multis intellegatur (nam id est manifestum), sed nomen immuto: et cum aurata tecta 'aurea', pusillum a uero discedo, quia non est nisi pars auratura. quae singula persequi minutioris est curae etiam non oratorem instruentibus.

Antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit, poetis utro- 29
que modo frequentissima, et per epitheton, quod detracto eo, cui adponitur, ualet pro nomine 'Tydides, Pelides', et ex his, quae in quoque sunt praecipua:

diuum pater atque hominum rex.

[et ex factis, quibus persona signatur: thalamo quae fixa
reliquit impius.] oratoribus etiamsi rarus eius rei, nonnullus 30
tamen usus est. nam ut 'Tydiden' et 'Peliden' non dixerint, ita dixerint 'impios et parricidas' **. 'euersorem' quoque 'Karthaginis et Numantiae' pro Scipione et 'Romanae eloquentiae principem' pro Cicerone posuisse non dubitem. ipse certe usus est hac libertate: non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister: neutrum enim nomen est positum et utrumque intellegitur.

Onomatopoeia quidem, id est fictio nominis, Graecis inter 31
maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. et sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt aptantes adfectibus uocem: nam 'mugitus' et 'sibilus' et 'murmur' inde uene-

12. Aen. 1, 65. 13. ib. 4, 495. 19. Cic. p. Mur. 29, 60.

2 uultus **MSa**: uultum **AG** 4 nomina **MS** immuto *edd. uett.* multa **AGMS** 5 a uero *Badius:* ab eo **GMS**, ab ea **A** est nisi *Badius:* est **AS**, *sed* **A** *cum rasura*, ēē **GM** aurature **S**, aurata *edd. uett.* 6 singula persequi **A**: singulae (-lo **S**) neque **GMS** 7 oratore **GM** 8 ponit — pro nomine *om.* **M** 9 quod **AG** *ut coni. Spalding:* quia *dett.* 10 tydiades **G**, *sed* a *punct.* ex *om.* **GM**, et ex *om.* **S** 11 quae in quoque *ed. Jensoniana:* quae quoque **AG**, quoque **MS**, *unde conicias* quae cuique, *cf. tamen 8, 2, 11* 13 et ex — impius] *haec auctore Christo inclusimus; nam nec tertium post illud* utroque modo *(u. 8) exspectatur, nec exemplum ipsum quadrat, iterum epitheton inferens* signatus **A**[1] 15 peliden **AS** (**A** liden *in ras.*): pelidē **G**, pelidem **M** non dixerit **AGM**, non dixerunt **S** 16 ita dixerint **G**: i. dixerit **A**, i. dixerunt **MS**ς impios et parricidas *Spalding:* impius (inprimis **S**) et parricida **AGMS**, impium et parricidam *ed. Camp. et* ς; *deinde nos signum lacunae posuimus, hoc fere intercidisse statuentes* pro Caesaris interfectoribus carthaginis **G** 17 scipione **A**, spisitione **G** 18 cicerorē **G** dubite *uel* dubitem *(ut coni. Francius)* **A**: ducite **G**, licite **S**, dubitet **Ma**, dubitent ς; potuisse (*sc.* dicere eos) non dubitem *Spalding* 19 ac **A**[1] 20 est **A** *corr. ex* es 21 et utrumque et **GS** 22 anomatopeia **GS**, *om.* **M** fectio **G** 23 at sunt *malebat Capper. ipse malim:* sed sunt 24 ab his **AGMS** 25 sibillus **A**[1], sybilus **G**, sybulus **M**

32 runt. deinde, tamquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa cotidie ab antiquis ficta moriantur. uix illa, quae πεποιημένα uocant, quae ex uocibus in usum receptis quocumque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt 'sullaturit' et 'proscripturit', atque 'laureati postes' pro
33 illo 'lauru coronati' ex eadem fictione sunt. sed hoc feliciter eualuit † adoinoia et uio eo ferimus in graecis ocoeludituinobono eo dure etiam iungere arqui tollentem et uidere septentriones uidemur.

34 Eo magis necessaria catachresis, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum accommodat, quod in proximo est, sic:

> equum diuina Palladis arte
> aedificant,

35 et apud tragicos † 'aegialeo paret' at pater. similia sunt haec: 'acetabula' quidquid habent et 'pyxides' cuiuscumque materiae sunt et 'parricida' matris quoque aut fratris interfector. discernendumque est hoc totum a translatione genus, quod abusio est, ubi nomen defuit, translatio, ubi aliud fuit. nam poetae solent abusiue etiam in his rebus, quibus nomina sua *sunt*, uicinis
36 potius uti, quod rarum in prosa est. illa quoque quidam catachresis uolunt esse, cum pro temeritate 'uirtus' aut pro luxuria

5. Cic. ad Att. 9, 10, 6. 13. Aen. 2, 15. 15. ex Pacuuii Medo?

1 consummata *Badius:* consumpta *libri* generale **GM** 2 audemus *om.* **G** *1 m.* cottidie **AGM**, quottidie **S** 3 ΠΕΠΟΙΚΜΕΝΑ **AG**, *em. in ed. Aldina* in usu **A**, *unde Zumpt* usu (*sine* in), *at cf. 5, 11, 20. 8, 6, 2* 5 sunt ut **AG**, *fort.* sunt illa (sunt usu laturi **MS**) postes **a**: potes **AG**, ponentes **MS** 6 lauru **A**: lauro **GMS**ς eade A^1**G** 7 adoinoia — uidemur] *sic* **AG** *et fere* **MS**, *nisi quod in* **GMS** *post* in graecis *additum est* obidius; *emendandi conatus de loco desperato uide sis in edit. Spaldingiana* 8 arqui **Ga**, **qui **A**, qui **M** 10 catacheresis **G**, cathacresis **M**, cathaheresis **S** 11 abusione A^1**G** acomodant qui **M** 12 sic — arte *Badius:* si caecum (cerum **S**) ogra putant **AGMS** 14 edificant **AMS** 15 trigicos A^1**G** aegialeo (aialeo **M**) paret at pater **AGM**, etiam leo paret At pater sunt **S**, et iam leo pariet: at pater est *Badius et* ς; *si hariolari licet, diuinaui:* 'Aeeta Aegialeum parit': at est pater, *ut sit locus ex Pacuuii Medo, cf. Cic. de deor. nat. 3, 19, 48 et Ribbeck. Rell. tragg. p. 293 sqq.* similia *Gesner:* mille *libri* sunt et haec *Gesner* 16 acetabula **AGM**: acceptabula **S**, et acet. ς habent *Gallaeus:* habet *libri* pisides **A**, pissides **G**, spissides **M**, possides **S**, *em. Regius* 18 a translatione genus *Regius incerta emendatione:* translationis istud genus **AGMS**; 'istud *natum suspicor ex male repetita syllaba* is. *Et ferri hoc posse censeo, ut* genus translationis *dicatur* abusio, *quae mox ab ipsa* translatione *discernitur.*' Spalding quod **AGMS**: qui **T**, *unde Spalding et eum secuti* quia 19 po*etae* **A**, poeti **G** 20 sua sunt **S**: sua **GM**, su*nt* **A** 21 prorsa A^1**G** illas *Francius* cata*ch*resis **A**, catacheresis **GS**, catacresis **M**

'liberalitas' dicitur. a quibus equidem dissentio: namque in his non uerbum pro uerbo ponitur, sed res pro re. neque enim quisquam putat luxuriam et liberalitatem idem significare, uerum id, quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium sit haec esse diuersa.

Superest ex his, quae aliter significant, **metalepsis**, id 37
est **transumptio**, quae ex alio tropo in alium uelut uiam praestat ** et rarissimus et inprobissimus, Graecis tamen frequentior, qui Centaurum, qui Χείρων est, Ἤccονα et insulas ὀξείας θοὰς dicunt. at nos quis ferat, si Verrem 'suem' aut Aelium Catum 'doctum' nominemus? est enim haec in metalepsi na- 38
tura, ut inter id, quod transfertur et in quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed praebens transitum: quem tropum magis adfectamus, ut habere uideamur, quam ullo in loco desideramus. nam id eius frequentissimum exemplum est 'cano canto', 'canto dico', ita 'cano dico': interest medium illud 'canto'. nec diutius in eo morandum: nihil enim usus 39
admodum uideo nisi, ut dixi, †in comoedis.

Cetera iam non significandi gratia, sed ad ornandam et 40
augendam orationem adsumuntur. ornat enim **epitheton**, quod

9. Hom. Od. 15, 299.

1 equidem *nos:* haec quidem **GMS**, *ego* quid*em* **A**, *sed* ego *m. 2 in ras.* disse*nt*io **A**, dissencio **M**, dissensio **G** (dissonantius sunt quod in his **S**) 3 putat** (et **a**) luxuriam et liberalitatem **A**, putat ex (et **M**) luxuria et (ut **M**) liberalitate **GM**, putat quisquam et luxuriam et libertatem **S** id est **G** 4 fit **A**: sit **GMS** 6 metalemsis **AG**, metalempsis **M**, methalensis **S**, milempsis **P** *(= Anecd. Paris. p. 20), qui totum locum habet usque ad uerba* cano dico *u. 16* id est **AS**: item **G**, *om.* **M** 7 transsumptio **AM**, transmutatio **G** alium **AP** (m **A** *in ras.*): aliut **G**, aliud **MS** 8 praestat, tropus et rar. *ed. Aldina*, praestat. eius usus est in homonymis, set rarissimus *Christ* et inprobissimus **G**: *et im*probissimus **A**, et inperuissimus **P**, et improbus **S**, et in propriis **M**, et maxime improprius *edd. cf. 7, 1, 61* 9 qui Centaurum *Regius:* quianatrum **P**, qua (quia **S**) scient aurum **AGMS** qui chiron est **P**: qui hirori est **AGM**, qui haroriem **S** ἥccοnα *Meister (coll. Tryphone* περὶ τρόπων, *Rhett. gr. ed. Speng. 3, 193):* hoccona **AGM**, hoc cana **S**, hippon **P** insulas oxiaś thoas **P**: insulā (insula **G**) εμψιαcθόοαc **AG**, insule *cum lacuna* **MS**, *cf. Strab. 8, 3 § 26 p. 351 C*
10 at nos *Eckstein:* ad nos **P**, nos **AGMS**ς aelium catum **P**: aelium **AG**, lelium **MS**ς 11 metalemsi **AGMS**, melimpsi **P** 12 id quae **P** et in quod transfertur *nos:* et in quo transfertur **P**, et id quo t. *Eckstein, om. libri Quintil. et edd.* 14 qui illo in loco **P** 15 desideremus **MS** 16 cano canto, canto dico *Christ:* cano canto dico **AG**ς, cano canto **P**, raro (caro **S**) canto dico **MS** ita] et **P** cano dico **A**: canto dico **P**, canonico **GS**, cano **M** 17 illud canto **a**: illud cano **AGMS** (exemplum 'canto dico', interest medium 'cano' *coni. Spalding*) nihil enim usus a. uideo nisi *Regius:* innisi (nisi **MS**) usus a. uideo nihil **AGMS** 18 in comoedis **A**, in comedis **G**, in comediis **MS**, in mediis ς *ex inepta Regii coniectura,* in homonymis *Christ, si superior emendatio (u. 12) uera sit* 19 non **G** *s. l. 1 m.* ornandam et *Spalding:* ornandamñ **AG**, ornandum **M**, ornandum non ad **S** 20 ornata **A**[1]**G**

recte dicimus adpositum, a nonnullis sequens dicitur. eo poetae et frequentius et liberius utuntur. namque illis satis est conuenire id uerbo, cui adponitur, itaque et 'dentes albos' et 'umida uina' in his non reprehendemus: apud oratorem, nisi aliquid efficit, redundat. tum autem efficit, cum sine illo id, quod dicitur, minus est, qualia sunt: 'o scelus abominandum, o defor-
41 mem libidinem'. exornatur autem res tota maxime translationibus: cupiditas effrenata et insanae substructiones. et solet fieri aliis adiunctis epitheton tropus, ut apud Vergilium turpis egestas et tristis senectus. uerumtamen talis est ratio huiusce uirtutis, ut sine adpositis nuda sit et uelut incompta
42 oratio, oneretur tamen multis. nam fit longa et impedita, †ut in quaestionibus eam iungas similem agmini totidem lixas habenti quot milites, cui et numerus est duplex nec duplum uirium. quamquam non singula modo, sed etiam plura uerba adponi solent, ut

coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

43 sed hoc quocumque modo: duo uero uni adposita ne uersum quidem decuerint. sunt autem, quibus non uideatur hic omnino tropus, quia nihil uertat. nec est semper, sed id quod est adpositum, si a proprio diuiseris, per se significat et facit antonomasiam.

4. 'umida uina' Verg. Georg. 3, 364. 8. Cic. in Cat. 1, 10, 25. p. Mil. 20, 53. 10. Aen. 6, 276 et 275. 17. ib. 3, 475.

1 consequens **P** *(qui p. 10 paragraphos 40—43 excerptas habet) haud scio an recte, sed pro recepta lectione stare uidetur locus Varronis de l. l. 8, § 12:* utriusque generis et uocabuli et uerbi quaedam priora, quaedam posteriora, priora, ut homo, scribit, posteriora, ut doctus et docte: dicitur enim homo doctus et scribit docte. 2 et *prius om.* **P** illis **P** *et Regius:* illi **AGMS** sat **P** 4 umida **A**: humida **GMPSa** his **PS**: hiis **AGM** deprehendemus **A**[1]**G**, reprehendas **P**, prehendemus **S**, conprehendemus **M** 5 efficit *Francius:* effecit **P**, efficitur **AGMS**ς in praereduntatum autem **P** efficit cum **P**: efficitur **AGMS**, efficitur si **a**ς illa id qui dicitur **P**, illo quod dicitur **AGMS**ς 6 abhominandum **A**[1]**GMS** 7 exornatus **AGM** 8 insanatae **AGM**, insacietate **S** 9 alis **A**[1]**G** tropus **S**: tropis **AGM** 11 incomta **G** 12 oratio oneretur **a**: oratione retur **AG**, oratione **MS** longa et impedita **a**: locanetiā pedita **G** *et ut uidetur* **A**, loca etiam impedita **MS**, lenta et i. *Burman* uti (ut in **MS**) questionibus eam iungas **AGMS**; impedita, quam tu dicas similem *Spalding tentauit*, ut in quaestionibus eam indices *uulgo; nobis sententia hoc fere requiri uidetur:* si nimium frequentibus (*sc.* adpositis) eam iungas 14 quod **A**[1]**G** qui et **AG**, quoque et **MS**, cui — uirium *Spaldingio ut glossema suspecta* minerus **G** uirium **a**: uirum **AG**, uerum **MS** 15 tantummodo **P** opponi **A**[1]**G** 17 coniugatio **A**[1]**G** anchisa **P**: anchisae **AG**, anchise **MSa** dignitate **AGMS** 18 quocumque modo: duo uero *Spalding:* quoque modo duo uero **AG**, quoque modo dua (modico duo **S**) uerba **MS**, sed hoc modo duo uerba *Bonnell* 20 nec est *Spalding:* necesse est *libri* sed id quod est **P**: sed cum id est (idē **G**) **AG**, sed idem **M**, cum idem **S**ς 21 si ad **G** diuiseris **A** (diuider** *1 m.*), diuidas **P**, diuersis **M**, uideret *(sic)* **GS** per se nihil significat **P**

nam si dicas 'ille qui Numantiam et Karthaginem euertit', erit antonomasia, si adieceris 'Scipio', erit adpositum: non potest ergo esse seiunctum.

Allegoria, quam inuersionem interpretantur, aut aliud 44
uerbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. prius fit genus plerumque continuatis translationibus, ut

O nauis, referent in mare te noui
fluctus: o quid agis? fortiter occupa
portum,

totusque ille Horati locus, quo nauem pro re publica, fluctus et tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit. tale Lucreti 45

auia Pieridum peragro loca,

et Vergili

sed nos inmensum spatio confecimus aequor,
et iam tempus equum fumantia soluere colla.

sine translatione uero in Bucolicis: 46

certe equidem audieram, qua se subducere colles
incipiunt mollique iugum demittere cliuo,
usque ad aquam et ueteris iam fracta cacumina fagi,
omnia carminibus uestrum seruasse Menalcan.

hoc enim loco praeter nomen cetera propriis decisa sunt uerbis, 47
uerum non pastor Menalcas, sed Vergilius est intellegendus. habet usum talis allegoriae frequenter oratio, sed raro totius, plerumque apertis permixta est. tota apud Ciceronem talis est:

7. Hor. Carm. 1, 14, 1. 13. Lucr. 4, 1. 15. Georg. 2, 541. 17. Buc. 9, 7. 25. ex oratione ignota.

1 num. et karthaginem **M**: et *om.* **AGS**, carthaginem et num. **P**, *qui ordo uerus uidetur cf.* § *30* erit **P**: *om.* **AGMS** 2 antonomasia adieceris **P**, antonoma si adieceris **A**, antomasiadieceris **G**, anthonomasia sed adieceris **M**, anthomosiam dixeris **S**, antonomasia est si adieceris **a**ς erit **P**: *om.* **AGMS** 3 esse seiunctum *Christ et Heinisch:* esse iunctum *libri* (non esse iunctum *Regius*) 4 allegoriam **MS**, adlegoriam **AG**, ad allegoriam **a**, At ἀλληγορία ς quam **MS**: quod **AG** interpretantur **MS**: interpretatur (-at' **A** *1 m.*) **AG** aut *Spalding:* ut **AGMS**, et **a** 5 ostenditā etiam **GS**, ostendat aut etiam **M** inter **A**[1]**G** 6 ut o **A**: uno **GS**, uro **M** 7 noui **S**: noui** **A**, noui et **GM** 8 agis **AMS** (gis **A** *in ras.*): acis **G** occupa **a**: accipe **A**(?)**GMS** 10 orati **AGS**, oracii **M** nauim **M** pro rep̄ **a**: prorer **AG**, pro **M** (pro — pace atque *om.* **S**) fluctus et **a** *et Spalding:* fluctu **AGM**, fluctuum *edd. uett.* 12 dicit tale **A** *in ras. m. 2* lucretia uia **G**, lucrecia inuia **M**, lucrecius in uia **S** 13 pieridum **MS**: pieridium **AG** 14 uirgilius **S** 15 spatio **S**: spa*ciis* **A**, spaci **G**, spacii **M** 16 *equum* fumantia* **A**, quem fumantiae **G** 18 quidem **A**[1]**GMS** 19 dimittere **AGMS** 20 iam fracta **a**: fr*** **A**, freta **G**, confracta **S**, consumta **M** 21 menalcan **a**: menalca **AGM**, menalcam **S** 24 frequentior **AGMS**, *em. in edd. uett.* 25 est tota **A** *in ras. uetere*

hoc miror, hoc queror, quemquam hominem ita pes-
sumdare alterum uelle, ut etiam nauem perforet, in
48 qua ipse nauiget. illud commixtum frequentissimum: equi-
dem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat
fluctibus contionum semper Miloni putaui esse sube-
undas. nisi adiecisset 'dumtaxat fluctibus contionum', esset
allegoria: nunc eam miscuit. quo in genere et species ex arces-
49 sitis uerbis uenit et intellectus ex propriis. illud uero longe
speciosissimum genus orationis, in quo trium permixta est gratia,
similitudinis, allegoriae, translationis: quod fretum, quem
euripum tot motus, tantas, tam uarias habere credi-
tis agitationes, commutationes, fluctus, quantas per-
turbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum?
dies intermissus unus aut nox interposita saepe et
perturbat omnia et totam opinionem parua nonnum-
50 quam commutat aura rumoris. nam id quoque in primis
est custodiendum, ut, quo ex genere coeperis translationis, hoc
desinas. multi autem, cum initium a tempestate sumserunt,
incendio aut ruina finiunt, quae est inconsequentia rerum foedis-
51 sima. ceterum allegoria paruis quoque ingeniis et cotidiano
sermoni frequentissime seruit. nam illa in agendis causis iam
detrita 'pedem conferre' et 'iugulum petere' et 'sanguinem
mittere' inde sunt, nec offendunt tamen: est enim grata in
eloquendo nouitas et emutatio, et magis inopinata delectant.
ideoque iam in his amisimus modum et gratiam rei nimia capta-
52 tione consumsimus. est *et* in exemplis allegoria, si non prae-
dicta ratione ponantur. nam ut 'Dionysium Corinthi esse', quo
Graeci omnes utuntur, ita plurima similia dici possunt. sed

---

3. p. Mil. 2, 5. 10. p. Mur. 17, 35.

1 queror quenquam **A**, quaerorq. quam **G**, querorq. quemquam (quamquam **M**) **MS** 2 uelle **A** (*sed* lle *in ras. maiore*), uer. l. le (*sic*) **G**, uerbis uelle **S**, uerbis nolle **M** 3 cū mixtum **GM** 4 procellel **G** 5 semper — contionum *om.* **G** *1 m.* 6 adiecisset **AS** (*sed* **A** isset *in ras.*): adiectis sed **GM** fluctibus *om.* **AS** contionum *om.* **M** esset allegoria **a**: esse (*om.* **S**) allegoriam **AGMS** 7 quo **MSa**: quod **AG** 8 uero **G** *s. l. m. 1*
10 allegoriae **a**: allegoria et **AG**, allegorie et **MS** 11 uaris **A**[1]**G** 12 agitationes fluctuum *Madvig* 14 unus *om. libri Tulliani* nox **a**: nos **AG**, uox **MS** saepe et **AGS**: et *om.* **M** *et libri Tulliani* 15 parua **S**: paruo **AGM** 16 aurarum horis (h *punctata*) **G**, aura romoris **M** 17 ut] tu **G** translationis ceperis **M** in hoc *malebat Spalding* 18 a tempestate **MS**: tempestatem **AG** sumserunt **A**: sumpserunt **GMS** 20 cottidiano **AGM**, quottidiano **S** 25 nimia **Sa**: nimiam **AGM** 26 consumsimus **A**: consumpsimus **GMS** et *addidit Spalding* si] sed **S** non praedicta **M**: prae non dicta **AG**, pro non dicta **a**, p̄ dicta **S** 27 ponatur **Ma** dionisium **A**, dyonisium **GM** 28 sed *Spalding:* haec *libri*

allegoria, quae est obscurior, aenigma dicitur, uitium meo
quidem iudicio, si quidem dicere dilucide uirtus, quo tamen et
poetae utuntur:

dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
tris pateat caeli spatium non amplius ulnas?

et oratores nonnumquam, ut Caelius quadrantariam Clytae- 53
mnestram, et in triclinio coam, in cubiculo nolam. nam-
que et nunc quidem soluuntur et tum erant notiora, cum dice-
rentur, aenigmata sunt tamen: nam et cetera, si quis interpre-
tetur, intellegas.

In eo uero genere, quo contraria ostenduntur, ironia est: 54
inlusionem uocant. quae aut pronuntiatione intellegitur aut
persona aut rei natura: nam si qua earum uerbis dissentit, ap-
paret diuersam esse orationi uoluntatem. quamquam in pluri- 55
mis id tropis accidit, ut intersit, quid de quoque dicatur, quia
quod dicitur alibi uerum est. et laudis adsimulatione detrahere
et uituperationis laudare concessum est: quod C. Verres,
praetor urbanus, homo sanctus et diligens, subsor-
titionem eius in codice non haberet. et contra: ora-
tores uisi sumus et populo inposuimus. aliquando cum 56
inrisu quodam contraria dicuntur iis, quae intellegi uolunt, quale
est in Clodium: integritas tua te purgauit, mihi crede,
pudor eripuit, uita ante acta seruauit. praeter haec 57
usus est allegoriae, ut tristia dicamus mollioribus uerbis urba-

4. Verg. Ecl. 3, 104. 17. Cic. p. Cluent. 33, 91. 19. cf. § 20.
22. ex or. in Clod. et Cur.

---

1 allegoriae A[1] G enigma MS, enigra A(?)G, et nigra a 4 et eris *om.* G, *item* A[1] *ut uidetur* magn*us* A 5 tris *mei* (*sed* G *in marg.*): tres ς pateat Sa: pateant AGM spatius A[1]G 6 celius S, caecilius AGM quadratariam AM, quadratoriam GS clytemestram AGMS 7 coam *om.* S cubiculo MS: cubilo AG nolo S; in tricl. choam, in cubiculo cotylam *Nolte in Philol. 23 p. 46* 8 quid*em so*luuntur A, quedam soluitur S, quaedam soluuntur *edd. uett.* 9 nam et c. si quis *Christ:* non et cetera si quis AGM, nec ea nisi quis Sς interpret*et*ur A 11 quo (o *in ras.*) A, quae G 13 si qua earum AMS (*sed* earum A *in ras. m. 2*): sique arum G 14 esse A *in ras.* 15 quoque *Zumpt:* quoquo AG, quo MS 16 adsimulatione *Spalding:* autem (aūτ) simulatione AG, aut simulatione (-ni M) MS 17 est *om.* M 19 eiius A in codice AG: in eo dicere MS, in eo codice ς 20 cum inrisu AGM: cum risu S *et edd.* 21 quaedam *Francius* uolu*nt* A quale est in A *in ras. m. 2*, quaē id G, quem ad M, quemadmodum in *edd. priores*, *item* S *sed sine* in 24 allegorie S, allegoria A[1]GM tristia AS (*sed* A tia *in ras.*): tristitia GM mollioribus *Werlhofius:* melioribus *libri*, *cf. 9, 2, 32* urbanitatis *Gesner:* aut bonae (e A *in ras.*) rei *libri: cf. Charis. p. 276 K.* asteismos est allegoria cum urbanitate *et Diom. p. 463 K.*

nitatis gratia aut quaedam contrariis significemus aut *** ut exta cocta numerabimus. haec si quis ignorat quibus Graeci nominibus appellent, σαρκασμόν, ἀστεϊσμόν, ἀντίφρασιν,
58 παροιμίαν dici sciat. sunt etiam qui haec non species allegoriae, sed ipsa tropos dicant, acri quidem ratione, quod illa obscurior sit, in his omnibus aperte appareat quid uelimus. cui accedit hoc quoque, quod genus, cum diuiditur in species, nihil habet proprium, ut arbor pinus et olea et cupressus, et ipsius per se nulla proprietas, allegoria uero habet aliquid proprium. quod
59 quo modo fieri potest, nisi ipsa species est? sed utentium nihil refert. adicitur his μυκτηρισμός, dissimulatus quidam, sed non latens derisus.

Pluribus autem uerbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, periphrasin uocant, circumitum quendam eloquendi, qui nonnumquam necessitatem habet, quotiens dictu deformia operit, ut Sallustius 'ad requisita natu-
60 rae', interim ornatum petit solum, qui est apud poetas frequentissimus:

tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
incipit et dono diuum gratissima serpit.

61 et apud oratores non rarus, semper tamen adstrictior. quidquid enim significari breuius potest et cum ornatu latius ostenditur,

---

16. in Hist. libris. 19. Aen. 2, 268.

---

1 aut quaedam **AG**: aut *om.* **MS** *et dett.* significemus aut *nos:* significemus aliud (aliut **A**[1]) *libri* ** ut exta cocta numerabimus *Freund (in Ann. philol. 1835 uol. 13, 291)*: textum spectaco (specta que **M**) et enumerauimus (anumerauimus **GM**) **AGM**, textuque et enumeramus **S**; *intercidit paroemiae descriptio sic fere ex Charisio explenda:* aut uulgare prouerbium cum aliqua diuersitate usurpemus (*uel cum Diomede* aut uulgare prouerbium rebus temporibusque accommodemus); *cf. Tryph. de tropis 25:* Παροιμία ἐστὶ λόγος εἰρημένος ἐν ἀρχῇ πρὸς ἕτερον, λεγόμενος δὲ ὑφ' ἡμῶν κατ' ἀνακύκλησιν πρός τινα τῶν ὁμοηθῶν. 3 appellant **M** CAPKACMωN **AG** 5 dicunt **MS** 6 accidit **AGMS**, *em. Regius* 7 diuiditur **M**: diuinatur **AG**, diuidatur **Sa** 8 cupressus **a**: cipressus **S**, cupressum **AG**, cypressum **M** *fort.* et ipsi est 9 quod quo **a**, *ut coni. Regius:* quoque **AGM**, quo quo **S** 10 nisi ipsa **A**: in ipsas **GMS** utentium **A** *ut coni. Spalding* (*sed* **A** -tium nihil refert *in ras. uetere*): utentum **G** *corr. 1 m. ex* utendum, ad utendum **MS** 11 is **A**[1] MYKTHPICMOC *Regius:* misteriis **A**, ministeriis **GMS**, *cf. Charis. p. 284 K.* dissimulatus **A** *et Spalding:* modus simulatus **S**, modis simulatur **GM** quidem **GMS** 13 quid **A**[1] 14 dici **A** *in ras.* potenst **G**, potens **M** perifrasin **A** circumitum **A**: circuitum *rell.* 15 quendam **A**: qñ **G**, *om.* **MS** eloque*ndi qui nonnũ*quam **A** 16 operit **Sa**: operi **AGM** ad requisita **a**: areliqua sita **G**, arequisita **M**, at reliqua sunt **S** (*lectio* **A** *ignoratur*); *plenius exstat exemplum in Pompeii comm. art. Donati p. 293 K.* profectus quidam Ligus ad r. naturae 21 oratoris **A**[1]**GM** quodquid **G**, quiquid **A**, quicquid **Sa**

periphrasis est, cui nomen latine datum est non sane aptum orationis uirtuti circumlocutio. uerum hoc ut, cum decorem habet, periphrasis, ita, cum in uitium incidit, περιccoλoγία dicitur: obstat enim quidquid non adiuuat.

Hyperbaton quoque, id est uerbi transgressionem, quo- 62
niam frequenter ratio compositionis et decor poscit, non immerito inter uirtutes habemus. fit enim frequentissime aspera et dura et dissoluta et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui uerba redigantur, et, ut quodque oritur, ita proximis, etiamsi
uinciri non potest, alligetur. differenda igitur quaedam et prae- 63
sumenda, atque ut in structuris lapidum inpolitorum, loco quo conuenit quodque ponendum. non enim recidere ea nec polire possumus, quo coagmentata se magis iungant, sed utendum iis,
qualia sunt, eligendaeque sedes. nec aliud potest sermonem 64
facere numerosum quam oportuna ordinis permutatio, neque alio ceris Platonis inuenta sunt quattuor illa uerba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piraeum se descendisse significat, plurimis modis scripta, †quod eum quoque maxime facere experire-
tur. uerum id cum in duobus uerbis fit, anastrophe dicitur, 65
reuersio quaedam, qualia sunt uulgo 'mecum, secum', apud oratores et historicos 'quibus de rebus'. at cum decoris gratia traicitur longius uerbum, proprie hyperbati tenet nomen: animaduerti, iudices, omnem accusatoris orationem in

22. Cic. p. Cluent. § 1.

1 *et* 3 perifrasis **AGS** est **A** *in ras.* est — aptum *om.* **G** *1 m.* datum — aptum *om.* **S** 2 hoc ut cum decorem habet **S** *et edd. uett.* hoc ut decere (dicere **M**) habet **AGM**; *uerum uidetur:* hoc cum d. habet periphrasis, cum in uitium *etc.* 3 ita cum in uicium incidit **A** *2 m. in rasura duplo maius spatium habente*, ita cum in uitium indit *sic*) **G** *bis scripta habet* perisologia (-giam **G**) **AGMS** 4 quidquid **A**: inquid quid **G**, inquit quod **M**, inquit **S** 5 quam *Regius* 6 compositionis *Daniel:* comparationis *libri* 7 fit **MS**: sit **AG** 9 quodque **Sa**: quoque **AGM** priximis **A** 10 uinceri **A**[1]**G** resumenda *Nolte in Philol. 23 p. 46* 11 ut *om.* **G** *1 m.* inpolitor **AG**, impolitor **M**, impolitior **Sa**, impolitiorum *Regius* 12 quodque **a**: quoque **AGM** (quisque ponendus **S**) 13 coagmentata **a**: coagmenta **AG**, quo augmenta **S**, agmentata **M** is **A**[1] 14 sermonum **A**[1]**G** 15 qu*am* **A** opportuna **a** permutati*o neque* **A**, permutatione quae **G**, mutatio neque **MS**ς 16 ceris *libri; exspectares saltem* in ceris, *sed uidetur aliquid praeterea post* alio *deesse* 17 in pireum (imperii **MS**) **AG**, in Piraeeum ς sedes concidisse (condidisse **M**) **MS** 18 modiis *uel* modus **A**[1] quam quod *uulgo ex coni. Regii, ipsi tentauimus in loco perobscuro:* cum numerum eorum quam maxime perfectum facere experiretur faceret **AG**, faceret ut **a** 19 in *om.* **GMS** anastrofe (anastro felicitur **G**) **AG** 21 ad cum **A**[1]**GM**, det cum **S** 22 traicitur *Spalding:* trahitur **AG**, contrahitur **S**, contrahunt **M** hyperbaliten et (ut **M**) **GM**, hiperbaliton ut est **S**, hyperbatos tenet **A** *in ras. m. 2*

duas diuisam esse partis. nam 'in duas partis diuisam
66 esse' rectum erat, sed durum et incomptum. poetae quidem etiam uerborum diuisione faciunt transgressionem:

hyperboreo septem subiecta trioni,

quod oratio nequaquam recipiet. atqui est propter quod dici
67 tropus possit, quia componendus est e duobus intellectus. alioqui, ubi nihil ex significatione mutatum est et structura sola uariatur, figura potius uerborum dici potest, sicut multi existimarunt. longis autem hyperbatis et confusis quae uitia accidunt, suo loco diximus.

Hyperbolen audacioris ornatus summo loco posui. est haec decens ueri superiectio: uirtus eius ex diuerso par, augendi
68 atque minuendi. fit pluribus modis: aut enim plus facto dicimus, ut uomens frustis esculentis gremium suum et totum tribunal impleuit, et geminique minantur in caelum scopuli, aut res per similitudinem attollimus: credas
69 innare reuulsas Cycladas, aut per comparationem, ut fulminis ocior alis, aut signis quasi quibusdam:

illa uel intactae segetis per summa uolaret
gramina nec teneras cursu laesisset aristas,

70 uel translatione, ut ipsum illud 'uolaret'. crescit interim hyperbole alia insuper addita, ut Cicero in Antonium dicit: quae Charybdis tam uorax? Charybdim dico? quae si fuit, fuit animal unum: Oceanus, medius fidius, uix uidetur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis
71 positas tam cito absorbere potuisse. exquisitam uero

4. Verg. Georg. 3, 381. 14. Cic. Phil. II, 25, 63. 15. Aen. 1, 162. 16. ib. 8, 691. 17. ib. 5, 319. 19. ib. 7, 808. 22. II, 27, 67.

1 partis **A** *utroque loco:* partes **GMSa** nam duas **A**^{1}**G** 2 incomptum poetae quidem etiam **A** *in ras. minoris spatii*, incomptu poetae quid etiam **G** 5 orationequam **A**^{1}(?)**G** atqui est *Spalding:* ad id qui est (quidem **S**) **GMS**, ad (at **a**) id qui*dem* **A** (dē *in ras. m. 2*) 6 tropus sit *libri* 8 multi existimarunt longis *autem* (*in ras. m. 2*) hyperbatis **A**: multi ex his martur (tur *per comp.*) longis mutem hiperbatis **G**, multi ex his narrationem longis mutant hyperbatis **MS** 9 et confu*sis* **A**, et confusi **G**, exconfusis **MS** quae **A** *in ras.* accidant *Regius* sua **A**^{1}**G** 11 *Hy*perbolen **A** est h. decens ueri *Spalding:* est haec decensuris (decesuris **M**) **GM**, est hoc decessuris **S**, est autem haec demensuris **A** *in ras. m. 2; post haec uerba rursus incipiunt* **Bn** *et* **Bg** (*per hanc partem codicem* **S** *non legimus*) 14 *ut* uomens (ut *in ras. trium litterarum*) **A**: uomens **B**, suomens **b** aesculentis **A** 15 impleuit et **A** *in ras.* 16 caelum** **Bg** *fort.* attollimus, ut 17 inna*re* (inna**** *1 m.*) **A** uulsas **BM** ut **BM**: et **A** 19 intact*ae se*getis **A**, intacta ē getis **b** 21 tralatione **B** 22 addit **A**^{1}**b** 23 charibdis — charibdin **A** fuit **A** *semel habet* 24 oceanū *si* medi*um* (-ius **A**^{1}?) **uix uidetur **A**, oceanum medius (medium **M**) uix uidet **Mb** 25 dissipatas *et* tam **A**, dissipata tam et **b**, tam *om.* **M**

figuram huius rei deprendisse apud principem lyricorum Pindarum uideor in libro, quem inscripsit ὕμνους. is namque Herculis impetum aduersus Meropas, qui in insula Coo dicuntur habitasse, non igni nec uentis nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse, ut illa minora, hoc par esset. quod imitatus Cicero 72 illa composuit in Verrem: uersabatur in Sicilia longo interuallo alter non Dionysius ille nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos et crudelis tyrannos), sed quoddam nouum monstrum ex uetere illa inmanitate, quae in isdem uersata locis dicitur. non enim Charybdim tam infestam neque Scyllam nauibus quam istum in eodem freto fuisse arbitror. nec pau- 73 ciora sunt genera minuendi: uix ossibus haerent. et quod Ciceronis est in quodam ioculari libello:

fundum Vetto uocat, quem possit mittere funda:
ni tamen exciderit, qua caua funda patet.

sed huius quoque rei seruetur mensura quaedam. quamuis est enim omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum nec alia uia magis in cacozelian itur. piget referre 74 plurima hinc orta uitia, cum praesertim minime sint ignota et obscura. monere satis est mentiri hyperbolen, nec ita, ut mendacio fallere uelit. quo magis intuendum est, quo usque deceat extollere, quod nobis non creditur. peruenit haec res frequentissime ad risum: qui si captatus est, urbanitatis, sin aliter, stultitiae nomen adsequitur. est autem in usu uulgo quoque et 75 inter ineruditos et apud rusticos, uidelicet quia natura est omni-

6. V, 56, 145. 13 Verg. Ecl. 3, 103.

1 huius generis (*uel* speciei) *malebat Spalding* dep̄ndisse **A**, reprendisse **B**, reprehendisse **M** lycorum **A**[1]b 2 uideor *in libro quem inscripsit* **A** (uideor∗∗∗i∗l∗b∗o∗∗ scripsit **A**[1]) quem scripsit **B**, quae scripta sunt **M**b hymnus **AB**, ymnus **M** 3 impetion b europas **A**b in *om. 1 m.* **B**g *et* **A** insulas **A** *ante ras.* Co *Regius* 4 sed *om.* b flumini **BM**, fulminis **A** 5 par *om.* **A**, hoc par *om.* **M**b 6 interuallo alter *Zumpt (ad Verr. p. 961):* interuallo aut̄ **A**b, interuallo **BM** 7 dionisius ille nec falaris **A** 8 quendam **B**g *1 m.* crudeles **BM**ς 10 uersat b, uersa **A**[1] 11 charidim **A**, Charybdin ς tam infestam **A** *in ras. maioris spatii* neque scillam **A**, ne queso illam b *in marg.* 13 *fort.* ut ʿuix quod et **A** 14 Ciceronis est *Spalding:* cicero est **ABM**, cicero ς 15 uetto **AB**: necto **M**, uero *Calpurnius ad Ter. Heaut. 1, 1, 16, unde Luc. Muellerus de re metr. p. 337 suspicatur latere nomen in* us *finitum recisa* s uocant **A**, *om.* b possit **A** *et Calpurnius:* possim **BM** 16 ni *om.* **B**g *1 m.* tamen *om.* **A**, lapis *Calpurnius* qua *om.* **A** patet∗ **A** 17 seruetur (t *in ras.*) **A**, seruentur b 18 enim est **A** 19 cacozelian **A**b: catozeliam **B**, cacozeliam **M** 20 hic **A** 21 mendatio **A** 24 risus b, risu∗ **A** (risū a) captatus **B**: ∗aptus **A**, actus **M** si aliter **A**, sin a. ortus *Spalding* 25 stultitia **A**[1] 26 ineruditos **BM**: ∗∗eruditos **A**, *cf. 6, 3, 13*

bus augendi res uel minuendi cupiditas insita nec quisquam uero
76 contentus est: sed ignoscitur, quia non adfirmamus. tum est hyberbole uirtus, cum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem modum excessit. conceditur enim amplius dicere, quia dici, quantum est, non potest, meliusque ultra quam citra stat oratio. sed de hoc satis, quia eundem locum plenius in eo libro, quo causas corruptae eloquentiae reddebamus, tractauimus.

1 augenti **A**[1] uel minuendi **BM**: minuendi **A**, minuendique a ne **A** 2 contentus si et ign. **AMb** 4 qui dici **Ab** 6 qui eundem **A** plenum **Mb** 7 correptae **Bg** *1 m.* M. FABII QUINTILIANI INSTITUTIONIS ORATORIAE LIBER VIII EXPL INCIPIT LIBER VIIII **A**, M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONU ORATORIARU AD UICTORIU LIBER .VIII. EXPLICIT. INCIPIT LIBER VIIII. FELICITER **B**, M. F. Q. Institutionum oratoriarum Explicit liber octauus Incipit liber nonus **M**

LIBER NONUS.

I. Cum sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinens ad **figuras**, quae σχήματα graece uocantur, locus ipsa rei natura coniunctus superiori. nam plerique has tropos esse existimauerunt, quia, siue ex hoc duxerint nomen, quod sint formati 2
quodam modo, siue ex eo, quod uertant orationem, unde et **motus** dicuntur, fatendum erit esse utrumque eorum etiam in figuris. usus quoque est idem: nam et uim rebus adiciunt et gratiam praestant. nec desunt, qui tropis figurarum nomen inponant, quorum est C. Artorius Proculus. quin adeo simili- 3
tudo manifesta est, ut ea discernere non sit in promptu. nam quo modo quaedam in his species plane distant, manente tamen generaliter illa societate, quod utraque res de recta et simplici ratione cum aliqua dicendi uirtute deflectitur: ita quaedam perquam tenui limite diuiduntur, ut cum ironia tam inter figuras sententiae quam inter tropos reperiatur, περίφρασιν autem et ὑπερβατόν et ὀνοματοποιίαν clari quoque auctores figuras uerborum potius quam tropos dixerint.

Quo magis signanda est utriusque rei differentia. est igitur 4
tropos sermo a naturali et principali significatione translatus ad aliam ornandae orationis gratia, uel, ut plerique grammatici

---

2 schemata **AB** uoca*ntur* **A** ipse **A** 3 has **B**: ea **AMb**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* *malim* existimauerunt: qui siue (quia — fatendum sit *malebat Spalding*) 4 dixerint b, duxerint — ex eo *om.* **M** 8 figurarum **AMb**: figuram **B** 9 c. artorius **B**: gaius aristarchus **AMb** (*sed* b aristarcus, **A** ristarchus *in ras. m. 2*) 10 ea **A**: eam *rell. et* ς 11 ini (*ex* in is?) species **A**, in specie **M** 12 generaliter **ABM**: generali ς de recta **a**: decreta **A**, a derecta **B**, dereta **b**, directa **M**, a recta ς, *ut est 9, 3, 3* et **A** *in ras.* 13 ratione **B**: translatione **AMb**, significatione **a** *in marg.* 14 *diuiduntur* **A** ut cum **AMb** (ut cum** **A**): et cum **B**, cum *Regius; cf. de* ut cum *Lexicon Bonnelli p. 925 B, b* in figuras **B**, in figuris *ed. Camp.* 15 reperiantur **A**[1] (?) 17 dixerunt **M** *et dett.* 19 tropus **Bg** *1 m. corr. ex* tropos sermo a naturali **B**: serali **AMb** tralatus **B**, translati **A**, translatio **Ma**, translato b

finiunt, dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum,
in quo propria non est: **figura**, sicut nomine ipso patet, con-
formatio quaedam orationis remota a communi et primum se
5 offerente ratione. quare in tropis ponuntur uerba alia pro aliis,
ut in μεταφορᾷ, μετωνυμίᾳ, ἀντονομασίᾳ, μεταλήψει, συνεκδοχῇ,
καταχρήσει, ἀλληγορίᾳ, plerumque ὑπερβολῇ: namque et rebus
fit et uerbis. ὀνοματοποιία fictio est nominis: ergo hoc quoque
pro aliis ponitur, quibus usuri fuimus, si illud non fingeremus.
6 περίφρασις etiamsi frequenter et id ipsum, in cuius locum adsu-
mitur, nomen complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno.
ἐπίθετον, quoniam plerumque habet antonomasiae partem, con-
iunctione eius fit tropus. in hyperbato commutatio est ordinis,
ideoque multi tropis hoc genus eximunt: transfert tamen uerbum
7 aut partem eius a suo loco in alienum. horum nihil in figuras
cadit: nam et propriis uerbis et ordine conlocatis figura fieri
potest. quo modo autem ironia alia sit tropi, alia schematos,
suo loco reddam: nomen enim fateor esse commune et scio,
quam multiplicem habeant quamque scrupulosam disputationem,
sed ea non pertinet ad praesens meum propositum. nihil enim
refert, quo modo appelletur utrumlibet eorum, si quid orationi
8 prosit apparet: nec mutatur uocabulis uis rerum. et sicut homi-
nes, si aliud acceperunt, quam quod habuerant, nomen, idem
sunt tamen, ita haec, de quibus loquimur, siue tropi siue figurae
dicuntur, idem efficient. non enim nominibus prosunt, sed
effectibus, ut statum coniecturalem an infitialem an facti an de
substantia nominemus, nihil interest, dum idem quaeri sciamus.
9 optimum ergo in his sequi maxime recepta et rem ipsam, quo-
cumque appellabitur modo, intellegere. illud tamen notandum,
coire frequenter in eadem sententia et tropon et figuram: tam
enim tanslatis uerbis quam propriis figuratur oratio.

---

1 tralata **B** 2 non *om.* **A**[1]**b** nomine **A** *in ras.* minime b confirmatio **A**[1] 3 orationis remota **B**: *om.* **AMb** 5 ΜΕΤΟΝΟΜΙΑ (ΝΟ *in ras.*) **A** ΜΕΤΑΛΗΜΥΕΙ **B**, ΛΗΜΨΕΙϹ **A** 6 ΚΑΤΑΧΡΕϹΕΙ **AB** ὑπερβολῇ, ἀλληγορίᾳ plerumque *Capperonnier transposuit* namque — ὀνοματ. *om.* **A** 7 et uerbis fit **M** 8 si *om.* **AMb** 9 in *om.* **b** 11 habet **B**: *om.* **AMb** partem **B**: pars ē **AMb**, *sed* **A** sē *in ras. m. 2* 12 tropos **B** 13 hoc *om.* b 14 *aut* partē (-te *1 m.*) **A** 16 quomo auт (auт̄ *2 m.*) hyroina alia sit (si *1 m.*) **A** 17 nomen **B**: non **AMb** et] haec **ABM** (*sed* **BgM** hec) *fort. ex* ac 18 scripul*osam* **A** 19 meum (eum **b**) praesens **Ab**, meum *om.* **M** 21 ui **A**[1] et *om.* **b**, sed **A** *in ras.* Sed et **M** 22 habuera*nt* **A**, habuerat **Mb** 23 sunt **AB**: se **b**, idem s. tamen *om.* **M** tropis **A**[1] 24 dicuntur **BM**: dic*antur* **A**, dicentur ς 25 inficialem **BM** facti an substantia an de substantia **B**, *sed* an subst. *in* **Bg** *deleuit 2 m.* 27 optimu*m ergo* **A** 28 intellegi **B** 29 in eadem sententia **A**: in easdem sententias *rell. noti et* ς tam enim **B**: *tam*** **A**, enim *om.* **Mb**

Est autem non mediocris inter auctores dissensio, et quae 10 uis nominis eius et quot genera et quae quam multaeque sint species. quare primum intuendum est, quid accipere debeamus figuram. nam duobus modis dicitur: uno qualiscumque forma sententiae, sicut in corporibus, quibus, quoquo modo sunt composita, utique habitus est aliquis: altero, quo proprie schema 11 dicitur, in sensu uel sermone aliqua a uulgari et simplici specie cum ratione mutatio, sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus. itaque cum in eosdem casus aut tempora aut numeros aut etiam pedes continuo quis aut certe nimium frequenter incurrit, praecipere solemus uariandas figuras esse uitandae similitudinis gratia. in quo ita loquimur, tamquam omnis sermo habeat 12 figuram, itemque eadem figura dicitur 'cursitare' qua 'lectitare', id est eadem ratione declinari. quare illo intellectu priore et communi nihil non figuratum est. quo si contenti sumus, non inmerito Apollodorus, si tradenti Caecilio credimus, incomprensibilia partis huius praecepta existimauit. sed si habitus quidam 13 et quasi gestus sic appellandi sunt, id demum hoc loco accipi schema oportebit, quod sit a simplici atque in promptu posito dicendi modo poetice uel oratorie mutatum. sic enim uerum erit, aliam esse orationem ἀσχημάτιστον, id est carentem figuris, quod uitium non inter minima est, aliam ἐσχηματισμένην, id est figuratam. uerum id ipsum anguste Zoilus terminauit, qui id solum 14 putauerit schema, quo aliud simulatur dici quam dicitur, quod sane uulgo quoque sic accipi scio, unde et figuratae controuersiae quaedam, de quibus post paulo dicam, uocantur. ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi.

Genus eius unum quidam putauerunt, in hoc ipso diuersas 15 opiniones secuti. nam hi, quia uerborum mutatio sensus quoque

1 *inter* auctores disse*nsio* **A** 2 quam multaeque **B**: quam *om.* **Mb**, quamque multae **A** *2 m. in ras. et* ς sint species **A** *in ras.* 3 tuendum **A**[1] 4 figuram (-ra *1 m.*) *nam* **A** uno modo **M** 5 in quibus *dett.* quoque **A**[1] 6 aliquid **b** quod proprie *dett.* scema **A**[1], *ut saepius* 8 sedemus (*prior* s *in ras.*) **A**, redemus **b**, reddemus **M** 10 continue *Regius* 12 gratia in quo ita loquimur **B**: ratione quo (quod **M**) loquimur **AM**, *sed* **A** ne *in ras.* ratio quod loquimur **b** 13 item *Obrecht* dicitur **AM**: dici* **B** (dicit **Bg** *ante ras.* dicit *uel* dicit' **Bn**) 15 figu*ratum est quo* si **A** *in ras. maioris spatii* 16 tradendi **A**[1] incomprehensibilia **AM**ς 17 existimauit **A**: existimarit **B**, existimarunt **M** 18 cestus **A**[1]**Mb** sunt idem cum hoc **A** 23 uerum **AB**: *om. dett.* ipsum **B**: ipsum tamen **AMb** angus*te theodu*lus **A** *partim in ras. 2 m.* quid solum **Bg** *1 m.* quod solum **AM** 24 quod aliud **A** quam **A** *corr. ex* quae 25 accipi scipio **A**[1] (?) **b** 26 post paulo **B**: potest paulo **A**, paulo (polo **b**) post **Mab**, *cf.* 2, 5, 1 27 nouat **A**[1]**b** 28 unam **b** ipso diuersas **B**: ipsas **AMb** 29 hi *om.* **A** qui **BM**, *sed in* **Bn** *add.* a *s. l.*

uerteret, omnis figuras in uerbis esse dixerunt, illi, quia uerba rebus accommodarentur, omnis in sensibus. quarum utraque
16 manifesta cauillatio est. nam et eadem dici solent aliter manetque sensus elocutione mutata, et figura sententiae plures habere uerborum figuras potest. illa est enim posita in concipienda cogitatione, haec in enuntianda, sed frequentissime coeünt, ut in hoc: iam, iam, Dolabella, neque me tui neque tuorum liberum —: nam oratio a iudice auersa in sententia, 'iam iam' et 'liberum' in uerbis sunt schemata.

17 Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est, duas eius esse partes, διανοίας, id est mentis uel sensus uel sententiarum, (nam his omnibus modis dictum est) et λέξεως, id est uerborum uel dictionis uel elocutionis uel sermonis uel orationis: nam et
18 uariatur et nihil refert. Cornelius tamen Celsus adicit uerbis et sententiis figuras colorum, nimia profecto nouitatis cupiditate ductus. nam quis ignorasse eruditum alioqui uirum credat, colores et sententias sensus esse? quare sicut omnem orationem, ita figuras quoque uersari necesse est in sensu et in uerbis.

19 Ut uero natura prius est concipere animo res quam enuntiare, ita de iis figuris ante est loquendum, quae ad mentem pertinent: quarum quidem utilitas cum magna tum multiplex in nullo non orationis opere uel clarissime elucet. nam etsi minime uidetur pertinere ad probationem, qua figura quidque dicatur, facit tamen credibilia quae dicimus et in animos iudicum,
20 qua non obseruatur, inrepit. namque ut in armorum certamine aduersos ictus et rectas ac simplices manus cum uidere tum etiam cauere ac propulsare facile est, auersae tectaeque minus sunt obseruabiles, et aliud ostendisse, quam petas, artis est: sic oratio, quae astu caret, pondere modo et inpulsu proeliatur: simulanti uariantique conatus in latera atque in terga incurrere
21 datur et arma auocare et uelut nutu fallere. iam uero adfectus nihil magis ducit. nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorum ualent, quanto plus orationis ipsius uultus ad id,

7. Cic. Verr. I, 30, 77.

1 *et* 2 omnes **BMς** 2 quorum **Ma** 3 et **B**: ut **AMb** 4 et **AB**: ita et **Mab**, ita *edd. recc.* 5 figura potest **A**[1] 7 iam **A** *semel habet* me **A** *corr. ex* mi 8 sententiā **B** 9 *alterum* iam *om.* **Ab** (nam - liberum *om.* **M**) 13 locutionis **A** 20 his **A** qua ad **A**[1] 21 in ullo orationis **A** 22 uel *om. dett.* sed **M** elucet **B**: lucet **AMb** 24 credibia **Bg** 26 aduersus (aduersas **a**) ** et (*om.* ictus) **A** et rectas *om.* **M** 27 aduerse recteque **M** 30 uaria utique **BgM** conatur **Mb** 32 magis dicunt **b**

quod efficere intendimus, compositus? plurimum tamen ad commendationem facit, siue in conciliandis agentis moribus siue ad promerendum actioni fauorem siue ad leuandum uarietate fastidium siue ad quaedam uel decentius indicanda uel tutius.

Sed antequam, quae cuique rei figura conueniat, ostendo, 22 dicendum est nequaquam esse tam multas, quam sint a quibusdam constitutae: neque enim me mouent nomina illa, quae fingere utique Graecis promptissimum est. ante omnia igitur 23 illi, qui totidem figuras putant quot adfectus, repudiandi, non quia adfectus non sit quaedam qualitas mentis, sed quia figura, quam non communiter, sed proprie nominamus, non sit simplex rei cuiuscumque enuntiatio. quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere non sunt figurae, non magis quam suadere, minari, rogare, excusare. sed fallit parum 24 diligenter intuentes, quod inueniunt in omnibus iis locis figuras et earum exempla ex orationibus excerpunt: neque enim pars ulla dicendi est, quae non recipere eas possit. sed aliud est admittere figuram, aliud figuram esse: neque enim uerebor explicandae rei gratia frequentiorem eiusdem nominis repetitionem. quare dabunt mihi aliquam in irascente, deprecante, mi- 25 serante figuram, scio, sed non ideo irasci, misereri, deprecari figura erit. Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quandam, ut arbitror, secutus uiam: ut neque omnis sermo schema iudicaretur neque ea sola, quae haberent aliquam remotam ab usu communi fictionem, sed quae essent clarissima et ad mouendum auditorem ualerent plurimum: quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteras subieci, ne fraudarem legentis iudicio maximi auctoris.

In tertio de Oratore ita scriptum est: 'In perpetua autem 26 oratione, cum et coniunctionis leuitatem et numerorum, quam

29. c. 52—54, §§ 201—208.

1 intendimus **AM**: tendimus **B** 2 siue b agendis **A**, agendi a 3 uarietatem **A**[1] 4 *uel decen*tius **A**, uel decontius b 6 esse **B**: eas esse **AMb** multis **B** sunt *dett. haud an scio recte* quibus*dam constitutae* **A** 8 promptissim*um* **A**, promptissimo **Mb** 9 non quo b *ut uidetur* non quin *adf.* sit *Obrecht*, 10 sint quaedam qualitas qualitates *corr. m. 2,* **A** 11 *fort.* non est 12 cuiusque **A** *corr. ex* cuiusq. cum *ut uidetur* renunciatio **AMb** in **A** *in ras.* 13 conficere **A** 15 diligenter **B**: *om.* **AMb**; *pro glossemate habet Spalding coll. 3, 1, 5 (contrarium est* satis diligenter *12, 3, 3)* iis **B**: his **AM**ς 18 fig. a. fig. esse **A** *1 m. in ras.* 23 ut neque **B**: neque **AM**, *sed* **A** n *in ras.* req. b 25 fictioni **A**[1] 26 ualerent **A** *1 m. in ras.* 27 ad litteras **A**: ad litteram *rell.* 28 legentes **BM**ς 29 inscriptum est in perpetua autem orationem qua et **A** 30 leuitatem **BM**: lenitatem **A** *et Cic. libri;* lēuitas *est contraria* asperitati, *cf. 11, 3, 15. 2, 5, 9. 10, 1, 52* et] ex **B**

dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda
et frequentanda omnis oratio sententiarum atque uerborum.
27 nam et commoratio una in re permultum mouet et inlustris
explanatio rerumque quasi gerantur sub aspectum paene sub-
iectio, quae et in exponenda re plurimum ualet et ad inlustran-
dum id, quod exponitur, et ad amplificandum, ut iis, qui audient,
illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum
28 esse uideatur: et huic contraria saepe percursio est et plus ad
intellegendum quam dixeris significatio et distincte concisa bre-
uitas et extenuatio, et huic adiuncta inlusio, a praeceptis Cae-
saris non abhorrens, et ab re digressio, in qua cum fuerit dele-
ctatio, tum reditus ad rem aptus et concinens esse debebit:
propositioque quid sis dicturus et ab eo, quod est dictum, se-
iunctio et reditus ad propositum et iteratio et rationis apta
29 conclusio: tum augendi minuendiue causa ueritatis supralatio
atque traiectio, et rogatio atque huic finitima quasi percontatio
expositioque sententiae suae: tum illa, quae maxime quasi inre-
pit in hominum mentis, alia dicentis ac significantis dissimulatio,
quae est periucunda, cum in oratione non contentione, sed ser-
30 mone tractatur: deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio,
uel ante uel post quam dixeris, uel cum aliquid a te ipso rei-
cias. praemunitio etiam est ad id, quod adgrediare, et reiectio
in alium: communicatio, quae est quasi cum iis ipsis, apud quos
dicas, deliberatio: morum ac uitae imitatio uel in personis uel
sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad
animos conciliandos uel maxime, saepe autem etiam ad commo-
31 uendos: personarum ficta inductio, uel grauissimum lumen
augendi: descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem inpulsio,
anteoccupatio: tum duo illa, quae maxime mouent, similitudo et
exemplum: digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commen-

3 monet **b** 4 generantur **Mb** poene **A** 5 quae in **A** ualet ad **BM** 6 et adplicandum **b**, et ad pl*a*candum **A**, et applicandum **M** his **AM**, hii **a** audient **B** *et Cic.* audiant **AMb**, *sed in* **A** *secunda* a *in ras.* 7 augebimur **Bg**, augemur **MT** 8 percussio **ABM** *et Cic. libri*, praecisio *dett.* est *om.* **A** plus ad **ABM** *et Cic.* ad plus ς 11 degressio **B**, *item* § *32* in quacumq. **AMb** 12 concinens **B**: concinnens **AM**, concinnus *Cic. libri* 15 supralatio **AB**: superlatio **M**ς 16 huic *om.* **Ab** (et rogatio — percontatio *om.* **M**) percunctatio **A** 17 cum illa **Mb** 18 mentes **BM**ς 19 quae est — tractatur *om. meliores Cic. libri* orationes **AMb**, orationis **B** (periuc. in oratione, cum *Ernesti*) contentiones et **A**, contentiones sed **Mb** 20 correptio **B** *et meliores Cic. libri*, tum corr. *om.* **AMb** 21 *a re* ips*a* reicis **A** 22 est et ad **AMb** traiectio *Cic.* 23 iis *om.* **A** apud quod **Mb** 26 ad commodos **B** 28 discriptio **B** 29 et *om.* **BgM** 30 interpellatio contentio] interpellantis coercitio *Piderit coll. Cic. Orat. § 138 (cf. infra § 44); sed si quid mutandum est*, *potius* interpellantis coercitio *addatur coll. 9, 2, 2 extr.* commendatio] comminatio *Pi-*

datio: uox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa, 32
iracundia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio
breuis a proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, con-
ciliatio, laesio, optatio atque exsecratio. his fere luminibus 33
inlustrant orationem sententiae. orationis autem ipsius tamquam
armorum est uel ad usum comminatio et quasi petitio uel ad
uenustatem ipsa tractatio. nam et geminatio uerborum habet
interdum uim, leporem alias, et paulum inmutatum uerbum
atque deflexum, et eiusdem uerbi crebra tum a primo repetitio,
tum in extremum conuersio, et in eadem uerba impetus et con-
cursio et adiunctio et progressio, et eiusdem uerbi crebrius positi
quaedam distinctio et reuocatio uerbi, et illa, quae similiter
desinunt aut quae cadunt similiter aut quae paribus paria refe-
runtur aut quae sunt inter se similia. est etiam gradatio quae- 34
dam et conuersio et uerborum concinna transgressio et contra-
rium et dissolutum et declinatio et reprehensio et exclamatio
et imminutio et quod in multis casibus ponitur et quod de
singulis rebus propositis ductum refertur ad singula, et ad pro-
positum subiecta ratio et item in distributis supposita ratio, et 35
permissio et rursus alia dubitatio et inprouisum quiddam, et
dinumeratio et alia correctio et dissipatio, et continuatum et
interruptum, et imago et sibi ipsi responsio et inmutatio et
diiunctio et ordo et relatio et digressio et circumscriptio. haec 36
enim sunt fere atque horum similia uel plura etiam esse pos-
sunt, quae sententiis orationem uerborumque conformationibus
inluminent.'

Eadem sunt in Oratore plurima, non omnia tamen et paulo
magis distincta, quia post orationis et sententiarum figuras tèr-
tium quendam subiecit locum ad alias, ut ipse ait, quasi uirtutes
dicendi pertinentem: 'Et reliqua, ex conlocatione uerborum quae 37

27. c. 39 sq. §§ 134—139.

derit coll. Cic. Orat. 40, 138' 1 etffrenatior **Bg** *1 m.* effrenatio *libri Cic. deterius* agendi **ABM** 2 *obsecr*atio **A**, obiuratio **BgM** 4 *ex*secratio **A** 7 ipsam **A** 8 alias *om.* **AMb**, *sed* **A** leporem*q; et* (q; et *m. 1 in ras.*) 9 uerbi **AMb** *et Cic. om.* **B** 12 uocatio **Ab** 13 desinunt **Ab**: desinent **B**, diffiniunt **M** aut quae cadunt sim. **B**: *om.* **AMb** refertur b, referunt **AM** 14 aut **A** *in ras.* ad quaedam **AMb** 15 conuersio **B**: congressio **A**, concursio **M** 16 et (*ante* diss.) **A** *s. l.* et repr. *om.* **M**, et *om.* **B** 17 quod e *malebat Spalding* 19 tributis **Mb** subposita **A**[1] 21 dissipatio **AMb**: disputatio **B** *ex forma* dissupatio 23 disiunctio **Mb**ς et ordo — circumscriptio **B**: *om.* **AMb** 24 atque **B**: neque **AMb** 25 orationum **BgM** confirmationibus **AMb** 27 in *om.* b non omen tanamen b 30 collocatione **A** *1 m. in rasura*, conlatione **BM**

sumuntur quasi lumina, magnum adferunt ornatum orationi. sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scaenae aut fori appellantur insignia, non quia sola ornent, sed quod excellant.
38 eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodam modo insignia, cum aut duplicantur iteranturque uerba aut leuiter commutata ponuntur, aut ab eodem uerbo ducitur saepius oratio aut in idem conicitur aut utrumque, aut adiungitur idem iteratum aut idem ad extremum refertur, aut continenter unum
39 uerbum non eadem sententia ponitur, aut cum similiter uel cadunt uerba uel desinunt, aut multis modis contrariis relata contraria, aut cum gradatim sursum uersum reditur, aut cum demtis coniunctionibus dissolute plura dicuntur, aut cum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus, aut cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes, aut si est aliqua exclamatio uel admirationis uel conquestionis, aut cum eiusdem nominis
40 casus saepius commutantur. sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissime Demosthenes utatur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. et uero nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiae dicitur, nec quidquam est aliud dicere nisi omnes aut certe
41 plerasque aliqua specie inluminare sententias. quas cum tu optime, Brute, teneas, quid adtinet nominibus uti aut exemplis? tantummodo notetur locus. sic igitur dicet ille, quem expetimus, ut uerset saepe multis modis eadem et in una re haereat
42 in eademque commoretur sententia: saepe etiam ut extenuet aliquid, saepe ut inrideat, ut declinet a proposito deflectatque sententiam, ut proponat quid dicturus sit, ut, cum transegerit iam aliquid, definiat, ut se ipse reuocet, ut quod dixerit iteret, ut argumentum ratione concludat, ut interrogando urgeat, ut

1 adfertur **Mb** 3 non quod *Cic.* sola *om.* b ornant **AMb** 5 aut cum **B**, qua aut **Ab**, quia aut **M** iterantur **Mb** uerba **AMb**: *om.* **B** leuiter *Gesner et Ernesti:* breuiter *libri Cic. et Quint.* 6 ab eo **Ab** 7 conicitur **Ab**: coicitur **B**, conmittitur **M** adiungitur **Bn**, *sed* ad *s. l.* 9 eadem **ABM**: in eadem *edd.* 11 contraria **A** *1 m. in ras.* uersum **BM**: uersus **A** *et libri Cic.* itur et reditur *Kayser ad Cornif. p. 294; cf. etiam Cic. part. orat. § 24* cum demptis **B** *et Cic.* demotis **AM**, demontis **b** 15 *am*miratioonis **A** quaestionis (*uel* quest.) **ABM** 16 saepius *om.* b, saepe **AM** sententiarum **B**: uel sent. **AMb**, sed sent. *Cic. libri* 17 quia] quam **b** demostenes **A** utatur **BM** *et aliquot meliores Cic. libri:* ut*ebatur* **A** *in ras. minoris spatii,* utatus **b**, utitur *edd. Cic. et Quint.* 18 et uero et **BM**, et uere **A** 19 confirmatione **A**¹(?)**Mb** 20 nequiquam **AMb**, nec quiquam **a**, nec aliud q. est dicere ς 21 plenasque **Bg** tu *om.* **Mb** 22 optume **Ab** n. uti aut exemplis **B** *et Cic.* nominibus aut sententiis (sentiis) **AMb** 23 tantum *aliquot libri Cic.* 25 saepe aliquid *om.* **AMb** 27 diciturus **A** 28 ut (*ante* se) *om.* **AM** dixit *libri Cic. deterius* iter** et ut **Bg**, iteret et ut **M**

rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat, ut contra ac 43
dicat accipi et sentiri uelit, ut addubitet, quid potius aut quo
modo dicat, ut diuidat in partis, ut aliquid relinquat et neglegat,
ut ante praemuniat, ut in eo ipso, in quo reprendatur, culpam
in aduersarium conferat, ut saepe cum iis, qui audiunt, nonnum- 44
quam etiam cum aduersario quasi deliberet, ut hominum mores
sermonesque describat, ut muta quaedam loquentia inducat, ut
ab eo quod agitur auertat animos, ut saepe in hilaritatem
risumue conuertat, ut ante occupet, quod uideat opponi, ut
comparet similitudines, ut utatur exemplis, ut aliud alii tribuens
dispertiat, ut interpellatorem coerceat, ut aliquid reticere se
dicat, ut denuntiet quid caueant, ut liberius quid audeat, ut
irascatur etiam, ut obiurget aliquando, ut deprecetur, ut suppli-
cet, ut medeatur, ut a proposito declinet aliquantum, ut optet,
ut exsecretur, ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris. atque alias 45
etiam dicendi quasi uirtutes sequetur, breuitatem, si res petet,
saepe etiam rem dicendo subiciet oculis, saepe supra feret quam
fieri possit: significatio saepe erit maior quam oratio, saepe hi-
laritas, saepe uitae naturarumque imitatio. hoc in genere (nam
quasi siluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiae magnitudo'.

II. Ergo cui latius complecti conformationes uerborum ac
sententiarum placuerit, habet quod sequatur, nec adfirmare ausim
quidquam esse melius, sed haec ad propositi mei rationem legat.
nam mihi de iis sententiarum figuris dicere in animo est, quae
ab illo simplici modo indicandi recedunt, quod item multis doctis-
simis uiris uideo placuisse. omnia tamen illa, etiam quae sunt 2
alterius modi lumina, adeo sunt uirtutes orationis, ut sine iis
nulla intellegi fere possit oratio. nam quo modo iudex doceri
potest, si desit inlustris explanatio, propositio, promissio, finitio,
seiunctio, expositio sententiae suae, rationis apta conclusio, prae-

1 ac dicat **A** *1 m. in ras.* accidat **Mb** 2 quomodicat **B** *sed* **Bn** quomo dicat, quō dicat **M** 3 in partes **Ba**, in portis **Mb** et **ABM**: ac *Cic.* 4 praemuniat **B**: praemoneat **AMb**, *sed* **A** moneat *1 m. in ras.* 5 is **A**, his **Ma** 6 sermones moresque *libri Cic.* 8 auertat **ABM**: autem ad b (autad *pro* auTaT) 9 uideat **B** *et Cic.* uideatur **AM** 10 ut (*ante* utatur) *om.* **BM** aliud ali **A** 11 coherceat **A** 12 quod b caueant *Cic. libri:* caueat **ABM** ut (*ante* lib.) *om.* **A** 14 medeatur (mediatur **A** *1 m.*) a prop. **AM** aliquantum **AB**: aliquantulum **M**ς 15 his **ABM** dicet **AMb**: dicit **B** 16 si res **BM** *et Cicero: om.* **A** *et edd. recc.*
17 subiciet** (et?) oculis **A** 18 oratio **AMb**: ratio **B** 20 magnitudo. DE FIGURIS SENTENTIARUM **BMa** 22 ausim **B**: ausum **M**, audeo **A** *in ras. m. 2*, aut in b 23 quoquam (o *in ras.*) **A** 24 his **ABM**ς dicere *om.* **Ab** 26 etiam quaestus b 27 his **A** 28 fere *dett. pauci:* uere **ABM** 29 desit **A** 30 orationis **BM**, *at cf. 9, 1, 28 extr.*

munitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpella-
3 tio, interpellantis coercitio, contentio, purgatio, laesio? quid uero
agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendique rationibus? quarum prior desiderat illam plus quam dixeris significationem, id est ἔμφασιν, et supralationem ueritatis et traiectionem, haec altera extenuationem deprecationemque. qui adfectus erunt uel concitati detracta uoce libera *et* effrenatiore, iracundia, obiurgatione, optatione, exsecratione? uel illi mitiores, nisi adiuuantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem
4 inpulsione? quae delectatio aut quod mediocriter saltem docti hominis indicium, nisi alia repetitione, alia commoratione infigere, digredi a re et redire ad propositum suum scierit, remouere a se, in alium traicere, quae relinquenda, quae contemnenda sint, iudicare? motus est in his orationis atque actus, quibus detractis iacet et uelut agitante corpus spiritu caret.
5 quae cum adesse debent, tum disponenda atque uarianda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri uidemus, omni sono mulceant. uerum ea plerumque recta sunt nec se fingunt, sed confitentur. admittunt autem, ut dixi, figuras, quod uel ex proxima doceri potest.

6 Quid enim tam commune quam interrogare uel percontari? nam utroque utimur indifferenter, quamquam alterum noscendi, alterum arguendi gratia uidetur adhiberi. at ea res, utrocumque dicitur modo, etiam multiplex habet schema. incipiamus enim ab iis, quibus acrior ac uehementior fit probatio,
7 quod primo loco posuimus. simplex est sic rogare:

sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris?

---

27. Aen. 1, 369.

---

4 plus **B**: prius **AMb** 5 idē **Bg** supralationem **ABM**: superlationem ς, *cf. 9, 1, 29* traiectionem **Ab**: reiectionem **B**, tractacionem **M**, *cf. 9, 1, 29* 6 deprecationem **ABM** qui] *fort.* quid? 7 et effren. *Francius:* effrenatiore **Ba**, frenatiore **Ab**, effrenacione **M**, uoce libera, effren. iracundia ς; *cf. 9, 1, 32* 9 adiuuentur *ed. Camp.* commendationem conciliationem **A**[1] 10 quod **AB** (*sed* od **A** *in ras.*): quo **M**, qua b 11 repe*ti*tione **A** 12 degredi **B** a re **A** *in ras.* 13 traicere et ea quae **A** *2 m. in ras.* contempnenda **BM** 15 iacit **A**[1]**Mb** et *in* **A** *erasum* spiritus **A**[1] caret *om.* **AMb** 16 adesse habent cum b sunt] rem b (**A** sunt *in ras. habet*) 17 sano b 18 recta sunt **A** *in ras.* sed **B**: et **AMb** 21 Quid] *locus de interrogatione et percontatione excerptus exstat in Anecd. Paris.* (= **P**) *p. 20 ed. Ecksteini* 22 nam **AMb**: quam **B** quamquam *Spalding:* quam cum **Ab**, cum **B**, quorum cum **M**, cum — uideatur *Regius* 23 uid*e*tur *ad*hiberi **A** *at eas* res **A**, ad eas res **Mb** 24 dicitur **A** *in ras.* 25 ab his **ABM** quibus acrior ac uehementior| acrior ac uehementior **Bn** *(initio nouae columnae)*, *in* **Bg** *etiam* quibus *repetitum est* 26 fit rogatio *Capperonnier* 27 quibus aduenistis **Mb**

figuratum autem, quotiens non sciscitandi gratia adsumitur, sed instandi: quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? et quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? et patere tua consilia non sentis? et totus denique hic locus. quanto 8
enim magis ardet, quam si diceretur 'diu abuteris patientia nostra', et 'patent tua consilia'. interrogamus etiam, quod negari non possit: dixitne tandem causam C. Fidiculanius Falcula? aut ubi respondendi difficilis est ratio, ut uulgo uti solemus, 'quo modo? qui fieri potest?' aut inuidiae gratia, ut Medea apud Senecam: quas peti terras iubes? aut mise- 9
rationis, ut Sinon apud Vergilium:

heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
accipere?

aut instandi et auferendae dissimulationis, ut Asinius: audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprendimus. totum hoc plenum est uarietatis: nam et indi- 10
gnationi conuenit:

et quisquam numen Iunonis adorat?

et admirationi:

quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames?

est interim acrius imperandi genus: 11

non arma expedient totaque ex urbe sequentur?

et ipsi nosmet rogamus, quale est Terentianum: quid igitur faciam? est aliqua etiam in respondendo figura, cum aliud 12
interroganti ad aliud, quia sic utilius sit, occurritur, tum augendi criminis gratia, ut testis in reum rogatus, an ab reo fustibus

2. Cic. p. Lig. 3, 9. 3. in Cat. I, § 1. 8. p. Cluent. 37, 103. 11. u. 451. 13. Aen. 2, 69. 19. ib. 1, 48. 21. ib. 3, 56. 24. ib. 4, 592. 25. Eun. I, 1, 1.

2 tū uero districtus **A** 4 catillina **B** 8 poss̃ **A**, potest **P** *recte ut uidetur* causa*m* fiduculanius **A** 9 facula **P**, faucula **A** aut **A** *in ras.* res ponendi **Bg** uolgo **A** 11 media **A¹Mb** quas **A** *corr. ex* qua 12 uirgilium **BM**, *item* § *13* 13 eu quae **A** nunc **P**: me **ABMς** inquid **BP**, *item* § *12* 15 aut **A** *in ras.* dissimilitudinis **Ab** 16 inquam non inoff. **B**: *om.* **AMb** deprehendimus **A**, reprehendimus **Mς** 19 numen **APM**: nomen **B** adorat **PM**: adoret **AB** 20 et *om.* **BM** 23 impetrandi **Bg** 24 expedient **APM**: expediunt **B** ex **A** *s. l.* 25 nos*met* **A**, nos **P** est **B**: est in **Ab**, est id **M**, est illud **ς** terentionum **A**, *sed* o *in ras.* 27 sic utilius sit (sic **M**) **BM**: subtilius sit **A** *1 m. in ras.* sic util. est *malim* occurrit utrum (uerum a) augendi **A** 28 gratia aut **A¹Mb**

uapulasset, 'innocens' inquit: tum declinandi, quod est frequen-
tissimum: 'quaero an occideris hominem': respondetur 'latro-
13 nem': 'an fundum occupaueris?' respondetur 'meum'. ut con-
fessionem praecedat defensio, ut apud Vergilium in Bucolicis
dicenti

> non ego te uidi Damonis, pessime, caprum
> excipere insidiis?

occurritur:

> an mihi cantando uictus non redderet ille?

14 cui est confinis dissimulatio, non alibi quam in risu posita ideo-
que tractata suo loco: nam serio si fiat, pro confessione est.
ceterum et interrogandi se ipsum et respondendi sibi solent esse
non ingratae uices, ut Cicero pro Ligario: apud quem igitur
hoc dico? nempe apud eum, qui, cum hoc sciret,
15 tamen me, antequam uidit, rei publicae reddidit. ali-
ter pro Caelio ficta interrogatione: dicet aliquis: haec igi-
tur est tua disciplina? sic tu instituis adulescentis?
et totus locus. deinde: ego, si qui, iudices, hoc robore
animi atque hac indole uirtutis ac continentiae fuit,
et cetera. cui diuersum est, cum alium rogaueris, non exspec-
tare responsum, sed statim subicere: domus tibi deerat? at
habebas: pecunia superabat? at egebas. quod schema
16 quidam per suggestionem uocant. fit et comparatione: uter
igitur facilius suae sententiae rationem redderet? et
aliis modis tum breuius tum latius, tum de una re tum de
pluribus.

Mire uero in causis ualet praesumtio, quae πρόληψις
dicitur, cum id, quod obici potest, occupamus. id neque in aliis
17 partibus rarum est et praecipue prooemio conuenit. sed quam-

4. 3, 17. 9. ib. 21. 13. c. 3, 7. 16. c. 17, 39. 18. ibid. 21. fragm. Cic. in Cic. Orat. 67, 223. 23. p. Cluent. 38, 106.

1 innocens **ABPM**: et innocens *edd. cf. Iulium Rufin. § 8 (Rhett. l. min. p. 40), ubi eadem lectio ex ed. Basil. restituenda est* frequentissimae (-me *corr.*) **A** 2 respondetur — respondetur **A** *1 m. in ras.* 3 annon occupaueris fundum **P** meum ut **ABM**: meum est **P**, *fort.* meum. et ut 5 dicendi **B**, dicendū **M** 7 insidiis multum latrante lycisca **P** 9 ille quem mea carminibus meruisset festula caprum **P** 10 cuius **BM**, quis **Ab** (cui — ceterum *om.* **P**) risū **A** 14 nempe **P**: *om.* **ABM** sciret et **Mb** 15 tamen mente quam (qua **a**) **AMb** 16 interrogatio est *dett.* 17 tu *om.* **P** adulescentes **P** 18 si qui **Bn**: si quis **BgM**, si quid **AP** 19 ac continentia **P** 29 aliquem *Obrecht* (alium **P** *quoque*) 21 sed **Pa**: set **A**, et **BMς** 23 quidem **A**; *post* uocant *finiunt excerpta in* **P** 24 reddet *Ernesti probante Spaldingio* 25 alis **A**¹**b** 27 praesumtio **A**: praesumptio **Ba**, resumptio **M** ΠΡΟΛΗΜΥΙC **AB** 28 alis **A**¹ 29 parum est **ABM** prohŷnio **A**

quam generis unius diuersas species habet. est enim quaedam praemunitio, qualis Ciceronis contra Q. Caecilium, quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit: quaedam confessio, *ut* pro Rabirio Postumo, quem sua quoque sententia reprehendendum fatetur, quod pecuniam regi crediderit: quaedam praedictio, ut dicam enim non augendi criminis gratia: quaedam emendatio, ut rogo ignoscatis mihi, si longius sum euectus: frequentissima praeparatio, cum pluribus uerbis, uel quare facturi quid simus uel quare fecerimus, dici solet. uerborum quoque uis ac proprietas confirmatur uel 18
praesumtione 'quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit' aut reprehensione: ciues, inquam, si hoc eos nomine appellari fas est.

Adfert aliquam fidem ueritatis et dubitatio, cum simula- 19
mus quaerere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. cuius modi exemplis plena sunt omnia, sed unum interim sufficit: equidem, quod ad me attinet, quo me uertam nescio. negem fuisse infamiam iudicii corrupti? et cetera. hoc etiam in prae- 20
teritum ualet: nam et dubitasse nos fingimus.

A quo schemate non procul abest illa, quae dicitur communicatio, cum aut ipsos aduersarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cloatilla: nescit trepida, quid liceat feminae, quid coniugem deceat: forte uos in illa solitudine obuios casus miserae mulieri obtulit: tu, frater, uos, paterni amici, quod consilium datis? aut cum iudicibus 21
quasi deliberamus, quod est frequentissimum: 'quid suadetis?' et 'uos interrogo' et 'quid tandem fieri oportuit?' et Cato: cedo, si uos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?

6. similis locus in Cic. Verr. IV, § 2. 11. ex Cicerone teste Rufiniano § 14. 12. p. Mur. 37, 80. 17. p. Cluent. § 4. 28. ed. Iord. p. 71.

1 diuersas **AB**: diuersas inde **M**, diuersas tamen *edd.* 2 ad *om.* **B** 3 accusan| descendat **Bn** *et* **Bg**, *uterque in fine folii* 4 ut *om.* **ABM** 5 rep̄hendum **A**[1] fate*tur* **A**, fateretur **Mb** 6 ut **B**: et **AMb** 8 sumus **A** 11 praesumtione **A**: praesumptione *rell.* 12 fuerit **Mb** reprehensione ne **A** ciues **B**: cuius **AMb**, ciues ciues *edd.* 13 nemine b 16 an] si **A** 17 sufficit — infamiam **A** *in ras. 1 m.* 18 quo me uertam **BM**: quod ad me uertam **Ab** nescio *om.* **A** 19 infamiam illam **A** 20 nam et **B**: nec **Ab**, ne **M** 22 qua cum aut ipsis aduersariis **AMb** 23 cloatilla **AB**: cloacilla **M**, Domitilla *edd. recc.* trepida **B**: trepidat **Ab**, trepidet **M** 24 solitudine **B**: sollicitudine **AMb** 25 misere **BM** tū propter uos **A** 26 detis **AMb** 28 et quid **A**: quid *rell. et* ς 29 caedo **A**

et alibi: communem rem agi putatote ac nos huic rei
22 praepositos esse. sed nonnumquam communicantes aliquid
inexpectatum subiungimus, quod et per se schema est, ut in
Verrem Cicero: quid deinde? quid censetis? furtum for-
tasse aut praedam aliquam? deinde, cum diu suspendisset
iudicum animos, subiecit, quod multo esset inprobius. hoc Celsus
23 sustentationem uocat. est autem duplex: nam contra fre-
quenter, cum expectationem grauissimorum fecimus, ad aliquid,
quod sit leue aut nullo modo criminosum, descendimus. sed
quia non tantum per communicationem fieri solet, παράδοξον
24 alii nominarunt, id est inopinatum. illis non accedo, qui
schema esse existimant etiam, si quid nobis ipsis dicamus inex-
pectatum accidisse, ut Pollio: numquam fore credidi, iudi-
ces, ut reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia
25 ualeret, precarer. paene idem fons est illius, quam per-
missionem uocant, qui communicationis, cum aliqua ipsis
iudicibus relinquimus aestimanda, aliqua nonnumquam aduer-
sariis quoque, ut Caluus Vatinio: perfrica frontem et dic
te digniorem, qui praetor fieres, quam Catonem.
26 Quae uero sunt augendis adfectibus accommodatae figurae,
constant maxime simulatione. namque et irasci nos et gau-
dere et timere et admirari et dolere et indignari et optare
quaeque sunt similia his fingimus. unde sunt illa: liberatus
sum, respiraui, et bene habet, et quae amentia est
haec? et o tempora, o mores! et miserum me! consum-
tis enim lacrimis infixus tamen pectori haeret dolor, et

magnae nunc hiscite terrae.

27 quod exclamationem quidam uocant ponuntque inter figuras
orationis. haec quotiens uera sunt, non sunt in ea forma, de

---

1. ib. p. 72. 4. V, 5, 10. 23. Cic. p. Mil. 18, 47. 24. p. Mur. 6, 14. 25. in Cat. I, § 2. Phil. II, 26, 64. 27. ignoti poetae.

---

1 hac **B**, *sed* h *in* **Bn** *punct.* 2 praepositus **A**^{1} 3 schemata **b** 5 praeda aliqua **A** 6 iudic*um* anim*os* (-mis **A**^{1}?) **A**, iudicem animis **b** subiectis **b** quod **BM**: cum **A** 8 explicationem **AMb** 10 commutationem **AMb** 11 ali **A**^{1} inoppinatum **B**, inoppinata cum **b** 12 si quod **A** inexpectato **A**, *sed* o *in ras.* 13 polio **B** iudicē **b** 14 ne **A** *in ras.* in eius **B**: in eum **AMb** iudicū **A**, *sed* ū *in ras.* 15 precare **A**^{1}**b** poene **A** idem **Bn** *corr.* id est **B** quem **AMb** 16 ipsis *om.* **b** 17 aduersari*is* **A** (aduersariis — fieres quam *om.* **M**) 19 fieris **A**^{1}, fieri **b** 21 e simulatione **Ab** 23 respiraui liberatus sum *Cic.* 24 habet quae **A** 25 haec et **ABM**: et *om. edd.* et o mores **Mab** miserunt **b** consumptis **BMς** 26 doleret **b**, et *om.* **M** 27 magne **BM**, omo (homo **ab**) magne **Ab** hiscite **B**: hijs scite **M**, coniscite **A**, scite **b** 28 quod ex collatione **Mb** quidem **A** 29 uera sunt **A** *1 m. in ras.* uersa sunt **Mb**

qua nunc loquimur: at simulata et arte composita procul dubio
schemata sunt existimanda. quod idem dictum sit de oratione
libera, quam Cornificius licentiam uocat, Graeci παρρηϲίαν.
quid enim minus figuratum quam uera libertas? sed frequenter 28
sub hac facie latet adulatio. nam Cicero cum dicit pro Ligario
'suscepto bello, Caesar, gesto iam etiam ex parte
magna nulla ui coactus consilio ac uoluntate mea ad
ea arma profectus sum, quae erant sumta contra te',
non solum ad utilitatem Ligari respicit, sed magis laudare uicto-
ris clementiam non potest. in illa uero sententia 'quid autem 29
aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos
possemus?' admirabiliter utriusque partis facit bonam causam,
sed hoc eum demeretur, cuius mala fuerat.

Illa adhuc audaciora et maiorum, ut Cicero existimat, late-
rum, fictiones personarum, quae προϲωποποιίαι dicuntur:
mire namque cum uariant orationem tum excitant. his et ad- 30
uersariorum cogitationes uelut secum loquentium protrahimus
(qui tamen ita demum a fide non abhorrent, si ea locutos fin-
xerimus, quae cogitasse eos non sit absurdum), et nostros cum
aliis sermones et aliorum inter se credibiliter introducimus, et
suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando personas
idoneas damus. quin deducere deos in hoc genere dicendi et 31
inferos excitare concessum est. urbes etiam populique uocem
accipiunt. ac sunt quidam, qui has demum προϲωποποιίαϲ
dicant, in quibus et corpora et uerba fingimus: sermones homi-
num adsimulatos dicere διαλόγουϲ malunt, quod Latinorum qui-
dam dixerunt sermocinationem. ego iam recepto more utrum- 32
que eodem modo appellaui: nam certe sermo fingi non potest,
ut non personae sermo fingatur. sed in his, quae natura non

3. lib. 4, 36. 5. c. 3, 7. 10. ib. 4, 10. 14. Orat. 25, 85. 26. Cornificius 4, c. 43 et 52.

1 eloquimur **Ab** at simulata *Spalding:* adsimulata **B**, asimulata **A**, assimulata **Ma**, sed assim. ϛ 3 uocant A^1**Mb** ΠΑΡΡΗϹΙΝ **A** 7 nulla magna **A** 8 sumpta **BM**ϛ 9 ligarii **B**ϛ 11 hic potest nos **BM**: hic *om.* **A**, hic potest nos **b**, *hinc in* **T** hic ponos 13 hoc cum **AM** cuius **A** *corr. m. 2 in* cum 15 ΠΡΟϹΩΠΟΙΙΑΙ **B**, ΠΡΟϹΩΠΑΙ (-ΠΟΙΑΙ *corr.*) **A** 16 namque **B**, *item* **A** *sed m. 2 in ras.* nam **M**, atq. nam̃ *(sic)* **b** tum **AB**: cum **Mb** 18 qui **AB**: quae **Ma**ϛ demum **A** *in ras.* abhorrent **B**: abhorreant **AMb**, *ipse malim* abhorrebunt 19 cum aliis **B**: qualis **A**(?)**b**, quoque **Ma** 21 obiurgando **AMb**: *om.* **B** quaerendo **A** 23 excitare **B**: *excitare* concitare **A**, at (*i. e.* alii *uel* alias) exercitare concitare **Mb**, *sed* **b** *deletis uerbis* concessum est 24 ΠΡΟϹΩΠΟΠΟΙΑϹ **A** *partim in ras.* 26 ΔΙΑΛΟΓΟΙϹ **A** 28 certo sermo **M**, certo serio sermo **A** 29 in *om.* **b**

permittit, hoc modo mollior fit figura: etenim si mecum
patria mea, quae mihi uita mea multo est carior, si
cuncta Italia, si omnis res publica sic loquatur: M.
Tulli, quid agis? illud audacius genus: quae tecum, Ca-
tilina, sic agit et quodammodo tacita loquitur: nul-
lum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te.
33 commode etiam aut nobis aliquas ante oculos esse rerum, per-
sonarum, uocum imagines fingimus, aut eadem aduersariis aut
iudicibus non accidere miramur: qualia sunt 'mihi uidetur' et
'nonne uidetur tibi?' sed magna quaedam uis eloquentiae desi-
deratur. falsa enim et incredibilia natura necesse est aut magis
moueant, quia supra uera sunt, aut pro uanis accipiantur, quia
34 uera non sunt. ut dicta autem quaedam, ita scripta quoque
fingi solent, quod facit Asinius pro Liburnia: mater mea, quae
mihi cum carissima, tum dulcissima fuit quaeque mihi
uixit bisque eodem die uitam dedit et reliqua, deinde
exheres esto. haec cum per se figura est, tum duplicatur,
quotiens sicut in hac causa ad imitationem alterius scripturae
35 conponitur. nam contra recitabatur testamentum: P. Noua-
nius Gallio, cui ego omnia meritissimo uolo et debeo
pro eius animi in me summa uoluntate, et adiectis dein-
ceps aliis heres esto. incipit esse quodammodo παρῳδή, quod
nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis
abusiue etiam in uersificationis ac sermonum imitatione serua-
36 tur. sed formas quoque fingimus saepe, ut Famam Vergilius,
ut Voluptatem ac Virtutem, quemadmodum a Xenophonte tra-
ditur, Prodicus, ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in
satura tradit Ennius. est et incertae personae ficta ora-

1. in Cat. 1, 11, 27. 4. ib. 1, 7, 18. 25. Aen. 4, 174. 26. Mem. Socr. 2, 1.

---

1 permittit **Bg** *sic habet, ut potius* permitat *legas, hinc est in* **FMT** permittat molior **A**, melior a 2 patria mea **ABM**: patria *Cic. et* ς 3 marce **A** 4 tulli **Bg** *om. 1m.* ca*ti*lina **A**, catillina **B** 6 aliquod **A**[1] 8 uocum **B**: **cum **A**, uacum b, ue a, *om.* **M** 9 uidetur mihi **BM**ς 10 *non*ne **A** 12 qua **A**[1]b, que **M** 13 autem **B**: aut cum **A**, aut **M** 14 mea quae mihi uixit *(om. mediis)* **FMT** 15 cum **AB**: tum *edd.* 16 bisque eodem **B**: cum eodem (o *ex corr.*) **A** uitam — deinde **A** *in ras. 1 m.* 19 *te*stamentum **A**, est tamen tum **b** publius nouanius gallo **A** 22 esto **A** *2 m. in rasura maioris spatii* ΠΑΡΟΔΗ **A**, ΠΑΩΑΝ **Bg** 24 abusiuo **A** uersificationes **B** 25 uirgilius **BM** 26 ut (in **Bn** *1m.*) uoluptatem **B**: ut uoluntatem **M**, uol*antem* (antem *in ras. maiore*) **A** 27 prodigus **A**, prodignus **b**, prodigiis **M**, prodigam **a** consentientes **Ab** 28 et **AMb**: ut **B** incertae personae *ed. Camp. et Regius:* incerta persona **BM**, incertā (in incertā *corr. 1 m.*) personā **A** fic*t*a **A**

tio: 'hic aliquis' et 'dicat aliquis'. est et iactus sine persona sermo: 37

hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles.

quod fit mixtura figurarum, cum προσωποποιΐα accedit illa, quae est orationis per detractionem: detractum est enim, quis diceret. uertitur interim προσωποποιΐα in speciem narrandi. unde apud historicos reperiuntur obliquae adlocutiones, ut in T. Liuii primo statim: urbes quoque ut cetera ex infimo nasci, deinde, quas sua uirtus ac di iuuent, magnas opes sibi magnumque nomen facere.

Auersus quoque a iudice sermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet, siue aduersarios inuadimus 'quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharsalica?' siue ad inuocationem aliquam conuertimur 'uos enim iam ego, Albani tumuli atque luci', siue ad inuidiosam inplorationem: 'o leges Porciae legesque Semproniae!' sed illa quoque uocatur auersio, quae a proposita quaestione abducit audièntem: 38 39

non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui.

quod fit et multis et uariis figuris, cum aut aliud expectasse nos aut maius aliquid timuisse simulamus aut plus uideri posse ignorantibus, quale est prooemium pro Caelio.

Illa uero, ut ait Cicero, sub oculos subiectio tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta ostenditur, nec uniuersa, sed per partis: quem locum proximo libro subiecimus euidentiae, et Celsus hoc nomen isti figurae dedit. ab aliis ὑποτύπωσις dicitur proposita quaedam forma rerum ita 40

3. Aen. 2, 29. 7. lib. 1, 9. 12. p. Lig. 3, 9. 14. p. Mil. 31, 85. 15. Verr. V, 63, 163. 18. Aen. 4, 425. 23. de Orat. III, 53, 202.

1 esset iactus **Bg** *corr. in* est et tactus, est et tacitus (i *s. l.*) **A**, et est tacitus **M** 4 ΠΡΟCΩΠΟΠΟΙΑΙ **Bn** *ut Capper. coniecit:* ΠΡΟCΩΠΟΙΑΙ **A**, ΠΡΟCΩΠΟΠΟΙΑ **Bg** 5 per tractationem **b** 7 titi **ABM** liuii **B**: libro **AMb** 9 quos **BM**, quod **A** ac di iuuent **B**: ac dii iubent **M**, accidi iubent **Ab** 11 a iud **B** *qui di*citur **A**, quid igitur **b** apostrophemi remouet **Bg** 12 aduersarius **A**[1] inuasimus **ABM**, *corr. in ed. Gryph.* 13 tuuero **A**[1] inuocationem **AMb**: innocationem **Bg**, innouationem **Bn** 14 ego *om.* **M** *et Cic. libri* tumulti atque in luci **A**, tumuli — sed illa *om.* **b** 15 implorationem — portiae *(sic)* **A** *maximam partem in ras.* leges Porciae *om.* **B**, *hinc in* **Bg** que (legesque) *erasum*, o lex Porcia *Cic.* 16 sempronia **A**[1] 21 uidere **BM** 22 prohoemium **ABM** *cae*lio **A**, caellio **Mb** 23 subiecto **Mb** 24 sol*et* **A** 25 partis **AMb**: partes **Bas** locum **AMb**: loco **B** (quam libro proximo subi *coni. Spalding*) 26 euidenti*ae*** celsus **A** hoc nomen **B**: cognomen **AMb** 27 aliis (alis *1 m.*) ΥΠΟΤΥΠΟCΙΟ **A**

expressa uerbis, ut cerni potius uideantur quam audiri: *ipse
inflammatus scelere et furore in forum uenit, arde-*
41 *bant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat.* nec solum
quae facta sint aut fiant, sed etiam quae futura sint aut futura
fuerint, imaginamur. mire tractat hoc Cicero pro Milone, quae
facturus fuerit Clodius, si praeturam inuasisset. sed haec quidem
translatio temporum, quae proprie μετάςταςις dicitur, in
διατυπώςει uerecundior apud priores fuit: praeponebant enim
talia, 'credite uos intueri', ut Cicero: *haec, quae non ui-*
42 *distis oculis, animis cernere potestis.* noui uero et praecipue
declamatores audacius nec mehercule sine motu quodam
imaginantur, ut Seneca in controuersia, cuius summa est, quod
pater filium et nouercam inducente altero filio in adulterio deprensos
occidit: *duc, sequor: accipe hanc senilem ma-*
43 *num et quocumque uis inprime.* et post paulo: *aspice,*
inquit, quod diu non credidisti. ego uero non uideo,
nox oboritur et crassa caligo. habet haec figura mani-
44 festius aliquid: non enim narrari res, sed agi uidetur. locorum
quoque dilucida et significans descriptio eidem uirtuti adsignatur
a quibusdam, alii τοπογραφίαν dicunt.

Εἰρωνείαν inueni qui dissimulationem uocaret: quo nomine quia parum totius huius figurae uires uidentur ostendi, nimirum sicut in plerisque erimus graeca appellatione contenti. igitur εἰρωνεία, quae est schema, ab illa, quae est tropos, genere ipso nihil admodum distat (in utroque enim contrarium ei, quod

1. Verr. V, 62, 161. 5. cap. 32. 9. in loco nondum inuento.

1 uideatur *libri, em. Obrecht* 2 et **ABM**: ac *edd.* 3 cludelitas **B**, crudelitatis **M** emicabat **AM**, *sed* ca **A** *m. 2 in ras.* 4 facta sunt **ABM** futura sunt **M** *et corr.* **Bg** 7 tralatio **B** propria **Mb** indiatyposi **B**, incliatibosi **Ab** 8 uerecundior **B**: uerecundius (u *extrema ex corr.*) **A**, uerecundiosā **b** *ut uidetur;* Sed haec — μετάςταςις dicitur. In διατυπώςει uerecundia apud p. fuit *Spalding, in qua ratione displicet* quae (*post* temporum); *ipse malim:* sed haec q. transl. temporum proprie μετάςταςις dicitur. hypothyposis uerecundior apud p. fuit. proponebant **A**, *sed prior* o *in ras.* 10 noui uero (uere **M**) **BM**: non uiuere **Ab**, non uidere **a** 12 ut **Bn**: et **A**, ut et **M**, uτ seneca **Bg** (eτ, sτ *suprascr.*), *qua incerta auctoritate lectio uulgata* ut et Seneca ista in c. *nititur, cf. adnot. Spaldingii* cuius **AB** (**A** c *in ras.*): quiu **b** *ut uidetur*, quae **FMT** 13 nouerca **A** inducentem **Ab**, iudicantem **M** deprehensus **A** 14 manum quod cum uis **A** 15 aspicē **Bg** 17 figura **B**: igitur a **Ab**, igitur **Ma** 18 agi **B**: argui **AMb** 19 dilucida et sign. descriptio eiusdem (eiusdem et **M**) uirtutis **BM**, dilucida*tio huic* uirtuti (tiohuic *m. 2*) **A**, dilucida et uirtutis **b** (eidem *restituit Regius*) 20 ali **B** 21 ΕΙΡΩΝΗΕΙΑΝ (Η *in ras.*) **A**, ΙΡΩΝΕΙΑΝ **B**, *item paulo post* ΙΡΩΝΕΙΑ dissimulatione **A**[1] uocaret **ABM**: uocarent ς

dicitur, intellegendum est), species uero prudentius intuenti diuersas esse facile est deprendere. primum, quod tropos aper- 45
tior est et, quamquam aliud dicit ac sentit, non aliud tamen simulat: nam et omnia circa fere recta sunt, ut illud in Catilinam: a quo repudiatus ad sodalem tuum, uirum optimum, Metellum demigrasti. in duobus demum uerbis est ironia, ergo etiam breuior est tropos. at in figura totius 46
uoluntatis fictio est, apparens magis quam confessa, ut illic uerba sint uerbis diuersa, hic sensus sermoni et uoci et tota interim causae conformatio, cum etiam uita uniuersa ironiam habere uideatur, qualis est uisa Socratis. nam ideo dictus εἴρων, agens imperitum et admiratorem aliorum tamquam sapientium, ut, quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορά, sic hoc schema faciat tropos ille contextus. quaedam uero genera huius 47
figurae nullam cum tropis habent societatem, ut illa statim prima, quae dicitur a negando, quam nonnulli ἀντίφρασιν uocant: non agam tecum iure summo, non dicam, quod forsitan optinerem, et: quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatium possessiones datas, quid ereptas proferam? et: mitto illam primam libidinis iniuriam, et: ne illa quidem testimonia recito, quae dicta sunt de HS sescentis milibus, et: possum dicere. quibus 48
generibus per totas interim quaestiones decurrimus, ut Cicero: hoc ego si sic agerem, tamquam mihi crimen esset diluendum, haec pluribus dicerem. εἰρωνεία est et, cum similes imperantibus uel permittentibus sumus: i, sequere

4. I, 8, 19. 17. Verr. V, 2, 4. 18. Phil. II, 25, 62. 22. possum] p. Cael. 22, 53. 23. p. Cluent. 60, 166. 26. Aen. 4, 381.

2 deprehendere **AM**ς actior est **M**, apertiorē **Bg** 4 simulat (t *in ras.*) **A** 5 a quo repudiatus *om.* **A** tu*um* (um *in ras. maiore*) **A** 6 Metellum *libri:* M. Marcellum *Philander ex Cicerone, sed ibi quoque aliquot meliores libri nostram lectionem tuentur* 7 breuiorē tropos **BgM** ad in b, at *om.* **M** 8 orbitatis **A** 9 sermoni et uoci *scripsi:* sermonis et ioci (loci **Ab**) **AB**, sermonis loci **M**, sermonis uoci ς *ex coni. nescio cuius* 10 conformatio **AFT** *(sed* **A** *media* o *in ras.):* confirmatio **BM** quae *(1 m. in ras.)* etia*m in uniuersa uita* i. h. uideatur **A**, tum etiam — uidetur *dett.* 11 iron **A** 12 admiratorem *Spalding et* **a**: admirator **ABM** 13 facit* **A** continia **Bg** 14 troporum *Regius, at cf. Zumpt V, 393 ed. Spalding.* 18 *fort.* optinere debeam; *nam parum credibile est Quintilianum tam uitiose scripsisse; apud Cic. est* debeam fors. obtinere 19 hereditatium **B**: hereditatum **A**ς, hereditancium **M** 20 et *om.* **A** libinis **A** 21 ne ris et *om.* **A** 22 sesterciis **A** *in ras. m. 2*, sestertiis **B**, *sed* **Bg** *sic:* sesτerτiis, sixtertiis **M** sescentis **B**: septingentis **AMb** 23 decurrimus *om.* **A** 25 haec **B**: hoc **AMb** pluribus uerbis *Cic.* ΕΙΡΟΝΕΙΑ **A**, ΙΡΩΝΕΙΑ **B** 26 sumsisse quere **b**, sum*us* quaere **A**, sumus que **M**

49 Italiam uentis, et cum ea, quae nolumus uideri in aduersariis esse, concedimus iis. id acrius fit, cum eadem in nobis sunt et in aduersario non sunt:

meque timoris
argue tu, Drance, quando tot caedis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.

quod idem contra ualet, cum aut ea, quae a nobis absunt, aut etiam quae in aduersarios recidunt, quasi fatemur:

me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

50 nec in personis tantum, sed et in rebus uersatur haec contraria dicendi, quam quae intellegi uelis, ratio, ut totum pro Q. Ligario prooemium et illae eleuationes: uidelicet, o di boni!

scilicet is superis labor est!

51 et ille pro Oppio locus: o amorem mirum! o beniuolentiam singularem! non procul absunt ab hac simulatione res inter se similes, confessio nihil nocitura, qualis est: habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum, et concessio, cum aliquid etiam inicum uidemur causae fiducia pati: metum uirgarum nauarchus nobilissimae ciuitatis pretio redemit: humanum est, et pro Cluentio de inuidia: dominetur in contionibus, iaceat in iudiciis: tertia consensio, ut pro eodem: iudicium
52 esse corruptum. hac euidentior figura est, cum alicui rei adsentimur, quae est futura pro nobis, uerum id accidere sine aduersarii uitio non potest. quaedam etiam uelut laudamus, ut Cicero in Verrem circa crimen Apolloni Drepanitani: gaudeo

4. ibid. 11, 383. 9. ib. 10, 92. 13. Aen. 4, 379. 14. fragm. 6. 16. p. Lig. § 2. 19. Verr. V, 44, 117. 21. c. 2, 5. 22. ib. 23, 63. 26. IV, 17, 37.

1 cum (**A** *in ras.* que **b**) ea quae nolumus uideri (*om.* **b**) esse in aduersariis se (*om.* **A** *in ras.*) concedimus **Ab**, cum ea uolumus esse in aduersariis sed concedimus **M** 2 eis **AMb** cum **B**, *item* **A** *in ras.* quae **Mb** 3 aduersario **AB**: aduersariis **FMT** 5 tu drance **AMb**: *om.* **B** quan*do* **A** 7 ualet (t *in ras.*) **A** 9 partam **B** 10 *sed* et **A**: sed **B**, et **Mb** 11 quam *quae* **A** quinto **AMb** 12 leuationes **A** 13 laborē **B** 14 pro oppio **B**: opio **M**, proprio **b**, proprius **A** 15 procul **AMb**: procul autem **B** similitudine **A** 16 habet **Bg** *1 m.* 17 tuuero **A**[1] accusatori **A**, *sed* i *in ras.* accusatoris **Mb** maxi **B** obtandum **A** 18 concessio **AMb**: confessio **B** inicum **B**: inic** **A**, iniquum **Maς** 19 uidemus **b** causa **AMb** fiduciae pati metu **A** 20 nobilissimae **Ab**: nobilis nobilissimae **B**, nobilissimos **M**; *cf. ad* 8, 4, 19 pretioseredemit **A** (pretios **b** *quoque*) est et **A** *2 m. in ras.* est *om.* **Mb** 22 confessio **A** 23 hac *Spalding:* haec *libri* 24 adsentimus **A**[1] 25 ui*cio* **A** 26 appolloni **Bg**, opi*li*oni **A**, appolini **M** drepani **Bg** *1 m.* drepanitane **a** gaudeo — abs te] *haec a pr. m.* **Bg** *omissa suppleta sunt in imo margine schedae, cuius extremus uersus in haec uerba desinit* (§ 54):

etiam, si quid ab eo abstulisti, et abs te nihil rectius factum esse dico. interim augemus crimina, quae ex facili 53 aut diluere possimus aut negare, quod est frequentius, quam ut exemplum desideret. interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam grauia, ut Cicero pro Roscio, cum immanitatem parricidii quamquam per se manifestam, tamen etiam ui orationis exaggerat.

Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus 54 obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, et ipsa ostendit aliquid adfectus uel irae, ut:

quos ego — sed motos praestat componere fluctus,

uel sollicitudinis et quasi religionis: an huius ille legis, quam Clodius a se inuentam gloriatur, mentionem facere ausus esset uiuo Milone, non dicam consule? de nostrum omnium — non audeo totum dicere: cui simile est in prooemio pro Ctesiphonte Demosthenis. uel alio 55 transeundi gratia: Cominius autem — tametsi ignoscite mihi, iudices. in quo est et illa, si tamen inter schemata numerari debet, cum aliis etiam pars causae uideatur, digressio: abit enim causa in laudes Cn. Pompei. idque fieri etiam sine ἀποσιωπήσει potuit. nam breuior illa, ut ait Cicero, a re 56 digressio plurimis fit modis. sed haec exempli gratia sufficient: tum C. Varenus, is qui a familia Anchariana occisus est: — hoc quaeso, iudices, diligenter adtendite, et pro Milone: et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. est alia 57 non quidem reticentia, quae sit inperfecti sermonis, sed tamen praecisa uelut ante legitimum finem oratio, ut illud: nimis

8. cf. supra 9, 1, 31. 11. Aen. 1, 135. 12. nunc legitur locus ex hoc suppletus p. Mil. 12, 33. 17. ex or. p. Cornelio. 21. cf. 9, 1, 28. 23. ex Cic. or. p. Vareno. 25. c. 12, 33. 28. p. Lig. 3, 9.

an huius ille legis quam cloelius a se *etc. hinc in* **F T** *haec uerba inter* clodius *et* a se *(§ 54) inculcata sunt;* **M** *eadem utroque loco habet* 1 si quid habeo (h *erasa*) **A** 2 augemus **AMb**: gaudemus **B** crimina quae] criq. **b** 3 possumus **M** *et dett.* 5 cicero pro roscio **A**: pro roscio cicero *rell. et* ς 6 patricidii **M** oratoris **A** 7 exagerat **Bn** *et* **A**[1] 8 εποϲιοπεϲιϲ **A** 9 ipsi **Ab**, ipse **Ma** 10 aliquid adfectus **A**: adeffectus **B**, affectus **M** 11 motus **A**[1]**b** 12 leges **Mb** 13 cloelius **Bg**, quam p. rutilius **A** *2 m. in ras.* 14 non dicam **ABM**: ne dicam *al.* 15 nostrum **BM**: nostrorum **A** *et codex Schol. Bob. ad or. de aere alieño Mil. p. 346 ed. Or.* nostrum enim *edd.* 16 cthesiphonte **Bn**, tesiphonte **A**[1], thesiphonte **BgM** 17 co*munius autem tamesi ignoscite* mihi **A** 19 munerari **B** 20 causa **B**: augusta **AMb** gnei **AMb** 22 degressio **B** sufficient *Iã* .c. **A**, sufficien*tium* .c. **b**, sufficienti aut ut .C. **M** 23 uarenum his (is *corr.*) **A** 25 me tum illis **AMb**

urgeo, commoueri uidetur adulescens, et: quid plura? ipsum adulescentem dicere audistis.

58 Imitatio morum alienorum, quae ἠθοποιία uel, ut alii malunt, μίμηϲιϲ dicitur, iam inter leniores adfectus numerari potest: est enim posita fere in eludendo, sed uersatur et in factis et in dictis. in factis, quod est ὑποτυπώϲει uicinum, in dictis, quale est apud Terentium:

at ego nesciebam, quorsum tu ires. paruola
hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,
soror dicta est: cupio abducere, ut reddam suis.

59 sed nostrorum quoque dictorum factorumque similis imitatio est per relationem, nisi quod frequentius adseuerat quam eludit: dicebam habere eos actorem Q. Caecilium. sunt et illa iucunda et ad commendationem cum uarietate tum etiam ipsa natura plurimum prosunt, quae simplicem quandam et non praeparatam ostendendo orationem minus nos suspectos iudici faciunt.

60 hinc est quasi paenitentia dicti, ut pro Caelio: sed quid ego ita grauem personam introduxi? et quibus utimur uulgo: imprudens incidi. uel cum quaerere nos, quid dicamus, fingimus: quid relicum est? et: num quid omisi? et cum ibidem inuenire, ut ait Cicero: unum etiam mihi relicum eiusmodi crimen est, et: aliud ex alio succurrit

61 mihi. unde etiam uenusti transitus fiunt, non quia transitus ipse sit schema, ut Cicero narrato Pisonis exemplo, qui anulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, uelut hoc in memoriam inductus adiecit: hic modo me commonuit Pisonis anulus, quod totum effluxerat. quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos aureos abstulisse? et cum aliqua uelut ignoramus: sed earum re-

1. Verr. IV, 44, 116. 8. Eun. 1, 2, 75. 13. diu. in Caec. 2, 4. 17. c. 15, 35. 19. Verr. IV, 20, 43. 21. p. Cluent. 61, 169. 26. Verr. IV, 26, 57. 29. ib. IV, 3, 5.

1 quid plura *Quintil. ex memoria*, ne multa *Cicero* 3 ΗΘΟΠΟΙΟΙΑ (ΠΟΙΟΙΑ *in ras.*) **A** 4 uolunt **M** ΜΕΙΜΗϹΙϹ **AB** leuiores *libri, em. Turnebus* 5 est enim **A** *in ras.* *in* eludendo **A**, in ludendo **M** 6 in factis (*ante* quod) *om.* **A** ΥΠΙΤΥΠΟϹΕΙ **A** 8 aut ego **A^1B** nescibam *Terentius* paruula **AM**ς 9 abreptae duxit **B**, abrepta ac duxit **M** 15 prosunt **BM**: possunt **Ab** 16 suspectos **A** *in ras.* susceptos **b** iuditii **b** 17 penitentia **AMBg**, poenit. **a** 18 introduxi **ABM**: induxi *libri Cic.* 19 hue incidi *Cic.* 20 *et* 21 relicum **AB**: reliquum **M**ς 20 quid omisi **BM**: quid relicum est omisi **A**, quid relicum est **b** 22 huiusmodi ς et **B**: set **b**, sed **AM** 24 pis exemplo **A** *anu*lum **A** 25 cludi **B**, claudi **M** uelut hinc in *Regius* 26 adductus *dett.* hic *Cicero:* hoc **ABM** 28 dicitis anulus aureus **A^1b**; aureos *om. Cic.*

rum artificem quem? quemnam? recte admones, Polyclitum esse dicebant. quod quidem non in hoc tantum 62
ualet. quibusdam enim, dum aliud agere uidemur, aliud efficimus, sicut hic Cicero consequitur, ne, cum morbum in signis atque tabulis obiciat Verri, ipse quoque earum rerum studiosus esse credatur. et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone et Salamine id agit, ut minore inuidia cladis apud Chaeroneam acceptae laboret. faciunt illa quoque iucundam orationem, 63
aliqua mentione habita differre et deponere apud memoriam iudicis et reposcere quae deposueris et iterare quaedam schemate aliquo (non enim est ipsa per se iteratio schema) et excipere aliqua et dare actioni uarios uelut uultus. gaudet enim res uarietate, et sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis praestat, in quod se uelut nouum intendant.

Est emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto 64
latens aliquid eruitur, ut apud Vergilium:

non licuit thalami expertem sine crimine uitam
degere more ferae?

quamquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erumpit eius adfectus, ut sine thalamis uitam non hominum putet, sed ferarum. aliud apud Ouidium genus, apud quem Zmyrna nutrici amorem patris sic confitetur:

o, dixit, felicem coniuge matrem!

Huic uel confinis uel eadem est, qua nunc utimur plurimum. 65
iam enim ad id genus, quod et frequentissimum est et expectari maxime credo, ueniendum est, in quo per quandam suspicionem quod non dicimus accipi uolumus, non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens et auditori quasi inueniendum. quod,

18. Aen. 4, 550. 24. Metam. 10, 422.

1 polyclitum **A** *in ras.* 2 non in hoc *Regius:* non hoc **B**, hoc **AMb** 4 sic **b** 6 et *om.* **A** 7 heronedam **A**, eronidam **b** 9 habita **B**: aliqua **Ab**, ment. habita *om.* **M** differens deponere **AMb** 10 quae **Bg** *corr. ex* quod iterare *nos:* sperare **BM**, spera **b**, separare **A** *m. 2 in ras.* bis ponere *coni. Spalding* quaedam **A** *in ras.* 11 ipsa **ABn**: ista **Bn** *in marg. 1 m. item* **Bg** *et* **M** 12 eтdare (era) **Bg**, *hinc in* **FT** et erare 14 in quo **A**, inquid **M** 16 enfasis **A** 17 *etiam* latens **A**, exlatens **Mb** eruitur **A** *in ras.* erebitur **b** 20 quaeritur **A**, *sed* a *erasa* erumpit **A**: erupit **BM** 22 aliud *om.* **AMb** hoc genus **a** apud *quem* myrra (myrna *1m.?*) **A** (zmirna **BgM**) 23 patris (p *in ras.*) **A**, matris **Mb** confitetur et **a** 24 matrem **A** 26 iam enim] *habet locum paucis omissis Iulius Victor c. 21 p. 434* 27 per quem tam **b** 28 accipi eo uolunt **b**, accipiet uoluimus **M** non *om.* **AMb** 29 ιρωνεια **B**, eipuinea **A**

ut supra ostendi, iam fere solum schema a nostris uocatur, et
66 unde controuersiae figuratae dicuntur. eius triplex usus
est: unus, si dicere palam parum tutum est, alter, si non decet,
tertius, qui uenustatis modo gratia adhibetur et ipsa nouitate
ac uarietate magis, quam si elatio sit recta, delectat.
67 Ex his, quod est primum, frequens in scholis est. nam et
pactiones deponentium imperium tyrannorum et post bellum
ciuile senatus consulta finguntur et capitale est obicere ante
acta, ut, quod in foro non expedit, illic nec liceat. sed sche-
matum condicio non eadem est: quamlibet enim apertum, quod
modo et aliter intellegi possit, in illos tyrannos bene dixeris,
68 quia periculum tantum, non etiam offensa uitatur. quod si
ambiguitate sententiae possit eludi, nemo non illi furto fauet.
uera negotia numquam adhuc habuerunt hanc silentii necessi-
tatem, sed aliam huic similem, uerum multo ad agendum diffi-
ciliorem, cum personae potentes obstant, sine quarum reprensione
69 teneri causa non possit. ideoque hoc parcius et circumspectius
faciendum est, quia nihil interest, quo modo offendas, et aperta
figura perdit hoc ipsum, quod figura est. ideoque a quibusdam
tota res repudiatur, siue intellegatur siue non intellegatur. sed
licet modum adhibere, in primis, ne sint manifestae. non erunt
autem, si non ex uerbis dubiis et quasi duplicibus petentur,
quale est in suspecta nuru: duxi uxorem, quae patri pla-
70 cuit: aut, quod est multo ineptius, compositionibus ambiguis,
ut in illa controuersia, in qua infamis amore filiae uirginis pater
raptam eam interrogat, a quo uitiata sit: quis te, inquit, ra-
71 puit? tu, pater, nescis? res ipsae perducant iudicem ad
suspicionem, et amoliamur cetera, ut hoc solum supersit: in quo
multum etiam adfectus iuuant et interrupta silentio dictio et
cunctationes. sic enim fiet, ut iudex quaerat illud nescio quid
ipse, quod fortasse non crederet, si audiret, et ei, quod a se in-

2 est usus *Victor* 3 alter*um si non* licet tertiū **A** 4 qui gratiae tantummodo causa *Victor* *post* ipsa *in* **Bg** *uox erasa est* 5 si elatio **B**: si relatio **AM**ς, *sed* **A** sir *in ras. 2 m.* si oratio *coni. Capper. coll.* § 79: *simile elatio uidetur significare* 6 ex iis **B** 7 factiones **A** 8 ciuile] consulens **b** capitale ē **AMb**: capitalē **B** antea ista **b**, ante acta ista **M** 10 conditio **Ba** 11 in *om.* **A** 14 ethuc **A**, et hoc **a**; numquam adducunt hanc *Obrecht* 15 sed **BM**: et **A** 16 reprehensione **AM** 17 hoc **B**: *om.* **AMb** 18 apertas **Bg** *ante rasuram* 19 prodit hoc ipsum quo *Victor* a *om.* **A**[1] 20 siue non intelleg. *om.* **A**[1]**M** 22 ex **B**: et **AM** 23 quale est **AM** *et Victor:* qualis est **B**, quale **b**, ut *dett. et* ς suspecta **A**, suscepta **b** patri *om.* **M** 24 quo est **A**[1] 25 in illa *Victor:* in *om.* **ABM** 26 interroget **A** 27 tu *om.* **M** 28 ut *om.* **A** 31 audiret (i *in ras.*) **A**, auderet **B**, si aud. *om.* **M**

uentum existimat, credat. sed ne si optimae quidem sint, esse 72
debent frequentes. nam densitate ipsa figurae aperiuntur, nec
offensae minus habent, sed auctoritatis. nec pudor uidetur, quod
non palam obicias, sed diffidentia. in summa sic maxime iudex
credit figuris, si nos putat nolle dicere. equidem et in personas 73
incidi tales et in rem quoque, quod est magis rarum, quae
optineri nisi hac arte non posset. ream tuebar, quae subiecisse
dicebatur mariti testamentum, et dicebantur chirographum ma-
rito expiranti heredes dedisse: et uerum erat. nam, quia per 74
leges institui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad
eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. et caput
quidem tueri facile erat, si hoc diceremus palam, sed peribat
hereditas. ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelle-
gerent factum, delatores non possent adprendere ut dictum, et
contigit utrumque. quod non inseruissem ueritus opinionem
iactantiae, nisi probare uoluissem, in foro quoque esse his figu-
ris locum. quaedam etiam, quae probare non possis, figura 75
potius spargenda sunt. haeret enim nonnumquam telum illud
occultum, et hoc ipso, quod non apparet, eximi non potest: at
si idem dicas palam, et defenditur et probandum est.

Cum autem obstat nobis personae reuerentia, quod secun- 76
dum posuimus genus, tanto cautius dicendum est, quanto ualidius
bonos inhibet pudor quam metus. hic uero tegere nos iudex,
quod sciamus, et uerba ui quadam ueritatis erumpentia credat
coercere. nam †quo minus aut ipsi, in quos dicimus, aut iudi-
ces aut adsistentes oderint hanc maledicendi lasciuiam, si uelle
nos credant? aut quid interest, quo modo dicatur, cum et res 77

1 optime **BM**, optimū **A**^{1}**b** 2 *nam* **A** 5 et quidem **AMBg** 6 tales et **A** *et Regius:* tale est **BM** quod **AB**: id **Mb** rarum (a *in ras.*) **A**, rerum **b** 7 hac **A**: *om.* **BM** 8 et dicebantur **Ab**: et dicebatur **BMa** *haud scio an recte, si cum Regio scribas* per heredes 9 expiranti **Ab**: expirante **B**, spiranti **M** heredes **A** *quoque* (*non* heredibus) 10 porterat **B** actum **B**: factum **AMb** 11 bona∗ **A**, *om.* **M** capud **Bg** 12 tueri **B**: quaeri **A**, queri **M** sed peribat **A** *2 m. in ras.* (*item* hereditas ita), sed per sed peribat **b**, sed per se deperibat **M** 13 iudices **B**: id **Ab** (*pro* iud), *om.* **M** intellegere *(extrema* e *in ras.)* **A**, intellegant **Mb** 14 adprehendere **M**, *ap*prehenderent **A**, adpnderent **b** 15 utrumque *om.* **b**, utique **A** *et lectio uaria in* **Bg**, contigit utr. *om.* **M** 16 esse iis **A**, es hys **M**, essemus **b** figuris quaedam quae **b** 18 aspergenda *Victor* 19 hoc ipso quod *in* **Bg** *punctatum* (et ipsum non apparet **M**) quo *(sic)* non **A** *2 m. in ras.* at **ABM** *et Victor (sed in* **Bg** t *punctata): om.* **FT**ς 21 cum aut obstant **A**^{1}**b** 23 hic — esse faciendum *(p. 140, 2) habet Victor p. 435, 1*
24 sciamus **B** *et Victor:* scimus **AMb** 25 nam quo **ABM** *et Victor:* nam quanto ς, namque minus — — si nolle nos credant *Regius, ipse tentaui* nam quanto magis *etc.* aut ipsi **A** *in ras.* ipsi *om.* **M** 27 nos **ABM** (s **A** *in ras.*): non **b** quomo **Bn** *relicto spatio uacuo* cum **A** *in ras.* quo **B**, q̄m **M**, si *Victor*

et animus intellegitur? quid dicendo denique proficimus, nisi ut
palam sit facere nos, quod ipsi sciamus non esse faciendum?
atqui praecipue prima, quibus praecipere coeperam, tempora hoc
uitio laborarunt. dicebant enim libenter tales controuersias, quae
78 difficultatis gratia placent, cum sint multo faciliores. nam
rectum genus adprobari nisi maximis uiribus non potest: haec
deuerticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis, ut qui cursu
parum ualent, flexu eludunt, cum haec quae adfectatur ratio
sententiarum non procul a ratione iocandi abhorreat. adiuuat
etiam, quod auditor gaudet intellegere et fauet ingenio suo et
79 alio dicente se laudat. itaque non solum, si persona obstaret
rectae orationi, quo in genere saepius modo quam figuris opus
est, decurrebant ad schemata, sed faciebant illis locum etiam,
ubi inutiles ac nefariae essent, ut si pater, qui infamem in matre
filium secreto occidisset, reus malae tractationis iacularetur in
80 uxorem obliquis sententiis. nam quid impurius quam retinuisse
talem? quid porro tam contrarium, quam eum, qui accusetur,
quia summum nefas suspicatus de uxore uideatur, confirmare id
ipsa defensione, quod diluendum est? at si iudicum sumerent
animum, scirent, quam eiusmodi actionem laturi non fuissent,
multoque etiam minus, cum in parentes abominanda crimina
spargentur.

81 Et quatenus huc incidimus, paulo plus scholis demus: nam
et in his educatur orator, et in eo, quo modo declametur, positum est etiam, quo modo agatur. dicendum ergo de iis quoque, in quibus non asperas figuras, sed palam contrarias causae plerique fecerunt: 'tyrannidis adfectatae damnatus torqueatur, ut conscios indicet: accusator eius optet quod uolet. patrem

---

1 quid dicendo **Ma**: quid dicimus **b**, quid **B** *(lectio* **A** *ignoratur)*, quid — proficimus *om. cod. Victoris* denique dicendo *Obrecht* 2 nos **B** *et Victor: om.* **AMb** quod **Bg** *corr. ex* quos fa*t*endum (t *in ras.*) atqui **A** 5 placer*ent* **A**, placet **M** 7 deuerticula **b**: diuerticula **BM**, *item* **A**, *sed hic* iue *in ras.* suffigia **A** *in*firmitatis (-ti *corr.*) **A**, firmitates **b** 8 eludunt *Regius*: eludant **AB**, *sed* **A** a *in ras.* flexu elud. *om.* **M** 9 a *om.* **A**[1] 12 recte **A**[1]**Bg** 14 ubi personae inutiles *Regius* ac **A** *in ras. maiore* si *Regius:* is *libri*, si is *Ascensius* matre **B**, *ut uoluit Zumpt:* matrem **AMb** 15 male **A**[1]**BM** iocularetur **M** 16 *fort.* obliquas sententias 17 contrarium umquam **b** quam eum qui **A** *m. 2 in ras. longe maioris spatii* qui *om.* **Mb** 19 quod **AB** (od **A** *in ras.*): quam **Mb** iudicem **Mb**, iudic*is* **A** summerent **B**, sumerem **M** 20 scirent **A**: scierint **b**, scirem **B**, *om.* **M** latu si **b** 21 parentis **b** 22 spargentur **Ab**, *ut malebat Spalding:* spargerentur **BMς** 24 eo quo **AMb**: equo **B** declametur **ABM** *(sed secunda* e **A** *in ras.):* declamatur **FTb** 25 his **A** quoque — palam **A** *2 m. in ras.* 26 non **Mab**: nos **B** speras **Mb** 27 ut conscios indicet **B**: *om.* **AM**, pater ei *(sic)* **b** 28 op*tet* (tet *in ras. maiore*) **A**, oportet **b** patrem **A** *in ras.* pater **b**

quidam damnauit, optat ne is torqueatur: pater contra dicit'. nemo se tenuit agens pro patre, quin figuras in filium faceret, 82 tamquam illum conscium in tormentis nominaturus. quo quid stultius? nam cum hoc iudices intellexerint, aut non torquebitur, cum ideo torqueri uelit, aut torto non credetur. at credibile est hoc eum uelle. fortasse: dissimulet ergo, ut efficiat. sed nobis, 83 declamatoribus dico, quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? ergo, si uere ageretur, similiter consilium illud latens prodidissemus? quid? si neque utique uerum est, et habere alias hic damnatus contradicendi causas potest, uel quod legem conseruandam putet, uel quod nolit accusatori debere beneficium, uel, quod ego maxime sequerer, ut innocentem se esse in tormentis pertendat? quare ne illud quidem semper succurret sic 84 dicentibus: 'patrocinium hoc uoluit, qui controuersiam finxit'. fortasse enim noluit, sed esto uoluerit: continuone, si ille stulte cogitauit, nobis quoque stulte dicendum est? at ego in causis agendis frequenter non puto intuendum, quid litigator uelit. est 85 et ille in hoc genere frequens error, ut putent aliud quosdam dicere, aliud uelle, praecipue cum in †themate est aliquem ut sibi mori liceat postulare, ut in illa controuersia 'qui aliquando fortiter fecerat et alio bello petierat, ut militia uacaret e lege, quod quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. filius, qui fortiter eodem proelio fecerat, incolumitatem eius optat: contra dicit pater'. non enim, inquiunt, mori uult, sed inuidiam filio facere. equidem rideo, quod illi sic 86 timent tamquam ipsi morituri et in consilium suos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa uoluntariam mortem, causarum quoque, quas habet factus ex uiro forti desertor. sed de una con- 87 trouersia loqui superuacuum est. ego in uniuersum neque oratoris puto esse umquam praeuaricari, neque litem intellego, in

1 quidam damnauit **B**: qui accusauit **AM**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* qui damnauit *Obrecht* 2 faceret et **Mb** 3 nominaturus quo quid **A** *in ras. minoris spatii.* n. quoq. **b**, n. quo quidem **M** 4 cum **A** *in ras.* 5 credetur **A**, crederetur **b** at **B**: et **AM** credibilest **B** 6 fortas **b** 8 siue ageretur **A** 11 nolet **AMb** 12 ut (*om.* **M**) innocens esse in tormentis **AMb**, ut se in tormentis innocentem esse **B** 13 praetendat *dett.* 14 qui patrocinium **b**, patroc. hoc uoluit **A** *1 m. in ras. sed post* patroc. *fere sex litterae, post* uoluit *circiter duodecim erasae sunt* qui — uoluerit *om.* **M** 16 cogitant **b** nos **Mb** 17 litigator **BM**: uticato **Ab** uel item (*pro* uelit ē) et ille **b** 18 et *om.* **B**, est et *om.* **M** 19 alique **A**[1] 21 e lege **AB**: ex lege **M**ς 22 aduersa*nte* **A** 25 et quidem **A** illi ς: ipsi **ABM** sic continent **b** 26 ipsi — exemplorum *om.* **M** ferant obli*ti* **A** 28 forte **ABM** sed de una c. loqui superu. **B** *ut coni. Regius:* sed de (in *Spalding*) una c. sequi contrarium superu. **AM** 29 uniuerso **A** 30 esse unam **Mb** neque in litem **A**

qua pars utraque idem uelit, neque tam stultum quemquam, qui,
si uiuere uult, mortem potius male petat quam omnino non pe-
88 tat. non tamen nego, esse controuersias huiusmodi figuratas,
ut est illa: 'reus parricidii, quod fratrem occidisset, damnatum
iri uidebatur: pater pro testimonio dixit, eum se iubente fecisse:
absolutum abdicat'. nam neque in totum filio parcit nec, quod
priore iudicio adfirmauit, mutare palam potest et, ut non durat
ultra poenam abdicationis, ita abdicat tamen: et alioqui figura
89 in patrem plus facit, quam licet, in filium minus. ut autem
nemo contra id, quod uult, dicit, ita potest melius aliquid uelle,
quam dicit: quo modo ille abdicatus, qui a patre, ut filium ex-
positum et ab eo educatum solutis alimentis recipiat, postulat,
90 reuocari fortasse mauult, non tamen quod petit non uult. est
latens et illa significatio, qua, cum ius asperius petitur a iudice,
fit tamen spes aliqua clementiae, non palam, ne paciscamur,
sed per quandam credibilem suspicionem, ut in multis contro-
uersiis, sed in hac quoque: 'raptor, nisi intra tricesimum diem
et raptae patrem et suum exorauerit, pereat: qui exorato raptae
91 patre suum non exorat, agit cum eo dementiae'. nam si pro-
mittat hic pater, lis tollitur: si nullam spem faciat, ut non de-
mens, crudelis certe uideatur et a se iudicem auertat. Latro
igitur optime: 'occides ergo?' 'si potero'. remissius et
pro suo ingenio pater Gallio: dura, anime, dura: here for-
92 tior fuisti. confinia sunt his celebrata apud Graecos schemata,
per quae res asperas mollius significant. nam Themistocles
suasisse existimatur Atheniensibus, ut urbem apud deos depo-
nerent, quia durum erat dicere, ut relinquerent. et, qui Victo-
rias aureas in usum belli conflari uolebat, ita declinauit, uicto-
riis utendum esse. totum autem allegoriae simile est, aliud
dicere, aliud intellegi uelle.

93 Quaesitum etiam est, quo modo responderi contra figuras

1 qui **B**: *om.* **AMb** 2 sibi uere **Bg**, si uere **Ab** mauult **Ab**, *sed* **A** ma *in ras* 4 parricidi **A**[1], paricidi **M** occidisset et **Mb** dampnatum iri **M**, damnatuiri **AB**, *sed* **A** u *in ras.* 5 iuuente **A**[1] 7 et *om.* **AM** 8 poena **A** ita *et abdicati alioqui* **A** *in ras. 2 m.* 9 patrem *Regius:* patre **ABM**; in patre — in filio *Capper. cum ed. Aldina, cf. tamen Spalding* 11 quam dicit **Bn** *s. l.* 13 reuocare **AMb** 14 *cum qua* uis **A** 15 fit ei tamen **B**, tamen (*om.* fit) **AMb** *(sed* t **A** *in ras.)* 16 controuersis **B** 17 et in *Francius, recte ut uidetur* 18 patrem b 19 si **Ba** *s. l. 1 m.* promittat **ABM**: permittat a *et dett. cf. Spalding* 20 demens **A**, demus b 21 cludelis **B** 22 occidet **AMb** 23 durat animae **A** here **Mb**: here **A**, heri **B**, *cf. 1, 7, 22* 24 celebrata **Bg** *corr. ex* scelerata 26 apud *se* dep. **A** 27 et *om.* **AMb** 31 quaesitum] *hanc § et sequentem habet Iulius Victor c. 22 p. 435*

oporteret. et quidam semper ex diuerso aperiendas putauerunt, sicut latentia uitia rescinduntur. idque sane frequentissime faciendum est: aliter enim dilui obiecta non possunt, utique cum quaestio in eo consistit, quod figurae petunt. at cum maledicta sunt tantum, et non intellegere interim bonae conscientiae est. atque etiam si fuerint crebriores figurae, quam ut 94
dissimulari possint, postulandum est, ut nescio quid illud, quod aduersarii obliquis sententiis significare uoluerint, si fiducia sit, obiciant palam, aut certe non exigant, ut, quod ipsi non audent dicere, id iudices non modo intellegant, sed etiam credant. utilis aliquando etiam dissimulatio est, ut in eo (nota enim fa- 95
bula est), qui, cum esset contra eum dictum 'iura per patris tui cineres', paratum se esse respondit, et iudex condicione usus est, clamante multum aduocato, schemata de rerum natura tolli, ut protinus etiam praeceptum sit, eiusmodi figuris utendum temere non esse.

Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur oc- 96
casio, ideoque id Cicero non putat esse positum in contentione. tale est illud, quo idem utitur in Clodium: quibus iste, qui omnia sacrificia nosset, facile ab se deos placari posse arbitrabatur. ironia quoque in hoc genere materiae frequen- 97
tissima est. sed eruditissimum longe, si per aliam rem alia indicetur, ut aduersus tyrannum, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat, agit competitor: 'mihi in te dicere non licet, tu in me dic, et potes: nuper te uolui occidere'. frequens 98
illud est nec magno opere captandum, quod petitur a iureiurando, ut pro exheredato: 'ita mihi contingat herede filio mori'. nam et in totum iurare, nisi ubi necesse est, graui uiro parum con-

19. ex or. in Clod. et Cur.

1 aperienda **Ab** (et quidam — putauerunt *om.* **M**) 5 et non animaduertere interim et dissimulare *Victor, in qua lectione* et dissimulare *ex interpretatione rhetoris profectum uidetur* intellegi **Mb** 7 possunt **A** ut *om.* **AMb** 8 figurare *Victor* fiduciant obiciant **A** 9 audeant **Ab**
10 credatur **b**, credantur **M** 11 aliquando etiam **ABM**: etiam aliq. *edd.* tabula **A** 12 per *om.* **A** patris tui *Seneca Contr. VII p. 181 et Suet. de gramm. et rhet. p. 126 Reiff.* patroni tui *libri Quint.* 14 clamante multum **A** *2 m. in ras.* demente m. **b** aduocato schema **A**, aduocatus emata **b** 18 id *om.* **A** 19 quod idem utitur *in dialogo ut* quibus **A** 20 noset **B** a*se **A**, abs se **M** placi **A**^{1}**b** 21 ΙΡΩΝΙΑ **B**, ΕΙΡΩΝΕΙΑ **A**, *om.* **M** 23 indicetur **a**: indigetur **A**(?)**Mb**, inducetur **B**, intelligetur *ed. Camp.* 24 seposuerat **Mb** cūpetitor **A**^{1}**BM** in te dicere **B**: interdicere **AMb** 25 licet et tu **AMb** potest **M** *et ante ras.* **A** occidere uolui frequens istud est **M** 26 nec **A** *corr. ex* ne magno opere **A**: magnopere **BMS** 27 exheredata **A**

uenit et est a Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc esse, sed testium. nec meretur fidem, qui sententiolae gratia iurat, nisi si potest tam bene quam Demosthenes, ut
99 supra dixi. leuissimum autem longe genus ex uerbo, etiamsi est apud Ciceronem in Clodiam: praesertim quam omnes amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putauerunt.

100 Comparationem equidem uideo figuram quoque esse, cum sit interim probationis, interim etiam causae genus, et sit talis eius forma, qualis est pro Murena: uigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eo, quo contendit, mature cum exercitu perueniat: te gallorum,
101 illum bucinarum cantus exsuscitat et cetera. nescio an orationis potius quam sententiae sit. id enim solum mutatur, quod non uniuersa uniuersis, sed singula singulis opponuntur. et Celsus tamen et non neglegens auctor Visellius in hac eam parte posuerunt, Rutilius quidem Lupus in utroque genere, idque ἀντίθετον uocat.

102 Praeter illa uero, quae Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia et idem Rutilius Gorgian secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cuius quattuor libros in unum suum transtulit, et Celsus, uidelicet Rutilio accedens, posuerunt
103 schemata: consummationem, quam Graecus † διαλλαγήν uocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur: consequens, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in argumentis diximus: collectionem, qui apud illum est συλλογισμός· minas, id est κατάπληξιν· exhortationem, παραινετικόν. quorum nihil non rectum est, nisi cum aliquam ex iis, de quibus locuti sumus, figuram accipit.

5. p. Cael. 13, 32. 10. c. 9, 22.

1 a seneca **A** *in ras.* 2 esse **ABn**: ē **BgM** sententiolae **A** *in ras.* 5 quam mones **A**, qua mones **b**, quam orationis **M** 8 equidem *om.* **AMb** quoque *scripsi:* non *libri, quam lectionem ferendam non esse Spalding bene perspexit* 9 et si talis **ABM** 10 denecte **B** *ut t*uis **A**, ut uis **b** 11 consultatoribus **A** eo quo **AMb**: qui **B**, eo *om.* ς intendit *libri Tulliani* 13 ill*um* **A** buccinarum **M**ς exsuscitat **BnMb** *(sed in* **Bn** su *expuncta):* exsuscita*nt* **A**, excitat **Bg** 15 sed singula **A** *in ras.* 16 uis**llius **A**, bisellius **a** *(sic fere infra quoque § 107),* insellius **M** 19 Cicero lumina (*sine* inter) *malebat Spalding* 20 gorgiā **A** 21 leontinium **A** 23 graecis **Bg** ΔΙΑΜΑΤΗΝ **B**, ΔΙΑΜΑΡΗΝ **A**, διαμονήν *Zumpt*, διαμάχην *Bonnell*, παλιλλογίαν *Kayser ad Cornif. p. 303; probabilis uocis emendatio nondum inuenta est* 24 cum **A** *in ras.* sequens **b**, sequens est **AM** 25 *post* ille *est in* **Bg** *paruum signum litterae* x *non dissimile* 26 CΥΛΛΟΓΙCΜΟC **A** *partim in ras.* id est **A**: idē **B**, idem **M**ς ΚΑΤΑΠΑΗΞΙΝ **B**, ΗΑΤΑΠΑΕΥΖΙΝ **A** 27 exorationem ΠΑΡΑΙΝΗΤΙΚΟΝ **B** non **AB**: *om.* **Mb** 28 aliqua **A** his **AM**

praeter haec Celsus excludere, adseuerare, detrectare, excitare 104
iudicem, prouerbiis uti, et uersibus et ioco et inuidia et inuocatione intendere crimen, quod est δείνωϲιϲ, adulari, ignoscere, fastidire, admonere, satisfacere, precari, corripere figuras putat.
partitionem quoque et propositionem et diuisionem et rerum 105
duarum cognationem, quod est, ut idem ualeant quae uidentur esse diuersa, ut non is demum sit ueneficus, qui uitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem, quod est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias ἀναγκαῖον, ἀνάμνηϲιν, ἀνθυποφοράν, 106
ἀντίρρηϲιν, παραύξηϲιν, προέκθεϲιν, quod est dicere, quid fieri oportuerit, deinde quid factum sit, ἐναντιότητα, unde sint enthymemata κατ' ἐναντίωϲιν, μετάληψιν etiam, quo statu Hermagoras utitur. Visellius, quamquam paucissimas faciat figuras, ἐνθύμημα tamen, quod commentum uocat, et rationem appellans ἐπιχείρημα inter eas habet. quod quidem recipit quodammodo et Celsus: nam consequens an epichirema sit dubitat. Visellius 107
adicit et sententiam. inuenio, qui adgregent his διαϲκευάϲ, ἀπαγορεύϲειϲ, παραδιηγήϲειϲ. sed ut haec non sunt schemata, sic alia uel sint forsitan ac nos fugerint uel etiam noua fieri adhuc possint, eiusdem tamen naturae, cuius sunt ea, de quibus dictum est.

III. Verborum uero figurae et mutatae sunt semper et, utcumque ualuit consuetudo, mutantur. itaque, si anticum sermonem nostro comparemus, paene iam quidquid loquimur figura est, ut 'hac re inuidere', non, ut omnes ueteres et Cicero praecipue, 'hanc rem', et 'incumbere illi', non 'in illum', et 'plenum uino', non 'uini', et 'huic', non 'hunc adulari' iam dicitur et mille alia, utinamque non peiora uincant. uerum sche- 2
mata lexeos duorum sunt generum: alterum loquendi rationem

1 excudere **A** detractare **BM** 2 loco **A** 3 ΑΕΙΝωϹΙϹ **B**, ΔΙΝΟϹΙϹ **A** adulare **A** 6 cognationem **Ma**: cognitionem **AB** est ut *om.* **M** 7 non hijs **M**, ñinis **B** *(sed* n *in* **Bn** *punctatum)* ueneficiis **M** *et 1m.* **Bg** 9 ΑΝΑΝΚΑΙΟΝ ΑΝΑΜΝΗϹΙΝ **B**, ΑΛΑΝΚΟΛΟΝΑ ΝΑΜΝΗϹΙΝ **A** 10 ΑΝΤΗΡΡΙϹΙΝ **A** *partim in ras.* ΠΑΡΑΖΕΥΞΙΝ (ΖΕΥΞ *in ras.*) **A** ΠΡΟΕΚΘΗϹΙΝ **B**, ΠΡΟΕΧΘΕϹΙΝ **A** 11 ΕΝΘΥΜΙΜΑΤΑ (Ι *in ras.*) **A** 12 κατ' ἐναντίωϲιν *Kayser ad Cornif. p. 291:* ΚΑΤΑΙΤΙΑϹΙΝ **A**, ΚΑΤΑΙΚΤΙΑϹΙΝ **B** ΜΕΤΑΛΗΜΨΙΝ **B** etiam] eta **A** 14 ratione **A** 15 ΕΠΙΧΙΡΗΜΑ **B**, ΕΠΙΧΈΙΡΙΜΑ **A** 16 et **AM**: ex **B** ephicirema **A** 17 ΔΙΑϹΚΕΆ ΠΑΓΟΕΡΙϹΕΤϹ ΠΑΡΑΙΗΓΗϹΕΙϹ **A** 18 *post* ΠΑΡΑΔΙΗΓΗϹΕΙϹ *in* **B** *additum est* κ̄, *i. e.* kaput *ut uidetur* 19 ac nos **B**: magnos **Ab**, magis **M** uel **BM**: tum* **A**, tua **b** 21 *post* est *sequitur in* **Ba** *inscriptio* De figuris uerborum, *in* **M** De signis seu coloribus. 22 et mutatae sunt **A** *in ras.* 23 anticum **BM**: anti*quum* **A** 24 poenae **A** 25 hac re **AB**: hanc rem **Mab** no*n ut* **A** omnes *om. Iulius Victor p. 435, 36* et **A** *in ras.* praecipue** hanc rem **A** *ut uidetur*, praecipue sed huic rei **Mab**; *lectio* huic rei *uera uidetur Maduigio in em. Liu. p. 60* 28 utrum nā que̥ peiora **b**

uocant, alterum maxime conlocatione exquisitum est. quorum
tametsi utrumque conuenit orationi, tamen possis illud gramma-
ticum, hoc rhetoricum magis dicere.

Prius fit isdem generibus quibus uitia: esset enim omne
3 eiusmodi schema uitium, si non peteretur, sed accideret. uerum
auctoritate, uetustate, consuetudine plerumque defenditur, saepe
etiam ratione quadam. ideoque, cum sit a simplici rectoque
loquendi genere deflexa, uirtus est, si habet probabile aliquid,
quod sequatur. una tamen in re maxime utilis, ut et cotidiani
ac semper eodem modo formati sermonis fastidium leuet et nos
4 a uulgari dicendi genere defendat. quodsi quis parce et, cum
res poscet, utetur, uelut asperso quodam condimento iucundior
erit: at qui nimium adfectauerit, ipsam illam gratiam uarietatis
amittet. quamquam sunt quaedam figurae ita receptae, ut paene
iam hoc ipsum nomen effugerint: quae etiamsi fuerint crebriores,
5 consuetas aures minus ferient. nam secretae et extra uulgarem
usum positae ideoque magis notabiles ut nouitate aurem excitant,
ita copia satiant, et se non obuias fuisse dicenti, sed conquisi-
tas et ex omnibus latebris extractas congestasque declarant.

6 Fiunt ergo et circa genus figurae in nominibus, nam et
oculis capti talpae et timidi damae dicuntur a Vergilio,
sed subest ratio, quia sexus uterque altero significatur, tamque
mares esse talpas damasque quam feminas certum est: et in
uerbis, ut fabricatus est gladium et inimicum poenitus

---

20. Verg. Georg. 1, 183. Ecl. 8, 28. 24. Cic. p. Rab. Post. 3, 7. p. Mil. 13, 33.

---

1 uocat **BM**, nouat **A** conlatione **Mb** exquitum **B** 2 conuen*it* *orati*oni **A** grammaticicum **B** 3 rethoricum m. dice*re* **A** 4 prius **A** *corr. ex* proprius (?) iisdem ς esset enim omne eiusmodi] *hic deficit* **B**; esset enim *omne sc*hema **A**, esset hominis thethema **G**, esset enim omnis schema **M**, esset enim orationis schema ς 6 auctoritatē **G** consuetudinē **A**^{1}**G** 7 rationē **G** 9 una **MSa**: unā **AG** ut et **a**: et **AGM**, ut **S**ς cottidiani **AGM** 10 formati **Sa**: formatis **AGM** uos **G** *1 m.* 11 uol-gari **A** *corr.* quodsi **AGM**: quo *uel* qua (*sic* **S**) si *dett.* parce **A** *in ras.* parte **GM**, partē **S** 12 quoda **G** iucundior oratio erit *malebat Spalding* 13 gra **G**, graui **M** 14 amittet **Sa**: amittent **AGM** 14 poene **AG** 15 etiam sic **GM** 16 fierent **G** *1 m.* secretae **a**: secreta **AG**, secrete **MS** 17 notabiles *Lochmann:* nobiles *libri, cf.* § 27 nouitatē **A**^{1}**GMS** aurem **AG**: *om.* **FMST** 18 et se non **AGM**: et se **S**, nec se *edd.* obuia (ob-uias *corr.*) fuise **A** 19 et *om.* **G** *post* latebris *in* **A** *una duaeue litterae erasae sunt, fort.* latebris ēē 21 dimidi **G** dāmae **A**, dāme **GM** di*cuntur a uergilio* **A** 22 tamquē ares **G**, Nam tam mares **A** *2 m. in ras.* tanquam mares **S**, nam camaras **M** 23 esse **AS**: est et *(per comp.)* **G**, esse et **M** dāmasque **GM** et **G** *s. l. 1 m.* 24 gla*dium* **A** penitus **M**, punitus **a**

es. quod minus mirum est, quia in natura uerborum est et 7
quae facimus patiendi modo saepe dicere, ut 'arbitror, suspicor',
et contra faciendi quae patimur, ut 'uapulo': ideoque frequens
permutatio est et pleraque utroque modo efferuntur: 'luxuriatur
luxuriat, fluctuatur fluctuat, adsentior, adsentio'. est figura et 8
in numero, uel cum singulari pluralis subiungitur: gladio
pugnacissima gens Romani, gens enim ex multis, uel ex
diuerso:

qui non risere parentes,
nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est:

ex illis enim, 'qui non risere', hic, quem non dignata. in 9
satura est:

nostrum istud uiuere triste aspexi,

cum infinito uerbo sit usus pro appellatione: nostram enim uitam
uult intellegi. utimur et uerbo pro participio:

magnum dat ferre talentum,

tamquam 'ferendum', et participio pro uerbo: uolo datum. 10
Interim etiam dubitari potest, cui uitio simile sit schema,
ut in hoc:

uirtus est uitium fugere:

aut enim partis orationis mutat ex illo uirtus est fuga uitiorum, aut casus ex illo uirtutis est uitium fugere, multo
tamen hoc utroque excitatius. iunguntur interim schemata:
Sthenelus sciens pugnae: est enim scitus pugnandi.
transferuntur et tempora: Timarchides negat esse ei peri- 11
culum a securi (praesens enim pro praeterito positum est) et
status: hoc Ithacus uelit: et, ne morer, per omnia genera,
per quae fit soloecismus.

9. Verg. Ecl. 4, 62. 13. Pers. Sat. 1, 9. 16. Aen. 5, 248. 20. Hor. epist. 1, 1, 41. 24. Hor. carm. 1, 15, 24. 25. Cic. Verr. V, 44, 116. 27. Aen. 2, 104.

1 es *Philander ex Cicerone:* est *libri* minus mirus **A**[1], mirus minus **G**, *sed addito eadem m. transpositionis signo,* mirum minus **M**ς, mirum non **S** quia **a**: qui **AG**, quod *dett. et* ς 2 saepe dicere **AM**: pedicere **G**, praedicere **ST** 4 pleraque **S**: plerūque **AGM** luxuriatus — fluctuatus **GMS** 5 assentio **a**, *om.* **A** 9 qui *Politianus (Miscell. cent. I c. 89):* cui *libri, ut habet Vergilius: at apparet nostro uitiosum exemplar ad manus fuisse aut memoria eum lapsum esse; cf. Osann. 6, 17* 12 est *Spalding:* et **AGS**, est et **M** 13 istud *uiuere* tris*te* **A** 14 nostram enim **A** *in ras.* 15 pro participio **A** *in ras.* 18 similosit scema (schema **a**) **AG** (cui simile uitio sit schema **S**) 19 ut **A** *corr. ex* aut 21 partes **GMa** 22 exllo **A** *partim in ras.* uirtus est *libri, corr. in Aldina* multo *Gesner:* multa *libri* 23 scemata **A**[1]**G**[1]**M** *et sic saepius* 24 schelelus **AG**, scelus **M** scitus *scripsi:* scius////icus **A**, sciusticus **G**, scius scitus **a**, sciens scitus **M**, suus scenalus **S**, scitus Sthenelus ς 25 negate ē ei **G** 27 statius **a** itachus **AG**, ythacus **M**, itacus **S**

Haec quoque est, quam ἑτεροίωcιν uocant, cui non dissi-
milis ἐξαλλαγή dicitur, ut apud Sallustium neque ea res fal-
sum me habuit et duci probare. ex quibus fere praeter
nouitatem breuitas etiam peti solet. unde eo usque processum
est, ut non paeniturum pro non acturo paenitentiam et ui-
13 suros ad uidendum missos idem auctor dixerit. quae ille qui-
dem fecerit schemata: an idem uocari possint, uidendum, quia
recepta sunt. nam *in* receptis etiam uulgo auctore contenti
sumus, ut iam eualuit rebus agentibus, quod Pollio in La-
bieno damnat, et contumeliam fecit, quod a Cicerone re-
14 prehendi notum est: 'adfici' enim 'contumelia' dicebant. alia
commendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit:

uel cum se pauidum contra mea iurgia iactat.
progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat:

quorum similia apud ueteres tragicos comicosque sunt plurima.
15 illud et in consuetudine remansit 'enimuero'. his amplius apud
eundem:

nam quis te iuuenum confidentissime,

quo sermonis initium fit. et

tam magis illa tremens et tristibus effera flammis,
quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.

quod est uersum ex illo: quam magis aerumna urget, tam
16 magis ad malefaciendum uiget. pleni talibus antiqui sunt.

---

2. Iug. 10, 1. 3. Hist. fragm. inc. 110 ed. Dietsch. 5. ib. 109. 10. Phil. 3, 9, 22. 13. Aen. 11, 406. 14. ib. 1, 19. 18. Georg. 4, 445. 21. Aen. 7. 787.

---

1 ετεροιωcιν **AG** (**G** -ωιn): ἑτέρωcιν *edd.* *post* uocant *exemplum quo figura inlustraretur intercidisse bene monuit Spalding* cui non **A**: cum *rell.* 2 εzαmατη **AG**, est amat enim **M** salustium **GMS** 3 duci probare *libri corrupte, ut fere apparet* 5 peniturum **GM**, poeniturum **a** poenitentiam **a** uisores *Lipsius* 7 schematas **G**, scematas **A**¹ possint **M**: possunt **AG**, possit **S** quia **GMS**: qu*ae* **A** 8 sunt **AG**, *ut coni. Spalding*: sit **MS**, sint *edd.* in *addidi* 9 ut iam *Spalding*: utinam **GMS**, utrū nā **a** *(lectio* **A** *ignoratur)*, ut nunc ς eualuit **A**: naeluit **G**, uoluit **M**, uelut **S** *et plerique* lauieno **AGS**, lameno **M** 11 contumeliam **A**¹**G** 12 uetustatis **GMa**: uetustas **A**, ueritatis **S**; *fort.* alia commendat uetustas unice uirgilius **G** 13 iurgia fingit *Vergilius; fort.* iactat' et 'progeniem, *cum duo sint ex diuersis locis exempla* 16 tragicos **MS**: traicos **AG** comicos*que* **A**, comicos quae **G** 17 illud etiam *dett.* 19 nam quaesite **G** *1 m.* 20 sermones **A**¹ fit *Obrecht*: sit **AGM**;**S** 22 effusio **G** 23 aerumna uiget — ad malef. urget *Regius et Muretus V. L. XIX*, 2 24 plettalibus **G**, pleni tabulis **MS**, pleriq. tales **a** *(lectio* **A** *ignota)* sunt **AGM**: sicut **S**ς

initio Eunuchi Terentius quid igitur faciam? inquit. alius:
ain tandem leno? Catullus in epithalamio:

dum innupta manet, dum cara suis est,

cum prius 'dum' significet 'quoad', sequens 'usque eo'. ex 17
graeco uero translata uel Sallusti plurima, quale est: † uulgus
amat fieri, uel Horati, nam id maxime probat:

nec ciceris nec longae inuidit auenae,

uel Vergili:

Tyrrenum nauigat aequor.

et iam uulgatum actis quoque: saucius pectus.

Ex eadem parte figurarum † priore dicto et adiectio est illa, 18
quae uideri potest superuacua, sed non sine gratia est:

nam neque Parnasi uobis iuga, nam neque Pindi

potest enim deesse alterum 'nam'. et apud Horatium illud:

Fabriciumque
hunc et intonsis Curium capillis.

et detractiones, quae in complexu sermonis aut uitium habent
aut figuram:

accede ad ignem, iam calesces plus satis:

'plus' enim 'quam satis' est. nam de altera [quae] detractione 19
pluribus dicendum est.

---

1. I, 1, 1. 2. 62, 45. 5. Iug. 34 (?). 7. Sat. 2, 6, 83. 9. Aen. 1, 67. 13. Verg. Ecl. 10, 11. 15. Hor. Carm. 1, 12, 40. 16. Ter. Eun. 1, 2, 5.

1 eunuchi **S**: ennci **AG**, enuchi **Ma** alius: ain *scripsi:* alius in **AG**, allusit **MS** *et edd. inepte; acute tamen suspicatur Ed. Woelfflin in illo* alius *nomen comici, ut* Atilius *uel* Caecilius *latere* 2 catulus in epitalamino **AG**, cattulus in epithalamo **M** 3 tum **AGM**, dii **S** innupta* **A** 4 quodad **AGM**, quod **S** 5 transla*ta uel* **A** Sallustii ς uulgus *om.* **G** *1 m.* uulgo *Francius, an* in uulgus? (*in Sall. Iug. c. 34 est:* quae ira fieri amat) 6 uel *edd. uett.* uero **AGMS** orati **GM** nam is (id **S**) m. probat hoc **S** *et dett.* 7 ciceronis *libri* longe inuidit hernae (herne **G**) **AG**, longe inuadit herme **M** 9 tyrenum **AMS**, tirenum **G**, Tyrrhenum ς 10 sautius **G** 11 ex eadem **A** *in ras. 2 m. Recte Spaldingius: non est in comperto cur dicat* 'ex eadem fig. parte': *ex qua igitur? profecto Graecismum intelligi uoluit.* figurãrum *(per comp.)* **GS** prioredicto **A**, priora dicto **GM**, prior addito **S** adiectio *libri, sed* **S** adiecto; Ex eadem p. fig. additio et abiectio est, illaque prior uideri potest *edd. ex infelici Regii coniectura* 13 nam neque pindi potest enim deesse alterum (alter' **G**) neque parnasi (parnãsi **G**) nobis iuga (iugua **A**[1]?) nam neque pindi potest enim deesse alterum neque et apud **AG** *et sic fere reliqui. em. Regius* 14 oratium **GM** 15 fabritiumquę **G** 16 incomptis *libri Horatii* 17 detractationes **A** quae in complexu **A** *in ras.* quae inplexũ **G** sermonis aduitium **GM** 18 aut figuram **AGMS**, aut figuram: figuram ut *Badius,* aut figuram, ut *alii, ipse malim* aut figuram: uitium ut; *nam sequitur altera species infra* § 58 19 ad ignem hunc, iam *Terentius* plus satis' est in uitio; plus enim quam satis uerum est *Schuetz Opusc. philol. p. 317* 20 quae *inclusimus ut superuacuum in hac sententiae conformatione, sed uide ne supplendum sit* de altera quae figuram facit detractione 21 adiciendum *libri, em. Regius*

Utimur uulgo et comparatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorem esse dicet. duo inter se comparatiua committimus: si te, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo erit uerendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum
20 esse dicat. sunt et illa non similia soloecismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quae et tropis adsignari solent, ut de uno pluraliter dicamus:

sed nos inmensum spatiis confecimus aequor,

et de pluribus singulariter:

haut secus ac patriis acer Romanus in armis.

21 specie diuersa, sed genere eadem et haec sunt:

neue tibi ad solem uergant uineta cadentem.
ne mihi tum mollis sub diuo carpere somnos,
neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:

non enim nescio cui alii prius, nec postea sibi uni, sed omnibus praecipit. et de nobis loquimur tamquam de aliis: dicit
22 Seruius, negat Tullius. et nostra persona utimur pro aliena, et alios pro aliis fingimus. utriusque rei exemplum pro Caecina. Pisonem, aduersae partis aduocatum, adloquens Cicero dicit: restituisse te dixti: nego me ex edicto praetoris restitutum esse: uerum enim est illud: restituisse se Aebutius dixit, Caecina 'nego me ex edicto praetoris restitutum esse': et ipsum
23 'dixti', excussa syllaba, figura in uerbo. illa quoque ex eodem genere possunt uideri: unum quod interpositionem uel interclusionem dicimus, Graeci παρένθεςιν, παρέμπτωςιν uocant,

3. Cic. in Cat. I, 2, 5. 9. Verg. Georg. 2, 541. 11. ibid. 3, 346. 13. ib. 2, 298. 14. ib. 3, 435. 17. fortasse ex parte orationis p. Murena a Cicerone non edita, cf. orat. c. 27 extr. 20. c. 29, 82.

3 catillina **A[1]G** comprehendis si **GM**, comprehendis (*om.* si) **A** *1 m.* interfeci **A[1]** 4 mihi ne **a**: mihi nec **GMS**, minee (?) **A** potius hoc **A**: hoc *om.* **GMS**, hoc potius ϛ homines **G** *1 m.* 6 dicat **GMSa**: dicant(?) **A** 7 quae extorpis **G** ut **A** *in ras.* 8 dicamus — singulariter *om.* **M** 9 spatiis **a**: spatii **AGS** 11 haut **S**: aut **AGM**, non *Vergilius* ac **MSa**: a **AG** 12 speties **G** et **A** *in ras.* 13 *uer*gant **A** *fort.* cadentem' et, *cum aliud exemplum sequatur* 14 molles ϛ diuo **A** *corr. ex* dio *ut uidetur* 17 et de **A** *in ras.* 20 dicit' resti restituisse **G** 21 dixisti **AGM**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* 22 esse ***** uerum **G** enim est **A**: est *om. rell. et* ϛ (uerum enim — ebutius dixit **G** *in ras. sed 1 m.*) se *addidi* 23 nego me (me *om.* **A[1]**) caecina *libri, uerba transposuit Gesner* praetoris **GMSa**: praetori **A** *et corr.* **G** restitum **A** *et corr.* **G** 24 disti **AG**, dixisti **MSa** excussa **Ma**: excusa **AGS** 25 possunt **MSa**: possum **AG** 26 παρενθεcιnπαρεμητωcιn **A**, ναπηνηcιneαρεμετωcιn **G**; *ante* παρέμπτωςιν, *de qua cf. Ernesti lex. technol. gr. p. 248, uidetur* et *deesse, nisi malis* ἢ *cum Spaldingio addere*

dum continuationi sermonis medius aliqui sensus interuenit:
ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae
reddidissem: cui adiciunt hyperbaton, quod inter tropos esse
noluerunt: alterum, quod est ei figurae sententiarum, quae 24
ἀποστροφή dicitur, simile, sed non sensum mutat, uerum formam
eloquendi:

Decios, Marios magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar.

acutius adhuc in Polydoro: 25

fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro
ui potitur. quid non mortalia pectora cogis
auri sacra fames?

hoc, qui tam parua momenta nominibus discreuerunt, μετάβασιν
uocant, quam et aliter fieri putant: quid loquor? aut ubi
sum? coniunxit autem παρένθεσιν et ἀποστροφήν Vergilius 26
illo loco:

haut procul inde citae Mettum in diuersa quadrigae
distulerant (at tu dictis Albane maneres!)
raptabatque uiri mendacis uiscera Tullus.

haec schemata aut his similia, quae erunt per mutationem, 27
adiectionem, detractionem, ordinem, et conuertunt in se auditorem nec languere patiuntur subinde aliqua notabili figura excitatum, et habent quandam ex illa uitii similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucundus est. quod continget, si neque supra modum multae fuerint nec eiusdem generis aut iunctae aut frequentes, quia satietatem ut uarietas earum, ita raritas effugit.

---

2. p. Mil. 34, 94. 7. Georg. 2, 169. 10. Aen. 3, 55. 14. ib. 4, 595. 17. ib. 8, 642.

---

1 dum **Ma**: duo **AGS** aliqui **AG**: aliquis **S**ς, aliquin **M** 3 redidisse **G** adicient **A**[1] quod **GMS**: quid **A**, qui id **a**, *fort.* quod quidem *cf. 8, 6, 66 sq.* 4 ei **AGM**: eius **S**ς figure **MS**, fugerae **A**, fugere **G** 5 αποστροφιι **A**, ατιοστροφιι **G** sed] est **GMS** (*ex* set), et **A** *in ras.* forma **A**[1]**GMS** 7 mari*os* **A** 9 acrius *malebat Spalding* 10 obtruncat **Ma**: obtruncant **S**, abstruncat **A**(?), abstrunegat **G** 11 non **MS**: nos **AG** 13 hoc *nos:* h' **A**, h *cum puncto* **G**, *om.* **M**, enim **S**, ii **a**ς qui tam **A** *in ras.* μεταβαcιн **A**[1]**G** 14 et taliter *Tollius ad Longinum c. 27* putent **GMS** loquar **AGMS** ubi supciunt xit autem **G**, ubi sum pciunt x autem **S** 15 coniunxit **A** *in ras.* παroνοειν εταnocτoφηπ **G** (*litterae* εxo **A** *in ras. m. 2)* 17 aut **AGMS** citaemettum (emet *m. 2 in ras.)* **A**, citem et cum **G**, citae (cite) metium **MS**ς 19 at tu dic*tis* **A**, ad tu dicis **G** 19 mendaces **A**[1] 20 quae erunt *Regius:* quaerunt (querunt) *libri* 21 con*uertunt* **A** auditorem **G** *corr. ex* ordinem 24 cibis **Ma**: ciuis **A**, cuius **GS** 26 ut **A**: aut **GMS**

28 Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus cum gratiam tum etiam uires accommodat. ex quibus primum sit, quod fit adiectione. plura sunt genera. nam et uerba geminantur, uel amplificandi gratia, ut occidi, occidi non Spurium Maelium (alterum est enim, quod indicat, alterum, quod adfirmat), uel miserandi, ut

a Corydon, Corydon.

29 quae eadem figura nonnumquam per ironian ad eleuandum conuertitur. similis geminationis post aliquam interiectionem repetitio est, sed paulo etiam uehementior: bona, *miserum me! (consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor) bona,* inquam, Cn. Pompei acerbissimae uoci subiecta praeconis. uiuis et uiuis non ad depo-
30 nendam, sed ad confirmandam audaciam. et ab isdem uerbis plura acriter et instanter incipiunt: nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora uultusque mouerunt? et in isdem desinunt: quis eos
31 postulauit? Appius. quis produxit? Appius. quamquam hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cuius et initia inter se et rursus inter se fines idem sunt, quis et quis, Appius et Appius. quale est: qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses. qui sunt, qui crudelissime bellum gesserunt? Karthaginienses. qui sunt, qui Italiam deformarunt? Karthaginienses. qui sunt,
32 qui sibi ignosci postulant? Karthaginienses. etiam in

5. Cic. p. Mil. 27, 72. 7. Verg. Ecl. 2, 69. 10. Cic. Phil. II, 26, 64. 13. Cic. Cat. I, 2, 4. 15. ib. § 1. 19. p. Mil. 22, 59. 23. Rhet. ad Herenn. 4, 14.

2 eloquendi *coni. Spalding coll. 8, 6, 59* tum gratiam **AGMS** 3 ex *nos:* et **AGM**, e **Sa**ς adiectione **AM**: adiectionē **G**, per adiectionem **S**ς 4 cuius plura *coni. Francius* 5 gratiam **G** spurtum **G** melium *libri* 6 est enim **M**: est et enim **AG**, etenim **S** 7 a **AG**: ah **S**ς, ha **M** corydon coridon **a**, corydon (coridon) *semel* **AGMS** 8 hyronian **A**, ironiam **MS**ς elauendum **A**[1] 10 miserum — bona *om.* **AGMS** 12 aceruissimae **AG** 13 uocis **A**[1]**GM** subiectam **AGS** et uiuis **a**: sed uiuis **A**(?)**GMS** 14 isdem **S**: hisdem **AGM** (**G** *corr. ex* his quidem) 15 et **S**: *om.* **AGM** 16 palatu **M**, peulatii (*uel* pailatii) **G**, peculatu **S** 17 concursus *libri Tulliani* 18 hic **G** *s. l.* 19 hora **A** hisdem **AM**, et isdem (*sine* in) *Regius* 21 aliut **G** 22 rursus inter se **AGM**; *om.* **S**ς iidem ς qui et quis **A**[1]**GMS** 23 eruperunt **G** 24 Karthaginenses *hoc loco* **G**, *item extremo* 26 defor*marunt* **A**, deformasτ (*pro* deformarτ) *cum uirgula sup.* τ **G**, deformasti **MT**

contrapositis uel comparatiuis solet respondere primorum uerborum alterna repetitio, quod modo huius esse loci potius dixi: uigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perueniat: te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caues, ne consultores tui, ille, ne urbes aut castra capiantur. sed hac gratia non fuit contentus orator, uertit 33
in contrarium eandem figuram: ille tenet et scit, ut hostium copiae, tu, ut aquae pluuiae arceantur: ille exercitatus in propagandis finibus, tu in regendis. possunt 34
media quoque respondere uel primis, ut

te nemus Angitiae, uitrea te Fucinus unda,

uel ultimis, ut: haec nauis onusta praeda Siciliensi, cum et ipsa esset ex praeda. nec quisquam dubitabit, idem fieri posse iteratis utrimque mediis. respondent primis et ultima: multi et graues dolores inuenti parentibus et propinquis, multi. est et illud repetendi genus, quod simul 35
proposita iterat et diuidit:

Iphitus et Pelias mecum, quorum Iphitus aeuo
iam grauior, Pelias et uulnere tardus Ulixei.

ἐπάνοδος dicitur graece, nostri regressionem uocant. nec 36
solum in eodem sensu, sed etiam in diuerso eadem uerba contra sumuntur: principum dignitas erat paene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur. interim uariatur casibus haec et generibus retractatio: magnus est dicendi labor,

---

3. p. Mur. 9, 22. 13. Aen. 7, 759. 14. Cic. Verr. V, 17, 44. 17. ibid. 45, 119. 20. Aen. 2, 435. 24. Cic. p. Lig. 6, 19. 26. p. Mur. 13, 29.

---

2 huius *Regius:* huiusmodi **AGMS** loci potius **A** *1 m. in ras.* 3 noctu **AGMS** consultatoribus *et infra* consultatores *libri*, *at cf. S, 2, 101* 5 buccinarum **MS**ς exsuscitant **AGMS** 7 tui **A** *in ras.* aut **G** *corr. ex* et 8 hac (hanc **M**) gratiam **A^{1}GM** arator **G** 9 tenet et **A** *corr. in* tendit *m. 2* scit ut *Cic.* sicut **AGMS** 10 pluuiaeq. **A**, *sed* q. *in ras.* parteantur **G** exercitatus **AGM**: exercitatur **S**ς, exer^{i}citatus est *Cic.* 13 angitiae uitrea **A**: angita | ei utrea **G**, angitie interea **M**, agitat ei ut rea **S**, Anguitiae uitrea ς *te fucinus unda* **A** 14 ut **AGMS**: *om. edd.* *n*auis **A**, grauis **GMS** 15 et ipsa **AGMS**: ipsa quoque *Cic. et* ς ex] et **AGMS**, *om.* **a** dubitauit *libri*, *em. Gesner* idem** **A** 18 simul *Spalding:* semel *libri* 20 Iphitus — quorum *om.* **AGMS** 21 pelia*s et* **A** ulixei **AGM**: ulixis **S**, Ulixi ς 22 επαΝΟΛΟC **A^{1}G** 24 sumuntur **AG**: *om. rell. noti et* ς, al. sumptus **G** *m. 2 s. l.* ponuntur *coni. Spalding* pöene **A**, pone **G** 25 uariatus **G** 26 dicendi labor **AGM**: labor dicendi **S**ς (dicendi — res est *om.* **A** *suppl. m. 2 in marg.*)

magna res et cetera, et apud Rutilium longa περιόδῳ, sed haec
initia sententiarum sunt: pater hic tuus? patrem nunc ap-
37 pellas? patris tui filius es? fit casibus modo hoc schema,
quod πολύπτωτον uocant. constat [et] aliis etiam modis, ut pro
Cluentio: quod autem tempus ueneni dandi? illo die?
illa frequentia? per quem porro datum? unde sum-
ptum? quae porro interceptio poculi? cur non de in-
38 tegro autem datum? hanc rerum coniunctam diuersitatem
Caecilius μεταβολήν uocat, qualis est pro Cluentio locus in Op-
pianicum: illum tabulas publicas Larini censorias cor-
rupisse decuriones uniuersi iudicauerunt, cum illo
nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat, nemo
illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem
39 umquam liberis suis scripsit, et deinceps adhuc multa. ut
haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a
Cicerone dissupata dici puto:

hic segetes, illic ueniunt felicius uuae,
arborei fetus alibi,

40 et deinceps. illa uero apud Ciceronem mira figurarum mixtura
deprehenditur, in qua et primum uerbum longo post interuallo
redditum est ultimum, et media primis et mediis ultima con-
gruunt: uestrum iam hic factum reprehenditur, patres
conscripti, non meum, ac pulcherrimum quidem fa-
41 ctum, uerum, ut dixi, non meum, sed uestrum. hanc

2. Rut. 1, 10. 5. c. 60; 167. 9. c. 14, 41. 17. Georg. 1, 54. 22. ex or. in Q. Metellum.

1 res etc. *scripsi:* res est *libri, sed* **M** *sine* est, *cf. ad p. 158, 21* longa περιοδοις et **A**; longariepιοαοις et **G** 2 sunt **Sa**: sint **GM** *haud scio an recte, ut idem sit quod* 'ponantur' 3 modo *libri*, mutatis *Schuetz; an hoc totum* fit casibus — uocant *emblema est? nam nec sequitur exemplum et schema ipsum iam supra (p. 153, 25) descriptum exemploque Rutiliano inlustratum est* schemati **G** 4 ποντωτον **G** et *inclusimus*, c. et aliis iteratio modis *Schuetz*, c. et aliis: etiam modis *Spalding in Praef. III, p. 12* alias **A**[1] **G** 5 illo die] *un*de **A**, unde de **GM**, und **S** 6 illa **AGMS**: in illa *edd.* 7 quae **a**: que **AM**, q̄q (quoque) **GS** 8 conciunctam **G** 9 uocant **G** opianicum **G** 10 Larini *Cic.* lari **A**, uiolari **GMSa** 12 nemo iam rationem *Cic.* 13 cog*natis* **A** 15 dispensa **A**[1] quae a **Ma**: quia **AG**, quod a **S** 16 dissuputa **AGM**, disputa **S**, dissipata ς dici puto] '*suboritur aliqua suspicio, an hoc* dici puto *prodierit ex male iterato priore, ut legas* quae Ciceroni disputata' Spalding. *Nobis lectio sana uidetur; rhetor enim dubitat, num quae dispersa apparent, in illa figurarum congerie a Cicerone* dissupata *uocentur* 17 illic **A** *in ras.* 18 arbori ei **G** foetus **a** 20 primum uerbum *scripsi:* primo uerbo *libri, cf. infra* § *43* longo post interuallum **GMS**, longū po*st* interuallum (ū *2 m. in ras.*) **A**, *em. Regius* 22 reprehenditur *Spalding:* deprehenditur **AGMS**, reprehendo *libri meliores Isidori 2, 21, 8* 24 sed **A** *in ras.*

frequentiorem repetitionem πλοκήν uocant, quae fit ex permix-
tis figuris, ut supra dixi, utque se habet epistula ad Brutum:
ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, et
redierim per Cn. Pompeium, [et] ego ergo cum redie-
rim. et in isdem sententiis crebrioribus mutata declinationibus 42
iteratione uerborum, ut apud Persium:

usque adeone
scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

et apud Ciceronem: neque enim poterant iudicio et hi
damnari, qui iudicabant. sed sensus quoque toti, quem- 43
admodum coeperunt, desinunt: uenit ex Asia. hoc ipsum
quam nouum? tribunus plebis uenit ex Asia. in eadem
tamen periodo et uerbum ultimum primum refertur, tertium iam
sermone, adiectum est enim: uerumtamen uenit. interim
sententia quidem repetitur, *sed non eodem* uerborum ordine:
quid Cleomenes facere potuit? non enim possum quem-
quam insimulare falso. quid, inquam, facere Cleo-
menes potuit? prioris etiam sententiae uerbum ultimum ac 44
sequentis *primum* frequenter est idem, quo quidem schemate
utuntur poetae saepius:

Pierides, uos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

sed ne oratores quidem raro: hic tamen uiuit: uiuit? immo
uero etiam in senatum uenit. aliquando, sicut in gemina- 45

3. ex epist. amissa. 5. Sat. 1, 26. 8. ex loco incerto. 10. ex or. in Q. Metellum. 15. Verr. V, 41, 107. 20. Verg. Ecl. 10, 72. 22. in Catil. I, § 2.

---

1 παοκηn **G** quae sit **GM** ex **S**: et **AGM** 2 ut **MSa**: et **AG** ut quae **A**[1]**G** se *Spaldingio delendum uidetur* epistula a: epistola **S**, epistulam **AGM**, *fort.* in epistula 4 gn. **A** et *delendum esse apparet* cum ς: quam **AGMS**, *ipse malim* cum in gratiam r. 5 isdem **A**: eisdem **GMS** 7 adeo nescire **A**[1]**GMS** 9 poterant — iudicabant *Zumpt incerta emendatione:* poterat iudicio (inditio **G**) et (ex **S**) his (is **A** *1 m.*) damnatis qui indicabantur (quod iudicabant **M**) **AGMS** 11 desinent **M** 12 nouum *Zumpt:* bonum *libri* 13 perhiodo **AGM** et] *fort.* ut, *nisi malis transponere:* et uerbum primum ultimum primum **AGMS**: primo aς 14 sermone **M**: sermonem **AGS**, in sermone *Bonnell* abiectum *libri*, *em. in Aldina* enim *om.* **S** *et dett.* 15 repetitur uerborum ordine **AGMS**, repetitur, sed eodem u. ordine *edd. pleraeque*, non *addidit Meister in quaestt. Q. I, 17* 16 facere potuit non enim **A** *in ras.* possum — prioris **A** *in marg. 2 m.* 17 falsam (falso *corr.*) quod **G**, falso quidam **M** facere cleom. **AGM**: facere Cleomenes facere **S**, Cleom. facere ς, quid inquam magno opere potuit Cl. facere *Cic.* 18 etiam **AGM**: *om.* **S**ς 19 primum *addidit Badius* idem quod *(sic)* **G** *s. l.* quod idem **M** 20 poeta **A**[1]**GM** 21 pierides uos (nos **M**) **AMS**, *sed* **A** pier. *in ras.* fieri de suos **G** gallo *gallo cuius* **A**, gallotiu' **G** 22 crescit *in horas* **A**, crescōmoras **G** 23 raro **A**: ratio **GMS** *tamen uiuit uiuit* immo **A**, tamen uiuimīmo **G**, t. uiuit imo (modo **M**) **MS**

tione uerborum diximus, initia quoque et clausulae sententiarum aliis, sed non alio tendentibus uerbis inter se consonant. initia hoc modo: dediderim periculis omnibus, optulerim insidiis, obiecerim inuidiae. rursus clausulae ibidem statim: uos enim statuistis, uos sententiam dixistis, uos iudicauistis. hoc alii συνωνυμίαν, alii disiunctionem uocant, utrumque, etiamsi est diuersum, recte: nam est nominum idem significantium separatio. congregantur quoque uerba idem significantia. quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti, egredere aliquando ex urbe: patent portae,
46 proficiscere. et in eundem alio libro: abiit, excessit, erupit, euasit. hoc Caecilio πλεονασμός uidetur, id est abundans super necessitatem oratio, sicut illa: uidi oculos ante ipse meos: in illo enim 'uidi' inest 'ipse'. uerum id, ut alio quoque loco dixi, cum superuacua oneratur adiectione, uitium est, cum auget aut manifestat sententiam, sicut hic, uirtus:
47 'uidi, ipse, ante oculos' totidem sunt adfectus. cur tamen haec proprie nomine tali notarit, non uideo: nam et geminatio et repetitio et qualiscumque adiectio πλεονασμός uideri potest. nec uerba modo, sed sensus quoque idem facientes aceruantur: perturbatio istum mentis et quaedam scelerum offusa caligo et ardentes furiarum faces excitauerunt.

48 Congeruntur et diuersa: mulier, tyranni saeua crudelitas, patris amor, ira praeceps, temeritatis dementia. et apud Ouidium:

sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
sed quae uisceribus ueniebat belua ponti
exsaturanda meis.

3. ex or. in Q. Metellum, item locus sequens. 9. in Cat. I, 5, 10. 13. Aen. 12, 638. 20. fragm. Cic. ex or. in Pis., ut nunc cognitum est ex fragmentis e codice Nicolai Cusani ab I. Kleinio editis. 23. ex declamatione, ut uidetur. 26. Metam. 5, 17.

1 clausulae — inter se *om.* **M** 3 *fort.* dediderim me obtulerim **A** 4 obicerim **G** 5 indicauistis *nos:* indica**tis **A**, indicastis **GMSa**ς 6 ali — ali **A**[1]**G** cinonymian **AG**, metanomiam **S** 8 signific*an*tium **A**, significatum **M**, significat uiuum **G**, significat idem **S**; nam et nominum idem sign. separatio est et congregatio *coni. Spalding* congreguntur *corr.* **G** uerba quoque *Spalding* 9 ita **A**, *sed* i *in ras.* ista **G** 12 pleonasmos *mei* habundans **AM** 15 cum *om.* **G**, cum superuacua **A** *in ras. 2 m.* onerat *Schuetz* 16 manifestat **a**: manifesta **AGM**, manifestam **S** 17 uid *(sic)* **a**, uidet **AGMS** 18 notauerit **M** geminatio **A** *in ras.* 19 pleonasmus **M** 20 efficientes *malebat Spalding* acerbantur **A**[1]**GMS** 21 mentis *et* **A**, mentis sed **GMS** effusa **GM** 22 excitauerunt **AGM**: excitarunt **S**ς 23 credulitas **A** 24 temeritatis **AGMS**: temeritas *edd.* 26 amon **G**, hammon **A** *in ras. 2 m.* am̃o **M** 27 et quae **AGM**, *sed* **A** et *in ras.* uelba **A**[1], bellua **S** ponto *Ouidius*

inueni, qui et hoc πλοκήν uocaret: cui non adsentior, cum sit 49
unius figurae. mixta quoque et idem et diuersum significantia, quod et ipsum διαλλαγήν uocant: quaero ab inimicis sintne haec inuestigata comperta [patefacta], sublata [delata] extincta per me? 'inuestigata comperta [patefacta]' aliud ostendunt, 'sublata [delata] extincta' sunt inter se similia, sed non etiam prioribus. et hoc autem exemplum et superius 50
aliam quoque efficiunt figuram, quae, quia coniunctionibus caret, dissolutio uocatur, apta, cum quid instantius dicimus: nam et singula inculcantur et quasi plura fiunt. ideoque utimur hac figura non *in* singulis modo uerbis, sed sententiis etiam, ut Cicero dicit contra contionem Metelli: qui indicabantur, eos uocari, custodiri, ad senatum adduci iussi: in senatum sunt introducti, et totus hic locus talis est. hoc genus et βραχυλογίαν uocant, quae potest esse copulata dissolutio. contrarium illud est schema, quod coniunctionibus abundat: illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύνδετον dicitur. sed hoc est uel isdem 51
saepius repetitis, ut

tectumque laremque
armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram:

uel diuersis: arma uirumque — multum ille et terris — 52

1. ex or. in Q. Metellum. 12. fragm. 9 ed. Or. 19. Georg. 3, 344. 22. Aen. 1, 1.

---

1 inueni qui et **A** *in ras.* ПΛΟΚΕΝ uocare (uocaret *corr.*) **A** *solus ex notis:* ПΛΟΚΕΝ usque deducit et apud nostrum etiam tragicum ioue propagatus est ut perhibent tantalus *(cf. § 57)* per me et inuestigata comperta id est patefacta aliud ostendunt sublata delata extincta uocare **G** *et dett. similiter; hac in libris dett. confusione permotus Spaldingius (item editores posteriores) locum Ciceronis* 'quae — extincta per me' *post* πλοκήν uocaret *inseruit* cum sit unius figurae. mixta quoque *(sc. congeruntur cf. § 48 in.) interpunxi:* cum sit unitis (unius **M**) figurae mixtae (mixta **M**) quoque **AGM**, *om.* **S**; cum sint unius figurae et mixtae quoque *edd. recentt.* 3 diallegen **AG** 4 comperta idē (*uel* id est) patefacta *libri et hoc loco et inferiore;* id est *deleuerunt editores, immo* id est patefacta *ut glossema inducendum erat* delcta *hic et infra Garatoni ad Cic. p. Mil. c. 37 et iam alii ante eum, nobis tamen uerisimilius uidetur* delata *ex dittographia post illud* sublata *ortum esse* 8 efficiunt **G** *corr. ex* sentiunt 9 cum **AM**, *sed* **A** *in ras.* tum **G** (optatum quid **S**) 10 hac **A** *corr. ex* ac 11 in *add. ed. Aldina* sentiis **G** 13 in senatum sunt introducti *scripsi:* senatum si (*ex* sτ̃, *om.* **M**) interposui **AGM**, in senatu sunt positi **S** *et edd. inepte* 14 est *om.* **MS**, talis est *om.* ς 15 et **AGM**: *om. dett. et* ς; *cf. Diom. p. 448, 11 ed. Keil.* dissoluto **AG** (copulatio dissoluta *haud improbabiliter M. Kopp sodalis seminarii philol. Monacensis*) 16 illud *scripsi:* ut **AGM**, id **S**ς 17 ΔCYNHΘωN hoc ΠΟΛΥΝΛΕΤΟΝ **G** sed **A**: *om. rell. et* ς hoc est **G** *in ras. 2 m.* 20 amycleumque **A**, amideumque **GMS** 22 terris **G** *corr. ex* ceteris

53 multa quoque. aduerbia quoque et pronomina uariantur: hic illum uidi iuuenem — bis senos cui nostra dies — hic mihi responsum primus dedit ille petenti. sed utrumque
54 horum aceruatio est aut iuncta aut dissoluta. omnibus scriptores sua nomina dederunt, sed uaria et ut cuique fingenti placuit. fons quidem unus, quia acriora facit et instantiora, quae dicimus, et uim quandam prae se ferentia uelut saepius erumpens adfectus.

Gradatio, quae dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet artem et
55 magis adfectatam, ideoque esse rarior debet. est autem ipsa quoque adiectionis: repetit enim quae dicta sunt, et priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit: cuius exemplum ex Graeco notissimo transferatur: non enim dixi quidem, sed non *scripsi*, *nec scripsi quidem*, *sed non* obii legationem, *nec obii quidem legationem*, sed non persuasi The-
56 banis. sunt tamen tradita et Latina: Africano uirtutem industria, uirtus gloriam, gloria aemulos comparauit. et Calui: non ergo magis pecuniarum repetundarum quam maiestatis, neque maiestatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum et cetera.
57 inuenitur apud poetas quoque, ut apud Homerum de sceptro, quod a Ioue ad Agamemnonem usque deducit, et apud nostrum etiam tragicum:

1. Ecl. 1, 43. 13. Demosth. de cor. § 179. 16. Rhet. ad Herenn. 4, 25. 22. Hom. Il. 2, 101. 23. incerti tragici apud Ribb. p. 212.

1 et **MS**: *om.* **AG** 2 bis senos **A** *partim in ras.* 3 ille petenti sed **A** *2 m. in ras. minoris spatii* 4 horum acerbatio (aceruatio **a**) **AGM**: hoc coacerbatio **S**, coaceruatio (*sine* horum) **T** *corr. et Spalding* est aut *nos:* et tantum *libri*, est, tantum *Spalding* *iun*cta **A**, iucta **G**, uicta **M** 5 et ut **A** *in ras. minore, unde malim* ut (*sine* et), et ut — dicimus *om.* **GS** fingendi **M** placui **A**[1] 6 quidē **A**, *sed* ē *in ras.* quia **M**: qui **A**, qui et *Regius* 7 se **G** *om. 1 m.* sepius **MS**, se prius **AG** erumpens *Spalding:* erumpentis *libri* 9 graditio **A**[1] κλειμαξ **A** 11 adiectiones **GS** priusquam ad **A** *in ras.* ad *om.* **G** 12 cuius **A**: eius **GMS**ς 13 notissimum *malebat Spalding; lectio* notissimo *firmatur a Diomede p. 448, 17 K.* transferatur **MS**: transferat **AG** non enim dixi quidem sed non obi (ob **S**) legationem sed non persuasit haec uanis (nauis **M**) **AGMS** *mance et corrupte*, non enim dixi sed ne scripsi quidem legationem sed nenon persuasi thebas *libri Diomedis; Keilium secutus recepi repetetionem uoc.* legationem, *qua carent edd.* 16 sunt **AG**: sint (*uel* sit) *dett. et* ς 17 industria uirtutem *Meister q. Quint. I, 17, at obstant libri quoque optimi Rhet. ad Her. 4 c. 25 et Diom. p. 448, 20 K.* gloria **A** *in ras.* 19 quam maiestates **A**[1]**GMS** 21 legum etc. *Spalding:* legum est *libri et* ς; *in uoc.* legum *item desinit exemplum apud Diomedem; contra Aquila Romanus § 40 hoc amplius habet:* omnium legum iudicia perierunt, *quae uidetur esse interpolatio* 22 de sceptro **A** *in ras.* desceptor **G** 23 ad **A** *in ras.* *us*que deduc*it et* **A**, usque — Tantalus *hic om.* **GS**, *cf. ad p. 157, 1*

Ioue propagatus est, ut perhibent, Tantalus,
ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.

At quae per detractionem fiunt figurae, breuitatis noui- 58
tatisque maxime gratiam petunt: quarum una est ea, quam libro
proximo in figuras ex συνεκδοχῇ distuli, cum subtractum uerbum
aliquod satis ex ceteris intellegitur, ut Caelius in Antonium:
stupere gaudio Graecus: simul enim auditur 'coepit'. Cicero
ad Brutum: sermo nullus scilicet nisi de te: quid enim
potius? tum Flauius, cras, inquit, tabellarii, et ego
ibidem has inter cenam exaraui. cui similia sunt illa 59
meo quidem iudicio, in quibus uerba decenter pudoris gratia
subtrahuntur:

nouimus et qui te, transuersa tuentibus hircis,
et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.

hanc quidam aposiopesin putant, frustra. nam illa quid taceat, 60
incertum est aut certe longiore sermone explicandum, hic unum
uerbum et manifestum quidem desideratur: quod si aposiopesis
est, nihil non, in quo deest aliquid, idem appellabitur. ego ne 61
illud quidem aposiopesin semper uoco, in quo res quaecumque
relinquitur intellegenda, ut †ea quae in epistulis Cicero: data
Lupercalibus, quo die Antonius Caesari: non enim
opticuit, *sed* lusit, quia nihil aliud intellegi poterat quam hoc:
diadema inposuit. altera est per detractionem figura, de 62
qua modo dictum est, cui coniunctiones eximuntur. tertia, quae
dicitur ἐπεζευγμένον, in qua unum ad uerbum plures sententiae

---

8. ex epist. non superstite. 14. Verg. Ecl. 3, 8. 21. ex epist. amissa.

---

1 propagatus **A** *corr. e* propugnatum *ut uidetur* 2 ortus *om. edd. uett. Diomedis* 3 porro prop. genus *Diomedes:* porro pagens **G**, propagat genus **AM**, *sed* **A** *m. 2 in ras.* porro parauit genus **S** 4 atq. per **A**[1]**GMS** 6 figuras CXCYΠΕΚΔΟΧΗ **G** cum **A** *corr.* quam **GS**, quomā **M** 8 gaudeo **AGMS** grecos **AM** (os **A** *in ras.*), greç **G**, greo **FT**, *om.* **S** 9 nisi *om.* **M** de te *ed. Aldina:* te *libri* 10 tabellariae **A**, tabellarie **GMSa** (*ortum ex* tabellari), tabellarius *Gesner de Burmani coni.* 11 has *Burman:* cras **AG**, orans **MS** cenam **a**, cernam **G** 14 no*uimus* **A**, *om.* **S** 15 quo sed **A** *corr. ex* quos et *ut uidetur* facile **G** 16 hanc **Ma**: hinc **AG**, hic **S**, *ipse malim* hoc *ex constanti nostri usu* quidem **GS**, isdem **M** aposiopes*in* **A** 18 desideratum **AGMS** quod **AGM**: quae **S**ς 19 in quo deest **a**: in quod est **AG**, inquit est **S**, inde qui est **M** ego ne *Spalding:* nego **AGMS**, nec ego *Gebhardus* 20 aposi*opesin* **A** 21 ut ea quae **GMS**: ut ea eque (ęque **a**) **A** (*sed* ut ea *in uetere ras.*), *fort.* ut ea (*sc.* res) quae in epistula Ciceronis; *quod si uerum sit, incertum uidetur, num* data Lupercalibus *ad uerba Ciceronis pertineat* data **A** (*secunda* a *in ras.*)
23 sed *addidi,* aut *add. Spalding* nihil **AGMS**: nihil hic ς 24 est **AGM**: *om.* **S**ς 26 ΕΠΕΖΕΓΜΕΝΟΝ **A**, ΕΠΕΖΕRΜΕΝΟΝ **G**, συνεζευγμένον ς

referuntur, quarum unaquaeque desideraret illud, si sola poneretur. id accidit aut praeposito uerbo, ad quod reliqua respiciant: uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, aut inlato, quo plura cluduntur: neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut
63 metus a periculo aut ratio a furore reuocauerit. medium quoque potest esse, quod et prioribus et sequentibus sufficiat: iungit autem et diuersos sexus, ut cum marem feminam-
64 que 'filios' dicimus, et singularia pluralibus miscet. sed haec adeo sunt uulgaria, ut sibi artem figurarum adserere non possint. illud plane figura est, quo diuersa sermonis forma coniungitur:

sociis tunc arma capessant
edico, et dira bellum cum gente gerendum.

quamuis enim pars 'bello' posterior participio insistat, utrique conuenit illud 'edico'. non utique detractionis gratia factam coniunctionem συνοικείωσιν uocant, quae duas res diuersas colligat:

tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

65 huic diuersam uolunt esse distinctionem, cui dant nomen παραδιαστολήν, qua similia discernuntur: cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro inliberali diligentem. quod totum pendet ex finitione ideoque an figura sit dubito. cui contraria est ea, qua fit ex uicino transitus ad diuersa ut similia: breuis esse laboro, obscurus fio et quae secuntur.

66 Tertium est genus figurarum, quod aut similitudine aliqua

---

3. Cic. p. Cluent. 6, 15. 4. in Catil. I, 9, 22. 13. Aen. 3, 234. 19. Syrus u. 486 Ribb. 21. ex Rutil. Lupo 1, 4. 25. Hor. de arte poet. 25.

---

1 desideret **G** *1 m.* poneretur **a**: ponerentur **AGMS** 2 ad **Sa**: aut **AGM** 3 libido timorem *om.* **AGMS**, *cf.* § 77 4 eni*m is es* **A**, enim is ē **GM** 5 ut te **A** *in ras.* umquam *om. libri Tulliani* 6 ut ratio furore **A** reuocauerit **A** *in ras. minoris spatii, fort.* reuocarit, *ut est in optimis Cic. libris* 7 quoque **Ma**: que **AG** (modumque **S**) esse **MSa**: eosse **A**(?)**G** priorioribus **G** 8 marem **AM** (m **A** *in ras.*): parem **G**, patrem **FST** 9 filios **A** *in ras. uetere* 11 quo diuersa *nos:* quod diuersa **AG**, quidem d. **M**, qua d. **Sς** 13 sotiis **AG** 14 gente **G** *corr. e* gerente 15 bello *deleuit Burman* 16 detractationis **A** facta coniunctio *libri, em. Spalding* 17 CYΠOIKEIWCIN **A** 19 *de*est *au*aro **A** 20 ΠAPA∗ΔIACTOΛHN (OΛ *in ras.*) **A**, ΠAPACAIACTΔOHN **G** 21 qua s. discernuntur *Regius*: quia simili discernunt **AGM**, qua s. disc. *om.* **S** 22 confidentem **A**[1] 24 sit **A** *corr. ex* sed *uel* sid est *ea qua fit* **A**, *ut coni. Spalding:* est ea quae **GS** (est ea **G** *in ras.*), est que **M** uicino *nos:* uicina **AGM**, uitia **S**, uicinia **G** *corr. et* ς 25 ut **AG**: aut **Sa**, *om.* **M** 27 aliquā **A**[1]

uocum aut paribus aut contrariis conuertit in se aures et ani-
mos excitat. hinc est παρονομασία, quae dicitur adnominatio.
ea non uno modo fieri solet: ex uicinia quaedam praedicti nomi-
nis ducta casibus declinatis, ut Domitius Afer pro Cloatilla:
mulier omnium rerum inperita, in omnibus rebus in-
felix. et cum uerbo idem uerbum plus significans subiungitur: 67
quando homo hostis, homo. quibus exemplis sum in aliud
usus, sed in uno ἔμφαcιc est et geminatio. παρονομαςίᾳ con-
trarium est, quod eodem uerbo quasi falsum arguitur: quae
lex priuatis hominibus esse lex non uidebatur. cui 68
confinis est quae ἀντανάκλαcιc dicitur, eiusdem uerbi contraria
significatio. cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem
suam expectaret, et ille dixisset, se uero non expectare:
immo, inquit, rogo expectes. non ex eodem, sed ex uicino
diuersum accipitur, cum supplicio adficiendum dicas, quem
supplicatione dignum iudicaris. aliter quoque uoces aut 69
eaedem diuersa in significatione ponuntur aut productione tan-
tum uel correptione mutatae: quod etiam in iocis frigidum equi-
dem tradi inter praecepta miror, eoque exempla uitandi potius
quam imitandi gratia pono: amari iucundum est, si cure- 70
tur, ne quid insit amari. auium dulcedo ad auium
ducit, et apud Ouidium ludentem:

cur ego non dicam, Furia, te furiam?

---

9. Cic. in Pis. 13, 30. 13. Rutil. Lup. 1, 5. 20. exempla ex Rhet. ad Herenn. 4, 14. 23. ex epigrammatum libro ut uidetur.

---

1 aures et animos excitat **AMg**: aures sexcitat **G**, aures excitant **S**, animos *om.* ς 2 ΠΟΝΟΜΑΤΙΑ **G** 3 solet **AG**: solet sed **MS**ς ex uicino *hic quoque malim* quedam **M**, quadam **AGS**ς 4 declinatis **AGM**: declinatur **S**ς affer **GS** clotilla **M**, Domitilla *Zumpt, cf. ad 8, 5, 16* 5 omnibus **AS**: ominibus a, hominibus **GM** rerum **AGMS**, *em. Regius* 6 uerbum **G** *s. l.* significans *Obrecht:* significan **G**, significat **AMSg**, *sed* **A** at *in ras. m. 2* 7 hostis **A**, *sed* h *s. l.* qu. homo, hostis homo *alii distinguunt* 8 in uno simul *malim* ἔμφαcιc est et *Ed. Woelfflin:* CPACIC est **A** *in ras.* fassis est **G**, falsis (fallis **M**) est **MS**, *cf. 8, 3, 86* ΠΑΡΟΝΟΜΑCΙΑΙ *Spalding:* ΠΑΡΑΟΝΟΜΑCΙΑ ei **AG**, παρονομαςίᾳ ei ς 9 quod] cum (quom) *Spalding* falsū (ū *in ras.*) **A** 11 est quae ΑΝΤΙΠΕΚΔΟCΙC *(uox graeca in ras. m. 2)* dicitur **A**, est quae ΑΝΤΛΝΑΚΑΔCΙC (*sine* dicitur) **G**, est ἀντανάκλαcιc ς (dicitur *deesse Spaldingius coniectura adsecutus est); figura apud Rutilium Lupum* ἀνάκλαcιc *audit, item in carm. de fig. 13, sed apud Isidorum 11, 21, 10* ἀντανάκλαcιc 12 *cum* proculeius **A** quaereretur **A**[1]**G** 14 ex eodem **M**: ex *om.* **AGS** ex uicino diuersum *Schuetz:* ex diuerso uicinum *libri* 15 suplicio **A**[1] *dicas quem sup*plicatione **A** 16 dignum—uoces aut **AG**: *om.* **FMST** aut (*om.* **M**) eadem aut (aut **A** *in ras.*) diuersa insignatione **AGM**, eadem et diuersa in significatione **S** 17 aut prod. **A** *corr. in* ut prod. 18 corruptionē **A** *1 m.* correctione **M** mutatae **AM**, *sed* **A** *in ras.* mautae **G**, *om.* **S** locis **AGMS** equidem **MS**: et quidem **AG** 19 eoque *Spalding:* eorumque *libri* 21 auium dulce auium **AGMS** 23 ego **M**: ergo **AGS**

71 Cornificius hoc traductionem uocat, uidelicet alterius intellectus ad alterum. sed elegantius, quod est positum in distinguenda rei proprietate: hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. et quae praepositionibus in contrarium mutantur: non emissus ex urbe, sed inmissus in urbem esse uideatur. melius atque acrius, quod cum figura iucundum est, tum etiam sensu

72 ualet: emit morte inmortalitatem. illa leuiora: non Pisonum, sed pistorum et ex oratore arator. pessimum uero: ne patres conscripti uideantur circumscripti. raro euenit, sed uehementer uenit. sed contingit, ut aliqui sensus uehemens et acer uenustatem aliquam non eadem

73 ex *uoce* non dissona accipiat. et cur me prohibeat pudor uti domestico exemplo? pater meus contra eum, qui se legationi immoriturum dixerat, deinde uix paucis diebus insumptis re infecta redierat: non exigo ut immoriaris legationi: immorare. nam et ualet sensus ipse et in uerbis tantum distantibus iucunde consonat uox, praesertim non captata, sed uelut oblata, cum altero suo sit usus, alterum ab aduersario acceperit.

74 magnae ueteribus curae fuit gratiam dicendi ex paribus et contrariis adquirere. Gorgias in hoc inmodicus, copiosus, aetate utique prima, Isocrates fuit. delectatus est his etiam M. Tullius, uerum et modum adhibuit non ingratae, nisi copia redundet, uoluptati et rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. nam per se frigida et inanis adfectatio, cum in acris incidit sensus, innatam *gratiam* uidetur habere, non arcessitam.

3. Cic. in Cat. I, 12, 30. 5. ib. I, 11, 27. 9. ex oratore = Cic. Phil. III, 9, 22. 10. Rhet. ad Her. 4, 22.

1 hoc *nos:* haec (hec) **AGM**, hanc **S**ς intellectus **A** *et Regius:* intellectus et **GMS** 3 *rei* **A**: re **GMS** 4 cūprimi **A**[1] 5 propositionibus **AGMS** 6 sed missus **AGMS** 7 sensū **A**[1]**G** 8 leuiora *ed. Camp.* leuior ē **AM**, leuiorem **GS** 9 ex oratore orator **GM**, ex aratore orator **A**, ex oratione orator **S** 10 ne p. c.] nēpe (*pro* ne .p. c.) **AGMS** 11 sed *nos:* sic *libri* contingit **S**: contigit **AGM** 12 aliqui **AG**: aliquis **S**ς, aliquod **M** eadē ex (eo **GMSa**) non dissona **AGMS**, uoce *addidit Christ;* eodem ex uerbo non dissonam *Regius et* ς accipit *libri* 13 prohib*eat* **A**, prohibet **M** 15 moriturum **GM** 16 redierat **A** *in ras.* ut **M**: uti **AGS** immoriaris **A** *in ras.* immoreris **S**, *fort.* immoriare 17 tantulum *Spalding, sed ferendum uidetur* tantum, *si uertas* ʽnur so vie 18 sed uelut **S**: sed ** uelut **A**, sed ut uelut **GM** 19 alter suo **AG**, aliter suo **MS**, *em. Regius* 20 magnae **A** *in ras.* ex *nos:* et **AGM**, e **S**ς et **A**, *ut coni. Rollinus: om.* **GMS** 21 atquirere **A** in hoc *om.* **G** *1 m.* 22 itaque **G** *1 m. et* **M** 24 uoluntati **GM** 25 acris *mei:* acres ς 26 innata (innatam a) uidetur habere non arcessitam (-ita **S**) **AGMS**, innata uidetur esse non arcessita ς; *Meister bene addidit* gratiam, *sed post* arcessitam

Similium fere quadruplex ratio est. nam est primum, 75
quotiens uerbum uerbo aut non dissimile ualde quaeritur, ut
puppesque tuae pubesque tuorum,
et: sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma, et: non enim tam spes laudanda
quam res est, aut certe par et extremis syllabis consonans:
non uerbis, sed armis. et hoc quoque, quotiens in senten- 76
tias acris incidit, pulchrum est: quantum possis, in eo semper experire, ut prosis. hoc est πάριcον, ut plerisque placuit. Theo Stoicus πάριcον existimat, quod sit e membris
non dissimilibus. secundum, ut clausula similiter cadat, syllabis 77
isdem ultima in parte conlocatis: ὁμοιοτέλευτον †similem duarum sententiarum uel plurium finem: non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. ex quibus fere fiunt, non tamen ut semper utique ultimis consonent, quae τρίκωλα dicuntur: uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. sed in quaternas quoque ac plures haec ratio ire sententias potest. fit etiam singulis uerbis: Hecuba hoc dolet, pudet, piget, et abiit, excessit, erupit, euasit. tertium est, quod in eosdem casus cadit: 78
ὁμοιόπτωτον dicitur. sed neque, quod finem habet similem, utique in eundem uenit finem ὁμοιόπτωτον, quia ὁμοιόπτωτον

3. Aen. 1, 399. 4. Cic. p. Cluent. 1, 4. 5. ex Cic. de re publ. 7. ex Rut. Lupo 2, 12 extr. 13. p. Mil. 2, 5. 16. p. Cluent. 6, 15. 19. incerti tragici fragm. apud Ribb. p. 202. in Cat. II, § 1.

1 fore **G** est (*post* nam) **A** *in ras.* 2 *ualde* **A** (ualde dissimile *Spalding*) 3 puppes quae **A**[1]**G** 4 hac **a**: haec **AGMS** quasi **A** *in ras.* quae **GMS** 6 par et *Buttmann:* patet *libri* 7 sententia sacris **A**[1]**GM**, sententias acres **S**ς 8 pulcherrimum **M** 9 experiri **AGMS**, *em. Regius* 10 Theo Stoicus *scripsi:* cheostoleus **AGS**, theostoleus **M** quod **GS**: quid **A**, qui **M** 11 secundum **A** *in ras.* ut **G** *corr. ex* aut, et **M** syllabis isdem *Spalding:* uel *in* hisdem **A**, uel in his isdem **G**, uel in his **AS** 12 ultima in parte conlocatis *scripsimus:* ultimam partem conlatis *libri* ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΙΤΟΝ **G**, ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΙΙΤΟΝ **A**, id est ὁμοιοτέλευτον similiter — fine *coni. Spalding*, ὁμοιοτ. uocant similem *Capperonnier* 13 plur*ium* **A** 14 talis **a** 15 ex **A** *in ras.* utique **AGM**: *om.* **S**ς 16 consonant **A**[1]**GM** dicuntur **A**: dicunt **GMS** uincit **AGMS**, *cf.* § *62* 17 morem **ASg**, *cf.* § *81* sed *om.* **A** *solus* 19 hecuba **MS**: haeccuba **AG**; *locum ex Ennii Hecuba, quem adfert Cic. de Diuin. 1, 31, respici putat Lange Vind. trag. Rom. p. 48, rectius Ribbeck incerti esse tragici statuit; cf. etiam Osann 6, 18* dolet et **G**, *sed* et *punctatum* 20 quod n̄ in **GMS** eosdem causas **A**[1]**GM** cadit, id *Spalding probabiliter* 21 ΟΜΟΙΟΠΤΟΤΟΝ **AG** habet similem utique in eundem uenit finem ΟΜΟΙΟΠΤΟΤΟΝ (ΟΜ. *om.* **M**) **AGMS**: habet similem, est ὁμοιόπτωτον, et utique in eundem uenit finem ὁμοιοτέλευτον, quia *edd. ex praua Regii coniectura; in lectione recepta* quod *coniunctio est, illi* neque *autem respondet in seqq.* nec tantum 22 qua (quā **a**) ΑΜΟΙΟΠΤΩΤΟΝ (ΑΑΜΟΙΟΠΤΟΤΟΝ **G**) **AG**, *om.* **M**

est tantum casu simile, etiamsi dissimilia sint quae declinentur, nec tantum in fine deprehenditur, sed respondentibus uel primis inter se uel mediis uel extremis uel etiam permutatis his, ut media primis et summa mediis adcommodentur, et quocumque
79 modo adcommodari potest. nec enim semper paribus syllabis constat, ut est apud Afrum: amisso nuper †infelicis auleis non praesidio inter pericula tamen solacio inter aduersa. eius fere uidentur optima, in quibus initia sententiarum et fines consentiunt, ut hic 'praesidio, solacio', cum et similia sint
80 uerbis et paribus cadant et eodem modo desinant. †etiam ut sint, quod est quartum, membris aequalibus, quod ἰσόκωλον dicitur: 'si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis inpudentia ualeret' ἰσόκωλον est et ὁμοιόπτωτον habet: 'non minus nunc in causa cederet Aulus Caecina Sexti Aebuti inpudentiae, quam tum in ui facienda cessit audaciae' ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον: accedit et ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti: non minus cederet quam cessit. at hoc ὁμοιοτέλευτον et παρονομασία est: neminem alteri posse dare in matrimonium, nisi penes quem sit patrimonium.

81 Contrapositum autem uel, ut quidam uocant, contentio (ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo. nam et fit, si singula singulis opponuntur, ut in eo quod modo dixi: uicit pudorem libido, timorem audacia, et bina binis: non nostri ingenii, uestri auxilii est, et sententiae sententiis: domine-

12. Cic. p. Caec. § 1. 25. non nostri] p. Cluent. 1, 4. 26. ib. 2, 5.

1 est tantum casus similē est etiam (casu simile etiamsi **A** *corr.*) dissimilia **AGM** 2 sed **S**: et **AGM** respondentibus *scripsi:* respondent **AGM**, rūdent **S**, respondet ς 4 accommodentur **A**, et commodentur **GM** 5 accomodari **G** nec *mei:* neque *edd.* 6 auleis **AGMS**, aulae si *edd. sine sensu; ipse in loco fere conclamato tentaui:* amisso n. infelicibus ausis non modo praesidio inter pericula, sed etiam solacio i. a. 7 solatio **AGS**, *item infra* 8 *fort.* optima exempla 9 'praesidio solacio, pericula aduersa' *suspicatur G. Laubmann; lacunae indicium superesse uidetur in illo corrupto* pedem, *quod sequitur* 9 cum et *scripsi:* pedem et *libri*, paene ut *ed. Aldina et* ς 10 et a paribus **A** modo **A** *in ras.* etiam ut sint **AGM**, etiam ut sine uerbis **S**, *fort.* fit etiam 11 ICOKOMMON **A**, *sed* OMMON *in ras.* YCOKMΔON **G** 14 ICOKωλN **A** *sed partim in ras.* IOCKωAN **G** OMOIOΠTOTON **AG**, *item u. 17* 15 caederet **AG**, *item u. 19* *aebuti imp*udentiae **A** 16 quam tum a: quantum **AGMS** 17 ICOKωΛONON **A**[1]**G** OMOIOTЄΛЄYCTON **G**, OMOIOTЄΛON **A** (ΛON *in ras. minore*) accidit *libri*, *em. Regius* 19 quam incesset **A** *ante rasuram ut uidetur* at hoc *scripsi:* ad huc (hunc **S**) *libri* 20 in *om.* **AM** 23 ANTIЄTON **A**[1], ANTIΘTON **G** fit si **S**: fit **GM**, sic **A**, si *edd. recc.* 25 uina uinis **A**[1] ingeni **A**[1] 26 auxilii **A** *corr. ex* auxi sententia esententiis **A**[1]**G**, sententia a sent. **S**

tur in contionibus, iaceat in iudiciis. cui commodissi- 82
me subiungitur et ea species, quam distinctionem diximus:
odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam
magnificentiam diligit, et quae sunt simili casu dissimili
sententia in ultimo locata: 'ut quod in tempore mali fuit,
nihil obsit, quod in causa boni fuit, prosit'. nec semper 83
contrapositum subiungitur, ut in hoc: est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata lex, uerum, sicut Cicero dicit,
de singulis rebus propositis refertur ad singula, ut in eo quod
sequitur: quam non didicimus, accepimus, legimus,
uerum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. nec semper, quod aduersum est, contra ponitur, quale 84
est apud Rutilium: nobis primis di immortales fruges
dederunt, nos, quod soli accepimus, in omnes terras
distribuimus. fit etiam adsumpta illa figura, qua uerba de- 85
clinata repetuntur, quod ἀντιμεταβολή dicitur: non, ut edam,
uiuo, sed, ut uiuam, edo. et quod apud Ciceronem conuersum ita est, ut, cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat: ut et sine inuidia culpa plectatur et sine
culpa inuidia ponatur. et eodem cluditur uerbo, ut quod 86
dicit de Sex. Roscio: etenim cum artifex eiusmodi est, ut
solus uideatur *dignus qui in scaena spectetur, tum uir eiusmodi est, ut solus* dignus esse uideatur qui eo non accedat. est et in nominibus ex diuerso conlocatis sua gratia:

3. p. Mur. 36, 76. 5. p. Cluent. 29, 80. 7. p. Mil. 4, 10. 8. Cicero] cf. 9, 1, 34. 13. Rut. 2, 16. 19. p. Cluent. 2, 5. 21. p. Quintio 25, 78.

2 et ea species **S**: ex ea speciae (specie **Ma**) **AGM** 5 ut 'Quod *edd.* 6 obsit quod **AG**: obsit quid **M**, obsit quin quod **S**ς 7 haec **A**: *om. rell. et* ς 9 in **MS**: *om.* **AG** 11 ausimus **A**[1]**G** 12 auersum **GS** 13 dummortales **G**, dummodo tales **M** 17 uiuo **A** *corr. ex* uiuus *uel* uibus ut uibam **A**[1], uuiuam **G** et *delendum uidetur* 20 et eodem **AGMS**: et quod eodem *Regius*, quod et eodem ς, eodem et *malebat Spalding* eluditur **AGM**, excluditur **S**, et cluditur *corr.* **G** 21 de Sex. Roscio *Badius:* deseroscio **A**, desero. scio **G**, de sextio (Sestio **S**) scio **MS** eτenim cum artifex cum arτifex (qui scenam introeat solus) *sic* **G**, qui scenam introeat solus cum artifex **FMST** eiusdemmodi **M** est **AG**: *om.* **MS**, sit *Cic. libri et* ς 22 ut solus uideatur dignus esse uidetur qui non accedat **A**, ut solus uideatur dignus esse qui scaenam introeat solus uideatur qui non accedat **GMSa**; *ex lectione* **A** *apparere uidetur lacunam inde ortam esse, quod librarius archetypi a priore* dignus *ad alterum aberrarit, locum nos ex Cicerone suppleuimus* 24 nominibus **Sa**: omnibus **A**, hominibus **GM** sua **Ma**: suae **AG**, si **S**

si consul Antonius, Brutus hostis, si conseruator rei publicae Brutus, hostis Antonius.

87 Olim plura de figuris quam necesse erat, et adhuc erunt, qui putent esse figuram: incredibile est quod dico, sed uerum: ἀνθυποφοράν uocant, et aliquis hoc semel tulit, nemo bis, ego ter, διέξοδον, et longius euectus sum, 88 sed redeo ad propositum, ἄφοδον. quaedam uerborum figurae paulum figuris sententiarum declinantur, ut dubitatio. nam cum est in re, priori parti adsignanda est, cum in uerbo, sequenti: siue malitiam siue stultitiam dicere oportet. 89 item correctionis eadem ratio est: nam quod illic dubitat, hic emendat. etiam in personae fictione accidere quidam idem putauerunt, ut in uerbis esset haec figura: crudelitatis mater est auaritia, et apud Sallustium in Ciceronem 'o Romule Arpinas': quale ést apud Menandrum Oedipus Thriasius. haec omnia copiosius sunt exsecuti, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicauerunt, sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius aliique 90 non pauci, sed non minor erit eorum, qui uiuunt, gloria. ut fateor autem uerborum quoque figuras posse pluris reperiri a quibusdam, ita iis, quae ab auctoribus claris traduntur, meliores non adsentior. nam in primis M. Tullius multas in tertio de oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo uidetur ipse damnasse: quarum pars est, quae sententiarum potius quam uerborum sit, ut inminutio, inprouisum, imago, sibi ipsi responsio, digressio, permissio, contrarium (hoc enim puto,

1. Phil. IIII, 3, 8. 10. Auct. ad Her. 4, 29, 40. 13. Rut. Lup. 2, 6. 14. decl. 4, 7. Com. fragm. ed. Mein. IV p. 303.

1 si conseruator — hostis *om.* **AGMS** 3 erunt qui putant **AG**, erit qui putant **MS**, erit qui putet *Regius et* ς 5 ΑΝΟΥΠΟΦΟΒΑΝ **G**, ΑΠΟΙΠΟΦΟΡΑΝ **A** aliiquis **A** 6 nemo *Badius:* nego **AGMS**, ego *inepte* ς ΔΙΕΖΟΔΟΝ **A**, ΔΙΘΖΟΔΟΝ **G** et *Spalding:* ϵο **AGM**, *om.* **S** euentus **G** *1m. et* **M** 7 ΑΦΟΛΟΝ **AG**, *sed* **A** Λ *in ras. fort.* ἐπάνοδον 8 a figuris *malim* 10 siue malitiam *nos:* siue me malitiam *libri* 11 correptionis **AGMS** illic **GMSa**: illi **A**, illa — haec *coni. Spalding*, *ipse malim* illic dubitatur, hic emendatur 12 quidem **AGMS** 13 esset **a**: esse **AGMS** figa **G** 14 apud sallustium — quale est **AGM**: *om.* **FST**, *qua incerta auctoritate uerba a Zumptio et Bonnellio eiecta sunt* 15 Oedipus *om.* **M** 17 proprios *Francius* 18 dyonisius **GM** rutilius **A** (t *in ras.*), rustilius **GM**, *om.* **S** aliique **M**: alique **Sa**, aliquae **AG** 19 sed **A** *in ras.* et *coni. Spalding* eorum **A** uibunt **A**[1]**G**, iubent **S** 20 plures ς repperiri a **A** *corr. ex* repperi 21 ita his quae **A** *in ras.* (his **G** *quoque*) meliores *om.* **A**[1]**M** 22 non **A** *corr. ex* nā in tertio de o. libro **Sa**: in ////// libro de o. libro **A**, in tertio libro de o. libro **G**, in tertio libro de o. **M** 23 posui **A**[1]**G** 25 *fort.* sint inprouisa **AGMS**, *em. e Cic. loco 9, 1, 35*

quod dicitur ἐναντιότης), sumpta ex aduerso probatio: quaedam 91
omnino non sunt figurae, sicut ordo, dinumeratio, circumscriptio,
siue hoc nomine significatur comprensa breuiter sententia siue
finitio: nam et hoc Cornificius atque Rutilius schema λέξεως
putant. uerborum autem concinna transgressio, id est hyperbaton, quod Caecilius quoque putat schema, a nobis est inter
tropos posita. sed mutatio, [et] si ea est, quam Rutilius ἀλλοί- 92
ωσιν uocat, dissimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorum:
quae si latius fiat, figura non est, si angustius, in ἀντίθετον
cadet, si uero haec appellatio significat ὑπαλλαγήν, satis de ea
dictum est. quod uero schema est ad propositum subiecta ratio, 93
quod Rutilius αἰτιολογίαν uocat? nam de illo dubitari possit, an
schema sit, in distributis subiecta ratio, quod apud eundem primo
loco positum est. προσαπόδοσιν dicit, quae, ut maxime, seruetur 94
sane in pluribus propositis, quia aut singulis statim ratio subiciatur, ut est apud Gaium Antonium: sed neque accusatorem eum metuo, quod sum innocens, neque competitorem uereor, quod sum Antonius, neque consulem
spero, quod est Cicero: aut positis duobus uel tribus eodem 95
ordine singulis continua reddatur, quale apud Brutum de dictatura Cn. Pompei: praestat enim nemini imperare quam alicui seruire: sine illo enim uiuere honeste licet,
cum hoc uiuendi nulla condicio est. sed et uni rei mul- 96
tiplex ratio subiungitur, ut apud Vergilium:

siue inde occultas uires et pabula terrae
pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem

24. Georg. 1, 86.

1 ΕΗΑΝΤΙΟΤΕС **G**, *uerum habet* **A**, *sed partim in ras.* quaed*am omnino* **A** 2 denumeratio **A**[1]**GMS** 3 compressa **GMSa**, cūpressa **A**, comprehensa ς siue **A** *corr. ex* si, sicut **M** 4 cornifici*us atque* **A** ΛΕΖΕΟС **A**[1]**G** 5 id est hyperbaton *Regius:* hyperbaton est **A**, hyperRBΛΤΙΟΝΕ **G**, yperbaton **S**, *om.* **M** 7 tropos *addidit Burman* sed *Spalding:* est **A**, et **GMSa** *fort.* inmutatio *etsi* **A**, *nos* et *inclusimus* ΑΜΟΙΟСΙΝ **G**, λΜΟΙΟСΙΝ **A**, *em. Philander* 8 uocant **AM** dissim'litudine **A**[1] factorumque si **A**[1]**GMS** 9 angustius **S**: arguit*ius* **A**, arguitis **G**, argunus **M** *ut uidetur* ΑΝΤΙΟΕΤΟΝ **G** 10 capellatio **A** ΥΠΑΛΛΑΚΤΗΝ **A** (ΛΛ *in ras.*), ΥΠΑΜΑδΤΕΝ **G** 11 ratio? Utrum quod *edd.* (quod Rutilius — ratio *om.* **S**) 12 ΑΙΤΙΟΛΟΠΑΝ **A**[1]**G** uocat utrum nam (iam **M**) **AGM**, *sed* utrum nam **A** *2 m. in rasura minoris spatii; Spaldingio* utrum *ex ductuum iteratione uocum* uocat nam *ortum uidetur* 13 in distributis **AM**: in *om.* **G**ς, *cf. locum Ciceronis 9, 1, 34 extr.* 14 ΠΡΟСΑΠΟΟΟΙΙСΙΝ **G**, ΠΡΟСΑΠΠΑСΙΝ **A**, *sed* ΑСΙΝ *in ras.* seruetur **A**, *cf. de incerta loci scriptura Spalding* 16 gaium *mei:* C. ς 17 quod **AGM**: qui **S**ς *sum* **A** 20 de dic*tatura gn. pom*pei **A** 21 gnei **GM** 23 conditio a 26 pinguiae **G**, pigue **M**

excoquitur uitium, et totus locus,
seu pluris calor ille uias — seu durat magis.

97 relationem quid accipi uelit, non liquet mihi: nam si ἀνάκλασιν aut ἐπάνοδον aut ἀντιμεταβολήν dicit, de omnibus his locuti sumus, sed quidquid est, nec hoc nec superiora in Oratore repetit. sola est in eo libro posita inter figuras uerborum exclamatio, quam sententiae potius puto (adfectus enim est), de
98 ceteris omnibus consentio. adicit his Caecilius περίφρασιν, de qua dixi, Cornificius interrogationem, ratiocinationem, subiectionem, transitionem, occultationem, praeterea sententiam, membrum, articulos, interpretationem, conclusionem. quorum priora alterius generis sunt schemata, sequentia schemata omnino non
99 sunt. item Rutilius praeter ea, quae apud alios quoque sunt, παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιίαν, δικαιολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμόν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παρρησίαν, de quibus idem dico. nam eos quidem auctores, qui nullum prope finem fecerunt exquirendis nominibus, praeteribo, qui etiam, quae sunt argumentorum, figuris adscripserunt.

100 Ego illud de iis etiam, quae uerae sunt, adiciam breuiter, sicut ornent orationem oportune positae, ita ineptissisimas esse, cum inmodice petantur. sunt qui neglecto rerum pondere et uiribus sententiarum, si uel inania uerba in hos modos deprauarunt, summos se iudicent artifices ideoque non desinant eas nectere, quas sine substantia sectari tam est ridiculum quam
101 quaerere habitum gestumque sine corpore. sed ne eae quidem, quae recte fiunt, densandae sunt nimis: nam et uultus mutatio oculorumque coniectus multum in actu ualet, sed si quis ducere os exquisitis modis et frontis ac luminum inconstantia trepidare

---

1 exquoquitur **G** *1 m.* 2 pluris *mei:* plures ς 3 ἀνάκλασιν *Spalding:* ΑΝΑΝΚΑCΙΝ (ΝΚΑ *in ras.*) **A**, ΑΝΑCΑΑCΙΝ **G** 4 ΕΠΑΠΙΟΝ (ΠΙ *in ras.*) **A**, ΕΠΑΝΟΛΟΝ **G** his **AGM**: *om.* **S**ς 5 quidquid est **AMS**: quicquicquid est **G**, quidquid id est ς nec (ne **G**) hoc nec **AG**: ne hoc ne **M**, ne hoc **S**, neque hoc neque ς 6 posita **AG**: posita par est **MS**, posita ponitur *dett. alii*, posita pariter *Regius et* ς 7 de ceteris *scripsi:* et ceteris *libri* 8 consensio **AG** ΠΗΡΙΦΡΑCΙΝ **G** 9 dixit **AGMS** 10 *mem*brum **A** 11 articulos **AGMS**: articulum ς *ex coniectura ut uidetur* 14 ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑΝ (ΓΙ *in ras.*) ***ΚΑ***** (ΗΚΑΙΝω a) ΠΟΙΙΑΝ ΔΙΚΑΙΟΛΟΓΙΝ ΠΡΟΛΗΜΨΙΜ **A**, ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑΝ ΝΑΜΚΟΙΟΝΗΟΠΟΙΤΑΝ ΛΙΚΑΙΟΔΟΓΙΝ ΠΡΟΑΗΜΨΙΜ **G** 15 ΒΡΑΧΙΔΟΠΑΝ ΠΑΡΑCΙωΠΑCΙΝ **G** 16 auctores **A** *in ras.* 17 qu*ae sunt* **A** 19 de his **AGMS** uerae *Capperonnier:* uere *libri et* ς 20 ornent **GM**: ornant **AS**, *sed* a **A** *in ras.* oportunę **A**, oportune **G** *bis habet* inemptissimas **A** 22 inania **A** *in ras.* inanilia **GS**, manilia **M** deprauarunt (*secunda* a *in ras.*) **A** 24 quas *sine* **A**, quasinec **GS**, quasi si ne **M** 25 ne ea et quidem **AM**, nea | et quidem **G**, ne he quidem **S** 26 sunt nimis **A** *in ras.* 27 oculo*rumque* **A**, oculorum quae **G** coiectus **A** ducere eos **AGMS**

non desinat, rideatur. et oratio habet rectam quandam uelut faciem, quae ut stupere inmobili rigore non debebit, ita saepius in ea, quam natura dedit, specie continenda est. sciendum uero 102 in primis, quid quisque in orando postulet locus, quid persona, quid tempus: maior enim pars harum figurarum posita est in delectatione. ubi uero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis et pariter cadentibus et consimilibus irascentem, flentem, rogantem? cum nimia in his rebus cura uerborum deroget adfectibus fidem, et ubicumque ars ostentatur, ueritas abesse uideatur.

IV. De compositione non equidem post M. Tullium scribere auderem, cui nescio an nulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi et eiusdem aetatis homines scriptis ad ipsum etiam litteris reprehendere id conlocandi genus ausi fuissent, et post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriae tradidissent. itaque accedam in plerisque Ciceroni atque 2 in iis ero, quae indubitata sunt, breuior, in quibusdam paulum fortasse dissentiam. nam etiam cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam.

Neque ignoro quosdam esse, qui curam omnem compositio- 3 nis excludant, atque illum horridum sermonem, ut forte fluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis uirilem esse contendant. qui si id demum naturale esse dicunt, quod natura primum ortum est et quale ante cultum fuit, tota haec ars orandi subuertitur. neque enim locuti sunt ad hanc regulam et dili- 4 gentiam primi homines, nec prooemiis praeparare, docere expositione, argumentis probare, adfectibus commouere scierunt. ergo his omnibus, non sola compositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas aut uestibus pellium tegmina aut urbibus montes ac siluas mutari oportuit. quae porro ars statim fuit? quid non cultu mitescit? cur uitis 5

---

1 oratio *Regius:* orator *libri* 2 faciem **A**, faciam **G** 3 specie **AG** 4 quisque **S**: quisquis **AGM** 7 quis **A** *in ras.* cauentibus **A** *1 m.* 8 cum nimia *scripsi:* cum iam (i *in ras.*) **A**, cum tam **G**, cum tamen (tñ **S**) **MS**, cum *edd.* (quoniam — derogat — uidetur *coni. Spalding*) 9 deroget **AMS**: derogat **Ga** 10 uidetur **AGMS**; *sequitur in* **Ga** *et plerisque inscriptio* DE COMPOSITIONE 11 comp*os*itione non *e*quidem **A** 12 audere **A**^{1} an nulla *Lochmann et Spalding:* an ulla *libri, sed* **M** illo 13 magi*s* **A** 15 pertinentiam **A**^{1} 16 accedant **G**^{1}, accedamus **M** ciceronis **GM** 17 his **AGM** 19 relinquam *om.* **A**^{1} 20 ignaro **A**^{1} 21 forte **Ma**: foret **A**(?)**GS** effluxerit *dett.* 23 qui sit (sic **S**) demum **GMS**, qui — demum **A** *in ras. habet* quod **A** *corr. ex* quid a natura **aς** 24 haec *Aldus et* **M**: hic **GSa**, his(?) **A** 26 prohoemis **A**^{1}**G** 29 domibus] omnibus **A**, hominibus **GMSa** uestes **AGMS**, *em. Regius* 31 quid **GMa**: qui **A**, quod **S** cultūmitiscit? **G**, culta mitescitur **S** uites **GMSa**

coercemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus: terra
et hos generat, mansuefacimus animalia: indomita nascuntur.
uerum id est maxime naturale, quod fieri natura optime patitur.
6 fortius uero qui incompositum potest esse quam uinctum et bene
conlocatum? neque, si parui pedes uim detrahunt rebus, ut
Sotadeorum et Galliamborum et quorundam in oratione simili
7 paene licentia lasciuientium, compositionis est iudicandum. cete-
rum quanto uehementior fluminum cursus est prono alueo ac
nullas moras obiciente quam inter obstantia saxa fractis aquis
ac reluctantibus, tanto, quae conexa est et totis uiribus fluit,
fragosa atque interrupta melior oratio. cur ergo uires ipsa
specie solui putent, quando res nec ulla sine arte satis ualeat
8 et comitetur semper artem decor? an non eam, quae missa
optime est, hastam speciosissime contortam ferri uidemus, et
arcu derigentium tela quo certior manus, hoc est habitus ipse
formosior? iam in certamine armorum atque in omni palaestra
quid satis recte cauetur ac petitur, cui non artifex motus et
9 certi quidam pedes adsint? quare mihi compositione uelut amentis
quibusdam neruisue intendi et concitari sententiae uidentur.
ideoque eruditissimo cuique persuasum est, ualere eam plurimum
non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum.
10 primum quia nihil intrare potest in adfectus, quod in aure uelut
quodam uestibulo statim offendit, deinde quod natura ducimur
ad modos. neque enim aliter eueniret, ut illi quoque organo-
rum soni, quamquam uerba non exprimunt, in alios tamen atque
11 alios motus ducerent auditorem. in certaminibus sacris non
eadem ratione concitant animos ac remittunt, non eosdem mo-

1 fudim' **A**^{1} (m' *in ras.*) arbis **A**^{1} 2 hos *Francius:* hoc **AGS**, haec *dett. om.* **M** mansuaefacimus **A**^{1}**G** 3 idē **G** 4 qui *Regius:* quid** **A** (quidēτ *1 m. ut uidetur*), quid **G**, quod **MST**, *fort.* qui aliquid uinctum **G** *ut uidetur, quamquam et* iunctum, *ut* **M** *aliique habent, legere possis* 5 pendes **G**, *sed* n *punctata* 6 *fort.* Sotadeorum numeri, *quo supplemento recepto illud* quorundam — lasciuentium (*sc.* pedum) *nullam iam offensionem haberet*
6 Galliambicorum *Spalding:* calliā b///////////ū **A**, callimachorum **GMa**, chalimacorum **S** quorūd*am* **A**, quorun **G** *in fine uersus*, quorū **MST** 7 cūpositionis **A**^{1} *fort.* namque si — — compositionis est uitium iudicandum 8 albeo **A**^{1} 9 obiciente **MS**: obicientes (-is **a**) **AG** 10 ac *reluc*tantibus **A** tantoque **A**^{1}**GMS** fluit **Ma**: fuit **AG**, furit **T** *corr. et* **S**, ruit *coni. Gesner* 11 ipsa **AGM**: ipsas **S**ς 12 *coniunctiui* ualeat *et* comitetur *Spaldingio merito suspecti erant* 13 semper **AM**: super **GS** an non eam **A** *in rasura*, an non ea **M** missa **AG**: omissa **S**, obmissam **M**, emissa *edd.* 15 derigentium **A**: dirigentium **GMSa** quo **A** *corr. in* que hoc est **AGS**: id est **M**, idē **F** 16 Iam certamine *ed. Bonnelli* 18 uelut **A** *corr. ex* uel ammentis **A** 19 neruis*ue* **A**, neruis ne **G** uidetur **G** 20 ideoque **AGM**: ideo **ST**, immo *Obrecht* erudissimo **G** eam **a**: eum **AG**, cum **ST**, quam **M** 24 ipsi *Christ* 25 tām **G** (*pro* tam) 27 eosdem (eodem **A**^{1}) modos **A**, eodem modo **GMS**

dos adhibent, cum bellicum est canendum et cum posito genu
supplicandum est, nec idem signorum concentus est procedente
ad proelium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis certe 12
moris fuit, et cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo
essent ad agendum erectiores, et cum somnum peterent, ad
eandem prius lenire mentes, ut, si quid fuisset turbidiorum
cogitationum, componerent. quodsi numeris ac modis inest 13
quaedam tacita uis, in oratione ea uehementissima, quantumque
interest, sensus idem quibus uerbis efferatur, tantum, uerba
eadem qua compositione uel in textu iungantur uel in fine clau-
dantur: nam quaedam et sententiis parua et elocutione modica
uirtus haec sola commendat. denique quod cuique uisum erit 14
uehementer, dulciter, speciose dictum, soluat et turbet: abierit
omnis uis, iucunditas, decor. soluit quaedam sua in Oratore
Cicero: *neque me diuitiae mouent, quibus omnis Afri-
canos et Laelios multi uenalicii mercatoresque su-
perarunt.* immuta paululum, ut sit '*multi superarunt
mercatores* uenaliciique' et insequentis deinceps periodos:
quas si ad illum modum turbes, uelut fracta aut transuersa tela
proieceris. idem corrigit, quae a Graccho composita durius putat. 15
illum decet: nos hac sumus probatione contenti, quod in scri-
bendo, quae se nobis solutiora obtulerunt, componimus. quid
enim attinet eorum exempla quaerere, quae sibi quisque experiri
potest? illud notasse satis habeo, quo pulchriora et sensu et
elocutione dissolueris, hoc orationem magis deformem fore, quia
neglegentia conlocationis ipsa uerborum luce deprehenditur. ita- 16
que ut confiteor, paene ultimam oratoribus artem compositionis,
quae quidem perfecta sit, contigisse, ita illis quoque priscis

15. c. 70, 232.

1 bellic*um* **A**, bellum **S** est **S**: is **A**[1]**G**, his **Ma** compositio **G**, composito **G** *corr. et* **MS** genu* **A**, genus **G**, genere **MS** 2 contentus **A**[1]**M** 4 et cum **A** *in ras.* euilassent **G**[1] excitare **A** *in ras.* exitare **G** quo **a**: quod **AG**, qui **S**, quid **M** 6 turuidiorum **A**[1], turpidiorum **GMS** 8 ea *Badius (idem* ea est *tentans):* eo *libri*, est ς 10 in textu **AG**: in exitu **MS** uel fine **GMS** 15 neque **MS**: nā quae **AG**, *sed* nā **A** *in ras.* omnes *edd.* 16 et *om.* **AGMS** uenali | cū **G**, uenalium **S**, uenalia **M** mercatoresque superarunt — — superarunt mercatores uenaliciique] *sic suppletum est in edd. ueteribus ex Cicerone*, mercatoresque uenalique (uenaliaque **GMSa**) *libri omissis mediis*, mercatoresque superarunt *edd. recentiores; at qua probabili ratione explicabitur illud* uenalique *ex lectione* superarunt *corruptum esse?* 18 insequentes **GMSa** 19 quos **Sa**, qua (?) **A**, quo **GM** perturbes **M** *et dett.* 20 id ē **G**, id est **S** corrigit quae a gracho **A** *in ras. m. 2*, corrg. q. a graeco **G**, corrigit quod a greco **S**, *item* **M**, *sed sine* quod 21 simus *dett.* 23 quaere **G** sibi **A** *in ras.* expediri **S** 24 abeo **A**[1]**GS** quo **A** *s. l.* quod **M** pulcriora **G** 28 quae quidem *Spalding:* qua de **AGMS** (*sed* **A** *qua* de) quoque *om.* **ST**

habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. neque
enim mihi quamlibet magnus auctor Cicero persuaserit, Lysian,
17 Herodotum, Thucydiden parum studiosos eius fuisse. genus for-
tasse sint secuti non idem, quod Demosthenes aut Plato, quam-
quam et ii ipsi inter se dissimiles fuerunt. nam neque illud in
Lysia dicendi textum tenue atque rasum laetioribus numeris cor-
rumpendum erat: perdidisset enim gratiam, quae in eo maxima
est, simplicis atque inadfectati coloris, perdidisset fidem quoque.
nam scribebat aliis, non ipse dicebat, ut oportuerit esse illa
18 rudibus et incompositis similia, quod ipsum compositio est. et
historiae, quae currere debet ac ferri, minus conuenissent in-
sistentes clausulae et debita actionibus respiratio et cludendi
inchoandique sententias ratio. in contionibus quidem etiam
similiter cadentia quaedam et contraposita deprehendas. in
Herodoto uero cum omnia, ut ego quidem sentio, leniter fluunt,
tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes in *se*
19 numeros complexa uideatur. sed de propositorum diuersitate
post paulum: nunc, quae prius iis, qui recte componere uolent,
discenda sunt.

Est igitur ante omnia oratio alia uincta atque contexta,
soluta alia, qualis in sermone et epistulis, nisi cum aliquid supra
naturam suam tractant, ut de philosophia, de re publica simili-
20 busque. quod non eo dico, quia non illud quoque solutum
habeat suos quosdam et forsitan difficiliores etiam pedes: neque
enim aut hiare semper uocalibus aut destitui temporibus uolunt
sermo atque epistula, sed non fluunt nec cohaerent nec uerba
uerbis trahunt, ut potius laxiora in his uincla quam nulla sint.
21 nonnumquam in causis quoque minoribus decet eadem simplici-
tas, quae non nullis, sed aliis utitur numeris, dissimulatque eos
et tantum communit occultius.

---

2 autor **G** 3 tuchididen **AG**, *sed* **A** tuchi *in ras.* tuchididem **M** 4 aut **AMS**: am **G** 5 ipse **A**[1]**G** 6 lysia dicendi **A** *in ras.* rasium **M**, rarum *priores edd. pleraeque* 7 eni*m gratiam* **A**, enim grā (gratia) **G** 9 oportesset illa **A** *ut uidetur*, oportuisset illa **GMSa**, *fort.* oporteret esse illa 11 ac ferri **a**: adferri **AG**, afferri **MS** intersistentes *Regius* 12 cluendi **A**[1] 15 erodoto **A**[1]**GS**, Herodoti *malebat Spalding* 16 dialectos **AGS**, dyalectos **M** eam *Regius:* etiam *libri* in se numeros *Obrecht:* innumeros **AGMS**, etiam num. *Regius* 17 uideantur **GMS** 18 nunc **Sa**: ~ **AGM** (*pro* $\overset{c}{n}$) his qui **a**, his quae **AGM**, has que **S** 19 dicenda **GMS** sint *Regius* 20 ratio **A**[1] *utrum* **G** iuncta (*sic* **S**) *an* uincta *habeat discerni non potest* 21 alia (*post* soluta) *om.* **A**[1] et **S**: *om.* **AGM**, epistolisque **a** 22 similibusque **AGS**: similibus qui **M** (*om.* quod), similibus ς 24 difficilio*res* **A** 25 tempori*b;* **A**, temporis **G**, tempore suo *probabiliter Spalding* 27 uincla *mei:* uincula ς nulla *sint* **A**, in illa sint **S**, nullas inτ' **G** 30 *fort.* coniungit *uel* conectit

At illa conexa series tris habet formas: incisa, quae 22
κόμματα dicuntur, membra, quae κῶλα, περίοδον, quae est uel
ambitus uel circumductum uel continuatio uel conclusio. in
omni porro compositione tria sunt genera necessaria: ordo,
iunctura, numerus.

Primum igitur de ordine. eius obseruatio in uerbis est 23
singulis et contextis. singula sunt, quae ἀσύνδετα diximus. in
his cauendum, ne decrescat oratio et fortiori subiungatur aliquid
infirmius, ut sacrilego fur aut latroni petulans: augeri enim
debent sententiae et insurgere, ut optime Cicero 'tu' inquit
'istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius
corporis firmitate': aliud enim maius alii superuenit. at
si coepisset a toto corpore, non bene ad latera faucesque de-
scenderet. est et alius naturalis ordo, ut 'uiros ac feminas, diem
ac noctem, ortum et occasum' dicas potius quam retrorsum.
quaedam ordine permutato fiunt superuacua, ut 'fratres gemini': 24
nam si 'gemini' praecesserint, 'fratres' addere non est necesse.
illa nimia quorundam fuit obseruatio, ut uocabula uerbis, uerba
rursus aduerbiis, nomina adpositis et pronominibus essent priora:
nam fit contra quoque frequenter non indecore. nec non et 25
illud nimiae superstitionis, uti quaeque sint tempore, ita facere
etiam ordine priora, non quin frequenter sit hoc melius, sed
quia interim plus ualent ante gesta ideoque leuioribus super-
ponenda sunt. uerbo sensum cludere multo, si compositio patia- 26
tur, optimum est: in uerbis enim sermonis uis est. si id aspe-
rum erit, cedet haec ratio numeris, ut fit apud summos graecos
latinosque oratores frequentissime. sine dubio erit omne, quod

10. Phil II, 25, 63.

1 at **AS**: aut **GM** tres **MS**ς 2 comata **S**, commota **AGM** κολα **A** *partim in ras.* κμλa **G** περιολον **G** 4 genera *delendum censebat Regius* 5 uunctura **G** 6 est **A** *in ras.* **M** est *post* eius *habet; ipse malim* in uerbis et singulis et c. 7 sunt **A** *in ras.* acινθετa **A**, ancinaeτa **G**, ancineta **S**, *om.* **M** 9 ut **S**: et **AGM** 10 inquid **A**[1]**G** 12 alii *Christ:* alio *libri* at **AM**: ut **G**, ac **S** 13 latera faucesque **A** *in ras. m. 2* descenderet **M**: discenderet **AG**, descenderent **S** 14 est **A** *in ras.* 15 noct*em ortum et* occasum **A** quam *Regius:* quam et **S**, quamquam et **AGM**, *sed* **A** quam et *in ras.* 16 permutat*o* **A**, permutatio **GM**, *sed* i *in* **G** *s. l.* gem*ini nam* si **A** 17 gemini praecesserint **A**: praec. (praecesserunt **S**) gemini *rell. noti, sed Goth.* praecesserit *(sic)* germani 19 numina **A**[1] essent priora **Sa**: esset priora **GM**, esset prior **A** 20 sit **GM** 21 ita *Christ:* ea *libri* 22 qui*n* frequenter **A**, qui infrequenter **GM**, quia frequenter **S** 23 interdum **MS** supponenda *Regius* 25 uis est **A** *in ras.* uis inest **M** sed si *Spalding* 26 caedet **AG**, credat **S** haeτratio **G**, oratio (*om.* haec) **MS**, haec — apud **A** *in ras. habet* 27 erit **AG**: enim **MS** *et dett.* erit uerbum *coni. Spalding*, erit omne quod non cludetur uerbo *Fr. Schmidt sodalis seminarii philol. Monacensis*

non cludet, hyperbaton, sed ipsum hoc inter tropos uel figuras,
27 quae sunt uirtutes, receptum est. non enim ad pedes uerba
dimensa sunt, ideoque ex loco transferuntur in locum, ut iungantur, quo congruunt maxime, sicut in structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas inuenit, cui adplicari et in quo possit insistere. felicissimus tamen sermo est, cui et rectus ordo et apta iunctura et cum his numerus oportune cadens contigit.
28 quaedam uero transgressiones et longae sunt nimis, ut superioribus diximus libris, et interim etiam compositione uitiosae, quae in hoc ipsum petuntur, ut exultent atque lasciuiant, quales illae Maecenatis: sole et aurora rubent plurima: inter se sacra mouit aqua fraxinos: ne exequias quidem unus inter miserrimos uiderem meas. quod inter haec pessi-
29 mum est, quia in re tristi ludit compositio. saepe tamen est
uehemens aliquis sensus in uerbo, quod si in media parte sententiae latet, transire intentionem et obscurari circumiacentibus solet, in clausula positum adsignatur auditori et infigitur, quale illud est Ciceronis: ut tibi necesse esset in conspectu
30 populi Romani uomere *postridie.* transfer hoc ultimum:
minus ualebit. nam totius ductus hic est quasi mucro, ut per se foeda uomendi necessitas iam nihil ultra expectantibus hanc quoque adiceret deformitatem, ut cibus teneri non posset postri-
31 die. solebat Afer Domitius traicere in clausulas uerba tantum
asperandae compositionis gratia et maxime in prooemiis, ut pro Cloatilla: gratias agam continuo, et pro Laelia: eis utrisque apud te iudicem periclitatur Laelia. adeo refugit teneram delicatamque modulandi uoluptatem, ut currentibus per

18. Phil. 2, 25, 63.

1 sed *Spalding:* est **GMS**, et **A** *sed* t *in ras. 2 m.* 2 uirtutes **AGM**: uirtutis **S**ϛ, *cf. 1, 5, 5* 4 quo congruunt **A** *in ras.* quo congruant *margo ed. Gryph.* sicut **A** struct*um* **A**[1] 5 enormitas **M**: inormitas **AG**, enorūt **S** 7 is **A** *add.* h *s. l.* contingit **MS** 8 transgressiones **Ma**: transgressionē **AGS** longe **A**[1]**GMS** ut in sup. **M**, et in sup. **S** 9 copositione **A** *fort.* uitiosae, quia 10 ill*ae me*caenatis **A**, ille (illi **M**) mecenatis **GMS** 11 inter se *scripsi:* int**** **A**, inter **GMSa** 12 mouetur *Wolff*, manat *Spalding*, meat *Fr. Schmidt* 13 *mi*serrimos **A** 14 est (*post* tamen) *om.* **A** 16 transiri **S** intentionem **A**: intentione **GS**, intensione **M** 19 postridie *Regius: om. libri* 20 nā **A** *corr. e* nē 21 foedae — necessitati *Regius* 22 cybus **G** posttridie **AG** 23 clausulis *Spalding; at u. Törnebladh quaestt. critt. p. 36* 24 aspernandae **A**[1]**G** (uerba — prooemiis *om.* **M**) prohemiis **S**, prohymiis **AG**, *sed* **G** *sic in marg. expuncta contextus lectione* 25 cloatilla **AGMS**: Domitilla ϛ eius utriusque **S**, eius — Laelia *om.* **GM**, *sed add. in marg.* **G** *m. uetere; ceterum malim* de his utrisque 26 reffugit **A**[1]**G** 27 dilicatam quae **G** ut currentibus **GMS**: *oc*currentibus **A**

se numeris quod eos inhiberet obiceret. amphiboliam quoque 32
fieri uitiosa locatione uerborum nemo est qui nesciat. haec ar-
bitror, ut in breui, de ordine fuisse dicenda: qui si uitiosus
est, licet et uincta sit et apte cadens oratio, tamen merito in-
composita dicatur.

I u n c t u r a sequitur. est in uerbis, incisis, membris, perio-
dis: omnia namque ista et uirtutes et uitia in complexu habent.
atque ut ordinem sequar, primum sunt quae imperitis quoque 33
ad reprehensionem notabilia uidentur, id est, quae, commissis
inter se uerbis duobus, ex ultima prioris ac prima sequentis
syllaba deforme aliquod nomen efficiunt. tum uocalium concur-
sus: quod cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio.
pessime longae, quae easdem inter se litteras committunt, sona-
bunt: praecipuus tamen erit hiatus earum, quae cauo aut patulo
maxime ore efferuntur. e planior littera est, i angustior, ideo- 34
que obscurius in his uitium. minus peccabit, qui longis breues
subiciet, et adhuc, qui praeponet longae breuem. minima est
in duabus breuibus offensio. atque cum aliae subiunguntur aliis,
proinde asperiores *aut leniores* erunt, prout oris habitu simili aut
diuerso pronuntiabuntur. non tamen id ut crimen ingens expa- 35
uescendum est, ac nescio neglegentia in hoc an sollicitudo sit
peior. inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi et
a potioribus auertat. quare ut neglegentiae passim hoc pati, ita
humilitatis ubique perhorrescere, nimiosque non inmerito in hac
cura putant omnis Isocraten secutos praecipueque Theopompum.
at Demosthenes et Cicero modice respexerunt ad hanc partem. 36

1 quod **AGM**: quo a, q̄ **S** inheberet et obicetret **G**, inh*i*beret *et a*bī-ceret **A**, non haberet et obiceret **M** amphibologiam **AGS**, *om.* **M** 2 uitiosā **AGMS** qui dubitet **FM** 4 uincta sit et *Obrecht:* uincat ac sit (si **G**, t^{a}**A** *in ras.*) **AGMS** (iuncta sit et *Regius*) 5 dicatur **A** *in ras.* dignatur **G**, digne dicatur **FM**, digne dicant **S** 6 sequitur. ea est *Regius* perhiodis **AGM** 7 et uicia **A** *in ras.* 8 sunt quae *Capperonnier:* quae sunt **AGMS**, sunt *om. Regius* 9 id est qua **AGM**, id est quia **S** 10 duobus **MS**: duorum **AG** ultima fine prioris **AGMS** (ne pri **A** *in ras.*), fine *deleuit Regius* 11 aliquid **G** 12 quod **AG**: qui **S**ς, quia **M** et intersistit et **A** *in ras.* 13 longeque **A**^{1}**GMS** 15 offeruntur **A**^{1} plenior *Regius* angustior **AG**: angustior est **MS**ς 16 peccauit **A**^{1}**GMS** 17 adhuc quid **GS** proponet **M**, proponē **S**, qui praeponet **A** *in ras.* longe **A**^{1}**GMS** breue **G**, *om.* **M** 18 alia *libri, em. Regius* 19 perinde *Regius* asperiores aut leniores *Christ:* asperiores *libri, sed in* **A** *ante* asp. *tres litterae erasae sunt* habitu simili **MSa**: habitus similis **AG** 20 diuerso/'/// **A** 23 neglegentia **A**^{1}**G**, negligentie est **MS**, neglegentia est *Spalding* passim *Christ:* pars *libri, om. Spalding* 24 perorrescere **G** 25 omnes **MS**ς *i*socraten **A**, isocratem **S**, ysocraten **M** secutus **A**^{1} 26 ad **A**^{1}**G**, ac **S** ciceronio dicere spexerunt **G**, *in* **A** *quoque* m (*in* modice) *corr. e* ni

nam et coeuntes litterae, quae συναλοιφαί dicuntur, etiam lenio-
rem faciunt orationem, quam si omnia uerba suo fine cludantur,
et nonnumquam hiulca etiam decent faciuntque ampliora quae-
dam, ut 'pulchra oratione ista iacta te', cum longae per
se et uelut opimae syllabae aliquid etiam medii temporis inter uoca-
37 les, quasi intersistatur, adsumunt. qua de re utar Ciceronis
potissimum uerbis. habet, inquit, ille tamquam hiatus et
concursus uocalium molle quiddam, et quod indicet
non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam
de uerbis laborantis.

Ceterum consonantes quoque, earumque praecipue quae sunt
asperiores, in commissura uerborum rixantur, ut si s ultima
cum x proxima confligat, quarum tristior etiam, si binae colli-
38 dantur, stridor est, ut 'ars studiorum'. quae fuit causa et Seruio,
ut dixit, subtrahendae s litterae, quotiens ultima esset aliaque
consonante susciperetur, quod reprehendit Luranius, Messala de-
fendit. nam neque Lucilium putat uti eadem ultima, cum dicit
Aeserninus fuit et dignus locoque, et Cicero in Oratore
39 plures antiquorum tradit sic locutos. inde 'belligerare, pomeri-
diem' et illa Censori Catonis † 'diee hanc', aeque m littera
in e mollita. quae in ueteribus libris reperta mutare inperiti

---

6. Orat. 23, 77. 17. Sat. lib. 4, cf. Non. p. 393. 18. c. 48, 161.

---

1 coheuntes **G** ϲιναλλογιφαι **A** (ϲινα *in ras.*), ϲιϲιααφλι **G** (συναλοιφή dicitur *Regius*) leniorem **S** *(ut uidetur) et Regius:* leuiorem **AGM** 2 quasi omnia **GM** 4 oratione ista iacta te *scripsi incerta coniectura:* oratione acta oratio iactate (iactare **MS**) '**GMS**, oratione acta oratio actate **A** *ut uidetur corr. in* oratione acta oratio iactate; *Spaldingius in* oratio *suspicatur uoc.* orator *latere, sed sic non multum lucramur ad loci obscuritatem tollendam; nam phrasis ipsa* orationem agere *aliud uitium demonstrat* cum **AS**: tum **GM**a ς
longe **AGS**, longa **M** 5 opimae *Obrecht:* optimae **AGMS** aliqui*d* **A** mediis temporibus *libri, em. Regius* 7 potissimus **A**[1]**G** 8 concursu **A**[1] moll*e* **A**, molet **G**, molle uolet **M** 11 earumque praecip*ue quae sunt* **A**, earum quae praecipueque sunt **G**, earum precipueque sunt **M** 12 ut si s — proxima confligat *Iulius Victor c. 20 (p. 433, 3):* et s — proxima *libri* (*sine* confligat)
13 etiam *si* **A** 14 stridor est uastudiorum **AG**, tristior est uastidiorum **S**, ut ars. stud. *om.* **M**; *exempli emendatio nititur loco Diomedis p. 467 Keil.* 'item ex consonantibus quae in se incidentes stridere et quasi rixari uidentur uitanda iunctura est, ut Sextus Roscius, rex Xerxes, ars studiorum' (arx studiorum *coni. Pithoeus*) *cf. etiam Isid. II, 19* 15 ut dixit *Lachmann (ad Lucret. p. 29):* ut dixi *libri* subtraendae **G** 16 Luranius] *sic etiam* **AGM** (lauranius **S**) 17 putat (*sc.* Messala) *Spalding:* putant *libri* 18 Aeserninus *L. F. Schmidt (coll. Nonio p. 393):* serinus **AG**, serenus **M**, seruus **S** 19 pelligerere promeridiem **AG**, belligerare per meridiem **M**, belligerare (*om.* pom.) **S** 20 censorini **S**, censorii ς dieae hac eque **AG**, die et hac aque **S**, dicte hecque **M**; *scriptura incerta est, cf. tamen Buecheler Grundr. der lat. Declination p. 25*

solent, et dum librariorum insectari uolunt inscientiam, suam
confitentur. atqui eadem illa littera, quotiens ultima est et uo- 40
calem uerbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit,
etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur, ut 'multum ille' et
'quantum erat', adeo ut paene cuiusdam nouae litterae sonum
reddat. neque enim eximitur, sed obscuratur et tantum in hoc
aliqua inter duas uocales uelut nota est, ne ipsae coeant. uiden- 41
dum etiam, ne syllabae uerbi prioris ultimae et primae sequen-
tis sint eaedem: quod ne quis praecipi miretur, Ciceroni in epi-
stulis excidit: res mihi *inuisae* uisae sunt, Brute, et in
carmine:

o fortunatam *natam* me consule Romam.

etiam monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur, quia 42
necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet. ideo-
que etiam breuium uerborum ac nominum uitanda continuatio
et ex diuerso quoque longorum: adfert enim quandam dicendi
tarditatem. illa quoque uitia sunt eiusdem loci, si cadentia si-
militer et similiter desinentia et eodem modo declinata multa
iunguntur. ne uerba quidem uerbis aut nomina nominibus si- 43
miliaque his continuari decet, cum uirtutes etiam ipsae taedium
pariant nisi gratia uarietatis adiutae.

Membrorum incisorumque iunctura non ea modo est obser- 44
uanda quae uerborum, quamquam et in his extrema ac prima
coeunt, sed plurimum refert compositionis, quae quibus ante-
ponas. nam et 'uomens frustis esculentis gremium

25. Cic. Phil. II, 25, 63.

1 solent—suam *om.* **M** inscientiam **a**: scientiam **AG**, insiciam **S** 6 sed **S**: s. et **M**, et **AG** in hoc **A**: in **GT**, in hoc *om. rell. et edd.* 8 ne syllabae uerbi prioris ultimae et primae sequentis sint eaedem: quod ne quis *scripsimus:* ne syllaba uerba (uerba *deleuit* **a**, uerbi **M**) prioris ultima et prima sequentis idē (id ÷ **GM**) nec ne **M**) quod ne quis **AGM**, ne sillaba uerbi prioris ultima et prima sequentis: idem neque nequis **S**; ne syllabae uerbi pr. ultimae sint primae sequentis . id ne quis *Regius. Pro nostra ratione stat locus Iulii Victoris p. 433:* ne ultima syllaba prioris uerbi eadem sit quae prima posterioris; *contra habet Diomedes p. 465 K.* illa quoque compositio fugienda, ut syllabae duae pluresue quae priorem sensum terminant in prima posterioris sensus parte ponantur 'o fortunatam natam me consule Romam' 9 epistulis **A**: aepystolis **G** 10 inuisae *add. Regius* 12 natam *om.* **AGM**, nato **S** 13 si **Ma**: *om.* **AGS** plura **AMS** (a **A** *in ras.*): plures **G** 16 longuorum **G** 18 et sim. desinentia **A**, *sed litt.* et similiter desi *m. 1 in ras.* et si deientia **G**, et simil. *om.* **S** et de eodem **GM**, *in* **A** *post* et *duae litt. erasae* multa *om.* **GMS** 19 iungantur **GM** similia*que* **A**, similia quae **G**, similia ne **M** 20 cum] tum **AGMS** ipse tedium **A**[1]**GMS** 21 patiantur *libri, em. Regius* 22 eo **Sa** modo **A** *in ras.* 23 extre*ma* **G**, *post quod uoc. rasura est amplior* 24 anteponas **A**, ante poenas **G** 25 numens **G** frustris **A**[1]**GS** esculentis **A**, resculentis **G**; *in dett. ex Cicerone* uinum redolentibus *suppletum est*

suum et totum tribunal impleuit' ** et contra (nam frequentius utar isdem diuersarum quoque rerum exemplis, quo sint magis familiaria) saxa atque solitudines uoci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt' magis insurgebat, si uerteretur: nam plus est saxa quam bestias commoueri, uicit tamen compositionis decor. sed transeamus ad numeros.

45 Omnis structura ac dimensio et copulatio uocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺϲ accipi uolo) aut μέτροιϲ, id est dimensione quadam. quod, etiamsi constat utrumque pedibus, habet tamen non
46 simplicem differentiam. nam primum numeri spatio temporum constant, metra etiam ordine, ideoque alterum esse quantitatis uidetur, alterum qualitatis. ῥυθμόϲ est aut par, ut dactylicus, una enim syllaba *longa* par est *duabus* breuibus (est quidem uis eadem et aliis
47 pedibus, sed nomen illud tenet: longam esse duorum temporum, breuem unius, etiam pueri sciunt) aut sescuplex, ut paeonicus: is est ex longa et tribus breuibus *aut ex tribus breuibus* et longa, uel alio quoquo modo, ut tempora tria ad duo relata sescuplum faciant: aut duplex, ut iambos, nam est ex breui et longa,
48 quique est ei contrarius. sunt hi et metrici pedes, sed hoc interest, quod rhythmo indifferens, dactylicusne ille priores habeat breues an sequentes: tempus enim solum metitur, ut a sublatione ad positionem idem spatii sit. proinde alia dimensio est uersuum:

---

3. p. Arch. 8, 19.

---

1 impleuit] *signum lacunae addidimus, cum talis aliqua sententia desideretur:* impleuit' [recte se habet, cum maius sit quod tribunal impleuit,] et contra *etc.* 3 sollicitudines **GM** 4 uestiae **AG** 5 nam etsi plus *Regius* 6 bestias **MSa**: uest*ias* **A**, uestigias **G** 9 ΡΥΘΜΟΙϹ **A**, ΡΥΕΜΟΥϹ **G** ΜΕΤΡΕΙϹ **A**, ΜΕΤΡΕΥϹ **G** 10 etiamsi *Regius:* etiam *libri* non] n **A** 11 primum *Christ:* plurimum **AGM**, rhythmi id est *edd.* (rigini in numeris **S**) 12 esse quantitatis uidetur **A** *in ras.* esse quantis u. **G**, uidetur *om.* **MS** 13 rhytmos **AG**, rigino **S**, *om.* **M** est*aut **A**, estua ut **G**, est autem **M**, aut **S** dactylicus **AFGMT**: dactylus **S**ς unā **GMS** 14 syllaba longa par est duabus breuibus *scripsi praeeunte Rollino:* syllaba par est breuibus (pars est breuius **G** *1 m.*) **AG**, sillabam par est (parē **S**) breuibus **MS** 16 sexcuplex **G**[1], secuplex **S** ut a: aut **AGMS** paeonicus: is est *scripsi:* paeonicūsis ē **G**, paeonicum sit (si** *1 m.*) **A**, peon (peonus **S**) cuius uis est **MS** 17 breuibus aut ex t. breuibus *scripsi:* breuibus *libri*, breuibus, quique ei contrarius ex tribus breuibus *edd. uett. et* ς 18 alio quo modo **GM**, alio *quoque* modo **A**, aliquo modo **S** ad du*o* *re*lata **A**, ad dua ore lata **G**, uel duo relata **S** 19 iambos **AGM**: iambus **S**ς nam *est ex* **A**, ex *om.* **GM** 21 rhytmo **G**, rhitmo **AM**, rigmo **S** indifferens **AGMS**: indifferens est ς dactilicusne **AG**, dactilicosne **M**, dactilo: ne **S**, dactylusne ς habet **AGMS**, *em. Regius* 22 solum *Badius:* sonu **A**, sonum **GMS**, sono **a**, sonus *coni. Spalding* ut] *fort.* num sublationē **A**[1] 23 pedum spatii sit idem. Alia *coni. Spalding* alia ad dimensionem uersuum (inuersu **S**) **AGMS**

pro dactylico poni non poterit anapaestus aut spondeus, nec
paean eadem ratione breuibus incipiet ac desinet. neque solum 49
alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, sed ne dactylum quidem aut forte spondeum alterum pro altero. itaque si quinque continuos dactylos, ut sunt in illo

panditur interea domus omnipotentis Olympi

confundas, solueris uersum. sunt et illa discrimina, quod rhyth- 50
mis libera spatia, metris finita sunt, et his certae clausulae, illi, quo modo coeperant, currunt usque ad μεταβολήν, id est transitum ad aliud rhythmi genus, et quod metrum in uerbis modo, rhyth-
mos etiam in corporis motu est. inania quoque tempora rhythmi 51
facilius accipient, quamquam haec et in metris accidunt. maior tamen illic licentia est, ubi tempora etiam [animo] metiuntur et pedum et digitorum ictu, et interualla signant quibusdam notis atque aestimant, quot breues illud spatium habeat: inde τετράcημοι, πεντάcημοι, deinceps longiores sunt percussiones, nam cημεῖον tempus est unum.

In compositione orationis certior et magis omnibus aperta 52
seruari debet dimensio. est igitur in pedibus et metricis quidem pedibus, *qui* adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant uersus, et contra nihil *non*, quod est prosa scriptum, redigi possit in quae-
dam uersiculorum genera uel in membra: sicut in molestos in- 53

6. Aen. 10, 1.

1 dactilico **AGM**, dactylo **S**ς poterat **A**[1] nec paene eaudem (eadem **a**) ratione **AG**, nec penes eandem rationem **MS** (nec paeonis eadem ratio est breuibus incipientis ac desinentis *coni. Spalding*) 2 a *uel* ac **S**) breuibus *dett.* 3 pro **A** *in ras.* q *i. e.* quod (*pro* p) **G**, qui **M**, que **S** pede **AGMS** 5 dactilos **AGM** sunt **AFGM**: fit **ST** 7 sunt et illa — finita *om.* **G**; *post* uersum *est signum supplementi faciendi aut facti, sed quae desunt aut non suppleta aut in marg. admodum decurtata recisa sunt* 8 illi quo **A**: aliquo **GM**, alie quo **S** 9 metabulen **A**, metabulē **G**, metabolem **S**, *om.* **M** transitum ad aliud **A**: transitus maliud **G** *corr. in* tr. id in aliud, *ut est in* **MST** 10 genus rhythmi **M** *dett. et* ς rythmos **G**: rymos **A**, rigmos **M** 11 motum **A**[1]**G** rythmici **AG**, rigmi **S**, rigimici **M** 13 illic] hic **G** *pr. m.* est** **A**, est et **GS**, et **M** animo *Christo auctore inclusimus, qui idem eius loco* inania *scribendum esse coniecit* 14 et *add. Spalding* 15 quot **S**: quod **AGM** breue **A**[1] tetrasemoae *et thacymo est* **A**, tetrasemoae et thascymoe **G** 16 sunt **AGM**: fiunt **S** *et dett.* 17 semion **AGS**, *om.* **M** 18 compositionē **G** 19 et metricis q. pedibus (pedes **M**) **AGM**, *cui lectioni nos* qui *addidimus;* et metris: quidam pedes **S**, Et metrici quidem pedes adeo *etc. edd.* 20 ut in ea frequenter **A** *in ras.* 21 excidant **G** *corr. ex* abscidant et certe nihil *Gallaeus* 22 nihil non] nihil **AGM**, non nihil **a**, nihil non prosa scriptum *Spald.* (Nihil est quod scriptum redigi non p. **S**) prorsa **G** 23 uel in membra *obelo notauit Regius*, uel membra *Obrecht* sicut in *Spalding:* sint a*t* (ad **G**) in **AG**, sunt adin **M**, sed adeo **S**; *ipse malim* quid quod in

cidimus grammaticos, †quam fuerunt, qui lyricorum quorundam carmina in uarias mensuras coegerunt. at Cicero frequentissime dicit, totum hoc constare numeris, ideoque reprehenditur a qui-
54 busdam, tamquam orationem ad rhythmos adliget. nam sunt numeri ῥυθμοί, ut et ipse constituit, et secuti eum Vergilius, cum dicit 'numeros memini, si uerba tenerem', et Hora-
55 tius 'numerisque fertur lege solutis'. inuadunt ergo hanc inter ceteras uocem: neque enim Demosthenis fulmina tanto opere uibratura dicit, nisi numeris contorta ferrentur: in quo si hoc sentit 'rhythmis contorta', dissentio. nam rhythmi, ut dixi, neque finem habent certum nec ullam in contextu uarietatem, sed, qua coeperunt sublatione ac positione, ad finem usque decurrunt, oratio non descendet ad crepitum
56 digitorum et pedum. quod Cicero optime uidet ac testatur frequenter, se, quod numerosum sit, quaerere, ut magis non ἄρρυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quam ἔνρυθμον, quod poeticum est, esse compositionem uelit: sicut etiam quos palaestritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur
57 ἀπάλαιστοι. uerum ea quae efficitur e pedibus apta conclusio nomen aliquod desiderat. quid sit igitur potius quam numerus, sed oratorius numerus, ut enthymema rhetoricus syllogismus? ego certe, ne in calumniam cadam, qua ne Marcus quidem

5. Cic. Orat. 20, 67. 6. Ecl. 9, 45. 7. Carm. 4, 2, 11. 8. Cic. Orat. 70, 234.

1 quorum fuerunt qui uelut lyr. quorundam carmina in u. m. coegerint (*uel* cogerent) *Spalding secundum Burmannum; ipse malim:* quorum quidam fuerunt qui [prosa scripta quasi] lyr. — coegerunt 2 at **A** *in ras.* ad **G** 4 ad **A** *in ras.* rythmos **G**, rithmos **A** *et sic plerumque* 5 rithmoe **A**, rethmoe **G**, rhythmi ꞩ uirgilius **GMS** 6 oratius **AGS** 7 feratur **S**, referatur **AGM** 8 demosthenes **AGMS** fulmina — numeris *om.* **M** 9 tantopere *libri* uibratura dicit **a**: uibrata dicit **A**, uibrat' adicit **G**, uibratus dr **S** ferentur **GM**, ferantur **S** 10 sentit **a**: senti **AG**, sentimus **MS** *et dett.* sentiunt *Gallaeus* dissen*t*io **A**, dissensio **G** *corr. et* **MS** 11 fin*em* **A** ulla **A**[1] 12 sed qua **G** *corr. ex* seqqua a positione **AG**, appositionem **S**, ad posicionem **M** 13 ad (a *pr. m.*) finem **A**: a fine **GM**, *om.* **S** crepitum **GM**, screpitum **Ag**, strepitum **a**, scriptum **S** 14 et pedum. quod *Christ:* et quae **AGMS**, idque ꞩ uidit *Gallaeus*, *recte ut uidetur* 15 sed quod **A**, sequi **M** numero sūmsit **G** arythmum **AG**, adrigmum **M** 16 quod — enrythmum *om.* **A**, *add.* **a** *in marg.* agrestē **GMS** qua m (= men) rythmum **G** 17 compositione **AGM**, compoēm **S** palestritas (palestras **S**) esse uolumus t. esse uolumus **AGS**, p. esse uoluimus tamen tamen esse uolumus **M**, *em. Obrecht* 19 apta *Spalding (idem aequa conieciens):* aqua **AGMS**, *om.* ꞩ 20 desidera **A**[1]**G** quod *Regius*, *cf. tamen Spalding* quam **a**: qua **A**, *om.* **GMS** 21 sed *Christ:* est *libri* ut] aut **A** entymema rethoricus **AG**, *malim* enth. rhetoricus est s. 22 certe ne **MSa**: cerne **AG** calumnia **G** cadat **AG**, cadē **M** *ut uidetur* Marcus] M. *mei, sed* **A** *in ras.*

Tullius caruit, posco hoc mihi, ut, cum †pro composito dixero numerum et ubicumque iam dixi, oratorium dicere intellegar.

Conlocatio autem uerba iam probata et electa et uelut 58 adsignata sibi debet conectere: nam uel dure inter se commissa potiora sunt inutilibus. tamen et eligere quaedam, dum ex iis, quae idem significent atque idem ualeant, permiserim, et adicere dum non otiosa, et detrahere dum non necessaria, et figuris mutare casus atque numeros, quorum uarietas frequenter gratia compositionis adscita etiam suo nomine solet esse iucunda. etiam 59 ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet, utrum uolet sumat compositio, uitauisse uel uitasse, deprehendere uel deprendere. coitus etiam syllabarum non negabo et quidquid sententiis aut elocutioni non nocebit. praecipuum tamen in hoc opus est, 60 scire quod quoque loco uerborum maxime quadret. atque is optime componet, qui hoc *non* solum componendi gratia facit.

Ratio uero pedum in oratione est multo quam in uersu difficilior: primum quod uersus paucis continetur, oratio longiores habet saepe circuitus, deinde quod uersus semper similis sibi est et una ratione decurrit, orationis compositio, nisi uaria est, et offendet similitudine et in adfectatione deprehenditur. et 61 in omni quidem corpore totoque, ut ita dixerim, tractu numerus insertus est: neque enim loqui possumus nisi syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. magis tamen et desideratur in clausulis et apparet, primum quia sensus omnis habet suum finem poscitque naturale interuallum, quo a sequentis initio diuidatur, deinde quod aures continuam uocem secutae ductaeque uelut prono decurrentis orationis flumine tum magis iudicant,

---

1 hoc **G** *s. l. sed 1 m.* ut cum ut **G** pro **A** *in ras.* 2 numerū **A** *(sed* ū *in ras.)*, numero **GMS**, orationem compositam dixero numero *Christ, ipse malim:* de compositionis d. numero intellegor **A**¹**G**, intelligat **MS** 4 nā **A** *corr. ex* nō 5 ex his **AG** 6 permiserim et **A** *in ras.* et adicere **A**: ea dicere **GMS** 7 dum non — mutare **A** *in ras. habet 2 m.* et figuris *Regius:* sed figuris (figuras **a**) **GMSa** 8 mutare et casus **AGMS** 9 suo nomine **a**: suomine **AG**, sine nomine **MS** 10 posset **G**, poscit **MS** u*o*let **A** 11 dep̄hendere uel deprendere **AS**: dep̄hendere uel dep̄hendere **G**, uel depr. *om.* **M** 12 coitur **G** quitquit **A**, quicquid **GSa**, ut quidque **M** 13 eloquutione non nocebit **GS**, elocuti*one elucebit* **A** 14 quo*d quoque* **A** uerbum *edd. ueteres haud scio an recte* 15 non *Rollinus: om. libri* faciet *dett.* 16 uers*u* **A** 19 et una — uaria est *om.* **S** rati*one decurrit* **A**, ratione ducurrit **G**, r. succurrit **M** compositio *ni*si **A**, compositionis si **G**, compositio non si **M** 20 offendet **AGS**: offendit **M** *et Regius* 21 que ut ita dixerim **A** *in ras. habet* tractatu **AGMS** 22 possum **A**, possunt **GMS** nisi *Spalding:* nisi e **AG**, nisi et **M**, e **S** 25 poscit quae **A**¹**G**, possidetque **MS** naturale **S**: naturalē **AGM** interu*a*llum **A**, inter uellum **G** 26 ductae quae **AG**, deducteque **S**

62 cum ille impetus stetit et intuendi tempus dedit. non igitur durum sit neque abruptum, quo animi uelut respirant ac reficiuntur. haec est sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamantium. proximam clausulis diligentiam postulant
63 initia: nam et in haec intentus auditor est. sed eorum facilior ratio est, non enim cohaerent aliis nec praecedentibus seruiunt: exordium sumunt, cum clausula * * quamlibet sit enim composita ipsa, gratiam perdet, si ad eam rupta uia uenerimus. namque eo fit ut, cum Demosthenis seuera uideatur compositio 'τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις', et illa, quae ab uno, quod sciam,
64 Bruto minus probatur, ceteris placet, 'κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ', Ciceronem carpant in his 'familiaris coeperat esse balneatori' et non minus dura 'archipiratae'. nam 'balneatori' et 'archipiratae' idem finis est qui πᾶσι καὶ πάσαις et
65 qui μηδὲ τοξεύῃ, sed priora sunt seueriora. est in eo quoque nonnihil, quod hic singulis uerbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est praemolle, nec solum ubi quinae, ut in his, syllabae nectuntur, fortissima Tyndaridarum, sed etiam quaternae, cum uersus cluditur Appennino et armamentis et

9. de cor. § 1. 11. Phil. III, § 17. p. Cael. 26, 62. 13. Verr. V, 27, 70. 18. Hor. Serm. I, 1, 100. 19. Pers. Sat. 1, 95. Ouid. Met. XI, 456. Aen. 3, 517.

1 intuendis **AGMS**, *an ex* intuendi sui? 2 sit] sed **AGMS** reficiantur **FT** 3 est **AS**, *sed* **A** *in ras.* et **GM** 4 declamantium *nos:* declamat **AGMS**, exclamat *Rollinus*, declamatoris *Burman*, et clamor *Gesner* proxima **A**¹**G** 5 auditorē **GM** (*pro* auditor ē), auditor **S** (*sine* est) sed/// eorum **A** 6 aliis **A**: *om.* **GMS** nec *Regius:* sed *libri* 7 sūmunt **G**, sumant **M** cum ea quamlibet sit enim composita **AGMS**; *nos ex emendatione Spaldingii* clausula *recepimus addito signo lacunae, quae sic fere explenda uidetur:* cum clausula cum praecedentibus cohaereat. quamlibet *etc.* (non enim cohaerent, sed a praecedentibus secernuntur, exordium sumunt, cum clausula, quamlibet composita ipsa, gratiam perdat, si *etc. Meister in Philol. 18, 516*) 8 ueniremus **A**¹**GM**, uenimus **S** namque eo fit ut cum *scripsimus praecedente Spaldingio:* nam quo cum (cum quo **M**) fit ut **AGM**, Namq; cum sit ut **S**, nam quo fit ut *Rufinus de comp. et metr. orat. (Rhett. lat. min. p. 577)*, Quo fit ut cum *Spalding* 9 uera **AGMS**, seuera *firmat Rufinus* ΤΟΙϹΤΕΘΙϹΙ ΥΧΟΜΑΙ ΠΑϹΕΙ ΚΑΙ ΠΑϹΑΙϹ **A** (*sed litterae* ϹΤΕΘΙϹΙΥ *in ras.*), ΤΟΠΕΕΟΙϹΥΧΟΜΑΙΠΑϹΕΙ ΚΑΙ ΤΙΑϹΑΙϹ **G**, *in edd. praemissum est ex Demosthene* πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, *quibus uerbis Rufinus quoque caret* 11 ΜΗΠΟ **AG** ΒΑΛΛΗ ΜΗΑΤΟΤΟΖΕΥΝ **A**, ΒΑΜΗΟΙΝΑΤΟΖΕΥΜ **G** 12 caeperat **G** fam. facta erat balneatori *Cic.* 13 et non — nam balneatori *om.* **S** minus **GM**: nimis **A** (*non* nimium); *fort.* et in non minus dura hac (*sc.* compositione), et 'Non nimium dura archipiratae' *Spalding et edd. posteriores, ut iam Rollinus et Capper. docuerant uerba* non n. dura *non esse Ciceronis* arcipiratae **A**¹**G**, *fort.* archipiratam, *ut est in Verr. V*, § *70* nam balneatori et archypiratae idem nam balneatori et archypirate idem finis est qui **G**; *eadem uerba* **A** *quoque repetita uidetur habuisse, sed expuncta sunt* 14 ΠΑϹΙ ΚΑΠΙΑϹΛΙϹΕΕ. qui me ΑΝΤΟΖϹΙΝ **G**, ΠΑϹΙ ΚΑΙ ΠΑϹΑΙϹ (ΚΑΠΙΑϹΑΙϹ *pr. m.*) ΚΑΙ ΤΟΙϹ (*haec in ras.*) ΜΕΛΕΤΟϹΙΝ (*partim in ras.*) **A** 15 propriora sunt sed ueriora **GM** 17 praemolle **AGM**: permolle **S**ς 18 fortissimae **A**, fortissime **GMSa** *et plerique* 19 apennino ς

Oreione. quare hoc quoque uitandum est, ne plurium sylla- 66
barum [his] uerbis utamur in fine.
Mediis quoque non ea modo cura sit, ut inter se cohae-
reant, sed ne pigra, ne longa sint, ne, quod nunc maxime uitium
est, breuium contextu resultent ac sonum reddant paene pueri-
lium crepitaculorum. nam ut initia clausulaeque plurimum mo- 67
menti habent, quotiens incipit sensus aut desinit, sic in mediis
quoque sunt quidam conatus iique leuiter insistunt. currentium
pes, etiamsi non moratur, tamen uestigium facit. itaque non
modo membra atque incisa bene incipere atque cludi decet, sed
etiam in iis, quae non dubie contexta sunt nec respiratione
utuntur, illi uelut occulti gradus *sint*. quis enim dubitet, unum 68
sensum in hoc et unum spiritum esse? Animaduerti, iudi-
ces, omnem accusatoris orationem in duas diuisam
esse partis: tamen et duo prima uerba et tria proxima et
deinceps duo rursus ac tria suos quasi numeros habent *et* spiri-
tum sustinemus, sicut apud rhythmicos aestimantur. hae parti- 69
culae prout sunt graues, acres, lentae, celeres, remissae, exul-
tantes, proinde id, quod ex illis conficitur, aut seuerum aut
luxuriosum aut quadratum aut solutum erit. quaedam etiam 70
clausulae sunt claudae atque pendentes, si relinquantur, sed
sequentibus suscipi ac sustineri solent, eoque facto uitium, quod
erat in fine, continuatione emendatur. 'non uult populus
romanus obsoletis criminibus accusari Verrem' durum,

13. p. Cluent. § 1. 23. Cic. Verr. V, 44, 117.

1 oreione **G**, *sed* i *ex corr.* hic **AGM**, is **S**, *em. in ed. Gryph.* plurimum **AGMS** 2 his *deleuit Regius* 3 medis **A**[1]**G** modo — pigra ne *om.* **S** se *om.* **AGM** 6 crepitaculorum **Ma**: crepitaculo **AGS** 7 quatenus *Spalding probabiliter*, *nisi malis* quod iis 8 insistunt ut a, intersistunt *Regius* 10 includi **AGMS**, *em. Regius* 11 in his **AGMS** 12 uelut occulti gradus sint *scripsi:* uel occulti gradus **AGMS**, sunt occ. gr. *Spalding* quis **G** *s. l.* 13 unum spiritum **a**: unu spiritu **A**, unus (unius **S**) spiritu **GS** (sensum insidet et unus spiritu **M**) iud **A**, iudice **G**, apud iudicem **S** 15 partes **Saς**, paris **M** du*o* **A**, dua **G** 16 tria **MS**: tris **AG** numeres **G** et *add. Spalding* 17 sustinemus sic apud rithmis (aput rim*as* **A**) aestimantur **AG**, sustinemus sicut apud riginos estimantur **MS**, spiritum sustinentes, sicut apud rhythmicos aestimantur ς; spir. sustinebimus, si caput rhythmis aestimatur *Spalding* '*opus esse futuro uidetur in uerbo, ut* si *habeat quo referatur.* caput *autem breuissimum aliquod erit incisum, quod hic non quidem sensu, sed rhythmis aestimatur, cf.* § *73* primum . . caput cludit'; *malim tamen hac ratione probata:* si capita ῥυθμικῶς aestimantur perticulae **AG** 18 graue*s* acre*s* **A**, graue sacros **G** lente **A**[1]**GMS** remisse **GMS** 22 eoque pacto *Spalding probabiliter, quamquam Quintilianus alias hac phrasi pro eo quod est* eo modo *non utitur* 23 continuatione emendatur *Meister:* continuatione mendat **G**, continuatio ** mendat **A**, continuatio (continuacionem **S**, continacioni **M**) emendat **MSaς** nondum pop. rom. absoletis (p res absolutis **S**) criminibus accusare uere **AGMS**

si desinas: sed cum sit continuatum iis quae secuntur, quamquam natura ipsa diuisa sunt 'noua postulat, inaudita
71 desiderat', saluus est cursus. 'ut adeas, tantum dabis' male cluderet, nam et trimetri uersus pars ultima est: excipit 'ut cibum uestitumque intro ferre liceat, tantum': praeceps adhuc firmatur ac sustinetur ultimo 'nemo recusabat'.

72 Versum in oratione fieri multo foedissimum est totum, sed etiam in parte deforme, utique si pars posterior in clausula deprehendatur aut rursus prior in ingressu. namque idem contra saepe etiam decet, quia et claudit interim optime prima pars uersus, dum intra paucas syllabas, praecipue senarii atque octo-
73 narii. 'in Africa fuisse' initium senarii est, primum pro Q. Ligario caput claudit: 'esse uideatur', iam nimis frequens, octonarium inchoat: talia sunt Demosthenis: πᾶcι καὶ πάcαιc et πᾶcιν ὑμῖν et totum paene principium. et ultima uersuum initio
74 conueniunt orationis: 'etsi uereor, iudices', et 'animaduerti, iudices'. sed initia initiis non conuenient, *ut* T. Liuius hexametri exordio coepit: Facturusne operae pretium sim
75 (nam ita edidit, estque melius, quam quo modo emendatur), nec clausulae clausulis, ut Cicero: quo me uertam nescio, qui trimetri finis est. trimetrum et *senarium* promisce dicere licet:

---

3. Verr. V, § 118. 13. p. Lig. § 1. 15. de cor. § 1. 17. p. Mil. § 1. p. Cluent. § 1. 19. Praef. lib. I. 21. p. Lig. § 1, item p. Cluent. 1, 4.

---

1 sit *nos:* est *libri* is **AG**, his **Sa** 2 sit **S**, sint ς 3 saluus **M**: salus **AGS** dabit male cludere **AGMS** 4 *et tri*metri **A**, quia trimetri **S**, et *om.* **M** ultima est **GM**: ulti*ma saepe* **A**, est ultima **S** 6 ultimo *Spalding:* ultima *libri* nemo recusabat] //recusabat **A**, orecusabat **G**, ore accusabat **M**, recusabit **S** 8 Versum *Regius:* uerrem *libri* fidissimum **AGMS**, *em. Regius* totum, est etiam *Regius* 9 utique **S**: utque **AGM** 10 aut uisus **AMSg**, auuisus **G**, *em. Regius* in *om.* **GMS** namque idem *scripsi:* nam quidem **GMS**, nam *quod est* **A** *in ras. ut coni. Regius* (nam contra quidem *coni. Spalding*) 11 et claudit **A**: et (ac **M**) claudit et **GMSa** 12 senari atque octonari, *item paulo post* senari **AG** 13 et primum *Burman; ipse malim* quod *ante* initium *addere* 14 quinto **AGM** iam *Burman:* nam **AGMS** frequens *add. in* **G** *m. 2* 15 talia **a**: alia **AGMS** sunt et *coni. Spalding* demostenis **A** καὶ πάcαιc et πᾶcιν *nos:* ΚΑΙ ΠΑCΑΙΕΠΑCΙΝ **G**, ΚΑΙΕΠΑCΙΝ (*om.* πάcαιc) **A**, καὶ πάcαιc καὶ πᾶcιν *Spalding*, καὶ π. καὶ πᾶcιν ὑμῖν, ὅcην εὔνοιαν ς 16 ΥΜΕΙΝ **A**, ΙΜΕΙΝ **G** uersuum inicio **AMS** *(sed* **A** um inicio *in ras.)*, uersum initiodo *(sic)* **G** 17 iūd **A**, iudicium **GS** animaduerte **AG**, animaduertite **a**, animaduertere **S**, aduerte **M** 18 iūd **A**, iudicē **GS** conuenient **AG**: conueniunt **MS**ς ut *addidit Weidner Critt. scriptt. spec. (Colon. 1864) p. 10* titus liuius exametri **AGMS** 19 opere *mei* 20 itē dedite **G**, it*a editum* **A**, mitē dedi te **S**, item mite dedite **M** est qui melius **GMS**, *est quod* melius **A**, *fort.* estque id melius nec **A** *in ras.* 21 qui*d tri*metri **A** 22 trimetron ς et senarium *Christ:* e **A**, et **GMSa**, enim *Spalding* pro*misce dicere licet* **A**, promisceo d. licet **G**, promisero d. liceat **S**, promiscue d. liceat **M**ς

sex enim pedes, tres percussiones habet. peius cludit finis he-
xametri, ut Brutus in epistulis: neque illi malunt habere
tutores aut defensores, quoniam causam sciunt pla-
cuisse Catoni. illi minus sunt notabiles, quia hoc genus ser- 76
moni proximum est. itaque et uersus hi fere excidunt, quos
Brutus ipso conponendi durius studio saepissime facit, non raro
Asinius, sed etiam Cicero nonnumquam, ut in principio statim
orationis in L. Pisonem: Pro di immortales, qui hic in-
luxit dies? non minore autem cura uitandum est quidquid est 77
ἔνρυθμον, quale apud Sallustium: Falso queritur de natura
sua. quamuis enim uincta sit, tamen soluta uideri debet oratio.
atqui Plato, diligentissimus compositionis, in Timaeo prima statim
parte uitare ista non potuit. nam et initium hexametri statim 78
inuenias, et anacreontion protinus colon efficias, et si uelis
trimetron, et quod duobus pedibus et parte πενθημιμερές a Graecis
dicitur, et haec omnia in tribus uersibus: et Thucydidi *istud* ὑπὲρ
ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν ex mollissimo rhythmorum genere excidit.

Sed quia omnem *compositionem* oratoriam constare *pedibus* 79
dixi, aliqua de his quoque: quorum nomina quia uaria traduntur,
constituendum est quo quemque appellemus. equidem Ciceronem
sequar (nam is eminentissimos Graecorum est secutus), excepto
quod pes mihi tris syllabas non uidetur excedere, quamquam

---

8. in Pis. § 1. **10.** Iug. 1. **16.** I, 8. **20.** Orat. c. 64 sq.

---

1 habet **AG**: habent **MS**ς cludit **MS**: eludit **AG** 2 aepistolis **G** 3 quoniam causam sciunt *scripsi:* quam consciunt **G**, quamq*uam* sciunt **A**ς, quam (qui **S**) constituunt **MS** 4 illi] *fort.* iambi minus **A** *in ras.* mimis **G**, nimis **M** sermonis **AGS**, sermones **M**, *em. Regius* 5 hic fere **A**, hic ferre **GM**, hic uē **S**, toti fere *Bonnell* 6 brutus **MS**: brutis **AG** durius **AGM**: durus **S**, ductus ς studio saepessime **A**, studiose pessime **G** 7 asinius **a**: nasinius **A**, hasinius **GM**, has in uiis **S** 8 di **AG**: dii **MS**ς immortales **S**: inmortales **M**, immortalis **A**, immortal **G** quis ς *et Caesarius in Diomede p. 468 K*, qui hic nunc *coni. Spalding* 9 uita*ndum est quidquid est* **A** 10 enpiomon **AG**, *sed* **A** *in ras.* empiomon **M**, empionom **S**, *em. Capperonnier* *qua*le **A** 11 uicta (*uel* iucta) **A**[1]**GS**, iuncta **M** sol*u*ta **A**, silota **GS** 12 atque **AGMS** timaeo **A** *ut uidetur:* timeo **G**, timae **a**, thimeo **S**, tymeo **M**, Timaei *malim* 13 in*icium* **A**, inumum **G** exametri **S**, exametris **A**[1]**GM** 14 anacr*e*ontion **A**, anacretion **GMS** efficies **AG** 15 ΠΕΧΟΗΑΜΕΡΕϹ **A**, ΠΕΝΟΗΛΥΕΡΕϹ **G** 16 uersibus *coni. Dan. (P. Daniel) in ed. Leidensi:* uerbis *libri* et tuc*h*ididi (didis *pr. m.*) **A**, et tusididis **GMS** istud *add. Spalding* ΠΕΡΗΜΥϹΙΚΑΡΕϹΕΦΑΝΙΙ (Η *corr.*) ϹΑΝ **A**, ΠΕΡΗΜΑΥϹΙΚΑΡΗϹΕΦΑΝ ΝϹΛΝ **G** 17 ex mollissimo ri*th*morum **A**, ex mollissimo rigmorum **M**, ЄΧΜΟ (*om.* **S**) illis timor et morum **GS** excidat **GMS** 18 omnē **Sa**: omne **A**, omni **GM** compositionem oratoriam *Spalding:* oratoriam *libri*, orationem, ς *cf. 9, 4, 52* pedibus *ed. Camp. om. libri* 19 quia **AG**: quo **M**, quam *dett. unde Regius* quoniam uaria **A**: uarie **a**: uaria ē **G**, uaria esse **MS** *et dett.* 20 equidem *Zumpt*: et quidem *libri* 21 eminentissimos **A**: emissos eminentissimos **GMS** 22 tris syllabas **G**: trisyllabas **A** *et sic item p. 186, 4*, trissilabos (-bus **M**) **MS**

ille paeane dochmioque, quorum prior in quattuor, secundus in
80 quinque excurrit, utatur. nec tamen ipse dissimulat, quibusdam
numeros uideri non pedes, neque inmerito: quidquid est enim
supra tris syllabas, id est ex pluribus pedibus. ergo cum constent quattuor pedes binis, octo ternis, spondion longis duabus,
pyrrichium, quem alii pariambum uocant, breuibus, iambum
breui longaque, huic contrarium e longa et breui choreum, non
81 ut alii, trochaeum nominemus. ex iis uero, qui ternas syllabas
habent, dactylum longa duabusque breuibus, huic temporibus
parem, sed retro actum appellari constat anapaeston. media
inter longas breuis faciet amphimacron, sed frequentius eius
nomen est creticus, longa inter breuis amphibrachyn huic con-
82 trarium. duabus longis breuem *sequentibus bacchius, totidem longis breuem* praecedentibus palimbacchius erit. tres breues
trochaeum, quem tribrachyn dici uolunt, qui choreo trochaei
83 nomen inponunt, totidem longae molosson efficient. horum pedum nullus non in orationem uenit, sed quo quique sunt temporibus pleniores longisque syllabis magis stabiles, hoc grauiorem
faciunt orationem, breues celerem ac mobilem. utrumque locis
utile: nam et illud, ubi opus est uelocitate, tardum et segne,
et hoc, ubi pondus exigitur, praeceps ac resultans merito dam-
84 netur. sit in hoc quoque aliquid fortasse momenti, quod et
longis longiores et breuibus sunt breuiores syllabae: ut, quamuis
neque plus duobus temporibus neque uno minus habere uideantur

---

1 peane **AGS**, paeone ς, pauo **M** dochim*io*que (-quae *pr. m.*) **A**, dochimnio quae **G**, dociminio que **M**, dolominioque **S** 2 excurri putatur **AGMS**, *em. Regius* 3 numerus **G**, numeri **M** est enim **A**: enim **GMS**ς
4 constet **AGMS** 5 obinis **G** (pedibus eomis **S**) spondion **AGM**: spondeum **S**ς 6 pyrrhichium ς quem **a**: quae **AG**, que **MS** ali*i* **A**, alia **GS** breuib*us* **A** hiambum **G**, hyambum **M** 7 longa **MSa**: longaquae **AG** breui choreum (coreum **a**) **Ma**: breuioreum **A**, breuiorum **G**, breui huc **S** 8 ali **A**[1]**G** trocheum **AGMS** 9 dactilū **AGMS**, *sed* **A** ū *in rasura habet* 10 appellar **A**[1]**G** anapeston **AGMS** 11 amphimacron **a**: amphimacon **AG**, amphymaron **M**, amphimacrum **S**ς
12 breues **S**ς amphibrachyn huic contrarium. duabus longis *Spalding:* amphibrachios (bracchios *pr. m.*) huic ausis longis **A**, brachios huic ausis longis **G**, ambrachios huic causis longis **MS**, amphibrachys; duabus longis ς
13 sequentibus — breuem *om. libri; lacuna primum expleta est a Laurentio Vallensi* 14 palimbachius **a**, palinabahius **A**, palibahius **G**, palmaba his **MS** 15 tribachin **AG**, tribachium **M** choreo **a**: coreo **M**, horieo **A**, horihio **G**, oritheo **S** trochei **a**, trohei **A**, trophei **G**, trochi **MS** 16 totidem longe **M**, tytylonge **AGS**, tytylonke **a** milosson **A**[1]**G**, miloson **S** efficient **AG**: efficiunt **MS** 17 oratione **a**, ratione **AG**, rationem **MS** quod quisque **AGM**, quoque quique **S** 18 hoc *Aldus:* his **AGMS** 19 l*ocis* **A**: longis **GMS**. *rasura in* **A** *spatium amplius indicat; quid scripserit Quintilianus incertum est, sed uulgatam non quadrare apparet, fort.* locis suis 20 illud **G** *corr. 1 m. ex* ille 24 uideatur **GMS**

ideoque in metris omnes breues omnesque longae inter se ipsae
sint pares, lateat tamen nescio quid, quod supersit aut desit.
nam uersuum propria condicio est, ideoque in his quaedam etiam
communes. ueritas uero quia patitur aeque breuem esse uel 85
longam uocalem, cum est sola, quam cum eam consonantes
una pluresue praecedunt, certe in dimensione pedum syllaba,
quae est breuis, insequente alia *uel longa* uel breui, quae tamen
duas primas consonantes habeat, fit longa, ut a g r e s t e m t e n u i
m u s a m: nam 'a' breuis, 'gres' breuis, faciet tamen longam 86
priorem: dat igitur illi aliquid ex suo tempore. quo modo, nisi
habet plus quam quae breuissima, qualis ipsa esset detractis
consonantibus? nunc unum tempus accommodat priori et unum
accipit a sequente: ita duae natura breues positione sunt temporum quattuor.

Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut 87
alios pedes ita eligerent aliosque damnarent, quasi ullus esset,
quem non sit necesse in oratione deprendi. licet igitur paeana
sequatur Ephorus, inuentum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumque ut temperatos breuibus ac longis, fugiat
spondeum et trochaeum, alterius tarditate nimia, alterius celeri- 88
tate damnata, herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior,

---

8. Verg. Ecl. 1, 2. 21. Arist. Rhet. 3, 8.

---

1 omnesque longae **A**: quae longae **GM**, longaeque **S**ς se ipsae *Spalding:* se obsessae **AGS**, se obesse **M**, sese *Bonnell* 2 sunt **S** *et dett.* late at **S**, late ad **AG**, latae at **a** quid quod *Spalding:* quidquid **A**, quicquid **G**, si quidquam **MS** 3 uersuum **MSa**: uersum **AG** 4 commu-nes **A**, commones **G** quia **MSa**: qui **AG** pa*t*itur aeque (quae *1 m.*) **A**: paritureque **G**, pariter eque **S**, breuiter eque **M**; ueritas igitur cum patiatur aeque *Gesner*, ueritas utique patitur aeque *Spalding* 5 solam **GM** 6 una pluresue **AS** *(sed* **A** pluresue *in ras. m. 2)*, una etreue **G**, una plures **M**, una alteraue *Burman*, quam cum consonantes binas tresue [*immo* ternasue] praecedit: ceterum in dim. *Spalding* 7 uel longa *add. Christ*, insequente uel breui alia **FM** 8 siluestrem *Verg. Quintilianus ex memoria citans confudit uersum cum Ecl. 6, 8* tenui mus*am* **ma (nama *ante rasuram*) bre*u*is **A**: tenuimus .A. M. A. n. a. breuis **G**, tenui musam meditaris auena breuis **M**, tenui mus. *(deinde lacuna)* breues **S**, tenui musam meditaris auena. A breuis *uulgo* 9 gres breuis *om.* **M** (nam licet gre breuis sit, facit tamen longam a priorem *Regius*) longa priore **A**^{1}**GS**, longa a priorem **M** 11 esse **A**^{1}**GMS** 13 dua **G** breuis **A**^{1}**GS** 15 miseror **G**, *item* **A** *pr. m. ut uidetur* doctissimus **A**^{1}**G** 16 damnaret **A**^{1}**G** 17 deprehendi **MS**ς pena **GM**, poena **A**, poeana **a**, peanum **S** 18 ephoforus **M**, *item* **A** *corr. 1m. ex* ephorus, ephoforiis **G** th*ra*simac*h*o **A**, tharsimaco **G**, tharsumarcho **M**, tarisinaco **S** 19 dactulumque **AG** teperatos **A**^{1} fugiat trocheum (rocheum **AG**) **AGMS**, fugiat molossum et trocheum **a**, fugiat et spondeum et trochaeum *ed. Camp. quod supplementum uerum esse ostendit locus in Cic. Orat. 57, 194:* Ephorus uero ne spondeum quidem, quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo, quem probat 20 tarditate nimia *scripsi:* tarditate etenim **AGMS**, tarditate ς alterius celeritate **AM** *ex corr.* alt. caritate **GS** 21 dactilus **AGMS**

iambus humilior uideatur, trochaeum ut nimis currentem damnet eique cordacis nomen inponat, eademque dicant Theodectes ac
89 Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius: inrumpent etiam ad inuitos, nec semper illis heroo aut paeane suo, quem, quia uersum raro facit, maxime laudant, uti licebit. ut sint tamen aliis alii crebriores, non uerba facient, quae neque augeri nec minui nec sicuti *toni* modulatione produci aut corripi
90 possunt, sed transmutatio et conlocatio. plerique enim ex commissuris eorum uel diuisione fiunt pedes: quo fit ut isdem uerbis alii atque alii uersus fiant, ut memini quendam *non* ignobilem poetam talem exarasse:

astra tenet caelum, mare classes, area messem.

hic retrorsum fit sotadeus, itemque *e* sotadeo exit retro trimetros:

caput exseruit mobile pinus repetita.

91 miscendi ergo sunt curandumque ut sint plures, qui placent, et circumfusi bonis deteriores lateant. nec uero in litteris syllabisque natura mutatur, sed refert, quae cum quaque optime coeat. plurimum igitur auctoritatis, ut dixi, et ponderis habent longae, celeritatis breues: quae si miscentur quibusdam longis,
92 currunt, si continuantur, exultant. acres quae ex breuibus ad longas insurgunt, leniores quae a longis in breues descendunt. optime incipitur a longis, recte aliquando a breuibus, ut nouum

---

22. p. Lig. § 1.

---

1 humilior *P. Victorius et Pithoeus:* humanior *libri, cf. Cic. Orat. 57, 192* trocheum **AS**, tropheum **GM**, choreum *Regius* minis **GM** damnateque **AG** 2 chordacis **AGM**, abordacis **S** inponant **A¹GMS** 3 halicarnaseus dyonisius **M**, halicarnase (-ses **a**) dyonisius **AG**, alia carnas et dionisius **S** irrumpent tamen ii etiam *malebat Spalding* 4 ad inuitos *Aldus:* adiutos **AGS**, deuintos **M**, in adiunctos **a** heroo **a**: hero **A**, herco **M**, uero **G** (nec uero illis semper aut **S**) paeane **a**: pacane **A**, pacano **GS**, peano **M** 6 sint **a**: sit **AGMS** 7 toni *suppleuit Christ* 8 possunt **AGMS**, *ut coni. Spalding:* possint *dett. et* ς 9 iisdem ς 10 alii atque alii **MSa**: alia atque ali **AG** non **MS**: *om.* **AG**, *fort.* haud ignob. 11 talem exarasse *scripsi:* tatelarasse **G**, tal*iter lus*isse **A**, ita declarasse (declaras **M**) **MS**, ita lusisse ς, *cf. Suet. Nero 52* 12 area **AM**, *sed* **A** *in ras.* sarea **G**, aera **S** 13 e *om. libri* exit retro trimetros *scripsi:* adıı (adiit **a**) retro *tri*metros **A**, adiuretrorimetros **G**, adiuret rorimetros **S**, adiuret rethro metros **M** 14 exseruit **G**: exeruit **AMS**ς mobilē **G** 16 deteriores **AM**, *sed* dete **A** *in ras.* aeteriores **G**, anteriores **S** 17 sed **GMS**: seu **A** quāque **A¹G** 18 ponderis **S**: conderes **G**, conditurae **A** *in ras. m. 2* comperis **M**, *cf. Diomedes p. 467, 5 K.* 19 longe (longae **a**) . . breuesque si **AGM** 20 acres qui — leniores qui (*sc.* pedes) *Spalding, sed* quae — quae *a Diomede quoque firmatur* 21 longas insurgunt **Sa**: longa sint surgunt **G**, *item* **A¹** *ut uidetur*, longa insurgunt **M** leniores **AGMS**, *item codd. Diomedis, em. Regius* descendunt **MS** *et Diomedes:* discedunt **AG** 22 a breuibus **MSa**: a *om.* **AG**, a breui *coni. Spalding* no*uum* **A**, nociem **G**, nocimen **M**

crimen: lenius a duabus breuibus, ut animaduerti iudices,
sed hoc pro Cluentio recte, quia initium eius partitioni simile
est, quae celeritate gaudet. clausula quoque e longis firmissima 93
est, sed uenit et in breues, quamuis habeatur indifferens ultima.
neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi breuem, quia
uidetur aliquid uacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere: aures tamen consulens meas intellego multum referre,
uerene longa sit, quae cludit, an pro longa. neque enim tam
plenum est dicere incipientem timere, quam illud ausus
est confiteri. atqui si nihil refert, breuis an longa sit ultima, 94
idem pes erit, uerum nescio quo modo sedebit hoc, illud subsistet. quo moti quidam longae ultimae tria tempora dederunt,
ut illud tempus, quod breuis ex loco accipit, huic quoque accederet. nec solum refert, quis *pes claudat, sed* claudentem quis
antecedat. retrorsum autem neque plus tribus, iique si non ter- 95
nas syllabas habebunt, repetendi erunt (absit enim poetica obseruatio), neque minus duobus: alioqui pes erit, non numerus.
potest tamen uel unus esse dichoreus, si unus est, qui constat
e duobus choreis. itemque paean, qui est ex choreo et pyrrichio, 96
quem aptum initiis putant, uel contra, qui est e tribus breuibus
et longa, cui clausulam adsignant: de quibus fere duobus scriptores huius artis locuntur. alii omnes, in quocumque sit loco
longa, temporum quod ad rationem pertinet, paeanas appellant.
est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo uel ex iambo et 97

1. p. Cluent. § 1. 9. p. Mil. § 1. p. Lig. § 1.

1 lenius a duabus breuibus *nos:* leuibus **AGMS**, leuibus a duabus *libri Diomedis* ut aṁaūτi **G**, utimur aucti **S** 2 hoc **A**: *om. rell. noti et* ς ~ quia **AG**: quod **MS**ς partitionis **AGMS**, *em. Regius; eidem* eius *delendum uidebatur* 4 sed uenit et in *Diomedes:* seduent et in **AS**, secluent et in **GM**, sed cludent et ς, sed cludent etiam *Spalding* 6 uide*tur* **A**, uidentur **GS** uocantis **AGS**, uacanti **Ma** (uacantis *Diom.*) temporis **S**: tempori **AGM** 7 referre **MS**: referret **AG** 8 claudit ς 9 usus est **AGMS** 10 adqui **G** 12 longe **A**¹**GMS** 13 ex loco *Spalding:* ex longo **A**¹**G**, ex longa **MSa**ς *sine sensu* 14 refer **G** quis pes claudat, sed claudentem quis *scripsi praeeunte Spaldingio:* quis claudātem quis **GS**, quis claudat *et* quis **A**, quis claudat pes sed quis claudentem *Spalding* (quis claudet retrorsum *om. mediis* **M**) 15 antecadat **A**¹**GS** neque *Badius:* quae **AGMS** isque si **MS**, is quae si **AG** 16 absit enim *Christ:* sit tam **AG**, si tamen **S**, absit tamen **Ma**, sit enim *Spalding* obseruatione quae **A**¹**GMS** 19 paeon ς pyrrichio **M**: pyricheo **A**, pirricheo **GS** 20 e **M**: *om.* **AGS**, ex **a** 21 et **a**: *om.* **AGMS** clausula **AG** 22 omnes in quocumque sit loco longa *scripsi:* omnes ut quocumque (quotcumque **a**) sint loco (sint qq **GM** = quoque) **AGM**, omnes ut quocumque **S** 23 pertinea **AG**, pertineat **Ma** paenas **A**¹**G**, penas **M** 24 qui sit **GS** uel ex *Rufinus (Rhett. lat. min. p. 577, 20):* uel **AM**, *sed* l **A** *in ras.* uer **G**, uel ex iambo *om.* **S**

cretico, stabilis in clausulis et seuerus. spondius quoque, quo plurimum est Demosthenes usus, non eodem modo semper se habet: optime praecedet eum creticus, ut in hoc: de qua ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa. non nihil est, quod supra dixi multum referre, unone uerbo sint duo pedes conprehensi an uterque liber. sic enim fit forte 'criminis causa', molle 'archipiratae', mollius, si tribrachys praecedat, 'facilitates,
98 temeritates'. est enim quoddam ipsa diuisione uerborum latens tempus, ut in pentametri medio spondio, qui nisi alterius uerbi fine, alterius initio constat, uersum non efficit. potest, etiamsi minus bene, praeponi anapaestos: muliere non solum no-
99 bili, uerum etiam nota. cum anapaestus, et creticus, iambus quoque, qui est utroque syllaba minor: praecedet enim tres longas breuis. sed et spondeus iambo recte praeponitur: [isdem in] armis fui. cum spondeus, et bacchius: sic enim fiet ulti-
100 mus dochmius: in armis fui. ex iis, quae supra probaui, apparet molosson quoque clausulae conuenire, dum habeat ex quocumque pede ante se breuem: illud scimus, ubicumque
101 sunt, esse pro nobis. minus grauis erit spondeus, praecedentibus ** et pyrrhichio, ut iudici Iuniani, et adhuc peius priore paeane, ut Brute dubitaui, nisi potius hoc esse uolu-

---

3. p. Cael. 13, 31. 11. ib. § 31. 16. p. Lig. 3, 9. 20. p. Cluent. § 1. 21. Orat. § 1.

---

1 in clausulis *om.* **G** *pr. m.* spondius **AG**: spondeus **MS**ς 2 demostenes **A** non eodem modo semper se habet *scripsi:* neodem (in eodem **MSa**) semper (per semper **S**) per (per *om.* **M**) se habet **AGMS** 3 in hoc **MS**: in hac **AG** 4 criminis **A** *in ras.* causa. nonnihil *scripsi:* causam (causa **MSa**) nihil **AGMS** (causa. Illud est, quod supra dixi, multum referre *edd. inepte*) *cf.* § *65; abiit in* **AG** causa ñ *in* causam 5 sint duo pedes sint **G**, duo pedes sint **M** 7 archipiratae **MSa**: achiperatae **AG** mollius si tribrachus **a**, mollius (mollus **A**, molus **GS**) sit tribrachi **AGMS**
8 quoddam] quodad **AG**, quod ab **MS** diui | diuisione **G** 9 modio spondio **AG**, medio spondeo (spondeyo **M**) **MS** alterius ui (in **M**) uerbo **GMS** (*in* **A** *ante* uerbo *rasura*) 10 effici **A**[1]**GM** 11 anapestos **AGM**, anapestus **S** 12 cum **AGMS**: sicut *Bonnell*, tum ut anap. et cr., ita iambus *coni. Spalding; at cf. u. 15* ambus **G** 13 syllaba minor **AG**, *sed* ba minor **A** *in rasura*, similis (?) minor **M**, ut si illis minor **S** 14 sed et *Regius:* sed **AGMS**, et *Ald.* proponitur **A**[1]**GM** isdem in armis **AGM**, in armis **S**, *nos cum Regio* isdem in *inclusimus* 15 cum **AGMS**: tum ς; *nos post* spondeus *comma posuimus* 16 dochimius **AGS**, dochimis **M** in armis fui *libri:* in armis iisdem fui *Spalding cum Grotefendo*, armis in isdem fui *Luc. Mueller de re metr. p. 255* ex his **AGMS** 17 moloson **A**[1]**G**, maloson **S** 19 praecedentibus et **GS**, praecedenti*** **A**, praecedente se **Ma**, praecedente ς, praecedentibus iambo et *Spalding*, *an cretico supplendum est?* 20 pyrric*hio* **A**, pyrrice **G**, pirrice **S** iudicii iuniani **A**, iudicii uniani **G**, iudicii humani **S**, iudicii iuuani **M** adhuc a *et Regius:* ad hoc **AGM**, ad **S** 21 paeone ς brutae **A**[1]

mus dactylum et bacchium. duo spondei non fere se iungi
patiuntur, quae in uersu quoque notabilis clausula est, nisi cum
id fieri potest ex tribus quasi membris: cur de perfugis
nostris copias comparat is contra nos? una syllaba,
duabus, una. ne dactylus quidem spondeo bene praeponitur, 102
quia finem uersus damnamus in fine orationis. bacchius et
claudit et sibi iungitur: uenenum timeres, uel choreum et
spondeum ante *se* amat: ut uenenum timeres. contrarius
quoque qui est, cludet, nisi si ultimam syllabam longam esse
uolumus, optimeque habebit ante se molosson: ciuis Romanus
sum, aut bacchium: quod hic potest, nos possemus. sed 103
uerius erit claudere choreum praecedente spondeo, nam hic potius
est numerus: 'nos possemus' et 'Romanus sum'. claudet
et dichoreus, id est idem pes sibi ipse iungetur, quo Asiani sunt
usi plurimum, cuius exemplum Cicero ponit: patris dictum
sapiens temeritas filii comprobauit. accipiet ante se 104
choreus et pyrrichium: omnis prope ciues uirtute, gloria,
dignitate superabat. cludet et dactylus, nisi eum obser-
uatio ultimae creticum facit: muliercula nixus in litore.
habebit ante se bene creticum et iambum, spondeum male, peius
choreum. cludit amphibrachys: Q. Ligarium in Africa 105

3. Orat. 66, 223. 7. p. Cael. 14, 33. 10. Verr. V, 62, 162. 11. p. Lig. 4, 10. 15. Orat. 63, 214. 17. p. Cael. 14, 34. 19. Verr. V, 33, 86. 21. p. Lig. § 1.

1 dactilum **AGMS** spondei **AM**: sponderi **GS** fere se *Enderlein:* ferest **G**, fere **AMS**, *sed* **A** e *in ras.* 2 notabilis *edd. ueteres:* nobis **AGMS**, nobilis *ed. Camp.* nisi **a**: ni **A**, ne **GM**, nec **S** 4 comparat is **AG**: comparatis **MS**, comparant *libri Cic. Orat. 66, 223 et Rufini (Rhett. min. p. 579, 17), quae lectio sola apta uidetur enuntiato quod in Oratore praecedit* 'cur claudestinis consiliis nos oppugnant'? *nolui tamen. quod Piderit iubet (Jahrb. f. Philol. 1865 p. 771) in Quintiliano quoque lectionem mutare, cum is exemplo deprauato uti potuerit. Alii, ut P. Victorius (Var. Lectt. 4, 1) libris Tullianis errorem illatum existimant* 5 duabus una **GS**: duabus (*om.* una) **AM**, *sed* **A** a *et* us *in ras.* (**A**[1] *plures litteras habuerat*) 6 fine uersus **A**[1]**GMS** 7 timeres **A**(?)**G**: timere **SMa** uel — timeres *om.* **S** 8 se *add. Regius; cf. infra ad u. 20* 9 qui **a**: quis **AGM** (quis cludet **S**) si **G** *s. l. sed 1 m.*, sed **M** syllabam **AG**: *om.* **MSς** 10 molosson **A**, molenson **GM**, molosons **S** cibis R̄ sum **G**, cibis *resp* sum **A**, cibis rursum **S**, cibis respersum **M**, *em. Spalding* 12 praecedente spondeo (*extrema* o *in ras.*) **A**: praecedentes pondeti **G**, precedentes (-tis **S**) pondere **MS** 14 dicoreus **A**[1] id est pes ς, id est *om.* **M**, id est idem *om.* **S** 16 fili **A**[1]**G** comprobauit **A**, comprobati it **G**, comprobauit ut **M**, comprobati ut **S** acciperet **M** ante se choreus **A**, anteset horeus **GM**, antes et hores **S** 17 pyrricheum **AGM**, pirricheum **S** omnes **Sς** uirtutē **A**[1]**GMS** 18 dignitate facit ut de ultima sillaba prouna muliercula **M** 19 ultime **A**[1]**GS** nixus **A**, nexus **GMS** 20 ante se **AG**: ante si **M**, ante **S** 21 *fort.* cludet et amphibrachus **AGM**, amphibracus **S** Q. **Ma**: que **GS**

fuisse, si non eum malumus esse bacchium. non optimus est
trochaeus, si ulla est ultima breuis, quod certe sit necesse est:
alioqui quo modo claudet, qui placet plerisque, dichoreus? illa
106 obseruatione ex trochaeo fit anapaestus. idem trochaeus prae-
cedente longa fit paean, quale est 'si potero' et 'dixit hoc Ci-
cero', 'obstat inuidia'. sed hunc initiis dederunt. cludet et
pyrrichius choreo praecedente, nam sic paean est. sed omnes
hi, qui in breues excidunt, minus erunt stabiles nec alibi fere
satis apti, quam ubi cursus orationis exigitur et clausulis non
107 intersistitur. creticus et initiis optimus: quod precatus a
diis inmortalibus sum, et clausulis: in conspectu populi
romani uomere postridie. apparet uero, quam bene eum
praecedant uel anapaestos uel ille, qui uidetur fini aptior, paean.
sed et se ipse sequitur: seruare quam plurimos. sic melius
quam choreo praecedente 'quis non turpe duceret?' si ulti-
ma breuis pro longa sit: sed fingamus sic: non turpe duceres.
108 sed hic est illud inane, quod dixi: paulum enim morae damus
inter ultimum atque proximum uerbum, et 'turpe' illud inter-
uallo quodam producimus: alioqui sit exultantissimum et trimetri
finis: 'quis non turpe duceret?' sicut illud 'ore excipere
liceret' si iungas, lasciui carminis est, sed interpunctis quibus-
109 dam et tribus quasi initiis fit plenum auctoritatis. nec ego,
cum praecedentis pedes posui, legem dedi, ne alii essent, sed
quid fere accideret *et* quid in praesentia uideretur optimum,

10. p. Mur. § 1. 11. Phil. 2, 25, 63. 14. p. Lig. 12, 38. 15. Phil. 2, 25, 63. 20. Verr. V, 45, 118.

1 et trocheus **A**, et rocheus **GMS** ulla est **AG**: *om. dett. et* ς (si ultima est breuis **MS**) quod **S**: q; **AG** certe **Ma**: cere **AG**, te re **S**| 4 trocheo (cretheo **M**) fit (sit **S**) anapestus. idem (id est **M**) trocheus **AGMS**
6 inuidia **MSa**: inuidea **A**, inuidaea **G** hunc **a**, *ut coni. Spalding:* huc **AGM**, hoc **S** *et dett.* 7 pyrricheus coreo (ch. **a**) **AG**, pirricheus trocheo **S** praecedentē **G** sic *Regius:* si **GMS**, *et*si **A** esset **M** 8 hii **AGM** 9 ubi **MSa**: bi **AG** 11 populis uomere **G**, populi suo mere (more **a**) **A**, populis uomere **G**, populi suo mere (more **a**) **A**, populi uomere **MS** 12 posttridie **AGM** 13 fine **AGMS**, *em. Regius* 14 sed et **AG**: sunt et **M**, sicut et *dett. pauci et* ς (sed — ipse *om.* **S**) quam **A** *corr. ex* qua sic *Regius:* sit **AGMS** 15 quam **Ma**: qua **AG**, q; **S** quis **AG**: *om.* **MS**ς siue ultima . . sit, seu fing. *malebat Spalding* 16 pro **MSa**: e (pre?) **A**, p̄ **G** sic *Badius:* si **AGMS** duceres — scriptoribus iamborum (X, 1, 59) *nunc deest in* **M** *compluribus pergamenis exsectis* 17 paulum **AG**: paululum **S**ς more **A**^{1}**GS** 18 ac prox. *dett.* 19 quoda **A**^{1}**G**, quo ad **S** sit **a**: si **AG**, *om.* **S**, *ex* est? 20 ducere **A**^{1}**GS** exciperet **G** 23 praecedentes ς ne aliis **A**^{1}**G**, nec alii **S** sed quid fere **A** *m. 2 in ras.* quid sed ferre **G**, quod sed fere **S** 24. et *add. Spalding* in *Regius:* ut **AGS**, ut in *dubitanter coni. Spalding*

ostendi. *non* quidem optime est sibi iunctus anapaestos, ut qui sit pentametri finis, uel rhythmos qui nomen ab eo traxit: nam ubi libido dominatur, innocentiae leue praesidium est: nam synaliphe facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent. melior fiet praecedente spondeo uel bacchio, ut si idem 110 mutes 'leue innocentiae praesidium est'. non me capit, ut a magnis uiris dissentiam, paean, qui est ex tribus breuibus et longa: nam est et ipse una plus breui anapaestos 'facilitas' et 'agilitas'. quid ita placuerit is, non uideo, nisi quod illum fere probauerunt, quibus loquendi magis quam orandi studium fuit. nam et ante se breuibus gaudet pyrrichio uel choreo 'mea faci- 111 litas, nostra facilitas', ac praecedente spondeo tamen plane finis est trimetri, cum sit per se quoque. ei contrarius principiis merito laudatur: nam et primam stabilem et tres celeres habet. tamen hoc quoque meliores alios puto.

Totus uero hic locus non ideo tractatur a nobis, ut oratio, 112 quae ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat: nam id cum miseri, tum in minimis occupati est: neque enim, qui se totum in hac cura consumpserit, 113 potioribus uacabit, si quidem relicto rerum pondere ac nitore contempto tesserulas, ut ait Lucilius, struet et uermiculate inter se lexis committet. nonne ergo refrigeretur sic calor et impetus pereat, ut equorum cursum delicati minutis passibus frangunt? quasi uero numeri non sint in compositione 114 deprensi, sicut poema nemo dubitauerit impetu quodam initio

2. Crassus in Cic. Orat. 65, 219.

1 non *Spalding: om.* **AGS**, et **a**ς, *cf.* § *105* non optimus est trochaeus, si *etc.* op*time* **A**, opinione **G**, opionem **S** 2 pentra metri **A¹G** tra*x*it **A**, transit **GS** 3 dominatur **Sa**: nominatur **AG** 4 sinaliphe **a**, sinalipe **AG**, synalimphe **S**, synaloephe ς ut duae **A**: ut de **G**, unde **S** 5 solent **GS** mollior *al.* 7 ex **AS** (x **A** *in ras.*): et **G** 8 ipsa **AGS**, *em. Regius* 9 quid ita pl. is (*sc.* paean) *nos:* quidquid (quicquid **GS**) ita pl. is (his **a**) **AGS**, quod quid ita pl. iis ς; *possis etiam:* qui quid ita pl. his *sc. qui nunc uiuunt* uideonis quod **G**, uidet nisi q' **S** ferre **A¹G**, uere **S**
10 probauerunt **AG**, *ut coni. Gesner:* probauerint **S**ς 11 pyrricheo **AGS** mea *ed. Gryph. (1544):* neo **A**(?)**G**, nec **S**, ne **a** 12 at praec. spondeo tum pl. *Regius* 13 cum sit per se quoque *glossema esse apparet*
14 stabile **A¹G**, et stabilem **S** 17 ferre **Ga**, ferret (?) **A**, fere **S** demetiendis **AG**, dementiendis **S** 18 misertum in **GS** 20 relicta **A¹G** 21 uermiculata **A** 22 inter se *Regius:* in se *libri* 23 si calor **GS** cursus frangit *(mediis om.)* **S** delicati minutis **a**: dilicatī inuτ////// **A**, dirigatiminut his **G** 24 quasi uero numeri non sint *scripsi praeeunte Regio:* q. uero fecerint sint **A**, q. uero fecerint **GS**, quasi numeri non fuerint *Regius*, q. uero fecerint (*scil.* pedes rhetores), non sint *coni. Zumpt* 25 deprehensi **GS**ς impetu *scripsi:* peritu **AG** (*abiit* īpetu *in* pitu), perito **a**, perituro **S**, imperito *edd. ex infelici Codii Rhodigini coni.* quosdam **G**, *sed* s *punctata*

fusum et aurium mensura et similiter decurrentium spatiorum
obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. satis
igitur in hoc nos componet multa scribendi exercitatio, ut ex
115 tempore etiam similia fundamus. neque uero tam sunt intuendi
pedes quam uniuersa conprensio, ut uersum facientes totum illum
decursum, non sex uel quinque partes, ex quibus constat uersus,
aspiciunt: ante enim carmen ortum est quam obseruatio carmi-
116 nis, ideoque illud Fauni uatesque canebant. ergo quem
in poemate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio.

Optime autem de illa iudicant aures, quae plena sentiunt
et parum expleta desiderant et fragosis offenduntur *et* leuibus
mulcentur et contortis excitantur et stabilia probant, clauda
deprendunt, redundantia ac nimia fastidiunt. ideoque docti
rationem componendi intellegunt, etiam indocti uoluptatem.
117 quaedam uero tradi arte non possunt. mutandus est casus, si
durius is, quo coeperamus, feratur. num, in quem transeamus
ex quo, praecipi potest? figura laboranti compositioni uariata
saepe succurrit. quae? cum orationis, tum etiam sententiae?
num praescriptum eius rei ullum est? occasionibus utendum et
118 cum re praesenti deliberandum est. iam uero spatia ipsa, quae
in hac quidem parte plurimum ualent, quod possunt nisi aurium
habere iudicium? cur alia paucioribus uerbis satis plena uel
nimium, alia pluribus breuia et abscisa sint? cur in circum-
ductionibus, etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci
119 uacare uideatur? neminem uestrum ignorare arbitror,
iudices, hunc per hosce dies sermonem uulgi atque
hanc opinionem populi Romani fuisse. cur 'hosce' potius
quam 'hos'? neque enim erat asperum rationem fortasse non

8. Ennii Ann. u. 222 Vahl. 25. Verr. I § 1.

---

2 ropertos **G**, raptos **G** pedes **Sa**: pes **AG** 3 hoc *om.* **GS** 4 sunt **A**: sit **GS**, sint ς 5 conprensio **A**: cōp̄hensio **GS** 6 decursum — ideoque illud *om.* **S** 8 indeque *Regius* fauni **AG**: faciem **FST** 10 optime **AS** (**A** e *in ras.*): optima **G** que plena **S**, quae poena **A**, quoepena **G**, quae poema a, quae et plena *Regius* 11 offenduntur **AS** (of **A** *in ras.*): ostenduntur **G** et *Badius: om.* **AGS** lenibus *Regius, at cf. Spalding* 12 mulcentur **AS** (c **A** *in ras.*): mulgentur **G** clauda **S**: claudant **AG**, ac laudant a, *fort.* claudicantia 13 deprehendunt **S**ς 14 rationem componendi **A** uoluptatem a: uoluntatem **AGS** 17 ex quo **AGS**: ex aequo (*uel* aeque) *Daniel ab Hoven* figurant **G**, figura** **A**, figurā **S**, *fort.* figura etiam laboranti compositioni **G**: laborant/// compositioni **A**, laboranti et compositioni **S**, laborant compositio in a 19 nam praescr. eius rei nullum est *ed. Camp.* 20 est iam uero *scripsi:* etiam uero **AGS**, enimuero ς 23 sint **A**: sunt **GS**ς 25 uacare **Sa**: uocare **AG** 28 hos **A**, hoc **GS** ratione **A**^{1}**G**

reddam, sentiam tamen esse melius. cur non satis sit 'sermonem uulgi fuisse' (compositio enim patiebatur) ignorabo, sed ut audio hoc, animus accipit plenum sine hac geminatione non esse: ad 120 sensum igitur referenda sunt. † nec qui satis forte, quid seuerum, quid iucundum sit, intellegent, facient quidem natura duce melius quam arte, sed naturae ipsi ars inerit.

Illud prorsus oratoris, scire ubi quoque genere compositionis 121 sit utendum. ea duplex obseruatio est: altera, quae ad pedes refertur, altera, quae ad conprensiones, quae efficiuntur ex pedibus. ac de his prius. dicimus igitur esse incisa, membra, 122 circumitus. incisum, quantum mea fert opinio, erit sensus non expleto numero conclusus, plerisque pars membri. tale est enim, quo Cicero utitur: domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. fiunt autem etiam singulis uerbis incisa: diximus, testes dare nolumus: incisum est 'diximus'. membrum autem est sensus numeris conclusus, 123 sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens. 'o callidos homines' perfectum est, sed remotum a ceteris uim non habet, ut per se manus et pes et caput: 'o rem excogitatam'. quando ergo incipit corpus esse? cum uenit extrema conclusio: quem quaeso nostrum fefellit, id uos ita esse facturos? quam Cicero breuissimam putat. itaque fere incisa et membra mutila sunt et conclusionem utique desiderant. periodo 124

13. Orat. 67, 223. 15—21. ib. § 225 ex or. Corneliana.

1 sentiam tamen *nos:* sententiam **A** (?) **GS**, sentiam **a**ς Cur non satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compos. enim patiebatur. Ignorabo *edd.* 2 ignorabo **AG**, *ut coni. Gesner:* ignorabam **S** *et dett.* ut **T** *corr.:* ita **AG**, ita ut **S** 3 animus **AS** *(sed* us **A** *in ras.):* animis **G** ad sensum **a**: adsensus **AG**, sensum **S** 4 necquis **AG**, neq; quis **S**, nec qui *Spalding, fort.* et si qui non satis forte . . intellegent 5 sit **Sa**: sint **AG** intellegent **Ga**: intellege////t **A**, intelligere **S** quide A^1**G** 6 arte **Sa**: artes **AG** naturae **A**, naturas **G** (naturis ipsis **S**) 8 est **A**: *om. rell. noti et* ς; *firmant* est *libri Diomedis p. 466, 27 K.* 9 comprehensiones **S**ς quae ipsae *Diomedes haud scio an recte* efficiunt **G** ex **S**: et **G**, e **A** 10 dicimus *Spalding:* diximus *libri* 11 circumitus **AG**: circuitus **S** ** fert **A**, refert **GS**; fert *est in codd. Diomedis (p. 466 K.), qui hunc locum usque ad uerb.* desiderant *(u. 23) exscripsit* sensu non (**A** *in ras.*) expleto (expletum **A**) numero conclusū **AGS**, *recepta lectio est in Diom. libris* 12 plerumque *codd. Diom. et corr.* **S** 14 pecuniam superabas egebas **G** (superabat at **A** *in ras.*) at *om.* **S** 16 numeris *Regius:* membris **AGS**, num. concl. *om. Diom. libri* conclusum A^1**G** 17 o] oi **AG**, īō **S** 18 *sed* **A**, sea **G** (perspectum esse ac rem. **S**) a ceteris uim a *et Diom.* ac ceteris ui **AG**, a ciceris uim **S** 19 o rem **AG** *et Diom.* os est **S**, et 'o rem ς 21 quaeso *Cic. Orat. § 225 et Rufinus (Rhett. min. p. 579, 35):* quasi **AGS** *et libri Diom.* 22 breuissima A^1**G** et membra *Diom.* et in membra **AGS** 23 mutila *Christ:* multa *codd. Diom.* mixta **AGS** periodo **AS** (perio **A** *in ras.*): perhiodo **G**

plurima nomina dat Cicero: ambitum, circumitum, conprensionem, continuationem, circumscriptionem. genera eius duo sunt: alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur, alterum, quod constat membris et incisis, quae plures sensus habent: aderat ianitor carceris, carnifex praetoris,
125 reliqua. habet periodos membra minimum duo. medius numerus uidetur quattuor, sed recipit frequenter et plura. modus eius a Cicerone aut quattuor senariis uersibus aut ipsius spiritus modo terminatur. praestare debet, ut sensum concludat: sit aperta, ut intellegi possit, non inmodica, ut memoria contineri.
126 membrum longius iusto tardum, breuius instabile est. ubicumque acriter erit et instanter *et* pugnaciter dicendum, membratim caesimque dicemus, nam hoc in oratione plurimum ualet, adeoque rebus accommodanda conpositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat et cum dicente aeque audientem
127 inhorrescere. membratim plerumque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus interuallis et uelut laxioribus nodis resoluemus, exceptis quae non docendi gratia, sed ornandi narrantur, ut in Verrem Proserpinae raptus: haec enim lenis et fluens contextus
128 decet. periodos apta prooemiis maiorum causarum, ubi sollicitudine, commendatione, miseratione res eget, item communibus locis et in omni amplificatione, sed poscitur tum austera, si
129 accuses, tum fusa, si laudes. multum et in epilogis pollet. totum autem hoc adhibendum est, quod sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione

1. Orat. 61, 204. 5. Verr. V, 45, 118.

1 circuitum **S**, cirxitum **A**, circumitu **G** comprehensionem **S**ς 2 continuationem *om.* **G** *1 m.* 3 ambitū **A**[1]**G** (longior est ex ambitu **S**) 4 et *om.* **AGS**, ex membris et incisis *Diom. p. 466, 23 K.* que **S**, quod **AG** *et Diom.* 5 habent **AGS**: habet **a** *et Diom.* iānitor **G** et carnifex **S** 6 et reliqua **a** perhiodos **AG** minime **AG**, michi me **S**, *em. Regius* duo medius **A** *in ras.* dubio dius **G**, dubio diuersus **S** 7 uidetur **AG**: uidentur **S**ς 8 eius **AG**: ei **S**ς quattuor—praestare *om. 1 m.* **G**, *in marg. haec ampliora suppleta sunt:* aut quatuor *usque ad* sit aperta; 9 terminatur **AG**, *ut coni. Regius:* terminatus **S** *et dett.* (terminatus praestare debet *edd. recc.*) sens*um* **A** 11 lo*ngius* iusto **A**, lociusto **G**, *item* **A**[1] *ut ex spatio rasurae uidetur,* loci **S** breui*us* stabile **a**, breuium stabile **A**(?)**GS**, *em. Badius* 12 et (*ante* pugn.) *addidimus: contra Obrechtus* et *post* erit *cum cod.* **S** *deleuit* 13 in altercatione *apte coni. Spalding* 14 accommodata **AGS**, *em. Regius* asperis asperas **A**[1]**G** 15 dicente aeque **a**: dicentem atque **AG**, dicente atque **S** audiente **GS** 16 narrauimus **A**[1]**GS** ipsa **G**, ipsos **S** 18 exceptisque **A**[1]**G**, quae *om.* **S** 19 proserpina **A**[1]**GS** haec *Regius:* hic **AGS** 20 docet **GS** aptas **A** *pr. m. fort. ex* aptast prohoemis **A**[1]**G** ibi **G** sollicitudinem commendatio miseratione̅ **AG**, solitudine commendatione miseratione **S** 22 poscitur *Regius:* poscit **A**, possit **GS** 23 fusa si **a**: fusi(?) **A**, fusis **G**, fusius **S** 24 hoc **A**: *om. uett.* *malim:* adhibendum est amplius c. g.

et se credit actori et uoluptate iam ducitur. historia non tam
finitos numeros quam orbem quendam contextumque desiderat.
namque omnia eius membra conexa sunt et, quoniam lubrica
est, hac *atque illac* fluit, ut homines, qui manibus inuicem adprehen-
sis gradum firmant, continent et continentur. demonstratiuum 130
genus omne fusiores habet liberioresque numeros, iudiciale et
contionale ut materia uarium est, sic etiam ipsa conlocatione
uerborum.

Ubi iam nobis pars ex duabus, quas modo fecimus, secunda
tractanda est. nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius,
alia sublimius, alia pugnacius, alia ornatius, alia gracilius esse
dicenda? grauibus, sublimibus, ornatis longas magis syllabas 131
conuenire? ita ut lenia spatium, sublimia et ornata claritatem
quoque uocalium poscant: his contraria magis gaudere breuibus,
argumenta, partitiones, iocos et quidquid est sermoni magis
simile? itaque componemus prooemium uarie atque, ut sensus 132
eius postulabit. neque enim accesserim Celso, qui unam quan-
dam huic parti formam dedit et optimam compositionem esse
prooemii, ut est apud Asinium, dixit: si, Caesar, ex omni-
bus mortalibus, qui sunt ac fuerunt, posset huic cau-
sae disceptator legi, non quisquam te potius optan-
dus nobis fuit: non quia negem hoc bene esse compositum, 133
sed quia legem hanc esse componendi in omnibus principiis
recusem. nam iudicis animus uarie praeparatur: tum miserabi-
les esse uolumus, tum modesti, tum acres, tum graues, tum
blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. haec ut sunt
diuersa natura, ita dissimilem componendi quoque rationem desi-
derant. an similibus Cicero usus est numeris in exordio pro
Milone, pro Cluentio, pro Ligario? narratio fere tardiores atque, 134

1 actori **S**: auctori **AG** uoluptate **Sa**: uoluptati **AG** 2 obrem **AGS**, obicem **a**, *em. Regius* quen*d*am **A**, q̃ndam **G**, quādam **S** 4 est, hac atque illac fluit *Spalding*: *est* ac fluit **A**, et hac fluit **GS**, et hac et hac fluit **F** *et corr.* **T** ut **AS** *(sed* **A** u *in ras.)*: et **G** 7 contionale **AS** (iona **A** *in ras.*): continuale **G** collocatione **a**, conlocutione **AG**, collatione **S** 9 duobus **AGS** 10 quis **a**: *om.* **AGS** dubitatur **S** lenius **AS**, *sed* **A** *in ras.* elenius **G** concitat*ius* **A** 11 ornatius **a**: oratius **AG**, gratius **S** gracilius **A**, gragilius **G**, grauius **S** 14 uoca*lium* pos*cant* **A**, uocabilia potest quam **G**, uocabula postquam **S** laudere **AG**, laudare **S**, *em. Spalding* 15 partitione **A**^{1}**GS**, partitionem *Goth. et Voss. 2, haud scio an recte* loco sed **AGS**, locos et **a** 16 uariae **A**^{1}**G** 17 postulabit **Sa**: postulauit **AG**, postulabunt *malebat Spalding* quādā **A**^{1}**GS** 18 formam **Sa**: formas **A**(?)**G** composionem **G** 19 ut ē **a**: autē **AG**, ut (*sine* est) **S**ꝫ dixi **AGS** 20 qui* sunt **A** 22 hoc bene *Regius:* hoc aut bene **AGS**, hoc haud bene *ed. Jens.* 24 ua*rie* **A**, uariae **G** miserabile **A**^{1}**G** 27 ita **A** *in ras.:* ad **A**^{1}(?)**G**, *om.* **S** *et dett.* 29 pro Ligario **G** *om. pr. m.*

ut sic dixerim, modestiores desiderat pedes, ex omnibus maxime mixtos. nam et uerbis, ut saepius pressa est, ita interim insurgit, sed docere et infigere animis res semper cupit, quod minime festinantium opus est. ac mihi uidetur tota narratio constare
135 longioribus membris, breuioribus periodis. argumenta acria et citata pedibus quoque ad hanc naturam commodatis utentur, non tamen ita, ut trochaeis quoque celeria quidem, sed sine uiribus sint, uerum iis, qui sunt breuibus longisque mixti, non tamen
136 plures longas quam breuis habent. illa sublimia, spatiosas clarasque uoces habentia, amant amplitudinem dactyli quoque ac paeanis, etiamsi maiore ex parte syllabis breuibus, temporibus tamen satis pleni. aspera contra iambis maxime concitantur, non solum quod sunt e duabus modo syllabis eoque frequentiorem quasi pulsum habent, quae res lenitati contraria est, sed etiam quod omnibus pedibus insurgunt et a breuibus in longas nituntur et crescunt, ideoque meliores choreis, qui ab longis in
137 breues cadunt. summissa, qualia in epilogis sunt, lentas et ipsa, sed minus exclamantis exigunt.

Vult esse Celsus aliquam et superbiorem compositionem, quam equidem si scirem, non docerem: sed sit necesse est tarda et supina, uerum nisi ex uerbis atque sententiis. per se si id quaeritur, satis odiosa esse non poterit.

138 Denique, ut semel finiam, sic fere componendum, quo modo

1 ex *Spalding:* et **AG**ς, non **S** omnibus **AG**: nominibus **Sa** *et dett.* 3 *fort.* et docere, *ut respondeat superiori* et uerbis 4 ac mihi *nunc deest in* **A** *in scissura* uideatur **AG**, ut m. uideatur *probabiliter Spalding* 5 argumenta] *hic deficit* **A**, *reliquis chartis praeter extremam (inde a XII, 11, 22) amissis; hinc in proximis, quamdiu* **M** *quoque deest, etiam codicis* **L** *lectiones exscripsimus* 6 commodatis **GL**: accommodatis **S**ς non tamen *editor Venetus:* nondum *libri*, dum non *Burman*, dum ita ut ne *coni. Spalding*

7 trochaeis quoque celeria -- sint *scripsi:* troceisque (trocheis quae **L**) celeria quidem sed sine uiribus sunt (sint **FLT**) **GL**, trocheis ut celeria quidem sed s. uiribus sint **S** 8 iis qui sunt **G**: uis quod sint **FT**, quamuis quod sint **L**, quamuis **S** breuibus *om.* **S** miati **G**, mixta **LS** 9 breuis **GL**: breues **S**ς habent *nos:* habentia **GLS**, habeant *Rollinus* 10 uocales *coni. Spalding* habentia *Christ:* habent *libri*, *deleuit Spalding* adactili **G**, a dactyli **L**, adactilis **S** ac *om.* **S** 11 paeonis ς maior **GLS**, *em. in ed. Camp.* breuibus **LS**: breuis **G** 12 concitantur *Regius:* concitatus **GL** (iambus concitatus maxime **S**) 13 sunt **GL**: sint **S** duabus **S**: duobus **GL** modo *om.* **S** frequentior est **L** 14 est *om.* **S** *et ed. Camp. probante Spaldingio* 15 omnibus partibus *Regius* a *om.* **S**

16 ab **GL**: a **S** in breues **LS**: ymbres **G** 17 sunt **G**, *ut coni. Spalding:* sit **L**, sed **S**, *om.* ς lentos, *sc.* pedes *Christ* ipsa sed *Regius:* ipsas et **GS**, ipsa et **S** 18 exclamantes **S**ς 19 aliqua **GLS** superbiorem *Spalding:* superiorem **GLS** compositione **G** 20 equidem *Badius:* et quidem **G**, quidem **LS** siscireno docerem **G**, scire nos docere **L**, scire nos doceremus **S**, *em. Badius* sed sint **S** 21 ex *om.* **S** atque ex *ualebat Spalding* sed per se *Spalding* per se si **GL**: per se **S**ς

pronuntiandum erit. an non in prooemiis plerumque summissi, nisi cum in accusatione concitandus est iudex aut aliqua indignatione complendus, in narratione pleni atque expressi, in argumentis citati atque ipso etiam motu celeres sumus? [ut] in locis ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerumque
deiecti et infracti? atqui corporis quoque motui sunt sua quae- 139
dam tempora, et ad signandos pedes non minus saltationi quam modulationibus adhibetur musica ratio numerorum. quid? non uox et gestus accommodatur naturae ipsarum, de quibus dicimus, rerum? quo minus id mirere in pedibus orationis, cum debeant
sublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. ita- 140
que tragoediae, ubi necesse est, adfectamus etiam tumorem ex spondeis atque iambis, *quibus* maxime continetur:

en impero Argis, sceptra mi liquit Pelops.

at ille comicus aeque senarius, quem trochaicum uocant, pluribus choreis, qui trochaei ab aliis dicuntur, pyrrhichiisque decurrit,
sed quantum accipit celeritatis, tantum grauitatis amittit: 141

quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem?

aspera uero et maledica, ut dixi, etiam in carmine iambis grassantur:

quis hoc potest uidere, quis potest pati,
nisi inpudicus et uorax et aleo?

in uniuersum autem, si sit necesse, duram potius atque asperam 142
compositionem malim esse quam effeminatam et eneruem, qualis

14. incerti tragici p. 213 Ribb 18. Terent. Eun. 1, 1, 1. 21. Catull. 29, 1.

1 an non *ed. Campana:* aтe non **G**, at enim non **S**, at enim **L** in *om.* **S** summissi *Regius:* summis nisi **GLS** 3 compellendus **S** 4 ipso **LS**: ipsum **G** (etiam ipso **S**) ut *auctore Spaldingio inclusimus, an ex* at *ortum est?* 6 deiecti **S**: deicti **G**, deicit **L** motui sunt sua *Spalding:* motus sua **GLS**, motui sua ς 7 et ad signandos pedes *scripsi:* et adsignos pedes **G**, et ad signa pedum **LS** *et dett.* tempora et signa pedum *ed. Veneta et* ς 8 adhibetur **GL**: adhibet **S**ς 9 et gestus *Burman:* et cestus **G**, et testus **L**, est astus **S** accomodatur natura **GLS**, *em. Badius* 10 mirere *Spalding:* mire **LS**, inire **G**, mirum ς 11 incredi **G** acria **G**: arma **LS** 12 tragoediae *om.* **LS** ubirecesset **G** affectamus **LS**, adfectatus **G** tumor rerum **GL**, cum̄ rerum **S** ex **S**: et **GL** 13 quibus *addidit Spalding* (tumorem, qui spondeis — continetur ς) 14 enim peroargis **G**, enim pero argus **L**, Hperoreogus **S**, *em. Adr. Turnebus* scripta **S** mi *Turnebus:* mihi *libri Quintiliani et Senecae in epist. 80* licuit **GLS** 15 comicus eque **L**, comi cusae que **G**, cornicus eque **S** sanarius quem traichum **S** pluribus trochaeis, qui tribrachi ab a. d. *Spalding probabiliter* 16 alis **G** pyrricheis quae (q. **L**) **GL**, pirricheus quidem **S** 17 accipit **GL**: *om.* **S** *et dett.* celeritas tantum grauitas **S** 19 aspere **LS** male dicunt dixi (dixit **LS**) **GLS** crassantur **GLS** 21 uidere potest **S** 22 uerax **L** 23 necesse duram **LS**: neces dura **G** asperam *om.* **S** 24 et eneruem **LS**: teneruē **G**

apud multos, et cotidie magis, lasciuissimis syntonorum modis saltat. ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat esse continua
143 et in eosdem semper pedes ire. nam et uersificandi genus est unam legem omnibus sermonibus dare, et id cum manifestae adfectationis est, cuius rei maxime cauenda suspicio est, tum etiam taedium ex similitudine ac satietatem creat, quoque est dulcius, magis perdit amittitque et fidem et adfectus motusque omnis, qui est in hac cura deprensus. nec potest ei credere aut propter eum dolere et irasci iudex, cui putat hoc uacare.
144 ideoque interim quaedam quasi soluenda de industria sunt, et quidem illa maximi laboris, ne laborata uideantur. sed neque longioribus, quam oportet, hyperbatis compositioni seruiamus, ne, quae eius rei gratia fecerimus, propter eam fecisse uideamur, et certe nullum aptum atque idoneum uerbum permutemus gratia
145 leuitatis. neque enim ullum erit tam difficile, quod non commode inseri possit, nisi quod in euitandis eiusmodi uerbis non decorem compositionis quaerimus, sed facilitatem. non tamen mirabor, Latinos magis indulsisse compositioni quam Atticos,
146 cum minus in uerbis habeant seueritatis et gratiae, nec uitium duxerim, si Cicero a Demosthene paulum in hac parte desciuit. sed quae sit differentia nostri graecique sermonis explicabit summus liber.

Compositio (nam finem inponere egresso destinatum modum uolumini festino) debet esse honesta, iucunda, uaria. eius tres
147 partes: ordo, coniunctio, numerus. ratio in adiectione, detra-

---

1 lasciuissiumis symptonorum modis saltat **G**, lasciuissimis si (lasciui sumus sed **S**) intonorum modis saltitantes **LS**, lasciuimus syntonorum modis saltitantes *edd. de scriptura* syntonorum modis *cf. Spalding* 3 in] id **G**, ideo **LS** seper **G** ire *om.* **S** 4 m. adfectationis est *Spalding:* manifeste adfectatione **GL**, manifesta affectione **S** 5 cuius **G** *et Regius:* cui *rell. noti* suspitio **S** est *Spaldingio delendum uidebatur* 6 satietate **GLS** quodque dulcius **S** 7 magis **G** *s. l.* perdit **GLS***:* perit *ed. Veneta* amittitque *Regius:* atque **GLS** ut fidem **S** 8 omnis quis (qui **LS**) est **GLS**, *fort.* omnis, si quis est deprehensus **LS**ς nec **LS**: ne **G** 9 dolere **L**: dolore **S**g, dolorem **G** 10 interim **G**: intima **LS** et quidem illa *Spalding:* quidam illa **G**, quedam illa **LS**, illa quidem ς 11 *fort.* ne elaborata 12 cyperabatis **GLS** 13 ne *om.* **G**, neque eius **LS** rei **GL**: *om.* **S** *et dett.* praeter causam (*uel* rem) fecisse *coni. Spalding* 14 praetermittamus *Regius* gratiā **G** 15 leuitatis **G**: leuitatis **L**, lenitatis **S**ς erit ullum **S** 19 cum minus — habeant *G. Meyer:* quominus — habeant **G**, quamuis — habeant **LS**, quamuis minus — habeant ς, quanto minus — habeant *coni. Spalding* seueritatis *Spalding:* ueritatis **GLS**, uarietatis *Regius et* ς 20 duxerim **G**: dixerim *rell. et* ς a *om.* **S** pulum **G**, paululum **S** 21 qua sint differentiā **G**, que sint differentia **L**, que sit drā **S** explicauit **GL**, explicauimus (*om.* summus) **S** 23 egresse **S** 24 iocunda **GLS**

ctione, mutatione: usus pro natura rerum, quas dicimus: cura ita magna, ut sentiendi atque eloquendi prior sit: dissimulatio curae praecipua, ut numeri sponte fluxisse, non arcessiti et coacti esse uideantur.

---

1 usu **L**, usi **S** quā **GLS** cura ita magna *Christ:* cura idamagna **G** *corr.* cura rerungna **G**, *ut uidetur, ante correctionem in loco difficillimo ad legendum*, cura (cura a **L**) magna **LS**ς 2 loquendi **GLS**, *em. Spalding* 3 praecipua *(extrema a ex corr.)* **G** ut — arcessiti *Regius:* ut numerū spondet flexisse (flexisse non **LS**) arcessisse non (nec **S**) arcessiti (arcessisti **GL**) **GLS** 4 et *om.* **S**, nec coacti *Obrecht*

LIBER DECIMUS.

I. Sed haec eloquendi praecepta, sicut cogitationi sunt necessaria, ita non satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur, accesserit: ad quam scribendo plus an legendo an dicendo conferatur, solere quaeri scio. quod esset diligentius nobis examinandum, si qua-
2 libet earum rerum possemus una esse contenti. uerum ita sunt inter se conexa et indiscreta omnia, ut, si quid ex his defuerit, frustra sit in ceteris laboratum. nam neque solida atque robusta fuerit umquam eloquentia nisi multo stilo uires acceperit, et citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluitabit, et qui sciet, quae quoque sint modo dicenda, nisi tamquam in procinctu paratamque ad omnis casus habuerit eloquentiam, uelut
3 clausis thesauris incubabit. non autem ut quicquid praecipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. nam certe, cum sit in eloquendo positum oratoris officium, dicere ante omnia est atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est, proximum deinde imitatio est, nouissimum

1 cogitationi **GS**: cognitioni *dett. cf. Osann. (Adnott. critt. in lib. X) 1, 8*
2 firma quaedam *Regius:* forma quadam **GL**, forme quedam **S** 3 ἕξις *ed. Col. 1527:* ex his **G**, lexis **LS** accesserit **S**: accesserat **GL** 4 conferatur *ed. Col. 1527:* conferuntur **GL**, conficiuntur **S** legendo] agendo **S**
5 diligentius *libri:* diligenti *ed. Camp. et* ς examinandum *ed. Col. 1527:* examinandum citra **FGT**, exam. cura **LS** *et dett. alii; uidetur illud* citra *ex uersu 9 huc illatum esse* 6 sint **GLS** 7 connexa **LS**ς quid ex his defuerit **G**: qui flex his defuerit **T**, qui flexus his (hisdem **S**) defuerint **FLS** 10 fluitabit et qui *nos*: fluuit autem qui **G**, fluit. Qui autem **LS**, fluitabit. Etiam qui *ed. Col. 1527*, fluitat. et qui *Spalding*, fluitat: item qui *Osann, cf. VII Pro. § 3* 11 sciet **G**: sciunt **LS**, sciuerit ς quae quoque **GL**: quo quaeque **S**ς; *illud est:* quae et quo modo s. d. dicendi **G**
tamquam **LS**: tamen **G**, *cf. 12, 9, 21* 12 paratam quidem **S** *et dett.* eloquentia **G** 13 clausos thesauros *dett.* quicquid **GLS**: quidque *uel* quicque *dett. pauci; cf. Lachm. ad Lucret. p. 286 et Madv. ad Cic. de finn. V, 9, 24* 15 certe *deleuit Regius* 16 aquae hinc **G** 17 proximum d. imitatio est, nouissimum s. q. diligentia *nos:* proximam deinde imitationem inimitationem **G**) nouissimam s. q. diligentiam *libri, sed* **G** diligentia

scribendi quoque diligentia. sed ut perueniri ad summa nisi ex 4
principiis non potest, ita procedente opere iam minima incipiunt
esse quae prima sunt. uerum nos non, quomodo sit instituen-
dus orator, hoc loco dicimus (nam id quidem aut satis aut certe
uti potuimus dictum est), sed athleta, qui omnes iam perdidi-
cerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad cer-
tamina praeparandus sit. igitur eum, qui res inuenire et dis-
ponere sciet, uerba quoque et eligendi et conlocandi rationem
perceperit, instruamus, qua ratione quod didicerit facere quam
optime, quam facillime possit.

Num ergo dubium est, quin ei uelut opes sint quaedam 5
parandae, quibus uti, ubicumque desideratum erit, possit? eae
constant copia rerum ac uerborum. sed res propriae sunt cuius- 6
que causae aut paucis communes, uerba in uniuersas paranda:
quae si rebus singulis essent singula, minorem curam postularent:
nam cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. sed cum
sint aliis alia aut magis propria aut magis ornata aut plus effi-
cientia aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia,
sed in promptu atque, ut ita dicam, in conspectu, ut, cum se
iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio.
[et] quae idem significarent *scio* solitos ediscere, quo facilius et 7
occurreret unum ex pluribus, et, cum essent usi aliquo, si breue
intra spatium rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia
sumerent aliud, quod idem intellegi posset. quod cum est puerile
et cuiusdam infelicis operae, tum etiam utile parum: turbam
tantum modo congregat, ex qua sine discrimine occupet proxi-
mum quodque.

---

1 peruenire **LST** summam **S** 2 opere iam *nos:* iam opere iam *libri*, iam opere *Regius*, etiam opere iam *Spalding* 3 sit **GL**: *om.* **ST** instruendus **S** 5 sed athleta **G**: sed ut athleta **LS**, *hinc aliquot dett. infra (u. 7)* ita *pro* igitur *habent* omnia **S** 6 numeros quo *ed. Col. 1527:* numuro quae **G**, numeroque **L**, nimirum quo **S** 7 Ita eum **S** 8 elicendi **G** ratione **GLS** 9 percepit **S** instituamus *Gallaeus* qua ratione *ed. Col. 1527:* qua in oratione *libri* quod **G**: quae **LS** didicerit *Zumpt:* dicere **GLS**, didicit *ed. Col.* 10 optime et *dett.* 12 uti ubiq. cumque **G**, ubicumque (*om.* uti) **S** positae constantia copia **G**, possit e constantia copia **LS**, *em. in edd. uett.* 13 sunt **LS**: sint **G** 15 si rebus *Regius:* si in rebus **GLS** essent (esse **L**) singula minorem curam **LS**: esset singulam maurem coram **G** 16 offerent **GL**, afferent **S** 17 magis **LS**: malis **G** 19 in promutu **G** atque id ut ita d. **G**, atque uta d. **L**, atque ut d. **S** 21 significarentur **G** scio *om. libri, post* solitos *addidit Badius: ipse malim:* scio equidem quae idem significarent solitos ed. solito sediscere **G**, solitos edicere **L**, solitos se dicere **S** 22 occurrere **GL** esset usui **GLS**, *em. in ed. Col. 1527* 23 spatium **G**: semet ipsum *dett.* desideratur **LS** effugiendo **S** 24 quod **GLS**: quo ς 25 turbam tantummodo *nos:* turbam̄tum modo (*pro* turbam tūm modo) **G**, turbamentum modo (non **S**) **LST**, turbam enim tantum ς 26 ex quo **S** 27 quoque **S**

8 Nobis autem copia cum iudicio paranda est uim orandi, non circulatoriam uolubilitatem spectantibus. id autem consequimur optima legendo atque audiendo: non enim solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed quod quoque loco sit aptissi-
9 mum. omnibus enim fere uerbis praeter pauca, quae sunt parum uerecunda, in oratione locus est. nam scriptores quidem iamborum ueterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur, sed nobis nostrum opus intueri sat est. omnia uerba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam et humilibus interim et uulgaribus est opus, et quae nitidiore in parte uidentur sordida,
10 ubi res poscit, proprie dicuntur. haec ut sciamus atque eorum non significationem modo, sed formas etiam mensurasque norimus, ut, ubicumque erunt posita, conueniant, nisi multa lectione atque auditione adsequi nullo modo possumus, cum omnem sermonem auribus primum accipiamus. propter quod infantes a mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiamsi uerba quaedam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt.
11 sunt autem alia huius naturae, ut idem pluribus uocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit, ut 'ensis' et 'gladius', alia uero, etiamsi propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῶϲ [quare tamen] ad eundem intellectum ferun-
12 tur, ut 'ferrum' et 'mucro'. nam per abusionem sicarios etiam omnis uocamus, qui caedem telo quocumque commiserunt. alia circuitu uerborum plurium ostendimus, quale est et p r e s s i c o p i a l a c t i s. plurima uero mutatione figuramus: scio 'non ignoro' et 'non me fugit' et 'non me praeterit' et 'quis nes-

2 uoluptatem **S** *et dett.* sectantibus *Spalding haud scio an recte* consequemur *Regius et* ς 4 haec cura **G** quod quoque **G**: quid quoque **LS**, cui quodque *Regius* locis ita petissimum **G**, locis ita potissimum **LS** 5 fere uerbis *ed. Col. 1527:* ferebis uel **G**, fere rebus uel **LS** 6 uerecundia **G** 7 etiam nonnullis **S** 8 intueri *ed. Col. 1527:* iт̄ inueteri **G**, interim tueri **LS** satis **S** excepta **S** 9 alicubui **G** nam *om.* **S** 10 est **GL**: *om.* **S**ς quae nitidiore in p. *ed. Col. 1527:* quaetidiorem in parte **G**, quae utiliore in p. **LS** sordida — dicuntur *om.* **S** 11 proprie **L**: propria **G** 13 ut **L**: et **GS** 14 aut auditione **S** nullo modo **GL**: non **S** possimus **GL** cum omnem misermonem **G**, cum omnem enim sermonem **S**, omnem enim sermonem — accipimus *Osann*

15 infantis **S** a multis **GLS** 17 emisse **S** caruerт **G** (*pro* caruerт̃), caruerint **FLST** 18 autem *om.* **S** declarent **LS**: declarant **G** 20 alia uero *Osann:* aliaue **GLS**, alia quae *Regius* 21 tropicos quare tā (tū̃ **S**) ad **GLS**, τροπικῶϲ quasi tamen (*uel* tamen quasi) *edd. uett. et* ς, *nos* quare tamen *inclusimus* fertur **S**, referuntur (*uel* uertuntur) *Spalding malebat* 23 qui eodem telo quodcumque **S** commiseritīт̄alia **G**, commiserint talia **S**, commiserit: talia **L**, commiserint. Alia ς (commiserunt *habet Par. 1*) 24 est *om.* **S** 25 figuramus **LS**: figurarum *(per compendium)* **G** 26 qui nescit enemini **G**, qui nescit nemini **LS**

cit?' et 'nemini dubium est'. sed etiam ex proximo mutuari 13
licet. nam et 'intellego' et 'sentio' et 'uideo' saepe idem ualent quod 'scio'. quorum nobis ubertatem ac diuitias dabit lectio, ut non solum quo modo occurrent, sed etiam quo modo
oportet utamur. non semper enim haec inter se idem faciunt, 14
nec sicut de intellectu animi recte dixerim 'uideo', ita de uisu oculorum 'intellego', nec ut 'mucro' gladium, sic mucronem
'gladius' ostendit. sed ut copia uerborum sic paratur, ita non 15
uerborum tantum gratia legendum uel audiendum est. nam omnium, quaecumque docemus, hoc sunt exempla potentiora etiam ipsis quae traduntur artibus, cum eo qui discit perductus est, ut intellegere ea sine demonstrante et sequi iam suis uiribus possit, quia, quae doctor praecepit, orator ostendit.

Alia uero audientis, alia legentis magis adiuuant. excitat 16
qui dicit spiritu ipso, nec imagine [ambitu] rerum, sed rebus incendit. uiuunt omnia enim et mouentur, excipimusque noua illa uelut nascentia cum fauore ac sollicitudine. nec fortuna modo iudicii, sed etiam ipsorum qui orant periculo adficimur.
praeter haec uox, actio decora, commodata, ut quisque locus 17
postulabit, pronuntiandi uel potentissima in dicendo ratio et, ut semel dicam, pariter omnia docent. in lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut suus cuique fauor aut ille laudantium clamor extorquet. pudet enim dissentire, et uelut tacita 18
quadam uerecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim et uitiosa pluribus placent, et a conrogatis laudantur etiam quae
non placent. sed contrarium quoque accidit, ut optime dictis 19
gratiam praua iudicia non referant. lectio libera est nec *ut* actionis impetus transcurrit, sed repetere saepius licet, sine

2 licet ς: libet **GLS**, *an ex* licebit? 4 ut iis non *ed. Col. 1527* cum occurrent *edd. uett.* occurrerint **LS** 6 uisu **L**: usu **GS** 7 mucronem **LS**: mucro nec **G** 8 copia u. sic paratus **G**, copiosus u. sit paratus **LS** *et dett., em. in ed. Colon.* 10 docemur *malebat Spalding* hoc *Regius:* haec *codd.* (hoc *ad* quia *u. 13 referendum esse, ut sit idem quod* propterea — quod, *recte monuit Spalding*) 13 quae *om.* **S** praecipit *dett.* 14 adiuuat **GLS** et excitat **LS** 15 ambitu **G**, et ambitu **LS**, et habitu *coni. Spalding*, umbraue *Harster*, *nos auctore Bursiano* ambitu *inclusimus* 17 solitudine **GLS** 19 et actio **S** commodata ut *Bursian:* commodat aut **GS**, comodat ut **L**, accommodata ut *ed. Col. 1527*, commoda ut *margo ed. Choueti (a. 1641) et* ς quis (quid **S**) quisque **G**[1]**LS** 20 postulauit **GLS** 21 iudiciique **S** 22 audiendi **GLS** 23 uelut *ed. Col. 1527:* illud *libri* tacita **G**: tanta **FLST** 25 et uitios et **G**, et uitiose **LS** placent — laudantur **S**: placent — laudentur (laudetur **G**) **GL**, placeant — laudentur *edd. priores cum Regio* 26 contrarium *scripsi:* contrario **GLS**, e contrario *edd.* 27 praua **LS**: parua **G** lecti **G** *(in fine paginae)* ut act. ĩmpetus *nos:* act. impetus **GLS**, act. impetu ς

dubites siue memoriae penitus adfigere uelis. repetamus autem
et retractemus et, ut cibos mansos ac prope liquefactos demit-
timus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa
iteratione mollita et uelut confecta memoriae imitationique tra-
datur.
20 Ac diu non nisi optimus quisque et qui credentem sibi
minime fallat legendus est, sed diligenter ac paene ad scribendi
sollicitudinem, nec per partes modo scrutanda omnia, sed per-
lectus liber utique ex integro resumendus, praecipueque oratio,
21 cuius uirtutes frequenter ex industria quoque occultantur. saepe
enim praeparat, dissimulat, insidiatur orator, eaque in prima
parte actionis dicit, quae sunt in summa profutura. itaque suo
loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus,
22 ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. illud uero utilissi-
mum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumserimus,
et quotiens continget, utrimque habitas legere actiones: ut De-
mosthenis et Aeschinis inter se contrarias, et Serui Sulpici at-
que Messalae, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter, et
23 Pollionis et Cassi reo Asprenate aliasque plurimas. quin etiam
si minus pares uidebuntur aliquae, tamen ad cognoscendam
litium quaestionem recte requirentur, ut contra Ciceronis oratio-
nes Tuberonis in Ligarium et Hortensi pro Verre. quin etiam
easdem causas ut quisque egerit utile erit scire. nam de domo
Ciceronis dixit Calidius et pro Milone orationem Brutus exer-
citationis gratia scripsit, etiamsi egisse eum Cornelius Celsus
24 falso existimat, et Pollio et Messala defenderunt eosdem, et
nobis pueris insignes pro Voluseno Catulo Domiti Afri, Crispi

1 penitus **G**: *om.* **LS** *et dett.* adfigere **LS**: adfire **G** repetimus **GLS** 2 retractemus *Spalding:* tractemus **GL**, tractamus **S** mansos **LS**: mensos **G** dimittimus **GLS**, *em. in ed. Gryphiana* 3 digerantur **S**: dirigantur **G**, dirigerantur **L** 4 iteratione *edd. uett.* altercatione **GL**, alteratione **S** et uelut ut **G** 6 optimus — sibi *om.* **S** sibi] siue **GL** 8 sollicitudinem **S**: sollicitudine **GL**, ad scribentis sollicitudinem *Lochmann probante Osanno 2, 12* scruptanda **S**, scrutandi **G** perluctus liber utrique **G**, perlibet ego utique **S** 9 praecipueque **GL**: praecipue **S**ς 10 uirtutes **S**: uirtute **GL** 11 dissimulatim insidiatus (insidias **LS**) orator atque (oratore atque **G**) **GLS**, *em. in ed. Col. 1527* 12 in summam *Philander* 14 illa **GLS** 15 orationis **L** 16 utrinque **L**, utrumq. **G** 17 et eschinis **L**, et eschini **S**, et ethini **G**, atque Aeschinis ς Seruii Sulpicii **S** 19 reo aspernatae **G**, reos aspernatus est **LS** 20 uidebuntur, aliquae tamen *edd.* ad cognoscendam **L**: adnoscogendam **G**, ad cognoscendum **S** 21 orationes tu uero nisi in **GLS** 22 lignarium **G** hortensium **LS** uerri **G** quin *Regius:* quis *libri* 23 causas utrisque erit scire **GLS**, *em. in ed. Col. 1527* 24 dixi **G** *et 1 m.* **L** callidius **G** *et corr.* **L**, callidus **LS**; *cf. 11, 3, 123* 25 eam **L** 27 insignes pro **G**: insignes at pro **LS** uoluseno **LS**: uulse non **G**

Passieni, Decimi Laelii orationes ferebantur. neque id statim
legenti persuasum sit, omnia, quae optimi auctores dixerint,
utique esse perfecta. nam et labuntur aliquando et oneri cedunt
et indulgent ingeniorum suorum uoluptati, nec semper inten-
dunt animum, nonnumquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare
interim Demosthenes, Horatio uero etiam Homerus ipse uidea-
tur. summi enim sunt, homines tamen, acciditque his, qui, 25
quidquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, ut dete-
riora imitentur (id enim est facilius) ac se abunde similes pu-
tent, si uitia magnorum consequantur. modesto tamen et cir- 26
cumspecto iudicio de tantis uiris pronuntiandum est, ne, quod
plerisque accidit, damnent quae non intellegunt. ac si necesse
est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere
quam multa displicere maluerim.

Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poe- 27
tarum multique eius iudicium sequuntur, neque inmerito. nam-
que ab his in rebus spiritus et in uerbis sublimitas et in adfec-
tibus motus omnis et in personis decor petitur, praecipueque
uelut attrita cotidiano actu forensi ingenia optime rerum talium
blanditia reparantur, ideoque in hac lectione Cicero requiescen-
dum putat. meminerimus tamen, non per omnia poetas esse 28
oratori sequendos nec libertate uerborum nec licentia figurarum:
genus ** ostentationi comparatum et praeter id, quod solam
petit uoluptatem eamque etiam fingendo non falsa modo, sed
etiam quaedam incredibilia sectatur, patrocinio quoque aliquo
iuuari: quod alligata ad certam pedum necessitatem non semper 29
uti propriis possit, sed depulsa recta uia necessario ad eloquendi

5. Cic. Orat. 29, 104. Hor. ad Pis. 359.

1 passiemi **G** 2 optimi *Sarpe:* omi **G**, oinis **S**, omnes **L**, magni *ed. Col. 1527* 4 indulgenti **GL** 5 animos et nonn. *ed. Col. 1527* fatigatur **GL** cum *om.* **S** dormitari **GLS** 6 oratio **GLS** 7 occiditque **GLS** has **LS** qui] quod *(per compend.)* **G** 8 quicquid **GLS** reperierunt **GL**, reperitur **FS** 9 similes *om.* **S** 10 modesto **G**: modesta **FT**, modeste **LS**, *quod praefert Freund in Ann. philol. 13, p. 286* 11 uiris **LS**: uiribus **G** 12 damnentq. non **GL** at si **L** 13 in altera **G** 14 dispicere (despicere **L**) maluerint **GLS** 15 theophras **G** 16 neque id imm. *ed. Col. 1527*
17 ab his et in *Regius* 19 cottidiano **GS**, quotidiano **L** 20 blandicia **S**, blandita tum **L**, libertate **G** *solus ex notis et margo ed. Colon. quod uocab. ex nota marginali ad uersum 22, ubi cod.* **G** *falsam lectionem* libertas *habet, illatum uidetur* reperiantur *dett.* 21 putat **LS**: putant **G** poeta **G** 22 libertas **G** 23 gentem ost. comparatam *coni. Spalding*, totumque illud studiorum genus o. comp. *ed. Col. 1527; cum sequatur* adligata — depulsa *etc., uocabulum* poeseos *uidetur intercidisse* sola **S** 24 uoluptate **GS** etiam eam **S** 25 sectator **GL** 26 alligatam **L**, alligati — possint, sed depulsi a recta confugiant nec — cogantur *Regius* 27 uti] in **S** loquendi **S**

quaedam deuerticula confugiat, nec mutare quaedam modo uerba,
sed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogatur: nos uero
armatos stare in acie et summis de rebus decernere et ad uicto-
30 riam niti. neque ego arma squalere situ ac rubigine uelim, sed
fulgorem in iis esse qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul
uisusque praestringitur, non qualis auri argentique, inbellis et
potius habenti periculosus.

31 Historia quoque alere oratorem quodam uberi iucundoque
suco potest, uerum et ipsa sic est legenda, ut sciamus plerasque
eius uirtutes oratori esse uitandas. etenim proxima poetis et
quodammodo carmen solutum est, et scribitur ad narrandum,
non ad probandum, totumque opus non ad actum rei pugnam-
que praesentem, sed ad memoriam posteritatis et ingenii famam
componitur: ideoque et uerbis remotioribus et liberioribus figuris
32 narrandi taedium euitat. itaque, ut dixi, neque illa Sallustiana
breuitas, qua nihil apud aures uacuas atque eruditas potest esse
perfectius, apud occupatum uariis cogitationibus iudicem et sae-
pius ineruditum captanda nobis est, neque illa Liui lactea uber-
tas satis docebit eum, qui non speciem expositionis, sed fidem
33 quaerit. ideoque M. Tullius ne Thucydiden quidem aut Xeno-
phontem utiles oratori putat, quamquam illum bellicum ca-
nere, huius ore Musas esse locutas existimet. licet tamen
nobis in digressionibus uti uel historico nonnumquam nitore,
dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus, non athleta-
rum toris, sed militum lacertis *opus* esse, nec uersicolorem illam,

21. Orat. 12, 39 et 19, 62.

1 diuerticula **LS** mutare quaedam modo **L**: mutareq. modo **G**, mutare quodammodo **S** 2 tendere **S** 3 cernere **S** uictoria **G** 4 niti decet *coni. Regius* neque ergo **GLS** squalore *libri, em. Regius* uerim **G**, uerum **LS** 5 fulgorem in iis esse qui *Herzog:* fulgore nimis sequi (seque **S**) **GLS**, fulgorem inesse qui *ed. Colon. et ς* mens *corr. m. 2 ex* mel **G** 6 praestringitur **GL**: perstringatur **S** 8 in historia **S** orationem **LS** quandam **S** uberi *Spalding:* moueri **GLS**, molli *edd. priores* 10 etenim *Osann:* est enim *libri* poetas **G** *1 m.* poesi *Spalding recte ut uidetur* 11 est **GL**: *om.* **S**ς scribitur **G**: scribuntur **L**, scribantur **FT**, stabuntur **S** 12 ad tactum **L**, ad intuitum **S** *et dett.* 14 et uerbis **GS**: ex u. **L** remeotioribus **G** 16 quia nihil **GL**, que n. **S** 17 perfectum **S** 18 leui **G**, liuii **LS** 19 decebit *dett. pauci, cf.* § *78* sed] et **G** 20 ideoque *J. Geel in Bibl. crit. noua 3, 273:* audeo (audio **LS**) quia **GLS**, adde quod *Regius,* addo quod *ed. Camp.* ne *Badius:* nec **GLS** tucydiden **G**, Tuchiditem **S**, Thucydidem **L**ς scenophontem **G** 21 inutiles **LS** canerem **GL**, canorem **S**, *em. in ed. Colon. 1527* (illius b. canorem *edd. uett.*) 22 ore musas **LS**: oremus has **G** loquutas **L**, locutis **G** 23 uel *om.* **L** storicon numquam **G** 24 dum *om.* **S** 25 toris — lacertis **FG**: toris — lacertos **L**, thoros — lacertis **S**, toros — lacertos *dett. et ς* opus *addidit Spalding* ne **GLS** illam quam **GL**, illa qua **S**

qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, uestem bene ad forensem puluerem facere. est et alius ex historiis usus et is quidem 34 maximus, sed non ad praesentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator, ne omnia testimonia expectet a litigatore, sed pleraque ex uetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus odii et gratiae uacant.

A philosophorum uero lectione ut essent multa nobis pe- 35 tenda, uitio factum est oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cesserunt. nam et de iustis, honestis, utilibus iisque quae sunt istis contraria, et de rebus diuinis maxime dicunt et argumentantur acriter, et altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici praeparant. sed his 36 quoque adhibendum est simile iudicium, ut etiam cum in rebus uersemur isdem, non tamen eandem esse condicionem sciamus litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum.

Credo exacturos plerosque, cum tantum esse utilitatis in 37 legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus operi, qui sint *legendi*, quaeque in auctore quoque praecipua uirtus. sed persequi singulos infiniti fuerit operis. quippe cum in Bruto M. Tul- 38 lius tot milibus uersuum de Romanis tantum oratoribus loquatur et tamen de omnibus aetatis suae, quibuscum uiuebat, exceptis Caesare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si et illos et qui postea fuerunt et Graecos omnis [et philosophos]? fuit igitur breuitas illa tutissima, quae est apud Liuium in 39 epistula ad filium scripta, l e g e n d o s Demosthenen atque

1 phalerius **GLS** 2 est ut alius **GS**, et aliis **S** is **LS**: his **G** 3 cognitione **G** *corr. ex* cogitatione 4 debet imperator **S** 5 ne *Badius:* nec *libri probante Osanno 3, 14* expectet **FGL**: expectat **ST**, expetat *al.* 6 haec **LS** 7 gratia **GLS**, *em. Regius* 8 nobis multa **S** 9 uitia **GLS** 9 est orum **G** *addito s. l. m. 2* at (= alii *uel* alias) oratorum, est alia oratorum **FLST**, *fort.* est eorum; *cf. tamen I Prooem.* § *9 sqq.* 10 parte *om.* **S** cesserunt *Regius:* censenter **G**, censentur **LS** iis quaeque **GS**, que **L**, utilibus quaeque *Par. 1 et 2, item Osann* 11 sunt *dett. pauci:* sint **GLS** istis *om.* **S** magnifice *Sarpe* 12 argumentamur **L** et **GL**: ex **S** atque interrogationibus atque interrogantibus **L** 16 audituri **S** 19 sint legendi *ed. Col. 1527:* sint **GL**, sunt **S** 20 quaeque *nos:* quae *libri* perse quod singulos **L** 21 fuerint **GLS** 23 de hominibus *Meister in Ann. philol. (a. 1863) uol. 87, 190; at loquitur Quint. de omnibus oratoribus, non hominibus* quibuscum uiuebat *ed. Aldina:* quidqui conuiuebit **G**, quid quisque conuiuebat (conuiuabit **L**) **LS**, qui tum uiuebant *Geel*, qui quidem tum uiuebant *Törnebladh*, quibuscum uiu. *Bursiano glossema uidetur* 25 fuerint **S** *et 1 m.* **G** et philosophos *emblema esse uidit Fr. Schmidt sodalis seminarii philol. Monacensis* 26 fuerit igitur *Regius* quae est *dett. pauci:* quae **GLS** in *om.* **G** *1 m.* 27 demoschenē **S**

Ciceronem, tum ita, ut quisque esset Demostheni et
40 Ciceroni simillimus. non est dissimulanda nostri quoque iudicii summa. paucos enim uel potius uix ullum ex his, qui uetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, quin iudicium adhibentibus adlaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoque uetustissimis auctoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. nec multo aliud de
41 nouis sentio. quotus enim quisque inueniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certe fiducia partis memoriam posteritatis sperauerit? qui si quis est, intra primos statim uersus deprehendetur et citius nos dimittet, quam ut eius nobis
42 magno temporis detrimento constet experimentum. sed non quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad phrasin, de qua loquimur, accommodatum.

Verum antequam de singulis, pauca in uniuersum de uarie-
43 tate opinionum dicenda sunt. nam quidam solos ueteres legendos putant neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam et robur uiris dignum arbitrantur, alios recens haec lasciuia deliciaeque et omnia ad uoluptatem multitudinis imperitae compo-
44 sita delectant. ipsorum etiam, qui rectum dicendi genus sequi uolunt, alii pressa demum et tenuia et quae minimum ab usu cotidiano recedant, sana et uere Attica putant, quosdam elatior ingenii uis et magis concitata et plena spiritus capit, sunt etiam lenis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. de qua differentia disseram diligentius, cum de genere dicendi quaerendum erit: interim summatim, a qua lectione petere possint, qui

2 non est **GLS**: non est tamen *edd. uett.* sed non est *coni. Spalding, at cf. Osann. 3, 21* 3 enim uex potius uexillum **G**, enim uexillum **LS** ex **LS**: et **G** 4 uetustate **GL** quin *Obrecht:* qui *libri* 5 allaturus sit **LS**, adlaturus sunt **G** 7 aliter *dett. pauci, cf. Spalding* de nobis **GLS**, *em. Obrecht* 8 quot enim quisque inueritande mens potens qui **G**, Quot (quod **S**) enim quisq. in ueritate tumens potensque **LS**, *em. in ed. Col. 1527* 9 quidem *additum in* **G** *m. 2 in extrema columna* cetere **LS**, caeteri **G** 10 posteritatis *ed. Col. 1527:* poteritatis **G**, artis **LS** 11 quam et eius **GLS** 12 contet **G** *1 m.* non *om.* **S** 13 quicquid **G** ad *om.* **G** ad phrasin *nos:* ad farisin **G**, ad faciendam etiam (etiam *om.* **L**) farisin (affarisin **L**, affaresim **S**) **LSg**, ad faciendam etiam phrasin ς 15 de singulis **GS**: de sing. loquar **G** *corr. m. 2 et* **L**ς 16 quidem **G** 18 dignum alia recens **S** delitiaque **LS** 19 multitudinis **G** *s. l.* 20 ipsorum *Spalding:* ipso **GS**, ipso [s] **L**, ipsos *al.* dicendi genus **LS**: dicit digenus **G** 21 tenuia et quae *ed. Col. 1527:* tenui atque **GL**, tenia atque que **S** 22 cottidiano **G**, quotidiano **L**, quottidiano **S** sanet uere **G** 23 ingeni **G** plena *om.* **L** sp̄s **G**: al. spuritius **G** *s. l. m. 2*, aliis spurtitiis plena **L**. alias spurticiis plena **S** *et sic plerique, unde Burman:* alti spiritus 25 dixeram **S** 26 summatim a qua *nos:* sumat et a qua **G**, sumat quia et a qua **G** *corr. 2 m. et* **L**, summa quia et a qua **S**, summatim

confirmare facultatem dicendi uolent, attingam: paucos enim 45
(sunt *autem* eminentissimi) excerpere in animo est. facile est autem studiosis, qui sint his simillimi, iudicare, ne quisquam queratur, omissos forte aliquos, quos ipse ualde probet: fateor enim pluris legendos esse quam qui a me nominabuntur. sed nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue conuenire intendentibus, ut oratores fiant, existimem, persequar.

Igitur, ut Aratus ab Ioue incipiendum putat, ita nos rite 46
coepturi ab Homero uidemur. hic enim, quemadmodum ex Oceano dicit ipse *omnium* amnium fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauerit. idem laetus ac pressus, iucundus et grauis, tum copia tum breuitate mirabilis, nec poetica modo, sed oratoria
uirtute eminentissimus. nam ut de laudibus, exhortationibus, 47
consolationibus taceam, nonne uel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio uel dictae in secundo sententiae omnes litium ac consi-
liorum explicant artes? adfectus quidem uel illos mites uel hos 48
concitatos nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. age uero, non *in* utriusque operis sui ingressu in paucissimis uersibus legem prooemiorum

8. Arati Phaen. 1. 10. Hom. Il. 21, 196.

---

quid a qua *ed. Col. 1527*, summatim quid et a qua ς petere **S** *post* confirmare *habet* possit **GLS** quae **LS** 1 facilitatem *Spalding malebat* uolunt **S** paucos. sunt enim eminent. **LS** 2 autem *addidi*, qui sunt *ed. Col. 1527*, paucos enim, sunt enim *Osann 3, 23* 3 qui sunt **GLS** hi similibus (*corr. eadem m. in* simillimis) **G** 4 amissos **GLS** aliquos quos *edd. uett.* quos *om.* **GLS** fatebor **S** 5 pluris *Spalding:* plurimis **G**, plurimos **LS**, plures ς qui a me *ed. Col. 1527:* quia **G**, qui **LS** nominabantur **GS**, nominantur **L** 6 conuenire *om.* **S** 7 persequar *dett. pauci:* persecor **G**, persequor **L**, prosequor **S** 8 oracius **S** ab ioue **L**: aluuoue **G**, a Ioue **S** 9 ceptari **S** hinc enim **GLS** ex oceano] cicero **S** 10 omnium *addidit Osann coll. Hom. Il. 21, 196* annium **GL**, amnium uim **S** *et dett.* 11 capere **LS**: sepere **G** 12 sublimita **G** *in fine uersus* 13 superauit **S** *et corr.* **L** depressus **S** 14 tum breuitate tum copia **S** poetisica **G**, poetice **S** 16 consolationibusque *dett.* nonus *edd. uett.* unus **GLS**, *quod frustra defendit Osann 4, 4* quo missa **LS**: qui omissa **G** 17 *immo* Achillen, *ut habet* **G** § *50* 18 in secundo **LS**: in dicendo in secundo **G**, *unde Osann* in discedendo in secundo, *melius Bursian* in contione in secundo, *Fr. Schmidt* inuicem in secundo; *uerisimilius tamen uidetur in scriptura* in dicendo in sec. *lectionem corruptam et ueram iuxta positam esse* ac **L**: hac **G**, et **S** 19 quidem illos mites ne hos citatos **S** 20 potest te **G** 21 non in *Badius:* non **GL**, nonne **S** utrisque **G** 22 operis sui **L**: operis si **G**, operis **S** ingressu *Badius:* ingressus *libri*

non dico seruauit, sed constituit? nam beneuolum auditorem
inuocatione dearum, quas praesidere uatibus creditur, et inten-
tum proposita rerum magnitudine et docilem summa celeriter
49 comprensa facit. narrare uero quis breuius quam qui mortem
nuntiat Patrocli, quis significantius potest quam qui Curetum
Aetolorumque proelium exponit? iam similitudines, amplificatio-
nes, exempla, digressus, signa rerum et argumenta ceteraque
genera probandi ac refutandi sunt ita multa, ut etiam qui de
artibus scripserunt plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta
50 petant. nam epilogus quidem quis umquam poterit illis Priami
rogantis Achillen precibus aequari? quid? in uerbis, sententiis,
figuris, dispositione totius operis nonne humani ingenii modum
excedit? ut magni sit uirtutes eius non aemulatione, quod fieri
51 non potest, sed intellectu sequi. uerum hic omnis sine dubio
et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, epicos tamen
praecipue, uidelicet quia clarissima in materia simili comparatio
52 est. raro adsurgit Hesiodus magnaque pars eius in nominibus
est occupata, tamen utiles circa praecepta sententiae leuitasque
uerborum et compositionis probabilis, daturque ei palma in illo
53 medio genere dicendi. contra in Antimacho uis et grauitas
et minime uulgare eloquendi genus habet laudem. sed quamuis
ei secundas fere grammaticorum consensus deferat, et adfectibus
et iucunditate et dispositione et omnino arte deficitur, ut plane
manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud
54 *parem*. Panyasin, ex utroque mixtum, putant in eloquendo
neutrius aequare uirtutes, alterum tamen ab eo materia, alterum

1 seruabit **G** *et 1 m.* **L** beniuolum **LS**, bene uolunt **G** auctorem **S** 2 inuocationem **GL** creditur *nos:* creditur .m. ē **G**, creditum est **LS**ς 4 compensa **G**, comprehensa **LS**ς 5 qui significantius **G** curaetum etolorumque **G**, curetum etholorumque **L**, curetum etolorum **S** 6 prohelium **G**, p̃mium **S** 7 et **G**: ac **LS** 8 genera *Caesar (Philol. XIII, 757):* quae **GL**, *om.* **S**ς 9 plurima (plurimae **G**) earum (harum **GL**) rerum testimonia **GLS**: plurimi harum r. testimonium *edd. recc. cum Spaldingio* 10 epilogus **S**: et philogus **G**, et epilogus **L** Priami *om.* **L**, *ante* precibus *habet* **S** 11 achillen **G**: Achillem **LS**ς aequare *malebat Spalding* 12 dispositionē **GL** ingenii humani modum excessit **S** 13 mægni sit **G**: magni sit (sint **L**) uiri **LS**, magnum sit *Gensler;* magni *genetiuus pretii nonnullis uidetur, etiam Dietrichio in Annal. philol. (1862) uol. 85, 639; at recte monuit Zumptius* ingenii *ex loco praecedente supplendum esse* uirtutis **G** 14 intellectusaequi **G** 15 reliquid **G** heroicos **LS** 16 clarissima **LS**: durissima **G** similis **GLS**, *em. in ed. Gryphiana* 17 eius *om.* **S** 18 est? occupat tamen **G** lenitasque **S** *et dett. at cf. Dionys. Hal. de uett. scriptt. cens. 2* 19 expositionis **S** palma **LS**: palam **G** 20 mediocri *dett.* 21 uolgari **G** eloquentie **S** 22 secundum (*om.* fere) **S** 23 omnino et **S** 24 manifeste **S** e quanto **GL** 25 parem *M. Hertz: om.* **FGT**, secundum **LS**ς Panniasin **L**, panisim **S**; Panyasin ex utroque mixtum putant *edd.* 26 ne utrius **G**, neutrum **S**, neutriusque **L**ς

disponendi ratione superari. **Apollonius** in ordinem a gram-
maticis datum non uenit, quia Aristarchus atque Aristopha-
nes neminem sui temporis in numerum redegerunt, non ta-
men contemnendum reddidit opus aequali quadam mediocritate.
Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus 55
adfectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio, sufficit
tamen operi, cui se parem credidit. admirabilis in suo genere
Theocritus, sed musa illa rustica et pastoralis non forum
modo, uerum ipsam etiam urbem reformidat. audire uideor 56
undique congerentis nomina plurimorum poetarum. quid? Her-
culis acta non bene **Pisandros**? **Nicandrum** frustra secuti
Macer atque Vergilius? quid? **Euphorionem** transibimus?
quem nisi probasset Vergilius idem, numquam certe condito-
rum Chalcidico uersu carminum fecisset in Bucolicis men-
tionem. quid? Horatius frustra **Tyrtaeum** Homero subiungit?
nec sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, 57
ut non indicem certe ex bibliotheca sumptum transferre in libros
suos possit. nec ignoro igitur quos transeo nec utique damno,
ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. sed ad illos 58
iam perfectis constitutisque uiribus reuertemur, quod in cenis
grandibus saepe facimus, ut, cum optimis satiati sumus, uarie-
tas tamen nobis ex uilioribus grata sit. tunc et elegiam uaca-
bit in manus sumere, cuius princeps habetur **Callimachus**,
secundas confessione plurimorum **Philetas** occupauit. sed dum 59
adsequamur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis adsue-

---

13. Ecl. 10, 50.

1 superatum **S** 2 qui aristarchus **G** Aristophanes *Osann:* aristophanes poetarum iudicium (iudices **LS** *et dett.*) *libri; simile glossema plerique infra § 109 habent* 4 reddidit *codex Almen.* reddit **G**, edidit **LS**ς 5 Arati **L**: arti **G**, acrati **S** nulla uarietas nullus affectus **LS**: *om.* **F**[1]**GT** 6 persona cuipiam **S** suffecit *malim coll. § 123* 7 tamen operi **LS**: tam operis **G** cui se equalem credidit parem **S** 8 theocritus **LS**: thecus **G** sed **S**: et **G**, *om.* **L** 9 etiam ipsam **S** 11 nicandrum **G**: quid nicandrum (meandrum **S**) **LS** *et dett.* 12 Macer atque Valgius *Rob. Unger de Valgio Rufo p. 210; at cf. O. Schneideri Nicandrea p. 74* quid? euphorionem (euforio nunc **S**) frustra transibimus? quem (que **S**) nisi probasset uirgilius **LS**, *om.* **F**[1]**GT** 13 Vergilius, idem *in edd. distinctum est* 14 calcidico uersu **LS**, chalcidis conuersu **G** in bucolicis *om.* **S** 15 tyrtheum **G**, dirceum **L**, diricheum **S** (Dircaeum *edd. usque ad Iuntinam a. 1515*) 18 igitur *om.* **L** ergo **S** damno **LS**: magno **G** 19 esse *om.* **S** ad **L**: *om.* **G** *et 1 m.* **FT** (sed ab illo imperfectis **S**) 20 perfectus **G** quod etiam (et) in *dett.* in cenis **LS**: ingeniis **G** 21 ut **LS**: *om.* **F**[1]**GT** simus **S** *et dett.* 22 grata sit. Tum (tunc **S**) et elegiam (eligam **S**) uacabit **LS**: grā (*i. e.* gratia) sitam certe licere iam uacauit **G**; *fort.* grata sit. interim et elegiam uacabit 24 confessiones **G** philetas **L**: phileta **G**, philatas **S** 25 adsequamur *nos:* adsequimur (ass. **S**) **GS**, adsequatur **L**

scendum est et multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color. itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus
60 Archilochus. summa in hoc uis elocutionis, cum ualidae tum breues uibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque neruorum, adeo ut uideatur quibusdam, quod quoquam minor est,
61 materiae esse, non ingenii uitium. nouem uero lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum uerborumque copia et uelut quodam eloquentiae flumine: propter quae Horatius eum merito credidit nemini
62 imitabilem. Stesichorum, quam sit ingenio ualidus, materiae quoque ostendunt, maxima bella et clarissimos canentem duces et epici carminis onera lyra sustinentem. reddit enim personis in agendo simul loquendoque debitam dignitatem, ac si tenuisset modum, uidetur aemulari proximus Homerum potuisse, sed redundat atque effunditur, quod ut est reprehendendum, ita copiae
63 uitium est. Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos insectatus multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque breuis et magnificus et dicendi ui plerumque oratori similis, sed et lusit et in amores descendit, maiori-
64 bus tamen aptior. Simonides, tenuis alioqui, sermone proprio et iucunditate quadam commendari potest, praecipua tamen eius in commouenda miseratione uirtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eius operis auctoribus praeferant.

---

17. Hor. Carm. 2, 13, 26.

---

1 est ut multa **G**, est et multo **LS** 2 ducendus est **S** praeceptis **S** 3 ad ἕξιν *Philander:* ad haec **G**, *item* **M**, *qui hic rursus redit*, ad exitum **S** 6 quibusdam **M**: quibus **G**, a quibusdam **S** quoquam minor **G**: quidem minor **MS**, numquam mitior *Dilthey de Callimachi Cydippa p. 20; nobis lectio* **G** *uerissima uidetur, de pronom. autem* quoquam *cf. Madvigii gramm. lat.* § *494, 6* 7 ingenii uicium **M**, ingenitiuium **G** (*i. e.* ingeni uitium) lyricorum **MS**: lycorum **G** 8 spiritu **S** 10 merito *om.* **S** 11 Stesichorum *Badius:* Stersichorus **M**, iste sichorus **G**, *om.* **S** 12 clarissimos **MS**: carissimos **G** canentem **S**: canente **GM** 13 epici **M**: pici **G**, epichuri **S** sustinentem **MS**: sustentem **G** 14 in] et **S** loquendoque **MS**: loquendo **G** 15 proximum **S** homerum **GS**: hominum **M** potuisset **G** 17 est (*post* uitium) *om.* **M** aureo **MS**: audeo **G** merio **G** 18 qua **G**: quia **M**, qui **S** confestim eloquendo **G**, confert in eloquentia **S** 19 dicendi ui *scripsi:* dicendi et **G**, diligens **M**, diligens et **S**ς, *cf. Dion. Hal. cens. 2, 8 et de confusione syllabarum* ui *et* et *ad* § *73* plurimumque **M** 20 oratori similis sed et lusit *ed. Col. 1527:* orationis similis sed et eius sit **G**, oratio (homero **M**) similis sed in lusus **MS** *et dett.* amorem **S** 21 altior **S** Simonides tenuis **MS**: simō idest enim (est enim *per compend.*) **G** alioquin **MS** sermones **G**, sermonis proprietate *coni. Spalding* 22 praecipua *Badius:* praecipue **GMS**, praecipua est *Spalding* 23 miseracione **M**, miserationis **G** uirtutis **S** 24 eius **M**: ei **G**, eiusdem **S** *et dett.*

Antiqua comoedia cum sinceram illam sermonis Attici gra- 65
tiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis est et *in*
insectandis uitiis praecipua, plurimum tamen uirium etiam in
ceteris partibus habet. nam et grandis et elegans et uenusta,
et nescio an ulla, post Homerum tamen, quem ut Achillem
semper excipi par est, aut similior sit oratoribus aut ad orato-
res faciendos aptior. plures eius auctores, Aristophanes 66
tamen et Eupolis Cratinusque praecipui. tragoedias primus
in lucem Aeschylus protulit, sublimis et grauis et grandilocus
saepe usque ad uitium, sed rudis in plerisque et incompositus:
propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poste-
rioribus poetis Athenienses permiserunt, suntque eo modo multi
coronati. sed longe clarius inlustrauerunt hoc opus Sophocles 67
atque Euripides, quorum in dispari dicendi uia uter sit poeta
melior, inter plurimos quaeritur. idque ego sane, quoniam ad
praesentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. illud
quidem nemo non fateatur necesse est, iis, qui se ad agendum
comparant, utiliorem longe fore Euripiden. namque is et ser- 68
mone (quem ipsum quoque reprehendunt, quibus grauitas et
cothurnus et sonus Sophocli uidetur esse sublimior) magis acce-
dit oratorio generi et sententiis densus et in iis, quae a sapien-
tibus tradita sunt, paene ipsis par, et dicendo ac respondendo
cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus, in
adfectibus uero cum omnibus mirus, tum in iis, qui in misera-

---

1 attici **MS**: ati **G** 2 dum **G** facundissime **MS**, fecundissime **G** est et *G. A. B. Wolff:* etsi est **GMS**; *cf. I. Caesar in Philol. 13, 757* in *om. libri, cf. §§ 64 et 68* 4 uenusta **MS**: uetusta **G** 5 an ulla **MS**: an illa **G**, an nulla *Spalding* tamen quem **S**: tamen quae **G**, tamquam **M** achilles **S**, *immo* Achillen 6 similior — plures *om.* **S** 8 et eupolis **MS**: neopolis **G**, *fort.* Eupolis (*sine* et) creatinusque **S**, eramusque **M** praecipue **GMS** primo **S** 9 aeschilus **MS**, aescilus **G** protulit et **S** et grauis **GS**: grandis **M** grandilocus **GS**: grandiloquus **M**ς 10 incompositus **S**: incompositis **GM** 11 correctas **S**: rectas **G**, correptas **M** certamine **S** 12 atheniens **G** permisere suntque **M**, permisert quae **G**, permisere sunt **S** 14 in dicendi dispari (*om.* uia) **S** uter **S**: uterq. **GMT**, uter quidem **T** *corr.* 15 ego **MS**: eo **G** sane *om.* **S** quia **S** 17 is qui **G**, his qui **S**, ut qui **M** 18 euripidem **MS** (eur. fore **S**) iis et sermone **G**, hic et sermone **S**, is et ui et sermone **M**, uerbis et sermone *Regnier apud Osannum 4, 17*, quieto sermone *Caesar in Philol. 13, 758* 19 quem ipsum quoque *scripsi:* quod *(per comp.)* ipsum quod (*pro* qq.) **G**, quo ipsum **MS**, quod ipsum ς reprehendunt **S**: reprehendit **GM** 20 coturnus **GMS** sofocli **G**, sophoclis **MS** sublimior magis **S**: sublimior erit magis **FGMT** 21 densus est *malim* his **GMS** 22 docendo ac respondo **G**, in dicendo et (et in **S**) respondendo **MS** 23 qui fuerunt *om.* **S** 24 uero *om.* **S** minus **GS**, uiris **M** in his **GS**, hys **M** qui in **GM**: in *om.* **S** *et dett.*

69 tione constant, facile praecipuus est. Admiratus maxime est,
ut saepe testatur, et secutus, quamquam in opere diuerso, Menander,
qui uel unus meo quidem iudicio diligenter lectus ad
cuncta, quae praecipimus, effingenda sufficiat: ita omnem uitae
imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia et eloquendi
facultas, ita est omnibus rebus, personis, adfectibus accommo-
70 datus. nec nihil profecto uiderunt, qui orationes, quae Charisi
nomini addicuntur, a Menandro scriptas putant. sed mihi longe
magis orator probari in opere suo uidetur, nisi forte aut illa
mala iudicia, quae Epitrepontes, Epicleros, Locroe habent, aut
meditationes in Psophodee, Nomothete, Hypobolimaeo non omni-
71 bus oratoriis numeris sunt absolutae. ego tamen plus adhuc
quiddam conlaturum eum declamatoribus puto, quoniam his necesse
est secundum condicionem controuersiarum plures subire
personas, patrum filiorum, militum rusticorum, diuitum pauperum,
irascentium deprecantium, mitium asperorum. in quibus
72 omnibus mire custoditur ab hoc poeta decor. atque ille quidem
omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit nomen et fulgore
quodam suae claritatis tenebras obduxit. tamen habent alii
quoque comici, si cum uenia leguntur, quaedam quae possis
decerpere, et praecipue Philemon, qui ut prauis sui temporis
iudiciis Menandro saepe praelatus est, ita consensu tamen omnium
meruit credi secundus.

73 Historiam multi scripsere praeclare, sed nemo dubitat longe

---

1 constat **G** praecipuus est. admiratus *nos:* praec. et admiratus miratus **G**, praec. et admirandus **M**, praecipuum. Nunc admiratus et **S**, praec. et admirandus. Imitatus *Osann 4, 20 ex coni. Wiegandi*, praecipuus. Hunc et admiratus *edd. priores* 2 testatur **S**: praestatur **GM** et **GS**: et cum **M**, et eum *al.* opera diuersa **G** 3 qui uel] quidem **S** 4 effingenda **G**: effugienda **S**, efficienda **M**ς uite **S**, uitem **G**, uice **M** 5 in ea **G** copia et] copiae **G**, et *om.* **MS** 7 Ch. nomini addicuntur a *Frotscher:* charis in homine adductura **G**, charisii nomine educuntur a **M**, Charisii (Carisii **S**) nomine eduntur **S**ς, *cf. Gellii N. A. 3, 3, 13:* quae scriptae a Plauto non uidentur et nomini eius addicuntur 8 scripta **G** 9 aut alia iudicia **S** 10 epitropontes **G**, epitrefontes **S** locre **G**, lectos **MS** 11 in sophode enomothete (enomoteti **S**) **GMS** (in Psophode *edd. uett.* in Psophodei *uel* Ψοφοδεεῖ *Pareus et Capperon.*) hyppobolime **G**, hypobolime **M**, hypolineo **S** 12 orationis *edd. uett.* oratoris **GMS**, *quod Spalding praefert, delendum censet Osann 4, 22* numeri **G** 13 quidam **M**, quidem **S** conlaurum eum **G**, collaturum esse **S**, conlaturum — puto *om.* **M** 15 filiorum maritorum militum **S** *et dett.* pauperorum **G** 17 mirae **G**, mire — omnibus *om.* **S** custodietur **GM** decorum *dett.* 18 operis auctoribus **MS**: operibus **G** 19 tenebras *om.* **S** abduxit **G** habent tamen **S** aliquoquae **G** 20 cum uerecundia *malebat Spalding* legantur **S**, *ut coni. Osann* possunt decernere **S** 21 prauis *Regius:* praue **GM** (qui quamuis sui temporis menandro **S**), *cf. Spalding* 22 omni **MS** 23 credidi esse secundus **S** 24 multis scribere **G**

duos ceteris praeferendos, quorum diuersa uirtus laudem paene
est parem consecuta. densus et breuis et semper instans sibi
Thucydides, dulcis et candidus et fusus Herodotus: ille
concitatis, hic remissis adfectibus melior, ille contionibus, hic
sermonibus, ille ui, hic uoluptate. Theopompus his proximus 74
ut in historia praedictis minor, ita oratori magis similis, ut qui,
antequam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. Phi-
listus quoque meretur qui turbae quamuis bonorum post eos
auctorum eximatur, imitator Thucydidi et ut multo infirmior, ita
aliquatenus lucidior. Ephorus, ut Isocrati uisum, calcaribus
eget. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. longo 75
post interuallo temporis natus Timagenes uel hoc est ipso
probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam noua
laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, sed inter phi-
losophos reddendus est.

Sequitur oratorum ingens manus, ut cum decem simul Athe- 76
nis aetas una tulerit. quorum longe princeps Demosthenes
ac paene lex orandi fuit: tanta uis in eo, tam densa omnia, ita
quibusdam neruis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi
modus, ut nec quod desit in eo nec quod redundet inuenias.
plenior Aeschines et magis fusus et grandiori similis, quo 77
minus strictus est, carnis tamen plus habet, minus lacertorum.
dulcis in primis et acutus Hyperides, sed minoribus causis,
ut non dixerim utilior, magis par. his aetate Lysias maior, 78
subtilis atque elegans et quo nihil, si oratori satis sit docere,
quaeras perfectius: nihil enim est inane, nihil arcessitum, puro
tamen fonti quam magno flumini propior. Isocrates in diuerso 79
genere dicendi nitidus et comptus et palaestrae quam pugnae
magis accommodatus omnis dicendi ueneres sectatus est, nec

---

1 poene est porem **G**, pene est parum **S** 2 secuta **M** 3 ille concitatis — melior **MS**: *om.* **F**[1]**GS** 5 ui] et **S** theopopus **G** 5 oratoris **G** 7 est **GM**: fuerit **S** ab hoc **G** orator *om.* **M** *et paulo post* turbae 9 existimatur **S** thucydidi **G**: tucididis **MS** 10 aliquanto *coni. Spalding* uti isocrati **M**, uti socrati **S** uisus **M** 11 clitharchi **M**, clytharci **G**, Vitrachi **S** 12 temporis interuallo **S** timagines **M**, imagines **G**, Temagenes **S** uel hoc est **GM**: hoc e uel **T**, uel hoc **S** 13 probabiles **G** 14 reparauit **MS**: p̄parauit **G** 15 est reddendus **S** 16 ut *om. dett.* 17 principes **G** 18 lex orandi **MS**: lexoran **G** in eo tam **S**: inectam **G**, in hoc tam **M** 19 tam̄ nihil **G** 20 ne quid desit in eo nec (*om.* **S**) quid **MS** inuenies **G** 21 pleniora eiscines **G**, pleniora eschines **M** 22 lacertorum minus **S** 23 hyperideeт (*i. e.* hyperidesset) **G**, hyperides sed in **M** 24 non **GS**: iam **M** aetatē **G** 25 suptilis atque eolegans **G** sit **GMS**: est **T**, esset *Spalding coll. 1, 8, 5* (nihil oratori sed sit satis **S**) dicere **MS** 27 proprior **G** iudiciuerso **G** 29 magis *om.* **S**

innerito: auditoriis enim se, non iudiciis compararat: in inuen-
tione facilis, honesti studiosus, in compositione adeo diligens,
80 ut cura eius reprehendatur. neque ego in his, de quibus sum
locutus, has solas uirtutes, sed has praecipuas puto, nec ceteros
parum fuisse magnos. quin etiam Phalerea illum Deme-
trium, quamquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur, mul-
tum ingenii habuisse et facundiae fateor, uel ob hoc memoria
dignum, quod ultimus est fere ex Atticis, qui dici possit orator,
quem tamen in illo medio genere dicendi praefert omnibus Cicero.
81 Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiae
M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse praecipuum
siue acumine disserendi siue eloquendi facultate diuina quadam
et Homerica? multum enim supra prosam orationem, quam pe-
destrem Graeci uocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio,
82 sed tamquam Delphico uideatur oraculo instinctus. quid ego
commemorem Xenophontis illam iucunditatem inadfectatam,
sed quam nulla consequi adfectatio possit? ut ipsae sermonem
finxisse Gratiae uideantur et, quod de Pericle ueteris comoediae
testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris
83 eius sedisse quandam persuadendi deam. quid reliquorum So-
craticorum elegantiam? quid Aristotelem? quem dubito scien-
tia rerum an scriptorum copia an eloquendi ui ac suauitate an
inuentionum acumine an uarietate operum clariorem putem.
nam in Theophrasto tam est loquendi nitor ille diuinus, ut
84 ex eo nomen quoque traxisse dicatur. minus indulsere eloquen-
tiae Stoici ueteres, sed cum honesta suaserunt, tum in colligendo

1 auditoriis **M**: auditoris **S**, audituris **G** se non *om.* **M** iudicis **G** comparat **GMS**, *em. in edd. uett.* 4 locutus sum **T** *et ed. Camp.* puto precipuas **S** 5 quin etiam **S**: qui etiam **GM**, *fort.* qui etiam — fatear phalaercattillum **G**, phalareum (phaleracum **S**) illum **MS** 6 primis **S**, primum **GM**, *cf. Cic. Brut. 9, 38* 9 quae **G** dicendi **G** *s. l.* illo dicendi genere dicendi **S** 10 philoporum **G** traxisse **MS**: transisse **G**, in se transisse *Scheibe Obseru. in orat. Attic. p. 55* 11 dubitet et **G** praecipue **S** 12 d. quaedam **G**, quadam diuina **S** 13 prorsam **G** orationem *Spalding:* orationem et *libri et* ς 15 tamquam *nos:* quaedam **G**, quoddam **M**, quodam **S**ς delphico *post* oraculo **S** *habet, obelo notauit Caesar in Philol. XIII, 758* oraculode **G**, oraculo dei *Geel*, deo (*om.* oraculo) *Osann 5, 6* instinctus **MS**: instrictus **G** 16 memorem **S** illa **MS** 17 nullam **G** c. defacio p. **M**, possit affectatio sequi **S** 18 fluxisse sermonem greciae **S** de ueteris perinde testimonium **S** 19 laboris **S**, laboribus **M** 20 dedisse **M** 21 eligantiam **G**, elegancium **M** qui aristole **G** 22 ui ac *Geel:* usus **GM**, *om.* **S**ς; *cf. Dion. Hal. cens. 4:* τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος . . καὶ τοῦ ἡδέος anuentionum **G** 23 ac ueritate operum **S** 24 est *om.* **S** 25 minus **MS**: ut inus **G** 26 stoyci **M**, histori **G** tum in **MS**: cum in **G** coligendo **G**, eligendo **MS**

probandoque quae instituerant plurimum ualuerunt, rebus tamen
acuti magis quam, id quod sane non adfectauerunt, oratione
magnifici.

Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus 85
est. itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Vergilius
auspicatissimum dederit exordium, omnium eius generis poeta-
rum graecorum nostrorumque haut dubie *ei* proximus. utar 86
enim uerbis isdem, quae ex Afro Domitio iuuenis excepi: qui
mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere,
secundus, inquit, est Vergilius, propior tamen primo quam tertio.
et hercule ut illi naturae caelesti atque inmortali cesserimus,
ita curae et diligentiae uel ideo in hoc plus est, quod ei fuit
magis laborandum, et quantum eminentibus uincimur, fortasse
aequalitate pensamus. ceteri omnes longe sequentur. nam 87
Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id
est corpus eloquentiae faciant, elegantes in sua quisque mate-
ria, sed alter humilis, alter difficilis. Atacinus Varro in iis,
per quae nomen est adsecutus, interpres operis alieni, non sper-
nendus quidem, uerum ad augendam facultatem dicendi parum
locuples. Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus, in 88
quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent spe-
ciem quantam religionem. propiores alii atque ad hoc, de quo
loquimur, magis utiles. lasciuus quidem in herois quoque Oui-
dius et nimium amator ingenii sui, laudandus tamen in parti-

1 probando **S** quae *om.* **G** institerant **M**, institueram **G** ualu-erunt *om.* **S** tamen *om.* **S** 2 magis *om.* **M** sene non adfectitacuerunt **G**, sane non affectant **MS**, s. non adfectitauerunt *Frotscher prob. Osanno* 5, 8 orationi **G** 4 nobis idem **S** 5 ut itaque **S** sic **M**: sit sic **G**, sit **S** uirgilius **MS**, *item infra* 6 dedit **S** eius] enim **S** genus **M** 7 haut **M**: aut **GS** ei *addidi*, illi *add. Regius* utar **G**: utor **M**, non **S** 8 quae *om.* **G** *(non* ex, *quod in* **FT** *1 m. deesse traditur)* excipi **G**, accepi **MS** 9 credere **G** (maxime crederet **S**) 11 ut illi **S**: ut ille **M**, cum illi **G** atque diuine **S** 12 idoneo in **G** magis fuit elaborandum et quanto plus eminentibus **S** 14 aequabilitate *malim* sequentur **MS**: sequenter **G**, sequuntur *Zumpt ex uno Par. prob. Osanno 5, 9* 15 maceret lueret eius **G** *fort.* ut ad phrasin — faciant, *i. e. aliquid conferant siue accommodati sint* pfrasin (pars in **G**) idem corpus **GM**, pharisim et ut corpus **S** 16 quisque in sua **S** 17 humilis **MS**: luminis **G** attacinus **MS** uaro **M** in his **GMS** 18 alieni **S**: alienis **G**, alicui **M** 19 uerus augendam **G**, uerum ad agendum quidem **S** 20 locuplex **G** ennium **GS**: enimuero **M** uetustate **MS**: uetus tamen **G** 21 iam iam non **S** habet **M** 22 propriores **GMS** alii adque **M**, aliatque **G** (alii ad hoc atque de quo **S**) ad hoc de qua **G**, ad hanc de qua **M**, *cf. Osann. 5, 9* 23 loquar m. utiles **S**, loquimur m. loquimur **G** *1 m.* lasciuius **S**, lasciuos **G**, lascibos **g**, lascius **M** quidem *om.* **G** *1 m. haud scio an recte* in heroicis **M**, in epicis *malebat Spalding* 24 tamen in *om.* **S**, in *om.* **GM** *prob. Osanno 5, 10*

89 bus. Cornelius autem Seuerus, etiamsi sit uersificator quam
poeta melior, si tamen [ut est dictum] ad exemplar primi libri
bellum Siculum perscripsisset, uindicaret sibi iure secundum
locum. Serranum consummari mors immatura non passa est,
puerilia tamen eius opera et maximam indolem ostendunt et
admirabilem praecipue in aetate illa recti generis uoluntatem.
90 multum in Valerio Flacco nuper amisimus. uehemens et
poeticum ingenium Salei Bassi fuit, nec ipsum senectute ma-
turuit. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si uacet.
Lucanus ardens et concitatus et sententiis clarissimus, sed, ut
91 dicam quod sentio, magis oratoribus quam poetis imitandus. hos
nominauimus, quia Germanicum Augustum ab institutis
studiis deflexit cura terrarum, parumque dis uisum est esse eum
maximum poetarum. quid tamen his ipsis eius operibus, in quae
donato imperio iuuenis secesserat, sublimius, doctius, omnibus
denique numeris praestantius? quis enim caneret bella melius
quam qui sic gerit? quem praesidentes studiis deae promptius
audirent? cui magis suas artis aperiret familiare numen Miner-
92 uae? dicent haec plenius futura saecula, nunc enim ceterarum
fulgore uirtutum laus ista praestringitur. nos tamen sacra lit-
terarum colentis feres, Caesar, si non tacitum hoc praeterimus
et Vergiliano certe uersu testamur:

inter uictrices hederam tibi serpere laurus.

93 Elegia quoque Graecos prouocamus, cuius mihi tersus atque

23. Ecl. 8, 13.

1 si sit *Spalding:* sit **G**, si **M**, sic **S** 2 melior, ut est dictum, si tamen *Doederlein (Reden u. Aufsätze II, 313), contra Fleckeisen uerba* ut est dictum *post* etiamsi *collocanda censet (cf. Ann. philol. 87, 192), an illa ad uerba* etiamsi — melior *glossemate adscripta sunt?* exemplas **G** (s *add. m. 2, sed uetere*), exemplum *cod. Vallensis et Goth. at cf. Hor. epist. II, 1, 58* 3 sicculum p̃scripsississet **G**, ciuile perscr. *malebat Spalding* 4 Serranum *Lange Vind. trag. Rom. p. 48 et Sarpe:* ferrenum **GM**, farrenum **S**, sed eum *edd. uett. cf. Iuuen. sat. 7, 80, ubi praeter Serranum poetae Lucanus et Saleius nominantur* 5 indole **G** 6 mirabilem **S** 8 Salei *ed. Camp.* sali **GM**, sille **S** senectute maturuit *ed. Col. 1527 et Caesar (Philol. XIII, 759):* senectutem maturbit **G**, senectute maturum **MS**, senectus maturauit *al.* 9 et pedo **S** condicione **S** 10 set *nos:* et *libri* 11 quae **S** mitandus **G** 12 nominamus **GS** quia germana cum **G**, qui germanicum **S** 13 diis **MS**, his **G** usus est **S** eum esse **S** 14 quid **S**: qui **GM** 15 donatus **S** secesserat *Lipsius (ad Tac. hist. 4, 86):* successerat *libri* 16 mollius **S** 17 dee **S**, de **M**, ea **G** promptius *scripsi:* propius *libri*, pronius *Wölfflin* 18 Mineruae *dett.* mineru **G**', minerua **M** *et corr. m. 2* **G**, mineruā **S** 19 dicunt plenus hec **S** 20 perstringitur **M**, nunc — praestr. *om.* **S** litterarum sacra **S** 21 colentis **GM**: colentes **S**ς feres **GS**: feras **M**ς tacitu **G** 22 uerso **G** 23 uictores ederas **S** laurus **GS**: lauros **M** 24 elegea **G**

elegans maxime uidetur auctor Tibullus. sunt qui Proper-
tium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus.
satura quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem
adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet ama-
tores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus
poetis praeferre non dubitent. ego quantum ab illis, tantum ab 94
Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum et esse
aliquid, quod tollere possis, putat. nam eruditio in eo
mira et libertas atque inde acerbitas et abunde salis. multum
eo est tersior ac purus magis Horatius et, nisi labor eius
amore, praecipuus. multum et uerae gloriae quamuis uno libro
Persius meruit. sunt clari hodieque et qui olim nominabuntur.
alterum illud etiam prius saturae genus, sed non sola carminum 95
uarietate mixtum condidit Terentius Varro, uir Romanorum
eruditissimus. plurimos hic libros et doctissimos composuit,
peritissimus linguae latinae et omnis antiquitatis et rerum
graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam
eloquentiae. iambus non sane a Romanis celebratus est ut 96
proprium opus, ** quibusdam interpositus: cuius acerbitas in
Catullo, Bibaculo, Horatio, quamquam illi epodos inter-
uenit, reperietur. at lyricorum idem Horatius fere solus legi
dignus: nam et insurgit aliquando et plenus est iucunditatis et
gratiae et uarius figuris et uerbis felicissime audax. si quem
adicere uelis, is erit Caesius Bassus, quem nuper uidimus.
sed eum longe praecedunt ingenia uiuentium.

7. Sat. 1, 4, 11.

1 qui **M**: pri **G**, *om.* **S** promptionum perpetuum **S** 2 malunt **M** utroque **G**: quoque utroque **M**, quoque **S** 3 satura **G**: satira **MS**ς 4 adeptus est **S** quosdam **S**: quodam **G**, qui quosdam **M** ita *om.* **S** 5 opis **S** 6 dubitat **S** 7 dissensio **G** 8 Nam et **S** 9 mira est et **S** habunde salis **GM**, abundantia s. *dett.* multo *Osann, cf. 12, 6, 1* 10 eo est *Osann:* et est **G**, etiam est **M**, est **S**ς nisi labor **S**: non labor **G**, ni (*uel* in) labor **M** (et ad notandos hominum mores praecipuus *ed. Camp. aliaeque ueteres) cf. 6, 3, 3* 12 hodie quod et qui **S** nominabantur **GS**

13 prius *libri:* posterius *Gesner*, proprium *Spalding* satur egenus **G**, satire genus **MS** et non *Christ* 15 erudit. *om.* **S** plurimis **G** ac **S** 17 nostrarum **G** (rerum gestarum nostrarum **S**) collaturus quam eloqu. *om.* **GS**, collaturus quam sciencie (*pro* eloqu.) **M** 19 a quibusdam **M**, cuiusdam **S**, sed quibusdam *Osann*, sed aliis quibusdam (*sc.* carminibus) *probabilius Christ* interpositis **M**, interpositum (?) **S** 20 ille **MS**

interuenit *Osann:* interue non **G**, interuenire non **MS**, *fort.* interuenire solet 21 reperietur **GS**: reperiatur **M** (quamquam multi epodon sunt proterui, non inuenietur *M. Seyffert Z. f. d. Gymn. Wesen 1861, p. 295)* at **MS**: a **G** 22 et (*post* nam) *om.* **M** 23 uarius *Spalding:* uariis *libri, cf.* § *68* sententiis densus, § *102* sententiis creber et urbis **G** ferocissime **S** quem **M**: quidem **GS** 24 addicere **M** uelis is erit **M**: ueris isserit **G**, ueris erit **S** celsius **S** uidemus **G** 25 ingenia inuenum **S**

97 Tragoediae scriptores ueterum Attius atque Pacuuius grandissimi grauitate sententiarum, uerborum pondere, auctoritate personarum. ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis uideri potest temporibus quam ipsis defuisse: uirium tamen Attio plus tribuitur, Pacuuium uideri doctiorem, 98 qui esse docti adfectant, uolunt. iam Varii Thyestes cuilibet graecarum comparari potest. Ouidi Medea uidetur mihi ostendere, quantum ille uir praestare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset. eorum quos uiderim longe princeps Pomponius Secundus, quem senes quidem parum tragicum putabant, eruditione ac nitore praestare confitebantur. 99 in comoedia maxime claudicamus. licet Varro Musas, Aeli Stilonis sententia, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent, licet Caecilium ueteres laudibus ferant, licet Terenti scripta ad Scipionem Africanum referantur (quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc habitura gratiae, si intra uersus trimetros stetissent): 100 uix leuem consequimur umbram, adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere uideatur illam solis concessam Atticis uenerem, cum eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint. togatis excellit Afranius: utinam non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus mores suos fassus.

101 At non historia cesserit Graecis. nec opponere Thucydidi Sallustium uerear, nec indignetur sibi Herodotus aequari T. Liuium, cum in narrando mirae iucunditatis clarissimique

1 tragedi **S** ueterum *om.* **S** actius **GMS**, *item u. 5* actio 2 grandissimi *nos:* grandissimus **M**, grauissima **G**, grauissimus **S**, clarissimi ς *incerta auctoritate* uerborumque **S** 4 manu **GS** 5 doctior. ē qui **G**, doctiorem quod **M** 6 uariis **M** tyoestes **G**, tuo esces **S**, *om.* **M** cuilibet **M**: cui liber **G**, ciuilibus **S** 7 graecarum **G**: grecorum **M**, *om.* **S** Ouidii **MS**, obydi **G** 8 imperare **G**: temperare **M**, operai **S** 10 senex **M** quidem *Spalding:* quem **G**, *om.* **M** (senes pindarum tragicum **S**) 11 tradicum **G** 12 comoediā **GMS** claudicauimus **M**, iudicamus **GS**; claudicamus. Licet Varro *edd. rectius uerba distinxit Bursian, qui primus uidit enuntiata* licet Varro *etc. protasin esse et a uerbis* uix leuem consequimur *apodosin incipere* Musas Aelii Stolonis *ed. Col. 1527* (Stilonis *primum Hadr. Iunius*), musa sepisti lonis **G**, musas epistilonis (episto'onis **S**) **MS** 13 locutura' **G** 15 licet ferenti **GMS** 16 referantur *om.* **M** tā sunt **G** elegantissima *om.* **GS** 17 gratia est intra **G** 18 lenem **M**, legendos **S** romā **GS** 20 cum] qm̄ **GS**, quin **M**, *fort.* quam ne Graeci ne **M**: nec **GS** alios **G** lingue **S**, lingue quae **G**, ligweque **M** obtinuerunt **S** 21 excellit exceptis **M** affranius **M**, africanus **GS** utinam **GS**: utinamque **M** quinasset **S** 22 falsus **M**, falsos **S** 23 ad non **G**, an non **S** cesserit *om.* **S**, *fort.* in historia cesserimus opponet ericlidi **S** 24 salustium **MS** nec **M**: ne **GS**, neque ς (Graecis, nec opponere — uerear. Neque indignetur *uulgo distinguitur*) 25 titum **GM** (herodes equarium liuium **S**) clarissimique colores **M**

candoris, tum in contionibus supra quam enarrari potest elo-
quentem: ita quae dicuntur omnia cum rebus, tum personis
accommodata sunt: adfectus quidem praecipueque eos qui sunt
dulciores, ut parcissime dicam, nemo historicorum commodauit
magis. ideoque illam immortalem Sallusti uelocitatem diuersis 102
uirtutibus consecutus est. nam mihi egregie dixisse uidetur
Seruilius Nonianus, pares eos magis quam similes: qui et
ipse a nobis auditus est, clari uir ingenii et sententiis creber,
sed minus pressus quam historiae auctoritas postulat. quam 103
paulum aetate praecedens eum Bassus Aufidius egregie,
utique in libris belli germanici, praestitit, genere ipso pro-
babilis, in operibus quibusdam suis ipse uiribus minor. super- 104
est adhuc et ornat aetatis nostrae gloriam uir saeculorum me-
moria dignus, qui olim nominabitur, nunc intellegitur. habet
amatores nec inmerito Cremuti libertas, quamquam circumcisis
quae dixisse ei nocuerat: sed elatum abunde spiritum et audaces
sententias deprehendas etiam in his, quae manent. sunt et alii
scriptores boni, sed nos genera degustamus, non bibliothecas
excutimus.

Oratores uero uel praecipue latinam eloquentiam parem 105
facere graecae possunt: nam Ciceronem cuicumque eorum
fortiter opposuerim. nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam,
cum praesertim non id sit propositi, ut eum Demostheni com-
parem hoc tempore: neque enim attinet, cum Demosthenen in
primis legendum uel ediscendum potius putem. quorum ego 106

2 itaque **GM** edicuntur **G** 3 accomoda sunt **G**, accomodata sed **M**, accomoda sed **S** praecipueque **G**: praecipue **MS** eo **M** 4 commodauit *nos:* commendauit *libri; cf. 10, 1, 69 et Spalding* 5 illam **M**: *om.* **GS**, immort. illam ς salusti **G**, salustii **M**, salustius **S** ciuilitatem **S**, claritatem *Iac. Schlenger apud Osannum 5, 22* 8 ipse *om.* **S** auditus et **M** clari uir ingenii *edd. ueteres:* clarius ingenii **G**, clarus ingenio **MS**, clati uir ingenii *Spalding* creber **G**: crebrior **MS** 9 expressus **S** quam **M**: qua **G**, quia **S**, quem *dett. pauci* 10 praecedens *om.* **S** 11 ipsos **G** 12 in operibus quibusdam *Car. Roth sodalis seminarii philol. Monacensis:* in omnibus quibusdam **GS**, in omnibus. sed in quibusdam **M**ς suis ipse uiribus *ed. Col. 1527:* uis ipse (ipsa **S**) uiribus **GS**, iuribus **M** superior eius adhoc **S** 13 et ornat **M**: exornat **GS**, et exornat ς memorie **S** 14 habent **S** 15 nec inmerito Cremuti *Nipperdey (in Philol. 6, 193):* nec inmerito rem***uti (remremuti *ante rasuram*) **G**, nec immerito remitti **S**, nec imitatores **M** 16 dixisse ei nocuerat **G**: dixisset uel nocuerit **MS**; *in edd. omnibus locus adhuc uitiosus legitur* sed elatum *edd. ueteres:* se elatum (latum **G**) **GM**, se late **S** et **G**: ut **MS** 17 deprachenda sed iam in his **G** (deprehendenda *corr. m. 2*), deprehendas sed iam (etiam iam **M**) in his **MS** 20 praecipue uel **S** 21 possunt **Mg**: possint **GS** cicerone **GM** eorum **G**: uerum **M**, foro **S** 22 quamtam mihi concitem pugnam cum concitem cum praesertim **G** 23 non id sit **GS**: id non sit **M**, non sit id *al.* 24 demosthem **M**, demoschenem **S** 25 uel ediscendum *om.* **S**

uirtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem, diuidendi,
praeparandi, probandi rationem, omnia denique quae sunt in-
uentionis. in eloquendo est aliqua diuersitas: densior ille, hic
copiosior, ille concludit adstrictius, hic latius, pugnat ille acu-
mine semper, hic frequenter et pondere, illic nihil detrahi potest,
107 hic nihil adici, curae plus in illo, in hoc naturae. salibus certe
et commiseratione, quae duo plurimum in adfectibus ualent, ui-
cimus. et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit, sed et
nobis illa, quae Attici mirantur, diuersa latini sermonis ratio
minus permiserit. in epistulis quidem, quamquam sunt utrius-
108 que, dialogisue, in quibus nihil ille, nulla contentio est. ceden-
dum uero in hoc, quod et prior fuit et ex magna parte Cicero-
nem, quantus est, fecit. nam mihi uidetur M. Tullius, cum se
totum ad imitationem Graecorum contulisset, effinxisse uim
109 Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. nec uero
quod in quoque optimum fuit, studio consecutus est tantum, sed
plurimas uel potius omnes ex se ipso uirtutes extulit inmortalis
ingenii beatissima ubertate. non enim pluuias, ut ait Pinda-
rus, aquas colligit, sed uiuo gurgite exundat, dono quo-
dam prouidentiae genitus, in quo totas uires suas eloquentia
110 experiretur. nam quis docere diligentius, mouere uehementius
potest? cui tanta umquam iucunditas adfuit? ut ipsa illa, quae
extorquet, impetrare eum credas, et cum transuersum ui sua
111 iudicem ferat, tamen ille non rapi uideatur, sed sequi. iam in
omnibus, quae dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pudeat,
nec aduocati studium, sed testis aut iudicis adferat fidem, cum
interim haec omnia, quae uix singula quisquam intentissima cura
consequi posset, fluunt inlaborata et illa, qua nihil umquam
pulchrius auditum est, oratio prae se fert tamen felicissimam

---

1 diuidendi *ed. Aldina:* uidendi **GS**, indicendi **M** 2 rationem omnia denique **M**: racioni denique **GS**; omnia *om. Spalding et Osann 6, 9, sed latet uox, ni fallor etiam in lectione* **GS** racioni 3 desior **G** hic cop. ille **S** *habet ante* frequenter et pond. 4 astrictius **M**, ad strictum **S** 5 illic — hic **G**: illi — huic **MSς** 6 in hoc *om.* **M** 7 comiseratione **G** quae . . in adfectibus **S**: qui . . adfectibus **GT**', qui . . affectus **M** ualet **G** uicimus **G**: uincimus **MSgς** 8 epilogos *om.* **S** 9 diuersi **G** *1 m.* latino **S** sermoni **GS** 10 sunt *om.* **S** 11 dialogisue *in nos:* dialogisui **G**, dialogi sui **S**, dialogisue — ille *om.* **M** *et dett.* nihil *om.* **S** illi **G**, illa **S**, *em. Spalding* nulla] *hic rursus incipit* **Bn** *et uetus manus Bamb.* 15 socratis **BM** 16 sed uel plurimas potius **M** 17 omnes *om.* **Mb** extulit **Mb**: *om.* **B** 18 ubertate *cod. Vallensis et Goth.* ubertas **BM** *et rell.* 20 totas uires **Mb**: totas uirtutes **Bn** (*add. in mg.* laus ciceronis), totas laus ciceronis uirtutes **Bg** 22 tanta umquam **BM**: tamquam **b** ut **BM**: *om.* **b** ipse **b** 23 imperare **b** 27 inter **M** 28 umquam *Spalding:* quae **b**, *om.* **BM**

facilitatem. quare non immerito ab hominibus aetatis suae re- 112
gnare in iudiciis dictus est, apud posteros uero id consecutus,
ut Cicero iam non hominis nomen, sed eloquentiae habeatur.
hunc igitur spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum, ille
se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. multa in Asinio 113
Pollione inuentio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam
nimia uideatur, et consilii et animi satis: a nitore et iucunditate
Ciceronis ita longe abest, ut uideri possit saeculo prior. at
Messala nitidus et candidus et quodammodo praeferens in
dicendo nobilitatem suam, uiribus minor. C. uero Caesar si 114
foro tantum uacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem
nominaretur. tanta in eo uis est, id acumen, ea concitatio, ut
illum eodem animo dixisse, quo bellauit, appareat, exornat tamen
haec omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegan-
tia. multum ingenii in Caelio et praecipue in accusando multa 115
urbanitas, dignusque uir cui et mens melior et uita longior
contigisset. inueni qui Caluum praeferrent omnibus, inueni
qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia uerum
sanguinem perdidisse, sed est et sancta et grauis oratio et casti-
gata et frequenter uehemens quoque. imitator autem est Atti-
corum, fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus
fuit. et Seruius Sulpicius insignem non immerito famam 116
tribus orationibus meruit. multa, si cum iudicio legatur, dabit
imitatione digna Cassius Seuerus, qui si ceteris uirtutibus
colorem et grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter prae-
cipuos foret. nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas 117
mira et urbanitas et feruor, sed plus stomacho quam consilio
dedit. praeterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa

18. Brut. c. 82.

1 felicitatem **M** ab omnibus **BM**, *cf. 9, 4, 1* (hominibus *sine* ab *habet* **S**) 4 proposito **b** 5 asinio **M**: aninio (s) **Bn** (s *corr. 1 m.*) ansinio **Bg** 6 inuentio **b**: inuenio **BM** 8 abest longe **M** secundo prior ac **M** 9 proferens **M** in dicendo **B**: incidendo **b**, incedendo **M** 10 G. **BgM** 11 aliud **b** 12 tanto **b** acumen ea **B**: actū enea **b**, ea *om.* **M** 15 muta **b** 17 inueni qui caluum **B**: al. inue qui con caluo **b**, at inueni qui et caluū **M** praeferent **B**, proferent **M** 18 ciceronē **BM** 19 granis **Mb**: breuis **B** castigata **B**: custodita **Mb** 20 imitator est amicorum **M** 21 adiecturus fuit **B** *(sc. uirtutibus suis cf. §§ 116. 120)*: adiecturus sibi non si qui (quid ς) detracturus fuit **b**ς, adiecturus fuit. non si quid detracturus **M** 22 simplicius **M** non in mero **Mb** 23 id tribus **b** 25 inter prae **Bg** *1 m.* 26 et (*post* eo) *om.* **Mb** 27 et feruor *Bursian*: et sermo **BM**, et summo **b**, eius summa **T** *corr. et edd. uett. admodum inepte*

118 ridicula est. sunt alii multi diserti, quos persequi longum est.
eorum quos uiderim* Domitius Afer et Iulius Africanus
longe praestantissimi. uerborum arte ille et toto genere dicendi
praeferendus et quem in numero ueterum habere non timeas:
hic concitatior, sed in cura uerborum nimius et compositione
nonnumquam longior et translationibus parum modicus. erant
119 clara et nuper ingenia. nam et Trachalus plerumque sublimis et
satis apertus fuit et quem uelle optima crederes, auditus tamen
maior: nam et uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas et pro-
nuntiatio uel scaenis suffectura et decor, omnia denique ei, quae
sunt extra, superfuerunt: et Vibius Crispus compositus et
iucundus et delectationi natus, priuatis tamen causis quam pu
120 blicis melior. Iulio Secundo, si longior contigisset aetas,
clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret: adie-
cisset enim atque adiciebat ceteris uirtutibus suis quod deside-
rari potest, id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius
121 ad curam rerum ab elocutione respiceret. ceterum interceptus
quoque magnum sibi uindicat locum: ea est facundia, tanta in
explicando quod uelit gratia, tam candidum et lene et speciosum
dicendi genus, tanta uerborum etiam quae adsumpta sunt pro-
prietas, tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia.
122 habebunt, qui post nos de oratoribus scribent, magnam eos, qui
nunc uigent, materiam uere laudandi: sunt enim summa hodie,
quibus inlustratur forum, ingenia. namque et consummati iam
patroni ueteribus aemulantur et eos iuuenum ad optima tenden-
tium imitatur ac sequitur industria.
123 Supersunt qui de philosophia scripserunt, quo in genere
paucissimos adhuc eloquentes litterae Romanae tulerunt. idem
igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis
aemulus extitit. egregius uero multoque quam in orationibus
praestantior Brutus suffecit ponderi rerum: scias eum sentire
124 quae dicit. scripsit non parum multa Cornelius Celsus,

---

1 multi *om.* **M** 2 uiderem **Bg** *1 m.* afer et **BM**: feret b 3 longe **Bg**: lon **Bn**, longe aliis **M** praesentissimi b uerborum **BM**: *om.* b illi **M** 4 ueterum habitare b, u. putare *Frotscher* 7 nam **BM**: *om.* b 9 quanto **M** 11 extra **BM**: ex ira b uibus **M** 15 niruitibus **Bg** 16 pugnax **B**: pugnans **Mb** 18 uindicauit **M** in explicando **Mb**: in plicando **B** 19 uellet **Mb** leue **BM**, leuo b spetiosum **Bg** *corr. ex* spatiosum 21 in quibusdam ex periculo **B**: ex q. in p. b, inex q. in ex p. **M** 22 habebant b scribet b 23 materiem **M** laudandi **Bn**, laudande **Bg** *1 m.* enim *om.* **M** 27 scripserunt **M**: scripserint **B**ϛ 31 pondere **M** eum **BM**: cum b

Sextios secutus, non sine cultu ac nitore. Plautus in Stoicis
rerum cognitioni utilis. in Epicuriis leuis quidem, sed non in-
iucundus tamen auctor est Catius. ex industria Senecam in 125
omni genere eloquentiae distuli propter uulgatam falso de me
opinionem, qua damnare eum et inuisum quoque habere sum
creditus. quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus uitiis
fractum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contendo:
tum autem solus hic fere in manibus adulescentium fuit. quem 126
non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferri
non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi
conscius generis placere se in dicendo posse iis, quibus illi pla-
cerent, diffideret. amabant autem eum magis quam imitabantur
tantumque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis descen-
derat. foret enim optandum, pares ac saltem proximos illi uiro 127
fieri. sed placebat propter sola uitia et ad ea se quisque diri-
gebat effingenda, quae poterat: deinde cum se iactaret eodem
modo dicere, Senecam infamabat. cuius et multae alioqui et 128
magnae uirtutes fuerunt, ingenium facile et copiosum, plurimum
studii, multa rerum cognitio, in qua tamen aliquando ab his,
quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus est. tractauit
etiam omnem fere studiorum materiam: nam et orationes eius 129
et poemata et epistulae et dialogi feruntur. in philosophia pa-
rum diligens, egregius tamen uitiorum insectator fuit. multae
in eo claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda,
sed in eloquendo corrupta pleraque atque eo perniciosissima,
quod abundant dulcibus uitiis. uelles eum suo ingenio dixisse, 130
alieno iudicio: nam si ille quaedam contempsisset, si parum
* * non concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pon-
dera minutissimis sententiis non fregisset, consensu potius eru-

1 plautus **M**, plaustus b, Plancus *edd. uett.* 2 cognitione **M** epicuriis *nos:* epicuris **BM**, Epicureis ς 3 caucius **Mb**, Catius *om.* **B** 5 qua **B**: quia **Mb** dampnare **M** *et* **Bg** 6 et ex **M** 7 seueria b 8 tum *edd. uett.* cum **BM** huic **b** fuit non equidem quidem **b** 9 praeferre **b** 10 quo **b** incesserere **Bn** *(sed* re *punct.)*, incessere* **Bg**, necessere **M** cum *om.* **b** 11 iis *Regius:* in **BM**, *om.* **b** placerent **BnM**: placent **Bg**, placere **b** 13 ab eo **Mb**: ab illo **B**, *fort. recte, si deinde scribas* quantum ipse 14 fore **b** enim aliquid optandum **Mb**, alioqui opt. *coni. Spalding* proximos **B**: primos **Mb** uiro **B**: uiros **Mb**, *fort.* uirtutibus 15 sed placebat *om.* b ea *om.* **Mb** 19 cognitio *om.* **b** 21 nam materiam et orationem **b** 23 uitiorum *om.* **M** multo **Bg** *1 m. ut uidetur* 24 in eo — multa etiam *om.* **b** legendo **b** 25 sed in eloquendo sed **M** pleraque] *add.* **b** nec 27 si ille quaedam *scripsi:* simile quam **B**, si aliqua **b**, si nil equalium **M** parum *libri:* partim *Madvig (Opusc. alt. p. 352)*, opiparum *Hoffmann Z. f. Gymn. W. 1858 p. 935*, garum *M. Seyffert ibid. 1861 p. 297*, prauum *Jeep (debebat saltem* praua*), posuimus lacunae signum hoc fere exspectantes:* parum sana

131 ditorum quam puerorum amore comprobaretur. uerum sic quo-
que iam robustis et seueriore genere satis firmatis legendus uel
ideo, quod exercere potest utcumque iudicium. multa enim, ut
dixi, probanda in eo, multa etiam admiranda sunt, eligere modo
curae sit, quod utinam ipse fecisset: digna enim fuit illa natura,
quae meliora uellet: quod uoluit effecit.

II. Ex his ceterisque lectione dignis auctoribus et uerborum
sumenda copia est et uarietas figurarum et componendi ratio,
tum ad exemplum uirtutum omnium mens derigenda. neque
enim dubitari potest, quin artis pars magna contineatur imi-
tatione. nam ut inuenire primum fuit estque praecipuum, sic
2 ea, quae bene inuenta sunt, utile sequi. atque omnis uitae ratio
sic constat, ut quae probamus in aliis, facere ipsi uelimus. sic
litterarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur, sic
musici uocem docentium, pictores opera priorum, rustici proba-
tam experimento culturam in exemplum intuentur, omnis deni-
que disciplinae initia ad propositum sibi praescriptum formari
3 uidemus. et hercule necesse est aut similes aut dissimiles bonis
simus. similem raro natura praestat, frequenter imitatio. sed
hoc ipsum, quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium
facit quam fuit iis, qui nihil quod sequerentur habuerunt, nisi
caute et cum iudicio adprehenditur, nocet.

4 Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit, uel
quia pigri est ingenii contentum esse iis, quae sint ab aliis in-
uenta. quid enim futurum erat temporibus illis, quae sine
exemplo fuerunt, si homines nihil, nisi quod iam cognouissent,
faciendum sibi aut cogitandum putassent? nempe nihil fuisset
5 inuentum. cur igitur nefas est reperiri aliquid a nobis, quod ante
non fuerit? an illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc,
ut tam multa generarent: nos ad quaerendum non eo ipso con-
6 citemur, quod certe scimus inuenisse eos, qui quaesierunt? et
cum illi, qui nullum cuiusquam rei habuerunt magistrum, plu-

2 legendis **M** 3 utcumque *nos:* utrumque **B**, uirumque **M**, utrimque *edd. cf. ad 10, 6, 7* iudicem **Mb** 4 admirandae **B**, *sed corr. in* **Bg** eligere *om.* **M** 5 quod **BM**: quae quod *edd.* 6 efficit **b**; *sequitur in libris inscriptio* DE IMITATIONE 8 est *om.* **Mb** 9 dirigenda **M**ς 11 inuenire **Mb**: *om.* **B** estque praecipuum **Mb**: est quae praecipua **B** 13 constant **b** utique probamus **M** ipse **b** 14 ut *om.* **b** 15 ducentium **b**, dicentium **M** 17 initia **B**: *om.* **Mb** 19 imitatis **b** 20 rerum **BM**: *om.* **F**[1]**T** 23 ipsa *om.* **M** 24 essetis quae **b** sunt *dett.* 25 quod enim **M** illis qui **b** 26 quod inmagno (ymago **M**) cognouissent **Mb** 27 fuisse **B** 28 nefas **B**: inuentus **FMT** 29 an **BM**: tam **b**

rima in posteros tradiderint: nobis usus aliarum rerum ad eruen-
das alias non proderit, sed nihil habebimus nisi beneficii alieni?
quemadmodum quidam pictores in id solum student, ut descri-
bere tabulas mensuris ac lineis sciant. turpe etiam illud est, 7
contentum esse id consequi quod imiteris. nam rursus quid erat
futurum, si nemo plus effecisset eo quem sequebatur? nihil in
poetis supra Liuium Andronicum, nihil in historiis supra ponti-
ficum annales haberemus, ratibus adhuc nauigaremus: non esset
pictura, nisi quae lineas modo extremas umbrae, quam corpora
in sole fecissent, circumscriberet. ac si omnia percenseas, nulla 8
est ars, qualis inuenta est, nec intra initium stetit: nisi forte
nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc
demum nihil crescat: nihil autem crescit sola imitatione. quodsi 9
prioribus adicere fas non est, quo modo sperare possumus illum
oratorem perfectum? cum in his, quos maximos adhuc nouimus,
nemo sit inuentus, in quo nihil aut desideretur aut reprehen-
datur. sed etiam qui summa non adpetent, contendere potius
quam sequi debent. nam qui hoc agit, ut prior sit, forsitan, 10
etiamsi non transierit, aequabit. eum uero nemo potest aequare,
cuius uestigiis sibi utique insistendum putat: necesse est enim
semper sit posterior qui sequitur. adde quod plerumque facilius
est plus facere quam idem: tantam enim difficultatem habet
similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita eualuerit, ut non
res quae simillimae quaeque pares maxime uideantur, utique
discrimine aliquo discernantur. adde quod, quidquid alteri simile 11
est, necesse est minus sit eo, quod imitatur, ut umbra corpore
et imago facie et actus histrionum ueris adfectibus. quod in
orationibus quoque euenit. namque iis, quae in exemplum adsu-
mimus, subest natura et uera uis, contra omnis imitatio facta
est et ad alienum propositum accommodatur. quo fit ut minus 12

1 tradiderint b: tradiderunt **BM** usus **BM**: ut b aliorum b, illarum *edd. uett. complures, ipse malim* alienarum eruendas **M**: erudiendas **B** 2 alieni *om.* **M** 3 describerent **Mb** 5 quod *om.* b, quos **M** quod, erat **M** 6 efficisset **B** im poetis **Bg**, in poesi *Spalding malebat, an* in poeticis? 8 nauigaremus **B**: nauigaretur **Mb** 10 circumscriberent **Bg** *(sed corr. 1 m.)*, circumscriberentur **M** nulla est *Fleckeisen (Jahrb. f. Phil. uol. 87, p. 192)*: nulla sit *libri* 12 nunc **B**: cum **M** 13 si *om.* b 14 addice phas *(sic)* **M** 15 cum **B**: quam b, quem **M** quos **M**: quo **B** 18 hoc agit *nos:* hoc ait b, *om.* **B**, agit *(sine* hoc) **M**ς 21 qui *om.* b quod *om.* b 23 ualuerit **M** 24 res quae simillimae **B**: res simplicissimae **Mb**ς quaeque pares (pars b) **Mb**: *om.* **B** utique **Mb**: *om.* **B** 25 discernamur **Bg** simili b 27 facie et **Mb**: faciet **B** 28 namq. eis in exemplum absumimus **M** 29 facta **BM** *et plerique:* ficta ς 30 commodatur **Bn** *et 1m.* **Bg** quo fit **B**: quod facit **Mb**

sanguinis ac uirium declamationes habeant quam orationes, quod
in illis uera, in his adsimilata materia est. adde quod ea, quae
in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, inuentio,
13 uis, facilitas et quidquid arte non traditur. ideoque plerique,
cum uerba quaedam ex orationibus excerpserunt aut aliquos
compositionis certos pedes, mire a se quae legerunt effingi arbitrantur,
[et] cum uerba intercidant inualescantque temporibus,
ut quorum certissima sit regula in consuetudine, eaque non sua
natura sint bona aut mala (nam per se soni tantum sunt), sed
prout oportune proprieque aut secus conlocata sunt, et compositio
cum rebus accommodata est, tum ipsa uarietate gratissima.
14 Quapropter exactissimo iudicio circa hanc partem studiorum
examinanda sunt omnia. primum, quos imitemur: nam sunt
plurimi, qui similitudinem pessimi cuiusque et corruptissimi concupierint:
tum in ipsis, quos elegerimus, quid sit, *ad* quod nos
15 efficiendum comparemus. nam in magnis quoque auctoribus incidunt
aliqua uitiosa et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa:
atque utinam tam bona imitantes dicerent melius quam
mala peius dicunt. nec uero saltem iis, quibus ad euitanda uitia
iudicii satis fuit, sufficiat imaginem uirtutis effingere et solam,
ut *ita* dixerim, cutem uel potius illas Epicuri figuras, quas e
16 summis corporibus dicit effluere. hoc autem his accidit, qui non
introspectis penitus uirtutibus ad primum se uelut aspectum
orationis aptarunt: et cum iis felicissime cessit imitatio, uerbis
atque numeris sunt non multum differentes, uim dicendi atque
inuentionis non adsecuntur, sed plerumque declinant in peius et
proxima uirtutibus uitia comprehendunt fiuntque pro grandibus
tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, laetis corrupti, compo-
17 sitis exultantes, simplicibus neglegentes. ideoque qui horride
atque incomposite quidlibet illud frigidum et inane extulerunt,

1 habent **b** quod **B**: quam b, *om.* **M** 2 adsimilata **B**: dissimulata **Mb** 3 oratione **M** maximae **B** *1 m. (in* **Bn** *corr. m. 1)* inuentio uis **B**: inuentionis **Mb** 4 ideoque **B**: ideo **M**ς 5 quaedam *om.* **b** 6 qua elegerunt **Bg**, que elegerunt **M** arbitrabantur **Mb** 7 et cum **BM**, cum *edd. priores*, cum et *ed. Col. 1527* tempore *malebat Spalding* 9 aut mala — proprieque *om.* **M** 11 est *nos:* sit *libri;* conl. sunt: et compositio . . accommodata sit *edd. at apparet hoc quoque colon a* prout *pendere* 13 exanimanda **b** imitemur **M**: imitetur **B**, imitendum **b** 14 concupierint **B**: concupierunt **M** 15 ad *Regius addidit* 18 docerent **M** 19 dicant **BM**, *em. Badius* 20 indicatis fuit **b** 21 ut ita dixerim *nos:* ut dixerim **BM**: ut sic d. ς; *cf. 1, 12, 2. 9, 4, 61 et* ut ita dicam *8, 3, 37. 10, 1, 6* qua se summis **M**, quae summis **B**, quae se summis **b** 23 inprospectis **b** 26 adsequuntur **Bn** 30 quidlibet **B**: quamlibet **M**, qui licet **b**

antiquis se pares credunt, qui carent cultu atque sententiis,
Attici scilicet, qui praecisis conclusionibus obscuri, Sallustium
atque Thucydidem superant, tristes ac ieiuni Pollionem aemu-
lantur, otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt,
iurant ita Ciceronem locuturum fuisse. noueram quosdam, qui 18
se pulchre expressisse genus illud caelestis huius in dicendo
uiri sibi uiderentur, si in clausula posuissent esse uideatur.
ergo primum est, ut quod imitaturus est quisque intellegat et,
quare bonum sit, sciat.

Tum in suscipiendo onere consulat suas uires. nam quae- 19
dam sunt imitabilia, quibus aut infirmitas naturae non sufficiat
aut diuersitas repugnet. ne, cui tenue ingenium erit, sola uelit
fortia et abrupta, cui forte quidem, sed indomitum, amore sup-
tilitatis et uim suam perdat et elegantiam quam cupit non
persequatur: nihil est enim tam indecens, quam cum mollia dure
fiunt. atque ego illi praeceptori, quem institueram in libro 20
secundo, credidi non ea sola docenda esse, ad quae quemque
discipulorum natura compositum uideret: nam is et adiuuare
debet, quae in quoque eorum inuenit bona, et, quantum fieri
potest, adicere quae desunt et emendare quaedam et mutare:
rector enim est alienorum ingeniorum atque formator. diffici-
lius est naturam suam fingere. sed ne ille quidem doctor, quam- 21
quam omnia quae recta sunt uelit esse in suis auditoribus quam
plenissima, in eo tamen, cui naturam obstare uiderit, laborabit.

Id quoque uitandum, in quo magna pars errat, ne in ora-
tione poetas nobis et historicos, in illis operibus oratores aut
declamatores imitandos putemus. sua cuique proposita lex, suus 22
decor est: nec comoedia in coturnos adsurgit, nec contra tra-
goedia socco ingreditur. habet tamen omnis eloquentia aliquid
commune: id imitemur quod commune est. etiam hoc solet in- 23
commodi accidere iis, qui se uni alicui generi dediderunt, ut, si

1 qui parent **b** 2 attici **B**: atticis **Mb**, Attici sunt scilicet *Spalding* qui *obelo notauit Spalding* *post* praecisis *in* **M** *uerba* compositis (*§ 17 extr.*) *usque ad* praecisis *repetita sunt* 3 ac ieiuli **b** polionem **B** 5 quoddam **b** 7 si *om.* **b** posuissent **b**: potuissent **BM** 8 quod *om.* **M** 10 suas scires **b** 11 inimitabilia *dett.* sufficit an diuersitas **b** 13 cui forte **M**: qui forte **B** sublimitatis et uim s. perdet **M** 15 persequatur **BM**: assequatur *ed. Col. 1536* 16 atqui *coni. Spalding* institueram **B**: instituebam **Mb** 17 credi **b**, tradidi *dett.* quemque] quem **M**, quē **B** 18 nam *om.* **b**, nam et hys **M** 19 debent **b** 24 tamen hi (*ex* si?) cui **b** 25 quo] quid **b** 27 tua **b** proposita **M**: propositio **B** suus **B**: suus cuique **Mbς** 28 in coturnos **BM**, cothurnis **ς** contra goedia **Bn** *et 1 m.* **Bg** 29 socco **BM**: soculo **b** omnes **M** 30 id **BM**: *om.* **b** incommodi] in comedia **b** 31 eis qui **M**, eius quis **b**

asperitas iis placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant: si tenuitas aut iucunditas, in asperis grauibusque causis ponderi rerum parum respondeant: cum sit diuersa non causarum modo inter ipsas condicio, sed in singulis etiam causis partium, sintque alia leniter alia aspere, alia concitate alia remisse, alia docendi alia mouendi gratia dicenda,
24 quorum omnium dissimilis atque diuersa inter se ratio est. itaque ne hoc quidem suaserim, uni se alicui proprie, quem per omnia sequatur, addicere. longe perfectissimus Graecorum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alii, plurima ille.
25 sed non qui maxime imitandus, et solus imitandus est. quid ergo? non est satis omnia sic dicere, quo modo M. Tullius dixit? mihi quidem satis esset, si omnia consequi possem. quid tamen noceret uim Caesaris, asperitatem Caelii, diligentiam Pollionis,
26 iudicium Calui quibusdam in locis adsumere? nam praeter id quod prudentis est, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere, tum in tanta rei difficultate unum intuentis uix aliqua pars sequitur. ideoque cum totum exprimere quem elegeris paene sit homini inconcessum, plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio haereat, et quo quidque loco conueniat aptemus.

27 Imitatio autem (nam saepius idem dicam) non sit tantum in uerbis. illuc intendenda mens, quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atque personis, quod consilium, quae dispositio, quam omnia, etiam quae delectationi uideantur data, ad uictoriam spectent: quid agatur prooemio, quae ratio et quam uaria narrandi, quae uis probandi ac refellendi, quanta in adfectibus omnis generis mouendis scientia, quamque laus ipsa popularis utilitatis gratia adsumpta, quae tum est pulcherrima, cum sequitur, non cum arcessitur. haec si peruiderimus, tum uere

2 aut **B**: ac **Mb** iucunditas b: iuditas **B**, nuditas **M** 3 causis in ponderi r. p. respondeat b 5 sint qui **M** conciliate b; *add. deinde in* **Mb** *rursus:* alia aspere 6 uel remisse **M** moriendi b dicenda **B**: dicant **M**, dicit b 7 diuisa b 8 uni se **BM**: non uni b, *unde Spalding:* uni nos . . quem sequamur propria b 9 addidicere **M**, addici rei b longe **B**: longe omni **M**, omnem b, omnium **F** 10 aliqui tamen **M** 11 et solus imitandus *om.* **Mb** 13 mihi **BM**: nihil b 14 nocet *dett.* ui b polionis **BM** 16 prudens **M** 17 intuentis **Mb**: intuentes **B** 19 sit **BM**: sunt b 20 alium b quo quidque loco **B**: quodde cuique longo b, quod cuique (*om.* loco) **M**; *cf. 10, 5, 23* conueniat **Mb**: ueniat **B** 23 intenda **Bg** *et* **T** quetum b 25 quam o. etiam **BM**: quod omne b 26 spectant **M** 27 refelli quanta in actibus b 28 mouendis **M**: mouendi **B** quamquam laus **M**, quamque — gratia *om.* b 29 tum **BM**: cum b

imitabimur, qui uero etiam propria his bona adiecerit, ut sup- 28
pleat quae deerant, circumcidat si quid redundabit, is erit, quem
quaerimus, perfectus orator: quem nunc consummari potissimum
oportebat, cum tanto plura exempla bene dicendi supersunt,
quam illis, qui adhuc summi sunt, contigerunt. nam erit haec
quoque laus eorum, ut priores superasse, posteros docuisse dicantur.

III. Et haec quidem auxilia extrinsecus adhibentur: in iis
autem quae nobis ipsis paranda sunt, ut laboris, sic utilitatis
etiam longe plurimum adfert stilus. nec inmerito M. Tullius
hunc optimum effectorem ac magistrum dicendi uocat,
cui sententiae personam L. Crassi in disputationibus quae sunt
de oratore adsignando iudicium suum cum illius auctoritate
coniunxit. scribendum ergo quam diligentissime et quam pluri- 2
mum. nam ut terra alte effossa generandis alendisque seminibus fecundior fit, sic profectus non a summo petitus studiorum
fructus et fundit uberius et fidelius continet. nam sine hac
quidem conscientia ipsa illa ex tempore dicendi facultas inanem
modo loquacitatem dabit et uerba in labris nascentia. illic ra- 3
dices, illic fundamenta sunt, illic opes uelut sanctiore quodam
aerario conditae, unde ad subitos quoque casus, cum res exiget,
proferantur. uires faciamus ante omnia, quae sufficiant labori
certaminum et usu non exhauriantur. nihil enim rerum ipsa 4
natura uoluit magnum effici cito praeposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem, quae nascendi quoque hanc fecerit legem,
ut maiora animalia diutius uisceribus parentis continerentur.

Sed cum sit duplex quaestio, quo modo et quae maxime
scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. sit primo uel tardus 5

10. de Orat. 1, 33, 150.

1 imitabitur b 2 derant B, deerunt *Francius* renunciabit b is *om.* **M** 4 oportebat **B**: oporteat **Mb** supersunt quam **BM**: qua supersunt b, supersint quam *dett. et* ς 6 prioris **BM** poteras b dicantur. QVO MODO (QVANDO **M**) SCRIBENDVM SIT (*om.* b) **BM** 9 autem *om.* b 11 effectorum **Bg** *1 m.* effector est **M** uocat **BM**: uocat *add.* u *post* t (uocauit?) b 12 pers. uel crassi disputationibus **M** 14 coniunexit **Bg** 15 alte *dett. pauci:* alter **B**, altius **M** 16 fit *corr.* **T**: *om.* **BMT**[1] non assumo **Bg** 17 fructus **Bg** *m. alia in spatio uacuo relicto* et fundit **M**: effundit **B**, effunditur b; *ipse malim* et effundit 18 constantia *coni. Gesner, at u. Spalding* facilitas *malebat Spalding* 21 aerarios b conditae **B**: sunt cond. **M**, reconditae *dett. pauci et* ς ad s. quosque c. *Badius* exiget **Mb**: exigent **B** 24 effigi b, effingi *Spalding* proposuitque p. cui **M** 25 difficultatemque nasc. b 26 diutius **B**: diiunctis b, disiunctis **M** parentum **M** contineretur b 28 hunc *Obrecht; at confert Spalding 2, 11, 3. 3. 1, 1* tardus **Mb**: tardis **B**

dum diligens stilus, quaeramus optima nec protinus offerentibus
se gaudeamus, adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis:
dilectus enim rerum uerborumque agendus est et pondera singu
lorum examinanda. post subeat ratio conlocandi uersenturque
omni modo numeri, non ut quodque se proferet uerbum occupet
6 locum. quae quidem ut diligentius exequamur, repetenda saepius
erunt scriptorum proxima. nam praeter id, quod sic melius
iunguntur prioribus sequentia, calor quoque ille cogitationis, qui
scribendi mora refrixit, recipit ex integro uires et uelut repetito
spatio sumit impetum: quod in certamine saliendi fieri uidemus,
ut conatum longius petant et ad illud, quo contenditur, spatium
cursu ferantur, utque in iaculando brachia reducimus et expul-
7 suri tela neruos retro tendimus. interim tamen, si feret flatus,
danda sunt uela, dum nos indulgentia illa non fallat: omnia
enim nostra, dum nascuntur, placent: alioqui nec scriberentur.
sed redeamus ad iudicium et retractemus suspectam facilitatem.
8 sic scripsisse Sallustium accepimus, et sane manifestus est etiam
ex opere ipso labor. Vergilium quoque paucissimos die compo
suisse uersus auctor est Varius. oratoris quidem alia condicio
9 est: itaque hanc moram et sollicitudinem initiis impero. nam
primum hoc constituendum, hoc optinendum est, ut quam optime
scribamus: celeritatem dabit consuetudo. paulatim res facilius
se ostendent, uerba respondebunt, compositio sequetur, cuncta
10 denique ut in familia bene instituta in officio erunt. summa
haec est rei: cito scribendo non fit ut bene scribatur, bene
scribendo fit ut cito. sed tum maxime, cum facultas illa con-
tigerit, resistamus [ut prouideamus] et efferentis se equos frenis
quibusdam coerceamus, quod non tam moram faciet quam nouos

---

1 ne protinus **M**, nec primus **b** efferentibus **Mb** (*sed* **M** *sine* se) 2 inuentis **b**: intuentis **BM** 3 dilectis **b**, delectus ς habendus *edd. uett.* 4 post **B**: postea **M**, pótest **b** uerseturque **b**, uersetur **M** 5 numeri *om.* **M** proferat **B**, profert **M**, properet **b** 6 ut *om.* **b**, ut — scriptorum *om.* **M** exequimur **b** 7 scriptorum *Badius:* scriptorem **B**, scriptori *dett.* propter **M** 8 color quo **b** 9 morare fixit **B** *1 m.* (re-frixit **Bn** *in mg. 1 m.*, mora refixit **M** 10 impetu — conatu **b** 11 ad aliud **b** 12 bracchia **Bn** 13 neruis **b** si feret **B**: sifiret **b**, si fuerit **M** flautus **b** 15 alioquin **Mb** 17 sic **BM**: sed **b** 18 labore **b** uirgilium **BM** dies **b** 19 Varius *Spalding:* uarus **BM** 21 primum est const. **b** 23 ostendet **M**, ostendit **b** respondemus **b** sequetur **B**: prosequetur **M**, persequetur **b** 24 bene **B**: *om.* **Mb** 27 ut prouideamus **BM**: et prouid. **b**ς; *nos auctore Bursiano* ut prouid. *ut glossema inclusimus, qui bene monet illud* ut *ex* uel *ortum uideri* et efferentes se *Burman:* efferentis **Mb**, efferentes **B**, et ferocientes *Badius* equos **B**, equos quos **M**, quasi *Meister in Ann. philol. (1863) uol. 87, 190; at hic non est sermo de praeceptore, qui efferentes se discipulos contineat.*

impetus dabit. neque enim rursus eos, qui robur aliquod in
stilo fecerint, ad infelicem calumniandi se poenam alligandos
puto. nam quo modo sufficere officiis ciuilibus possit, qui singu- 11
lis actionum partibus insenescat? sunt autem quibus nihil sit
satis, omnia mutare, omnia aliter dicere quam occurrit uelint,
increduli quidam et de ingenio suo pessime meriti, qui diligen-
tiam putant facere sibi scribendi difficultatem. nec promtum 12
est dicere, utros peccare ualidius putem, quibus omnia sua pla-
cent an quibus nihil. accidit enim etiam ingeniosis adulescen-
tibus frequenter, ut labore consumantur et in silentium usque
descendant nimia bene dicendi cupiditate. qua de re memini
narrasse mihi Iulium Secundum illum, aequalem meum atque a
me, ut notum est, familiariter amatum, mirae facundiae uirum,
infinitae tamen curae, quid esset sibi a patruo suo dictum. is 13
fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum
exercuit eam, princeps, alioqui inter paucos disertus et dignus
illa propinquitate. is cum Secundum, scholae adhuc operatum,
tristem forte uidisset, interrogauit, quae causa frontis tam ad-
ductae? nec dissimulauit adulescens, tertium iam diem esse, 14
quod omni labore materiae ad scribendum destinatae non in-
ueniret exordium, quo sibi non praesens tantum dolor, sed etiam
desperatio in posterum fieret. tum Florus adridens, numquid tu,
inquid, melius dicere uis quam potes? ita se res habet: curandum 15
est, ut quam optime dicamus, dicendum tamen pro facultate: ad
profectum enim opus est studio, non indignatione. ut possimus
autem scribere etiam plura celerius, non exercitatio modo prae-
stabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio: si non
resupini spectantesque tectum et cogitationem murmure agitan-
tes expectauerimus, quid obueniat, *sed* quid res poscat, quid
personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus, intuiti
humano quodam modo ad scribendum accesserimus. sic nobis
et initia et quae secuntur natura ipsa praescribit. certa sunt 16

1 aliquod **M**: aliquid **M** 3 possit **BM**: sit b 4 al. *i. e.* alias) accioni b, uel actionum **M** 5 ococurrit **Bn** uelit b, uelut **M** 6 ingenio possim emeriti b 8 utros peccare **M**: utro spectare **B** 9 enim *om.* **M** 10 consūmantur **B**, consummatus b 11 memini fortasse mihi amatum (*mediis om.*) **M** 13 amet ut mira fecunde uerum b 14 quod **M** 16 alioquin **M** b 17 secundo **M** 18 adducentae nec dissimulaui b 20 quod **BM**: ex quo *edd. uett. apte comparauit Spalding Plin. ep. 4, 27, 1* distinatae **B** 23 potes **M**: potest **B** 24 propter facultatem adfecero tum enim b 28 que tectum *om.* b 29 sed *edd. ueteres: om. libri* 30 persona doceat quod sunt b intuiti **B**: intuitu **M**, intulit b 32 sequitur b, *hinc in* **F T** quod sequitur

enim pleraque et, nisi conineamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec rustici diu quaerunt, unde incipiant, quo pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. non ergo semper putemus optimum esse quod latet: inmutescamus alioqui, si nihil
17 dicendum uideatur, nisi quod non inuenimus. diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam stilo quam uelocissimo uolunt et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt: hanc siluam uocant. repetunt deinde et componunt quae effuderant: sed uerba emendantur et numeri,
18 manet in rebus temere congestis quae fuit leuitas. protinus ergo adhibere curam rectius erit atque ab initio sic opus ducere, ut caelandum, non ex integro fabricandum sit. aliquando tamen adfectus sequemur, in quibus fere plus calor quam diligentia ualet.

Satis apparet ex eo, quod hanc scribentium neglegentiam
19 damno, quid de illis dictandi deliciis sentiam. nam in stilo quidem quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram non consequens celeritatem eius manus: ille, cui dictamus, urget, atque interim pudet etiam dubitare aut resistere aut mutare
20 quasi conscium infirmitatis nostrae timentis. quo fit ut non rudia tantum et fortuita, sed inpropria interim, dum sola est conectendi sermonis cupiditas, effluant, quae nec scribentium curam nec dicentium impetum consequantur. at idem ille, qui excipit, si tardior in scribendo aut incertior in legendo uelut offensator fuit, inhibetur cursus, atque omnis, quae erat, con-
21 cepta mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur. tum illa, quae altiorem animi motum secuntur quaeque ipsa animum quodammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere uultum, femur et latus interim obiurgare, quaeque Persius notat,

1 et nisi *om.* **M** conineamus **B**: conniueamus **M**, cohibeamur b ideoque **M**b: ideo **B** 3 faciat doctrina ergo b 4 latet in b, latet ne **M** alioqui b: aliqui **B**, alioquin **M** 5 dicit dúm uideatur b 6 qui primo| inquiri modo b 8 hanc sillabam **M** 10 concestisque b, con textis que **M** protenus **B** 11 si opus b 12 celandum **BM** 13 sequimur **M** diligentiā b, *qui deinde* ualet — neglegentiam *omittit* 15 e. eo *om.* **M** 16 damno| p ē b nam in **B**: nam b, in **M** 17 qualibet **M**, quemlibet et **B**, *sed* et *in* **B**g *punct.* dato b 18 eius **B**: *om.* **M**b' 19 aut res. aut mutare *om.* b 20 timentes **M**ʒ quo fit fortuita *om.* b 21 propria **M** 23 ad idem **M** 24 in *om.* b inertior *ed. Col. 1527* in legendo **BM**: et diligendo b, et delendo *coni. Spalding* 25 fuerit **M** conceptae *libri, em. Regius* 26 intertio b et *om.* **M** 27 aptiorem **BM** (apertiorem *al.*), *em. in ed. Col. 1536* motum animis b 29 nolutum b femur et latus *Bursian:* sintielatus b, simul et **BM**, sinum et latus *censor Jenensis; cf. 2, 12, 10. 11, 3, 123*

cum leuiter dicendi genus significat, nec pluteum inquit cae-
dit nec demorsos sapit unguis, etiam ridicula sunt, nisi
cum soli sumus. denique ut semel quod est potentissimum dicam, 22
secretum, quod dictando perit, atque liberum arbitris locum et
quam altissimum silentium scribentibus maxime conuenire nemo
dubitauerit. non tamen protinus audiendi qui credunt aptis-
sima in hoc nemora siluasque, quod illa caeli libertas locorum-
que amoenitas sublimem animum et beatiorem spiritum parent.
mihi certe iucundus hic magis quam studiorum hortator uidetur 23
esse secessus. namque illa, quae ipsa delectant, necesse est
auocent ab intentione operis destinati. neque enim se bona
fide in multa simul intendere animus totum potest, et quocum-
que respexit, desinit intueri quod propositum erat. quare sil- 24
uarum amoenitas et praeterlabentia flumina et inspirantes ramis
arborum aurae uolucrumque cantus et ipsa late circumspiciendi
libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius uoluptas ista ui-
deatur cogitationem quam intendere. Demosthenes melius, qui 25
se in locum, ex quo nulla exaudiri uox et ex quo nihil prospici
posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. ideo-
que lucubrantes silentium noctis et clausum cubiculum et lumen
unum uelut †rectos maxime teneat. sed cum in omni studiorum 26
genere, tum in hoc praecipue bona ualetudo, quaeque eam ma-
xime praestat, frugalitas, necessaria est, cum tempora ab ipsa
rerum natura ad quietem refectionemque nobis data in acerri-
mum laborem conuertimus. cui tamen non plus inrogandum
est quam quod somno supererit, haud deerit. obstat enim dili- 27
gentiae scribendi etiam fatigatio et abunde, si uacet, lucis spatia
sufficiunt, occupatos in noctem necessitas agit. est tamen lucu-
bratio, quotiens ad eam integri ac refecti uenimus, optimum
secreti genus.

1. Sat. 1, 106.

2 demorsus **M** ungues **b**ς 3 simus **b** quod **Mb**: quid **B** potissimum **Mb** 4 quod **B**: in **Mb**; secretum in dictando perit. Atque (Atqui *Spalding*) *editiones* 6 non tam **M** audendi **b** 7 cecilii liberatas **b** locorumque **B**: locorum **Mb** 8 sublim **B** et laetiorem *Obrecht, at cf. 10, 1, 109* parenti **b** 9 orator **M** 10 illa ipsa quae *aliquot dett.* 11 destinat **b** 14 rami **BM** (ramis *iam ed. Camp.*) 15 arborum arme uolucrum **b** 17 quam *om.* **b** 18 et ex **B**: est et **b**, et **M** 19 ideo *ed. Camp.* 21 et uelut **b** rectos **BM**: tectos *edd. uett. et* ς (uel etiam lectus *Burman*), *fort.* secretos *uel* coercitos 22 tum **BM**: cum **b** 23 ab ipsa **B**: ab *om.* **M**, ipsa cum ipsa **b** 24 que *om.* **M** 25 inrigandum est quamquam somno **b** 26 haud *Badius e cod. Vallensi:* aut **BM**, aut deerit *deleuit Regius* 28 nocte **M** 30 secreti — animus *om.* **M**

28 Sed silentium et secessus et undique liber animus ut sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere, ideoque non statim, si quid obstrepet, abiciendi codices erunt et deplorandus dies, uerum incommodis repugnandum et hic faciendus usus, ut omnia quae impedient uincat intentio: quam si tota mente in opus ipsum derexeris, nihil eorum, quae oculis uel
29 auribus incursant, ad animum perueniet. an uero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praestat, ut obuios non uideamus et itinere deerremus: non consequemur idem, si et uoluerimus? non est indulgendum causis desidiae. nam si nonnisi refecti, nonnisi hilares, nonnisi omnibus aliis curis uacantes studendum
30 existimarimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. quare in turba, itinere, conuiuiis etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? propter quae idem ille tantus amator secreti Demosthenes in litore, in quo se maximo cum sono fluctus inlideret, meditans consuescebat contionum fremitus non expauescere.

31 Illa quoque minora (sed nihil in studiis paruum est) non sunt transeunda: scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi, nisi forte uisus infirmior membranarum potius usum exiget, quae ut iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum et cogitationis impetum
32 frangunt. relinquendae autem in utrolibet genere contra erunt uacuae tabellae, in quibus libera adiciendo sit excursio. nam interim pigritiam emendandi angustiae faciunt aut certe nouorum interpositione priora confundant. ne latas quidem ultra modum esse ceras uelim, expertus iuuenem studiosum alioqui

3 si quidem **M** 5 inuentio **b** 6 direxeris **M**ς 8 fortuitā **b**, fortuitu in **M** 9 itinere *edd. ueteres:* itane **B**, ita **M** deerremus **B**: erremus **Mb** 11 hilares] nihilapš **b** 12 existimauerimus **M** erit *om.* **Mb** 13 ituiere **b**, *hinc corr. in* **T**: itur esse faciat ibi c. ipsa secertum **b** 14 quid aliquid **b**, quin alioquin **M** 15 iudicis **b** iurgis **Mb** 17 quae eidem **Bg** *ante rasuram* tantus auctor **M** 18 in (*ante*) quo *om.* **b** 19 consuescat **M** 21 parum **Mb** 22 in ceris **M** 23 nisi foret **b** 24 crebra relatione *edd. ueteres:* crebro relationi **BM** quo adintinguntur **M**, quod intinguitur (intiguuntur **Bn** *in mg.*) **B**, quod in guitur **b**, quoad intinguitur, calami *edd.* 25 calami repetitione (repetione **b**) morantur **Mb** 26 erunt **Mb**: cū **B** 27 uacuae] uel quae **b** adiciendo sit *Bursian:* adicienda sit **B**, sit adicienda **M**, adiciendi sint **b**, adiicienti sit *edd. complures, etiam Spalding* 28 anguste **b** 29 interpositionē **Mb** confundat **M**, confundunt *dett.* confunduntur *edd. uett.* 30 alioquin per longo **M**

praelongos habuisse sermones, quia illos numero uersuum metie-
batur, idque uitium, quod frequenti admonitione corrigi non
potuerat, mutatis codicibus esse sublatum. debet uacare etiam 33
locus, in quo notentur quae scribentibus solent extra ordinem,
id est ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. in-
rumpunt enim optimi nonnumquam sensus, quos neque inserere
oportet neque differre tutum est, quia interim elabuntur, interim
memoriae sui intentos ab alia inuentione declinant ideoque
optime sunt in deposito.

IV. Sequitur e m e n d a t i o, pars studiorum longe utilissima:
neque enim sine causa creditum est stilum non minus agere,
cum delet. huius autem operis est adicere, detrahere, mutare.
sed facilius in iis simpliciusque iudicium, quae replenda uel
deicienda sunt: premere uero tumentia, humilia extollere, luxu-
riantia adstringere, inordinata digerere, soluta componere, exul-
tantia coercere duplicis operae: nam et damnanda sunt quae
placuerant et inuenienda quae fugerant. nec dubium est opti- 2
mum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus repo-
nantur, ut ad ea post interuallum uelut noua atque aliena
redeamus, ne nobis scripta nostra tamquam recentes fetus blan-
diantur. sed neque hoc contingere semper potest praesertim 3
oratori, cui saepius scribere ad praesentis usus necesse est, et
ipsa emendatio finem habeat. sunt enim qui ad omnia scripta
tamquam uitiosa redeant et, quasi nihil fas sit rectum esse quod
primum est, melius existiment quidquid est aliud, idque faciant,
quotiens librum in manus resumpserunt, similes medicis etiam
integra secantibus. accidit itaque ut cicatricosa sint et exsan-
guia et cura peiora. sit ergo aliquando quod placeat aut certe 4
quod sufficiat, ut opus poliat lima, non exterat. temporis quo-
que esse debet modus. nam quod Cinnae Smyrnam nouem an-
nis accepimus scriptam et panegyricum Isocratis, qui parcissime,

1 abuisse sermones qui illos numeros usu (usum *mg.*) met. **b** 3 po uerit **M** 5 inrumpent **FT** *soli ex notis* 7 interim elabuntur *om.* **b** 8 sui **B**: suae **M** *et dett.* declinandi **b** 9 deposito. DE EMENDA TIONE **BM** 12 cum delet **B**: tum debet **Mb** 15 astringere **M** inordinata digerere *om.* **b** *sic pergens:* resoluta 16 sunt — emendandi *om.* **M** 17 placuerunt **T**, *unde Spalding et* fugerunt *malebat* et inuenienda — dubium est *om.* **b** 18 reponuntur **FT** *soli* 20 nostra **Mb**: nos **B** 22 praesentes **M**ς 23 ipsa *om.* **FT** habeat *ed. Camp.* habet *libri* 24 uitiosa **Mb**: uitia **B** facsit **b**, phas sit **M** 27 ut arca tricosa **M** 29 poliat polliat **B** lima **BM**: spolliati ima **b** 30 cynnae smyrnam **BM**, cynnae znegiricum isocratis qui parcissimum (*mediis om.*) **b**

decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet, cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxilium.

V. Proximum est, ut dicamus, quae praecipue scribenda sint ἕξιν parantibus. *non est huius* quidem operis, ut explicemus, quae sint materiae, quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint (nam id factum est iam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo iam robustorum studiis ordinem dedimus), sed, de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime ueniat.

2 Vertere graeca in latinum ueteres nostri oratores optimum iudicabant. id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse: id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit, quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos: id Messalae placuit, multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes, adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet.

3 et manifesta est exercitationis huiusce ratio. nam et rerum copia graeci auctores abundant et plurimum artis in eloquentiam intulerunt et hos transferentibus uerbis uti optimis licet: omnibus enim utimur nostris. figuras uero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac uarias excogitandi etiam necessitas quaedam est, quia plerumque a graecis romana dissentiunt.

4 Sed et illa ex latinis conuersio multum et ipsa contulerit. ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpicius. nam et sublimis spiritus adtollere orationem potest, et uerba poetica libertate audaciora non praesumunt eandem proprie dicendi facultatem.

10. I, 34, 155.

2 nullum **Mb**: multum **B** *post* auxilium *sequitur in* **BM** *inscriptio:* Quae scribenda sint (sunt **MBg**) praecipue 4 sint *ed. Col. 1527:* sunt **BM** (sunt scrib. **M**) ἕξιν parantibus. non est huius quidem *Bursian:* heximparantibus (*sup.* x *est* c *ut uidetur*) quidem **Bn**, hec inparantibus quidem **Bg**, experantibus id qua idem **b**, hec exuberantis quidem est **M**, hoc quidem exuberantis sit *Spalding et sic fere edd. posteriores* ut exemplicem meus quae **b** 6 est iam *scripsi:* est etiam *libri* puerum **M** 7 iam **BM**: *om.* **FT** *soli* robustiorum *Francius et* **T**, *sed recepto* iam *comparatiuo minus opus uidetur* 8 de hoc *malebat Gesner*, de eo *Spalding* 10 iudicarant ipse **b** oratoris **b** 11 idcirco sua ipsa **M** 13 tralatos **B**, in latinum translatus **M** id **BM**: m (*uel* in) **b**, idem *Obrecht* ab eo sunt **M** 14 ad hunc **M**: adhuc **B** adeo cum etiam illa **M** 15 p. phryne **Bn**: p. phyrne **Bg**, p. pherne **M**, prophane **b** romamis **B** contendere **b** 17 capia **b** auctoris **Bg** *1m.* 20 excog. etiam necess. *om.* **b** 21 dissentiunt **Mb**: dissentiant **B** 22 sed etiam *dett. pauci* 23 carnibus **b** 24 usus est **b** nam est **b** 26 audaciore **Mb**, audacior et **B** non **Mb**: *om.* **B**, *unde Bursian* nec uerba — praesumunt eandem **B**: eadem **M**ς

sed et ipsis sententiis adicere licet oratorium robur et omissa
supplere et effusa substringere. neque ego paraphrasim esse 5
interpretationem tantum uolo, sed circa eosdem sensus certamen
atque aemulationem. ideoque ab illis dissentio, qui uertere ora-
tiones latinas uetant, quia optimis occupatis, quidquid aliter
dixerimus, necesse sit esse deterius. nam neque semper est
desperandum aliquid illis, quae dicta sunt, melius posse reperiri,
neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut
una de re bene dici nisi semel non possit. nisi forte histrio- 6
num multa circa uoces easdem uariare gestus potest, orandi
minor uis, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil
dicendum sit. sed esto neque melius quod inuenimus esse neque
par, est certe proximis locus. an uero ipsi non bis ac saepius 7
de eadem re dicimus et quidem continuas nonnumquam senten-
tias? nisi forte contendere nobiscum possumus, cum aliis non
possumus. nam si uno genere bene diceretur, fas erat existi-
mari praeclusam nobis a prioribus uiam: nunc uero innumera-
biles sunt modi plurimaeque eodem uiae ducunt. sua breuitati 8
gratia, sua copiae, alia translatis uirtus, alia propriis, hoc oratio
recta, illud figura declinata commendat. ipsa denique utilissima
est exercitationi difficultas. quid quod auctores maximi sic di-
ligentius cognoscuntur? non enim scripta lectione secura trans-
currimus, sed tractamus singula et necessario introspicimus et,
quantum uirtutis habeant, uel hoc ipso cognoscimus, quod imitari
non possumus.

Nec aliena tantum transferre, sed etiam nostra pluribus 9
modis tractare proderit, ut ex industria sumamus sententias
quasdam easque uersemus quam numerosissime, uelut eadem cera
aliae aliaeque formae duci solent. plurimum autem parari facul- 10

1 dicere licet **b** 2 et effusa **M**: effusa **b**ς, et omissa *(sic ex repetitione)* **B** 3 intēptationem **Bg** *1 m.* 5 uitant **M** 6 sit sederius **b** semper illud est **b** 8 naturam eloquentia **M** 9 dici nisi **BM**: dici non **b** nisi forte **BM**: non sorte **b**, *om.* **FT** 10 multa **M**: muta **B** circa uetes eadem uariare cestus **b** 12 sed *om.* **b** esse **BM**: sit *Regius; apte contulit Spald. Hor. epist. 1, 1, 81* 13 proximus **M** non bis *ed. Col. 1527:* nobis **BM** 14 continua s̄ (*i. e.* sunt) **B**, *sed corr. in* **Bg** sentias **Bn** 15 forte adintendere **b** possumus nobiscum **M** cum a. non possumus *om.* **B** *1 m.* 16 uno tantum (*uel* dumtaxat) genere *edd. uett.* diceretur **Mb**: dicetur **B** 17 nobis **Mb**: in nobis **B** nunc uero **M**: nunc uere **B**, numero **b** 18 uiae dicunt **Bg** *1 m.* ducunt uie **M** breuitati **Mb**: breuitate **B** 19 gratia sua copiae **M**: g. sua copia **B**, gratiam ut (*om.* copia) **b** 21 quidquid **M** sic *om.* **M** 22 cognoscantur **b** 23 introscipimus **b** 24 hoc ipsi . . possimus **b** 27 tractamus **b** sumamus **Mb**: summus **B** 28 uersemur **Bg** ueluti **M**, *ex* uelut in? cera alia (ala **M**) aliaeque formae **BM**, ceram alia aliasq; formas **b** 29 parare **BM**

tatis existimo ex simplicissima quaque materia. nam illa mul-
tiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum,
factorum diuersitate facile delitescet infirmitas, tot se undique
11 rebus, ex quibus aliquam adprehendas, offerentibus. illud uir-
tutis indicium est, fundere quae natura contracta sunt, augere
parua, uarietatem similibus, uoluptatem expositis dare et bene
dicere multa de paucis.

In hoc optime facient infinitae quaestiones, quas uocari thesis
diximus, quibus Cicero iam princeps in re publica exerceri sole-
12 bat. his confinis est destructio et confirmatio sententiarum.
nam cum sit sententia decretum quoddam atque praeceptum,
quod de re, idem de iudicio rei quaeri potest. tum loci com-
munes, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. nam qui haec
recta tantum et in nullos flexus recedentia copiose tractauerit,
utique in illis plures excursus recipientibus magis abundabit
13 eritque in omnis causas paratus: omnes enim generalibus quae-
stionibus constant. nam quid interest 'Cornelius tribunus plebis,
quod codicem legerit, reus sit', an quaeramus: 'uioleturne maie-
stas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitarit?'
'Milo Clodium rectene occiderit' ueniat in iudicium, an 'oporte-
atne insidiatorem interfici uel perniciosum rei publicae ciuem,
etiamsi non insidietur:' 'Cato Marciam honestene tradiderit
Hortensio' an 'conueniatne res talis bono uiro'. de personis
14 iudicatur, sed de rebus contenditur. declamationes uero, quales
in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad ueritatem accom-
modatae et orationibus similes, non tantum dum adulescit pro-
fectus, sunt utilissimae, quia inuentionem et dispositionem pariter

---

1 nam in illa *Regius* 2 personam temporum locorum ut dictorum **b** 3 delitiscet **b** 4 ex] et **b** aliquam **M**: aliquem **B** offerencium **b** uirtutis *edd. uett.* uirtutum **BM** 5 iudicium **M** 6 parua **BM**: parte **b** uoluntate **b** 8 infinitas **b** 9 quibus] qui **b** princeps iam **M** in repus **b**, *hinc* **T** in rebus 10 his **Mb**: hic **B** restructio **b** 12 quaeri] quae **b** tum **Mb**: cum **B** 13 quo **b** 14 recentia **b** copiose **Mb**: compositione **B** 15 recursus **M** recipientium **b** 16 omnes **M**ς paratus *Gebhardus (Crepund. 3, 8)*: gratus **BM**, seratus **b** generibus **M** quaestionibus *om.* **b** 18 *fort.* rectene reus sit, *ut est paulo post* rectene occiderit, *ac deinde* honestene tradiderit 19 si mag.] immagestatus **b** recitauit **M**, recitauerit ς 20 an **b**: *om.* **BM** 21 ne] nec **b** 22 etiamsi non **B**: si *om.* **M**, etiamsi non nisi **b** catho materiam **M** 23 hortentio **b** ne *om.* **M** resalis **b** 25 dicentur **M** 26 similibus **b** adulescet **T** *corr.* adolescit **b** profectus **B**: perfectus **M**, inuentus (*aut* iuuentus) **b**, iuuenis *Bonnell*, profectus iuuenibus *Meister in Ann. philol. (1863) uol. 87, 189*, dum adulescit, profectui sunt util. *Bursian; at cf. 1, 2, 26 ibique Meyerum* 27 quia *nos:* quae *libri*, ut quae *Meister* et *om.* **BM** dispositione **M**

exercent, sed etiam cum est consummatus ac iam in foro clarus:
alitur enim atque enitescit uelut pabulo laetiore facundia et
adsidua contentionum asperitate fatigata renouatur. quapropter 15
historiae nonnumquam ubertas in aliqua exercendi stili parte
ponenda et dialogorum libertate gestiendum. ne carmine quidem
ludere contrarium fuerit, sicut athletae, remissa quibusdam
temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio
et iucundioribus epulis reficiuntur. ideoque mihi uidetur M. Tul- 16
lius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque
studiorum secessus excurrit. nam si nobis sola materia fuerit
ex litibus, necesse est deteratur fulgor et durescat articulus et
ipse ille mucro ingenii cotidiana pugna retundatur.

Sed quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos et 17
quasi militantis reficit ac reparat haec uelut sagina dicendi, sic
adulescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri
et inanibus *se* simulacris usque adeo, ut difficilis ab his digres-
sus sit, adsuefacere, ne ab illa, in qua prope consenuerunt,
umbra uera discrimina uelut quendam solem reformident. quod 18
accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis profes-
sor fuit, traditur, ut, cum ei summam in scholis opinionem
optinenti causa in foro esset oranda, inpense petierit, uti sub-
sellia in basilicam transferrentur. ita illi caelum nouum fuit,
ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur.
quare iuuenis, qui rationem inueniendi eloquendique a praecep- 19
toribus diligenter acceperit (quod non est infiniti operis, si do-
cere sciant et uelint), exercitationem quoque modicam fuerit
consecutus, oratorem sibi aliquem, quod apud maiores fieri sole-
bat, deligat, quem sequatur, quem imitetur: iudiciis intersit
quam plurimis et sit certaminis, cui destinatur, frequens spec-

1 exercet **b** sed etiam consummatis ac i. i. f. claris *Meister partim cum* **T**, *qui ex corr.* consummatis *et* claris *habet* 2 aliter **M** 3 assidua concionum **M** 4 parte exerc. stili **M** 7 atque **Mb**: *om.* **B** certa **B**: cura **M** 8 epulis **BM**: etullis **b**, *hinc* **T** *corr.* eduliis 10 secessius **Bg** 11 deterat **M**, detereretur **b** durascat **b** 12 ingeni **B** pugnaret undantur **b** 13 excitatos **B**, excitantes **M**, *corr. in cod. Par. 1* 14 quas **b** militantis **Mb**: militantes **B**ς refecit **M** signa dicenti **M** 15 alescentes falsa *(mediis om.)* **b** 16 se *addidit Frotscher* difficilius **M** 17 assuescere *Zumpt*, assuefieri *Philander* consuerunt **BM**, consuerint **b**, consenuerint *Regius et* ς 18 umbra] uerba **M** quedam **b** 19 etiam in portio **b**, *unde Spalding coni.* etiam M. Porcio professus fuit traditus **b** 21 optinent **M** inpensae **B** 22 transferentur **B**, tranferentur **Mb** 23 ut omnis ei **M**, *om.* **b** 25 infiniti **b**: finiti **BM** 26 uelint **Mb**: uelin **B** execrationem **Bg** *1 m. ut uidetur* 29 quam plurimis **B**: q. pluribus **M**, quem immitetur **b**, *quam lectionem alieno loco superscriptam esse apparet*

20 tator. tum causas uel easdem, quas agi audierit, stilo et ipse componat, uel etiam alias ueras modo, et utrimque tractet et, quod in gladiatoribus fieri uidemus, decretoriis exerceatur, ut fecisse Brutum diximus pro Milone. melius hoc quam rescribere ueteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione.

21 Citius autem is idoneus erit iuuenis, quem praeceptor coegerit in declamando quam simillimum esse ueritati et per totas ire materias, quarum nunc facillima et maxime fauorabilia decerpunt. obstant huic, quod secundo loco posui, fere turba discipulorum et consuetudo classium certis diebus audiendarum, nonnihil etiam persuasio patrum numerantium potius declama-
22 tiones quam aestimantium. sed, quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus praeceptor maiore numero quam sustinere possit onerabit et nimiam loquacitatem recidet, ut omnia, quae sunt in controuersia, non, ut quidam uolunt, quae in rerum natura, dicantur, et uel longiore potius dierum spatio laxabit di-
23 cendi necessitatem uel materias diuidere permittet. diligenter effecta plus proderit quam plures inchoatae et quasi degustatae. propter quod accidit, ut nec suo loco quidque ponatur, nec illa quae prima sunt seruent suam legem, iuuenibus flosculos omnium partium in ea quae sunt dicturi congerentibus: quo fit ut timentes, ne sequentia perdant, priora confundant.

VI. Proxima stilo cogitatio est, quae et ipsa uires ab hoc accipit et est inter scribendi laborem extemporalemque fortunam media quaedam et nescio an usus frequentissimi. nam scribere non ubique nec semper possumus, cogitationi temporis ac loci plurimum est. haec paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur: haec, quotiens intermissus est somnus, ipsis

1 tum] et **b** causas *om.* **M** 2 uel] se uel **b** ueras **BM**: uel alias **b** utrumque **BM**, *em. in ed. Gryph.* 3 decretoriis *cod. Vallensis corr. et Nic. Faber:* derectoriis **B**, detectoris **b**, uel rhetoricis **M**, armis decret. *Spalding; cf. 6, 4, 6* 5 cestius **BM**: sestius *dett.* 6 eodem **Mb**: eadem **B** sitis **b** 8 is *nos:* si **B**, *om.* **Mb**, sic *al.* 9 tota scire **b** 10 et **B**: ut **Mb**, aut *ed. Camp.* 11 fere] refertq; **M** 15 ne ille **M** maiores **b** sustineri **B** 16 et] ut **M** nimiam **BM**: animiam **b**, inanem *ed. Camp. et ς* recidet *edd. uett.* recidere **BM** 17 in *om.* **M** quidam **BM**: quidem **FT** 19 materiã sidiuidere **Bg** d. effecta **BM**: una d. effecta *Regius*, una enim d. effecta *Badius et ς* 20 deguste **M**, degestate **b** 23 quod fit **b** 24 confundat **M**; *sequitur in libris titulus* DE COGITATIONE 25 quae est ipsa **b** 26 accipit est quae inter **b** extemporale **b** 27 an usus **BM**: annus **b** 28 non ubique **BM**: nam u. **b**, nec u. ς cogitatio **b** temporis ac loci **Mb**: temporibus ac loco **B** 29 admodum ē horis **Mb**

noctis tenebris adiuuatur: haec inter medios rerum actus aliquid inuenit uacui nec otium patitur. neque uero rerum ordinem 2 modo, quod ipsum satis erat, intra se ipsa disponit, sed uerba etiam copulat totamque ita contexit orationem, ut ei nihil praeter manum desit: nam memoriae quoque plerumque inhaerent fidelius quae nulla scribendi securitate laxantur.

Sed ne ad hanc quidem uim cogitandi perueniri potest aut subito aut cito. nam primum facienda multo stilo forma est, 3 quae nos etiam cogitantis sequatur: tum adsumendus usus paulatim ut pauca primum complectamur animo, quae reddi fideliter possint, mox per incrementa tam modica, ut onerari se labor ille non sentiat, augenda uis et exercitatione multa continenda est, quae quidem maxima ex parte memoria constat: ideoque aliqua mihi in illum locum differenda sunt. eo tandem peruenit, 4 ut is, cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus tantum consequatur, ut ei tam quae cogitarit quam quae scripserit atque edidicerit in dicendo fidem seruent. Cicero certe Graecorum Metrodorum Scepsium et Empylum Rhodium nostrorumque Hortensium tradidit quae cogitauerant ad uerbum in agendo rettulisse.

Sed si forte aliqui inter dicendum offulserit extemporalis 5 color, non superstitiose cogitatis demum est inhaerendum. neque enim tantum habent curae, ut non sit dandus et fortunae locus, cum saepe etiam scriptis ea quae subito nata sunt inserantur. ideoque totum hoc exercitationis genus ita instituendum est, ut et digredi ex eo et regredi in id facile possimus. nam 6 ut primum est domo adferre paratam dicendi copiam et certam, ita refutare temporis munera longe stultissimum est. quare cogitatio in hoc praeparetur, ut nos fortuna decipere non possit,

1 aliquis b 2 uacui nec **M**b: uacuum **B**, *unde Osann 6, 19* uacuum nec, *non cogitato in* **B** nec *deesse* otium **BM**: experientium b rerum **BM**: reum b, eum **FT** 3 inter se b 4 copulatāq; ita b 5 desit] *post hoc uerbum in* **Bn**, *item in* **Bg** *nouus quaternio incipit spatio uacuo amplius unius columnae relicto, quamquam orationis nihil deest* nam et **BM**, *sed et in* **Bn** *uetere manu expunctum* inhaeret (inhaereret b) f. quae — laxatur **BM**, *em. in ed. Camp.* inhaeret f. quod — laxatur *al.* 9 cogitantes ς 11 possint **BnM**: possunt **Bg**, possit b tam odit aut onerari labor b 12 senciet **M** uis b: usu **BM** 14 tandem *Madvig (em. Liu. p. 61):* tamen *libri* 16 ei tam *Spalding:* etiam **BM**, ei etiam b quamque b, quaeque **BM** 18 scepsium **M**: escepsium **B**, scerpsium b emphilum todium **M** 19 cogitauerint **M**b ad in uerbum b retulisse **BgM**ς 21 aliqui **B**: aliquid **M**, aliquis ς dicitum b offulserit **B**: effulserit **M**bς 22 color **BM**: cohors b, calor *Obrecht, at cf. Spalding* 24 scribitis b 25 instituendum et digredi ex eo et reddire in id f. possumus **M** 27 domū **BM** 28 refutare *Regius:* refutari **BgM** *et* **Bn** *in mg. m. antiqua*, reputari **Bn** *m. 1*, resfutari b

adiuuare possit. id autem fiet memoriae uiribus, ut illa, quae
complexi animo sumus, fluant secura, non sollicitos et respicien-
tes et una spe suspensos recordationis non sinant prouidere:
alioqui uel extemporalem temeritatem malo quam male cohae-
7 rentem cogitationem. peius enim quaeritur retrorsus, quia, dum
illa desideramus, ab aliis auertimur, et ex memoria potius res
petimus quam ex materia. plura sunt autem, si utcumque quae-
rendum est, quae inueniri possunt quam quae inuenta sunt.

VII. Maximus uero studiorum fructus est et uelut praemium
quoddam amplissimum longi laboris ex tempore dicendi facultas,
quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia ciuilibus
officiis renuntiabit et solam scribendi facultatem potius ad alia
opera conuertet. uix enim bonae fidei uiro conuenit auxilium
in publicum polliceri, quod praesentissimis quibusque periculis
desit, instar portus, ad quem nauis accedere nisi lenibus uentis
2 uecta non possit: siquidem innumerabiles accidunt subitae neces-
sitates uel apud magistratus uel repraesentatis iudiciis continuo
agendi. quarum si qua, non dico cuicumque innocentium ciuium,
sed amicorum ac propinquorum alicui euenerit, stabitne mutus
et salutarem petentibus uocem statimque, si non succurratur,
perituris moras et secessum et silentium quaeret, dum illa uerba
fabricentur et memoriae insidant et uox ac latus praeparetur?
3 quae uero patitur hoc ratio, ut quisquam possit orator aliquando
omittere casus? quid, cum aduersario respondendum erit, fiet?
nam saepe ea, quae opinati sumus et contra quae scripsimus,
fallunt, ac tota subito causa mutatur, atque ut gubernatori ad
incursus tempestatium, sic agenti ad uarietatem causarum ratio
4 mutanda est. quid porro multus stilus et adsidua lectio et longa
studiorum aetas facit, si manet eadem quae fuit incipientibus

3 prouidere **Mb**: praeuidere **B** 4 alioquin **BM** male gerentem **M** 5 dum **Mb**: cum **B** 6 res petimus **B**: repetimus **M** 7 si] strict** **b** *(margine adcisa)*, strutius **FM** utcumque *Gesner:* utrumque *libri*, utique *Spalding* 8 sunt] *sequitur in libris inscriptio:* Quemadmodum extemporalis facilitas paretur et contineatur 9 et *om.* **b** praemium quoddam *edd. ueteres:* primus quid **BM** 10 amplius *libri, em. in ed. Stoeriana* 11 mea **Mb**: ea **B** 13 fide **b** 14 quo **M** in praesent. *ed. Col. 1527* 15 instar portus *Car. Meiser (in thesi Monachii a. 1868 publice proposita):* intrare portum **BM** nisi **B**: ni **M**, non **b** uentis acta *malebat Spalding* 16 accedunt **Mb** 17 uel rei presentis dicis continuo **M** 18 quicumque **b**, cuiuscumque **M** 21 quaerat **b** 22 fabricatur **b** 23 oratio **BM** possit *Bonnell:* sit *libri* (quae u. pat. hoc ratio, ut quisquam sit orator imparatus ad casus? *edd. uett.*) aliquando *del. Bonnell* 24 mittere **BM**, uitare *Freund* quod cum **M** 26 ut *om.* **b** 27 tempestatium **B**: tempestatum **Mbς** ad] aut **b** 28 adsidua **M**: adsua **B** 29 studio **Bn** qui **b**

difficultas? perisse profecto confitendum est praeteritum laborem, cui semper idem laborandum est. neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, sed ut possit. id autem maxime hoc modo consequemur.

Nota sit primum dicendi uia: neque enim prius contingere 5 cursus potest quam scierimus, quo sit et qua perueniendum. nec satis est non ignorare quae sint causarum iudicialium partes, aut quaestionum ordinem recte disponere, quamquam ista sunt praecipua, sed quid quoque loco primum sit ac secundum et deinceps: quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut interuelli sine confusione non possint. quisquis autem uia dicet, 6 ducetur ante omnia rerum ipsa serie uelut duce, propter quod homines etiam modice exercitati facillime tenorem in narrationibus seruant. deinde, quid quoque loco quaerant, scient, nec circumspectabunt nec offerentibus se aliunde sensibus turbabuntur nec confundent ex diuersis orationem uelut salientes huc illuc nec usquam insistentes. postremo habebunt modum et finem, qui esse citra diuisionem nullus potest. expletis pro 7 facultate omnibus, quae proposuerint, peruenisse se ad ultimum sentient.

Et haec quidem ex arte, illa uero ex studio ut copiam sermonis optimi, quemadmodum praeceptum est, comparemus, multo ac fideli stilo sic formetur oratio, ut scriptorum colorem etiam quae subito effusa sint reddant, ut, cum multa scripserimus, etiam multa dicamus. nam consuetudo et exercitatio faci- 8 litatem maxime parit: quae si paulum intermissa fuerit, non uelocitas illa modo tardatur, sed ipsum *os* coit atque concurrit. quamquam enim opus est naturali quadam mobilitate animi, ut, dum proxima dicimus, struere ulteriora possimus semperque nostram uocem prouisa et formata cogitatio excipiat: uix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animum

1 est confitendum **M** 3 dicerē alit **B**, dicerem alii **b** maxime *om* **M** *lacuna maiore relicta* 4 consequimur **b** 5 diligendi **b**, eloquendi *ed Camp.* 6 quod sit **Bg** *ante rasuram* 7 nec satis **Bg** *corr. e* necessitas sint *Zumpt:* sunt *libri* 9 sunt **B**: sint **Mb** ac] ad **b** 10 et **Mb**: ac **B** copula **b** 11 dicet **Mb**: ducet **B** 12 seriae **Bg**, scire **M** 16 hinc illinc **M**, hic illud **b** 17 unquam **b** 18 nullum **b** expletis enim *malebat Spalding* pro *om.* **b** 19 omnibus proposuisse ad **b** proposuerunt **M** 22 comparemus, ut multo *coni. Spalding (edd. post* comparemus *colon habent)* 24 effusa (effulsa **b**) sunt **Mb** 25 etiamq. **b** et **M**: *om.* **B** facilitates **b** 26 paulum **BM**: paululum **b**ς non *om.* **b** 27 os *addidi;* os quoque concurrit *Gesner, cf. 8, 3, 45* 28 quamquam **BM**: qui **b** ut *om.* **b** 29 interiora **b** possumus **Mb** 31 in tam **Mb**: ιτā (N) **Bn**, inτ̃ a **Bg**

queat, ut inuentioni, dispositioni, elocutioni, ordini rerum uerborumque, tum iis, quae dicit, quae subiuncturus est, quae ultra spectanda sunt, adhibita uocis, pronuntiationis, gestus obserua-
10 tione simul sufficiat. longe enim praecedat oportet intentio ac prae se res agat, quantumque dicendo consumitur, tantum ex ultimo prorogetur, ut, donec perueniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quam gradu, si non intersistentes offensantesque breuia illa atque concisa singultantium modo eiecturi sumus.

11 Est igitur usus quidam inrationalis, quam Graeci ἄλογον τριβήν uocant, qua manus in scribendo decurrit, qua oculi totos simul in lectione uersus flexusque eorum et transitus intuentur et ante sequentia uident quam priora dixerunt. quo constant miracula illa in scaenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quae emiserint ultro uenire in manus credas et qua iubentur decur-
12 rere. sed hic usus ita proderit, si ea de qua locuti sumus ars antecesserit, ut ipsum illud, quod in se rationem non habet, in ratione uersetur. nam mihi ne dicere quidem uidetur nisi qui
13 disposite, ornate, copiose dicit, sed tumultuari. nec fortuiti sermonis contextum mirabor umquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere uideo: quodsi calor ac spiritus tulit, frequenter accidit ut successum extemporalem consequi cura non possit.
14 deum tunc adfuisse, cum id euenisset, ueteres oratores, ut Cicero, dictitabant. sed ratio manifesta est. nam bene concepti adfectus et recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quae nonnumquam mora stili refrigescunt et dilatae non reuertuntur. utique uero, cum infelix illa uerborum cauillatio accessit et cursus ad singula uestigia restitit, non potest ferri con-

1 quaeat **Bn** elocutioni **b**: eloquitione **M**, *om.* **B** *haud scio an recte* 2 tumisq. dicit **b** 3 gestus in gestu **Mb** obseruatione simul *nos:* obseruationem (-nū **Bg**) inluna **B**, obseruationē inuna **b**, obseruatione una **M**ς 4 sufficiat **Bg** *corr. 1m. ex* procedat procedet **M** oportet **Mb**: *om.* **B** 5 per se **M** 6 ut donec *om.* **b** non id unus p procedimus **b** 7 intersicientes **b** 8 illa atque illa concisa singultatium **b** electuri **M**, iecturi **Bg**, elucturi **b**, *unde Spalding* eluctaturi 9 sumus **Mb**: simus **B** 10 usus] uiui **b** inrationabilis **B**, intollerabilis **M**, *em. in ed. Stoer. cf. 2, 16, 16. 8, 6, 13* quam **B**: quem **Mb** 11 quo — quo *dett.* 14 mira cur illa **b** uentulatorum **B** (*corr. in* **Bg**) 15 qua iuuentus **b** ea de qua **B**: eius tota de qua **M**, eum tota loca **b** 17 quod non habet in re rationem **M**, *om.* **b** 18 ne *om.* **b** 19 fortuitu **Mb** 20 contextu **BM**, contexe **b** murculis **B** 21 superfluere uideo: quod *scripsi:* superfluere cum eo quod **BM**, uideantur superfluere cum eo quod **b**, s. uideo; cum eo quod *edd. immo latet* uideo *in illo corrupto* cumeo 23 deum tunc **B**: d. tum **M**, deuertam **b** id euenisset **B**: id uenisset **M**, inter **b** 24 dictitabant **Bn**: dictabant **Bg**, dicit alebant (agebant **b**) **Mb**, ait dictitabant *ed. Camp.* dicit aiebant *al.* 25 adfectet recentes **b** 28 fieri **M**;

torta uis, sed, ut optime uocum singularum cedat electio, non continua, sed composita est.

Quare capiendae sunt illae, de quibus dixi, rerum imagines, 15
quas uocari φαντασίας indicauimus, omniaque, de quibus dicturi erimus, personae, quaestiones, spes, metus habenda in oculis, in adfectus recipienda: pectus est enim, quod disertos facit, et uis mentis. ideoque imperitis quoque, si modo sunt aliquo adfectu concitati, uerba non desunt. tum intendendus animus, non in 16
aliquam rem unam, sed in plures simul continuas, ut, si per aliquam rectam uiam mittamus oculos, simul omnia quae sunt in ea circaque intuemur, non ultimum tantum uidemus, sed usque ad ultimum. addit ad dicendum etiam pudor stimulos, mirumque uideri potest, quod, cum stilus secreto gaudeat atque omnis arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequen- 17
tia, ut miles congestu signorum, excitatur. namque et difficiliorem cogitationem exprimit et expellit dicendi necessitas, et secundos impetus auget placendi cupido. adeo praemium omnia spectant, ut eloquentia quoque, quamquam plurimum habeat in se uoluptatis, maxime tamen praesenti fructu laudis opinionisque ducatur. nec quisquam tantum fidat ingenio, ut id sibi 18
speret incipienti statim posse contingere, sed, sicut in cogitatione praecepimus, ita facilitatem quoque extemporalem a paruis initiis paulatim perducemus ad summam, quae neque perfici neque contineri nisi usu potest. ceterum peruenire eo debet, ut cogi- 19
tatio non utique melior sit ea, sed tutior, cum hanc facilitatem non in prosa modo multi sint consecuti, sed etiam in carmine, ut Antipater Sidonius et Licinius Archias: credendum enim Ciceroni est, non quia nostris quoque temporibus non et fecerint quidam hoc et faciant. quod tamen non ipsum tam proba-

2 est **B**: si **b**, est si **M** 3 capienda imagine **b** 4 quos **Mb** 6 adfectis **b** diserto **Bg** *1 m.* 7 ideo **b** sunt **B**: sint **Mb** 8 non sunt **b** tum *om.* **Mb** 9 sed in se simul continua super **b** 10 quae fiunt **M** 11 intuemur onus non **b** 12 addit ad dicendum **B**: addit addiscendum **M**, addiscendum (*om.* addit) **FTb** stimulos **BFT**: stimulos habet et dicendorum expectata laus **M**ς; *apparet cum semel in una codd. familia illud* addit (*ante litteras* addi-) *excidisset, locum interpolatione corruptum esse* 13 mirumque **b**: marumq. **M**, utrumque **B** cum stimulus **b** 14 frequenti aut miles **B** (*corr. in* **Bg**), frequentia ut utilis **M** 15 congestu **B**: contentu **M**, contentus **b**, concentu *alii, at cf. Spalding* difficiliorem esse **b**, difficile **M** 17 cupiditas **M** praemium *Regius:* pretium *libri* 18 expectant **M** et eloquentia — ducitur *coni. Spalding* 19 uoluptatem is **b** laudis operis ducat **M** 21 in *om.* **M** 22 praecepimus *nos:* praecipimus *codd.* quoque *om.* **b**, quo **M** 25 sed utilior **M** facilitatem **Mb**: felicitatem **B** 26 non in **B**: non **Mb** sint **Mb**: sunt **B** etiam in **B**: etiam **Mb** 27 sidonium **b** lycinius **BM** enim **B**: ergo **Mb** 28 fecerit **b**

bile puto (neque enim habet aut usum res aut necessitatem) quam
exhortandis in hanc spem, qui foro praeparantur, utile exemplum.
20 neque uero tanta sit umquam fiducia facilitatis, ut non breue
saltem tempus, quod nusquam fere deerit, ad ea quae dicturi
sumus dispicienda sumamus, quod quidem in iudiciis ac foro datur
semper: neque enim quisquam est, qui causam quam non didi-
21 cerit agat. declamatores quosdam peruersa ducit ambitio, ut
exposita controuersia protinus dicere uelint, quin etiam, quod
est in primis friuolum ac scaenicum, uerbum petant, quo inci-
piant. sed tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia, et
22 qui stultis uideri eruditi uolunt, stulti eruditis uidentur. si qua
tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem, mobiliore
quodam opus erit ingenio, et uis omnis intendenda rebus et in
praesentia remittendum aliquid ex cura uerborum, si consequi
utrumque non dabitur. tum et tardior pronuntiatio moras habet
et suspensa ac uelut dubitans oratio, ut tamen deliberare, non
23 haesitare uideamur. hoc, dum egredimur e portu, si nos non-
dum aptatis satis armamentis aget uentus, deinde paulatim simul
euntes aptabimus uela et disponemus rudentes et inpleri sinus
optabimus. id potius, quam se inani uerborum torrenti dare
quasi tempestatibus quo uolent auferendum.

24 Sed non minore studio continetur haec facultas quam para-
tur: ars enim semel percepta non capitur, stilus quoque inter-
missione paulum admodum de celeritate deperdit: promptum
hoc et in expedito positum exercitatione sola continetur. hac
uti sic optimum est, ut cotidie dicamus audientibus pluribus,
maxime de quorum simus iudicio atque opinione solliciti: rarum
est enim, ut satis se quisque uereatur. uel soli tamen dicamus

---

1 aut usum res] usum ē tam̃ habet **b** 2 in **Mb**: *om.* **B** speciem **b** 3 tanta sit u. *nos:* tanta esse umquam **B**, tantas eum quam **b**, tantam esse **M**, tanta esse u. debet *Herzog*, tantam esse u. fiduciam fac. uelim *Regius* facundiam facil. **M**, fiducia — non *om.* **b** 4 fere derit **B**, feret deerit **b** 5 sumus **BM**: simus **b** despicienda **M** quod quidem **BM**: *om.* **b** 7 quosdam **Mb**: quod **B** ducit **b**: discet **B**, *om.* **M** 9 ac] ad **b** quo **BM**: quod **b** 10 irridet **M** 11 erudito res erutio uolunt stultis **b** uidentur **B**: uideatur **b**, iudicantur **M** 13 et in **B**: ne in **b**, in **M** 14 consequi *Spalding:* non sequi **b**, sequi **M**, *om.* **B** 16 non *om.* **b** 18 aptis **M**, optatis **b** uentis **b** 19 aptarimus **b** inpleri sinus **Bn**: inplerissimis **BgM** 20 potius *edd. ueteres:* protinus **BM** 21 quo *Badius:* qui **BM** 22 non **Mb**: *om.* **B** 23 capitur **BM**: labitur *ed. Gryph. 1536 et* ς, rapitur *alii haud scio an recte; cf. tamen Petersen in Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 1836 p. 753* 24 paululum **M**ς deprompttum **b** 25 portum exercitationē **b** 26 ut] uti **M** dicamus — de *om.* **M** 27 quorum **B**: quo **Mb** 28 enim *om.* **b** satis de quibus uertatur uel solita enim dicamus **M**

potius quam omnino non dicamus. est et illa exercitatio cogi- 25
tandi totasque materias uel silentio (dum tamen quasi dicat
intra se ipsum) persequendi, quae nullo non et tempore et loco,
quando non aliud agimus, explicari potest, et est in parte uti-
lior quam haec proxima: diligentius enim componitur quam illa, 26
in qua contextum dicendi intermittere ueremur. rursus in alia
plus prior confert, uocis firmitatem, oris facilitatem, motum
corporis, qui et ipse, ut dixi, excitat oratorem et iactatione
manus, pedis supplosione, sicut cauda leones facere dicuntur,
hortatur. studendum uero semper et ubique. neque enim fere 27
tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucratiuae, ut Cicero Bru-
tum facere tradit, operae ad scribendum aut legendum aut dicen-
dum rapi aliquo momento temporis possit: siquidem C. Carbo
etiam in tabernaculo solebat hac uti exercitatione dicendi. ne 28
id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, nullum
nostrum usquam neglegentem esse sermonem: quidquid loquemur
ubicumque, sit pro sua scilicet portione perfectum. scribendum
certe numquam est magis, quam cum multa dicemus ex tempore.
ita enim seruabitur pondus et innatans illa uerborum facilitas
in altum reducetur, sicut rustici proximas uitis radices amputant,
quae illam in summum solum ducunt, ut inferiores penitus
descendendo firmentur. ac nescio an utrumque, cum cura et 29
studio fecerimus, inuicem prosit, ut scribendo dicamus diligen-
tius, dicendo scribamus facilius. scribendum ergo, quotiens
licebit, si id non dabitur, cogitandum: ab utroque exclusi debent
tamen id efficere, ut neque deprensus orator neque litigator
destitutus esse uideatur.

11. significatur locus in Orat. 10, 34 ut uidetur.

1 potius — dicamus *om.* **Mb** omnino non *Gesner:* non omnino **B** est et illa *Spalding:* est illa **B**, est alia **M** 3 intra **Mb**: contra **B** se **M**: *om.* **B** non est tempore **BM**, *em. in ed. Gryph.* et loco **M**: te loco **B**, loquo **b** 4 quando **M**: quo modo **B**, *haud scio an recte si ad* quo *repetas* tempore et loco, *ut Bursian locum intellegit* explicare **Mb** utilior *edd. uett.* utilitatis **BM**, *ex* utilis magis? 5 haec] est **Bg** *1 m.* 6 deberemus **Mb** 8 quę et **b** exercitat **b** 9 dicunt *malebat Spalding* 11 illis **M** dies *om.* **b** lucratiuae **B**: lucrati (lucratur **M**) uel **Mb** 12 tradi **b** opera **Mb** aut legendum **Mb**: *om.* **B** 13 aliquo modo ento **b** 14 uti itaque **M** 15 est **BM**: *om.* **b** idem **b** ullum ūrm numquam **M** 16 loquimur **Mb** 17 sunt — perfecte **b** 18 numquam **Mb**: nusquam **B** cum **Mb**: *om.* **B** 19 seruabit **B** (*corr. in* **Bg**) innatans *ed. Stoeriana:* unatrans **B**, inatrans **b**, intrans **M** 20 reducetur **b**: reducatur **B**, reduceretur **M** uitus **b** radices amputant **Mb**: radicis amputent **B** 21 dicunt et inf. p. descendendi formatur **b** 22 an **BM**: ac si **b**, an si *ed. Camp.* 24 dicendo *om.* **Mb** 26 id efficere *Bursian:* inicere **B**, uincere **M**, inniti *uel* adniti *edd.* id agere *Badius*, euincere *Törnebladh* deprehensus **Mbς** 27 destinatus esse **b**

30 Plerumque autem multa agentibus accidit, ut maxime ne-
cessaria et utique initia scribant, cetera quae domo adferunt
cogitatione complectantur, subitis ex tempore occurrant: quod
fecisse M. Tullium commentariis ipsius apparet. sed feruntur
aliorum quoque et inuenti forte, ut eos dicturus quisque compo-
suerat, et in libros digesti, ut causarum quae sunt actae a Ser-
uio Sulpicio, cuius tres orationes extant: sed hi de quibus loquor
commentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam po-
31 steritatis uideantur esse compositi. nam Ciceronis ad praesens
modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo
excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. in
hoc genere prorsus recipio hanc breuem adnotationem libellos-
que, qui uel manu teneantur et ad quos interim respicere fas
32 sit. illud, quod Laenas praecipit, displicet mihi, in his quae
scripserimus uelut summas in commentarium et capita conferre.
facit enim ediscendi neglegentiam haec ipsa fiducia et lacerat
ac deformat orationem. ego autem ne scribendum quidem puto,
quod simus memoria persecuturi: nam hic quoque accidit, ut
reuocet nos cogitatio ad illa elaborata nec sinat praesentem
33 fortunam experiri. sic anceps inter utrumque animus aestuat,
cum et scripta perdidit et non quaerit noua. sed de memoria
destinatus est libro proximo locus nec huic parti subiungendus,
quia sunt alia prius nobis dicenda.

---

2 ceteraq. domo **BM** (*em. in* **Bg**) 3 complectuntur **b** 5 disturus **b** 6 actaea a seruio **b**, acta sermo **M** 7 hi **Bn**: ii **M**, his **Bg**, is **b** 9 nam **Mb**: Iam **B** 10 tyro **M**, taro **b** extraxit **M** ideo non **M**, non in eo **b** 11 sunt **Bg** *ante rasuram* 12 libellusque — teneatur et a quos **b** 13 uel *om.* **M** fas sit **M**: faxit **b**, dixit **B** 14 lenas **b**, leuas **BM**, laudas **B** praecepit **b** in his *nos:* ne in his **BM**, uel in iis *Spalding* 15 scripsimus **M** uelut summas in c. *scripsi:* uel in summas in (sine **b**) commentarium **B**, uel insinuamus sine commendarios **M**, uelut in summas commentarium *Spalding*, in summas siue commen tarios *edd. priores* 16 discendi **Mb** 17 ne] nec **BM** 18 quod simus **BM**: non simus **b**, quod non simus *Regius* prosecuturi *dett.* hic **B**: id **Mbς** 21 cum et **BM**: eum ē **b** perdit **M** de *et* locus *om.* **b** 23 sunt ali pius **b** dicenda deis quia (qui **b**) sunt **B**, dicenda de hys **M**; *illa lectio ex hac deprauata uidetur:* dicenda. De iis quae apta sunt, *ut haec sit inscriptio capitis sequentis. Sequitur in* **B** *subscriptio:* M. FABI QUINTILIANI INSTITUTIONU. ORATORIAR. AD UICTORIU MARCELLU LIB. X EXPLIC. INCIPIT LIBER UNDECIM.

LIBER UNDECIMUS.

I. Parata, sicut superiore libro continetur, facultate scribendi cogitandique et ex tempore etiam, cum res poscet, orandi, proxima est cura, ut dicamus apte, quam uirtutem quartam elocutionis Cicero demonstrat, quaeque est meo quidem iudicio maxime necessaria. nam cum sit ornatus orationis uarius et 2 multiplex conueniatque alius alii, nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modo non inlustrabit eam, sed etiam destruet et uim rerum in contrarium uertet. quid enim prodest esse uerba et latina et significantia et nitida, figuris etiam numerisque elaborata, nisi cum iis, in quae iudicem duci formarique uolumus, consentiant: si genus sublime dicendi paruis [in] cau- 3 sis, paruum limatumque grandibus, laetum tristibus, lene asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atque uiolentum iucundis adhibeamus? ut monilibus et margaritis ac ueste longa, quae sunt ornamenta feminarum, deformentur uiri, nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest augustius, feminas deceat. hunc locum Cicero breuiter in tertio de Oratorē 4 libro perstringit, neque tamen uideri potest quidquam omisisse dicendo, non omni causae neque auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus. nec fere pluribus in Oratore eadem. sed illic L. Crassus, cum

4. de Orat. 3, 10, 37. 17. c. 55, 210. 21. c. 21 sq.

1 facilitate b *et uaria lectio in marg.* **Bn** 2 poscit **M** 3 est **Mb**: *om.* **B** 5 necessario **b** 7 lustrabit **b** 8 et *om.* **Mb** 9 et nitida **B**: esse et n. **M**, est n. **b** etiam numerisque **B**: *om.* **Mb** 10 cum is in quae iud. dici **b**, cum hys que in iud. dici **M** in *delendum esse uidit Spalding* 12 paruum innatum gradibus **M** 13 concitatis **B**: cogitatis **Mb** 15 deformetur **Mb** 16 habitū **b** 17 in tertio *om.* **Mb** 18 quicquam omisisse **B**, quiquam misisse **b**, per quam submisse **M** 21 fere **Bn**: flere **BgM**

apud summos oratores hominesque eruditissimos dicat, satis
5 habet partem hanc uelut notare inter agnoscentis, et hic Cicero adloquens Brutum testatur esse haec ei nota ideoque breuius a se dici, quamquam sit fusus locus tractetur que a philosophis latius. nos institutionem professi non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus, ideoque paulo pluribus uerbis debet haberi uenia.

6 Quare notum sit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, mouendo iudici conueniat, quid quaque parte orationis petamus. ita nec uetera aut translata aut ficta uerba in incipiendo, narrando, argumentando tractabimus neque decurrentis contexto nitore circumitus, ubi diuidenda erit causa et in partis suas digerenda, neque humile atque cotidianum sermonis genus et compositione ipsa dissolutum epilogis dabimus, nec iocis lacri-
7 mas, ubi opus erit miseratione, siccabimus. nam ornatus omnis non tam sua quam rei, cui adhibetur, condicione constat, nec plus refert, quid dicas, quam quo loco. sed totum hoc apte dicere non elocutionis tantum genere constat, sed est cum inuentione commune. nam si tantum habent etiam uerba momentum, quanto res ipsae magis? quarum quae esset obseruatio, suis locis subinde subiecimus.

8 Illud est diligentius docendum, eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat inspexerit. nec me fugit plerumque haec esse coniuncta: nam quod decet, fere prodest, neque alio magis animi iudicum conciliari aut, si
9 res in contrarium tulit, alienari solent. aliquando tamen et haec dissentiunt: quotiens autem pugnabunt, ipsam utilitatem uincet quod decet. nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse, quam si esset usus illo iudiciali genere defensionis et oratione summissa conciliasset iudicum ani-
10 mos sibi crimenque ipsum sollicite redarguisset? uerum id eum minime decebat, ideoque sic egit, ut qui poenam suam honoribus summis esset aestimaturus. maluit enim uir sapientissimus

2 agnoscentes **Mb** 3 ei hec **M** 5 institutione **Mb** 8 nobis **B**: *om.* **Mb** 10 nec **BM**: neque ς tralata **B** 11 decurrentes ς 12 circumitus **B**: circuitus **b**ς, circumitus — neque *om.* **M** partes **Bg** *1 m.* 13 di**gerenda **Bg**, digendas **b**, digerenda continuabimus *Spalding* 15 siccauimus **Mb** 17 totum **Bn** *et* **b**: circum **BgM** 18 sed et cum in inuentione **b**, sed et inu. **M** 19 commune *om.* **Mb** habent **Mb**: habeant **B** 20 re ipsa **b**, re in ipsa **M** 21 subiemus **b**, subicimus **M** 22 subdiligentis (-dis **M**) **Mb** ante **Mb** 23 qui expediat **b** quod decet **Mb** inspexerit — decet *om.* **Mb** 24 deceat **B**, *em. Regius* 25 iudicium **M** 28 profuturam absolutionem **Mb** 29 socratis **M** ille **M** iudicali **B** (*sed corr. in* **Bg**) 30 orationi **b**

quod superesset ex uita sibi perire quam quod praeterisset. et
quando ab hominibus sui temporis parum intellegebatur, postero-
rum se iudiciis reseruauit, breui detrimento iam ultimae senec-
tutis aeuum saeculorum omnium consecutus. itaque quamuis 11
Lysias, qui tum in dicendo praestantissimus habebatur, defen-
sionem illi scriptam obtulisset, uti ea noluit, cum bonam qui-
dem, sed parum sibi conuenientem iudicauisset. quo uel solo
patet non persuadendi, sed bene dicendi finem in oratore ser-
uandum, cum interim persuadere deforme sit. non fuit hoc
utile absolutioni, sed, quod est maius, homini fuit. et nos se- 12
cundum communem potius loquendi consuetudinem quam ipsam
ueritatis regulam diuisione hac utimur, ut ab eo, quod deceat,
utilitatem separemus: nisi forte prior ille Africanus, qui patria
cedere quam cum tribuno pl. humillimo contendere de innocentia
sua maluit, inutiliter sibi uidetur consuluisse, aut P. Rutilius,
uel cum illo paene Socratico genere defensionis est usus, uel 13
cum reuocante eum P. Sulla manere in exilio maluit, quid sibi
maxime conduceret nesciebat. hi uero parua illa, quae abiec-
tissimus quisque animus utilia credit, si cum uirtute conferan-
tur, despicienda iudicauerunt, ideoque perpetua saeculorum
admiratione celebrantur. neque nos simus tam humiles, ut, quae
laudamus, inutilia credamus. sed hoc qualecumque discrimen 14
raro admodum eueniet: idem fere, ut dixi, in omni genere cau-
sarum et proderit et decebit. est autem, quod omnes et semper
et ubique deceat, facere ac dicere honeste, contraque neminem
umquam ullo in loco turpiter. minora uero quaeque sunt ex
mediis plerumque sunt talia, ut aliis sint concedenda, aliis non
sint, aut pro persona, tempore, loco, causa magis ac minus uel
excusata debeant uideri uel reprehendenda. cum dicamus autem 15

1 peterisset **B** (*corr. in* **Bg**) 2 posterorum *edd. uett.* posteriorum **BM**, *cf. 3, 7, 18* 3 iudicis **b** breui et **Bg**, *sed* et *eras.* 5 indicando **b** habeatur **b** 6 cum eam bonam **M** 7 indicasset **M** 8 oratore **B**: oratione **M** *et dett.* 10 secundo **Bg** *1 m.* 13 patre iam **Mb** 14 cum *om.* **Mb** de **Mb**: *om.* **B** 16 uel *om.* **Mb** 17 reuocantē cum p. silla **Mb** quid **b**: quod **B**, quid — nesciebat *om.* **M** 19 sicum **Bn** *1 m. corr. ex* sicut 21 neque non sumus **Mb** 22 hoc **Mb**: *om.* **B** 23 eueniet **B**: euenit **b**, aduenit **M** ceterum idem **b** 25 ubique deceat facere ac **b**: ubique deceat ac **M**, ubique persuadere ac **B**, *in quo quid lateat difficile dictu est, quamquam uulgatam corruptam esse fere apparet; nobis nihil in mentem uenit nisi hoc:* decet autem utique omnes et s. et ubique persuadere ac dicere h. 26 quae sunt *Regius* 27 plerumque **Mb**: plura **B**, *fort.* plurima sunt talia ut aliis sint **B**: sunt alii aut aliis sunt **b**, alii ut aliis sunt **M** contennenda **b**, contempnenda **M** 28 tempore **b**: tēp̄r *(in fine uersus)* **Bn**, temporum **Bg**, *om.* **M** aut minus **M**

de rebus aut alienis aut nostris, diuidenda ratio est eorum, dum sciamus pleraque neutro loco conuenire.

In primis igitur omnis [sui] uitiosa iactatio est, eloquentiae tamen in oratore praecipue, adfertque audientibus non fastidium
16 modo, sed plerumque etiam odium. habet enim mens nostra sublime quiddam et erectum et inpatiens superioris: ideoque abiectos aut summittentes se libenter adleuamus, quia hoc facere tamquam maiores uidemur, et quotiens discessit aemulatio, succedit humanitas. at qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur nec tam se maiorem quam minores ceteros
17 facere. inde inuident humiliores (hoc uitium est eorum, qui nec cedere uolunt nec possunt contendere), rident superiores, improbant boni. plerumque uero deprendas adrogantium falsam de se opinionem, sed in ueris quoque sufficit conscientia.

Reprehensus est in hac parte non mediocriter Cicero, quamquam is quidem rerum a se gestarum maior quam eloquentiae
18 fuit in orationibus utique iactator. et plerumque illud quoque non sine aliqua ratione fecit. aut enim tuebatur eos, quibus erat adiutoribus usus in opprimenda coniuratione, aut respondebat inuidiae: cui tamen non fuit par seruatae patriae poenam passus exilium, ut illorum, quae egerat in consulatu, frequens commemoratio possit uideri non gloriae magis quam defensioni data.
19 eloquentiam quidem, cum plenissimam diuersae partis aduocatis concederet, sibi numquam in agendo inmodice adrogauit. illius sunt enim: si quid est ingeni in me, quod sentio quam sit exiguum, et: quod ingenio minus possum, subsi-

25. Cic. p. Arch. § 1. 26. Cic. p. Quint. 1, 4.

1 autem alienis **b** 3 sui *deleuit Spalding* 4 tamen in orationibus (t. mentionibus **M**) non fastidium **Mb** *mediis omissis* 6 erectum **B**: rectum **Mb** 11 hoc **B**: nam hoc **Mb** officium **M** 13 uero **B**: uerbo **Mb** falsam de se **Mb**: fallacem **B** 15 non mediocriter] *hic in archetypo* **B** *defectus erat, nam locus, qui in* **Mb** *plenus exstat, in utroque codice sic scriptus est:*

ñ mediocriter cicero. quāquā is quidē rerū a se gestarū
eloquentiae fuit in orationi
bus ñ sine aliqua rati
one fecit aut in adiutorib;
usus in obprimenda pondebat

spatiis uacuis incerta redditur reliquorum codd. scriptura, in qua saltem quaedam suspecta uidentur 16 is *om.* **M** quidam **Bg** 17 quo non **M** 18 facit **Mb** enim] in **Bn** (**Bg** enim *in ras. habet m. 2*) 19 in *om.* **Mb** 20 inuidias **Mb** 21 agerat **b** in **Mb**: *om.* **B** 22 possunt **Mb** 24 concedere **Mb** sibiūīquam **b**, numquam *om.* **M** interrogauit **Mb** 25 si indices ingeni (ingenii **M**) mei quod **BM** (in me ingenii *libri Tulliani*) 26 quod **B**: *quo* **Mb** *et libri Tulliani (qui omnes saeculi sunt XV)*

dium mihi diligentia comparaui. quin etiam contra 20 Q. Caecilium de accusatore in Verrem constituendo, quamuis multum esset in hoc quoque momenti, uter ad agendum magis idoneus ueniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit quam adrogauit sibi, seque non consecutum, sed omnia fecisse ut posset eam consequi dixit. in epistulis aliquando fami- 21 liariter apud amicos, nonnumquam in dialogis, aliena tamen persona uerum de eloquentia sua dicit. et aperte tamen gloriari nescio an sit magis tolerabile uel ipsa uitii huius simplicitate, quam illa iactatio peruersa, si abundans opibus pauperem se neget, nobilis obscurum et potens infirmum et disertus imperitum plane et infantem uocet. ambitiosissimum gloriandi genus 22 est etiam deridere. ab aliis ergo laudemur: nam ipsos, ut Demosthenes ait, erubescere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet. neque hoc dico, non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emendauit, ut necessitatem id faciendi ostenderet inuidiamque omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset. et M. Tul- 23 lius saepe dicit de oppressa coniuratione Catilinae, sed modo id uirtuti senatus, modo prouidentiae deorum inmortalium adsignat. plerumque contra inimicos atque obtrectatores plus uindicat sibi: erant enim illa tuenda, cum obicerentur. in carminibus utinam 24 pepercisset, quae non desierunt carpere maligni:

cedant arma togae, concedat laurea linguae

et

o fortunatam natam me consule Romam!

et Iouem illum, a quo in concilium deorum aduocatur,

5. diu. in Caecil. 12, 40. 16. de cor. § 128. 24 sqq. in carmine de consulatu suo.

1 diligentia **B**: diligentiam **Mb** 3 esse **Mb** utinam ad **M** 5 consecutum **B**: secum **b**, secus **M** 6 posse **b** ea **Mb**, etiam **B** 7 amicos apud amicos **Mb** aliena **Mb**: *om.* **B** 8 de eloquentia — tamen *om.* **Mb** 9 ipsa uiui **B**, *additum s. l. in* **Bg**: al. (*i. e.* alii legunt) auicii, *unde in* **M** ipsa alia cupit 10 illa iactatio *Rollinus:* illa iactatione **B**, illa in iactatione **Mb**, illa iactatione p. uti *Capper.* se neget **B**: sed **b**, si **M**, se ς 12 uocent **Mb** ambitiosum **M** 13 ab illis **b**, alia ab illis **M** 14 ayt **M**, it **b** etiam **B**: id iam **Mb** laudauimur **b** dicit **Mb** 16 idem **Mb** pro steniphonte **b**, prosteni **M** 17 id *om.* **M** 18 quid **b** 20 uirtutis **Mb** 21 obtractatores **BM** 22 erat **Mb** illa tuenda *scripsi:* intuenda **B**, tuenda **Mb**ς obicere **b**, obiceretur **M** 23 qua **Bg** *1 m. ut uidetur* 24 laurea **B**: laudare **Mb** linguae **B**: *om.* **M**, alinue **b**, laudi ς 25 et *om.* **Mb** 26 o **Mb**: *om.* **B** natam *om.* **b** consules omnia **b** 27 in **Mb**: *om.* **B** aduocatus **b**, uocatus **M**

et Mineruam, quae artes eum edocuit: quae sibi ille secutus quaedam Graecorum exempla permiserat.

25 Verum eloquentiae ut indecora iactatio, ita nonnumquam concedenda fiducia est. nam quis reprendat haec: quid putem? contemptumne me? non uideo nec in uita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocri-
26 tate ingenii, quid despicere possit Antonius: et paulo post apertius: an decertare mecum uoluit contentione dicendi? hoc quidem est beneficium. quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Antonium dicere?

27 Adrogantes et illi, qui se iudicasse de causa nec aliter adfuturos fuisse proponunt. nam et inuiti iudices audiunt praesumentem partes suas, nec hoc oratori contingere inter aduersarios quod Pythagorae inter discipulos potest: 'ipse dixit'. sed
28 istud magis minusue uitiosum est pro personis dicentium: defenditur enim aliquatenus aetate, dignitate, auctoritate: quae tamen uix in ullo tanta fuerint, ut non hoc adfirmationis genus temperandum sit aliqua moderatione sicut omnia, in quibus patronus argumentum ex se ipso petet. quid fuisset tumidius, si accipiendum criminis loco negasset Cicero equitis romani esse filium se defendente? at ille fecit hoc etiam fauorabile coniungendo cum iudicibus dignitatem suam: equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit nec defendentibus nobis.

29 Impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora, sed ut quisque aetate, dignitate, usu praecedit, magis in ea reprendendus. uideas autem rixatores quosdam neque iudicum reuerentia neque agendi more ac modo contineri, quo ipso mentis

4. Cic. Phil. 2, 1, 2. 23. p. Cael. 2, 4.

1 edocuit **B**: docuit **Mb**ς 2 permiserant **Mb** 3 ita *om.* **Bn** *et 1 m.* **Bg** 4 reprehendet **Mb** 5 nec uita nec gratia **Mb** 7 dispicere **b** 9 est benef. **B**: est benef. est **M**, benef. est ς 10 quid uerius **Mb** mihi et **Mb**: mihi **B** et (*post* me) *om.* **Mb** 12 an rogantes **Mb** 13 inuitium d. *(sic)* audiunt **Mb** 14 ne hoc **PM** 15 i. discipulos **Mb**: i. discipulos contigit **B** 16 minusue **B**: inusue **Mb** 17 dignitatē **Mb** quae tamen **B**: quantum **b**, quantò **M** 18 fuerunt **Mb** ut **Mb**: *om.* **B** 20 quid **b**: quod **B**, *om.* **M** tumidius si **B**: tum id iussi (adiussi **M**) **Mb**, tumidius quam si *Slothouwer in Actis soc. Traiect. 3, 130* 21 accipiendum **Mb**: *om.* **B**, *fort.* si criminis esse loco *etc.* nec esset **Mb** 22 faborabile **Bg** *1 m.* 23 equis **Mb** autem romani *edd.* 25 his **B** *et libri Tulliani:* uobis **Mb**ς neque **M** 27 iracundia **Mb** 30 more ac **B**: *om.* **Mb** ipso **B**: ab ipso **Mb**

habitu manifestum sit, tam in suscipiendis quam in agendis
causis nihil pensi habere. profert enim mores plerumque oratio 30
et animi secreta detegit: nec sine causa Graeci prodiderunt,
'ut uiuat, quemque etiam dicere'. humiliora illa uitia: summissa adulatio, adfectata scurrilitas, in rebus ac uerbis parum modestis ac pudicis uilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas, quae fere accidunt iis, qui nimium aut blandi esse aut ridiculi uolunt.

Ipsum etiam eloquentiae genus alios aliud decet: nam ne- 31
que tam plenum et erectum et audax et praecultum senibus conueniret quam pressum et mite et limatum et quale intellegi uult Cicero, cum dicit, orationem suam coepisse *canescere*, sicut uestibus quoque non purpura coccoque fulgentibus illa aetas
satis apta sit. in iuuenibus etiam uberiora paulo et paene peri- 32
clitantia feruntur. at in isdem siccum et sollicitum et contractum dicendi propositum plerumque adfectatione ipsa seueritatis inuisum est, quando etiam morum senilis auctoritas inmatura
in adulescentibus creditur. simpliciora militaris decent. philo- 33
sophiam ex professo, ut quidam faciunt, ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus maximeque ex adfectibus, quos illi uitia dicunt. uerba quoque exquisitiora et compositio
numerosa tali proposito diuersa. non enim solum illa laetiora, 34
qualia a Cicerone dicuntur '*saxa atque solitudines uoci respondent*', sed etiam illa, quamquam plena sanguinis '*uos enim iam, Albani tumuli atque luci, uos, inquam, imploro atque testor, uosque Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales*' non con-
ueniant barbae illi atque tristitiae. at uir ciuilis uereque sa- 35
piens, qui se non otiosis disputationibus, sed administrationi rei publicae dediderit, a qua longissime isti, qui philosophi uocantur, recesserunt, omnia, quae ad efficiendum oratione quod pro-

12. Brut. 2, 8. 23. p. Arch. 8, 19. 24. p. Mil. 31, 85.

1 tum in **Mb** 4 ut iubant (iubeant **M**) quemque dicere **Mb** 6 uilis **B**: uerbis **Mb** 7 eis **b**, hys **M** aut (*post* esse) *om.* **B** (*habet* **b**) 9 alios *om.* **M** 10 rectum **M** percultum *Obrecht* 11 p̄ssumet **Bn**, presummet **Bg**, presumet **M** quali **b**, quasi **M** 12 Cicero — canescere *om.* **M** *et* **Bg**, *sed in hoc manu uetere suppleta sunt in marg.* 14 ueriora **Mb** 15 eisdem sit cum **Mb** 16 propositum *om.* **Mb** affectione **Mb** 18 in *om.* **Mb** militaris dicent **Mb** 20 decoris **Bg** (*pro* decoris̃, *ut est in* **Bn**), decoris sunt **Mb** maxime **Mb** 22 propositio **Mb** solum **B**: sola **FMT** 23 cicero **Mb** 26 inplora **b** 27 populi p. r. **Bg** *1 m.* societate quales **b** 28 at] ad **b**, aut **BM** 29 otisis **Bn** *et 1 m.* **Bg** administratione **BM** 30 dediderit **b**: dederit **BM** 31 omnia q̃. ad **b** (*lectio* **Bg** *ignoratur*) proposuerit **b**: proposuerint **B**, proposuāt **M**

posuerit ualent, libenter adhibebit, cum prius, quid honestum
36 sit efficere, in animo suo constituerit. est quod principes deceat,
aliis non concesseris. imperatorum ac triumphalium separata
est aliqua ex parte ratio eloquentiae, sicut Pompeius abunde
disertus rerum suarum narrator, et hic, qui bello ciuili se inter-
37 fecit, Cato eloquens senator fuit. idem dictum saepe in alio
liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. uerba aduersus
Agamemnonem a Thersite habita ridentur: da illa Diomedi aliiue
cui pari, magnum animum ferre prae se uidebuntur. ego te
consulem putem, inquit L. Crassus Philippo, cum tu me
non putes senatorem? uox honestissimae libertatis, non
38 tamen ferres quemcumque dicentem. negat se magni facere
aliquis poetarum, utrum Caesar ater an albus homo sit,
insania: uerte, ut idem Caesar de illo dixerit, adrogantia est.
maior in personis obseruatio est apud tragicos comicosque: multis
enim utuntur et uariis. eadem et eorum, qui orationes aliis
scribebant, fuit ratio et declamantium est: non enim semper ut
aduocati, sed plerumque ut litigatores dicimus.

39 Verum etiam in iis causis, quibus aduocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. utimur enim fictione personarum et uelut ore alieno loquimur, dandique sunt iis, quibus uocem accommodamus, sui mores. aliter enim P. Clodius, aliter Appius Caecus, aliter Caecilianus ille, aliter Terentianus pater
40 fingitur. quid asperius lictore Verris 'ut adeas, tantum
dabis', quid fortius illo, cuius inter ipsa uerberum supplicia
una uox audiebatur 'ciuis Romanus sum'? quam dignae Milonis in peroratione ipsa uoces eo uiro, qui pro re publica seditiosum ciuem totiens conpescuisset quique insidias uirtute
41 superasset! denique non modo quot in causa totidem in prosopopoeia sunt uarietates, sed hoc etiam plures, quod in his puerorum, feminarum, populorum, mutarum etiam rerum adsimula-
42 mus adfectus, quibus omnibus debetur suus decor. eadem in

13. Catull. 93. 24. Verr. V, 45, 118. 26. ib. 62, 162.

3 cesseris **b** 5 ciuilis et interficit **b** 6 in alio librorum **b**, *om.* **BM** 8 agamemnonie **b** da **B** *ut coni. Regius:* de **b**, at **M** aliiue **M**: aliue **B** 9 pari **b**: par **BM** ferre **M**: fere **B** 10 inquit **BM** *post* ego te *habent*, *om.* **b** 12 negat set **b** 14 de illo *om.* **M** 17 scribant **b** ut **B**: et **b**, est **M** 19 iis **B**: is **b**, his **M**ς 20 est **BM**: et **b** 21 sunt is **b** 24 asperus **Bg** *1 m.* littore **Mb** 25 illo] o **b** uerborum **Mb** 26 digne miloni si (milonis **b**) imperatione (in oratione **M**) **BM** 27 propere diciosum **b** 28 conpescuisse **b** 29 quod **BM** prosopeia **b** 30 quod *om.* **b** in is **Bg** *1 m.* 31 multarum **BM**, *em. Regius* 32 in is **Bg**

iis, pro quibus agemus, obseruanda sunt: aliter enim pro alio saepe dicendum est, ut quisque honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorum quoque et ante actae uitae differentia. iucundissima uero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beniuolentia. sed illa quoque diuersa bonum uirum decent: malos odisse, publica uice commoueri, ultum ire scelera et iniurias, et omnia, ut initio dixi, honesta.

Nec tantum quis et pro quo, sed etiam apud quem dicas 43 interest: facit enim et fortuna discrimen et potestas, nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, priuatum, tantum liberum ratio est, nec eodem sono publica iudicia et arbitrorum disceptationes aguntur. nam ut orantem pro capite sollicitudo 44 deceat et cura et omnes ad amplificandam orationem quasi machinae, ita in paruis rebus iudiciisque uana sint eadem, rideaturque merito, qui apud disceptatorem de re leuissima sedens dicturus utatur illa Ciceronis confessione, non modo se animo commoueri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. quis uero nesciat, quanto aliud dicendi genus poscat 45 grauitas senatoria, aliud aura popularis? cum etiam singulis iudicantibus non idem apud grauis uiros quod leuiores, non idem apud eruditum quod militarem ac rusticum deceat, sitque nonnumquam summittenda et contrahenda oratio, ne iudex eam uel intellegere uel capere non possit.

Tempus quoque ac locus egent obseruatione propria: nam 46 et tempus tum triste tum laetum, tum liberum tum angustum est, atque ad haec omnia componendus orator: et loco publico 47 priuatone, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris denique an foro dicas, interest plurimum, ac suam quidque formam et proprium quendam modum eloquentiae poscit: cum etiam in ceteris actibus uitae non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conueniat, et pleraque, quae natura non sunt reprendenda atque adeo interim sunt necessaria, alibi quam mos

16. diu. in Caecil. 13, 41.

2 honesti b, honestus et M 3 erit delicta b et actae uitae differentiae b 6 publicae b uoce M multum ire M, uult cineris b 7 et iniurias *om.* b dixi ut honesta b 8 qui b dicis M 9 fecit b 13 amplificandum Mb 14 machina et ita b iudiciisque *Regius:* iudicibusque BM, iudicibus b uana] una Bg *1 m.* 18 quanto BM: cuncto b 20 quos b leuioris B 22 et *om.* b 23 non *om.* b 27 an priuato *Regius* aliena in ciu. *malebat Spalding* 28 deinde quae b inter os b 29 quedam (quodam M) modo Mb eloquentiae — in foro *om.* M 32 adeo *Gesner:* ideo BM, *om.* ς

8 permiserit turpia habeantur. illud iam diximus, quanto plus nitoris et cultus demonstratiuae materiae, ut ad delectationem audientium compositae, quam, quae sunt in actu et contentione, suasoriae iudicialesque permittant.

Hoc adhuc adiciendum, aliquas etiam, quae sunt egregiae dicendi uirtutes, quo minus deceant, effici condicione causarum. 9 an quisquam tulerit reum in discrimine capitis, praecipueque si apud uictorem et principem pro se ipse dicat, frequenti translatione, fictis aut repetitis ex uetustate uerbis, compositione quae sit maxime a uulgari usu remota, decurrentibus periodis, quam laetissimis locis sententiisque dicentem? non perdant haec omnia necessarium periclitanti sollicitudinis colorem petendumque etiam 10 innocentibus misericordiae auxilium? moueaturne quisquam eius fortuna, quem tumidum ac sui iactantem et ambitiosum institorem eloquentiae in ancipiti sorte uideat? non immo oderit reum uerba aucupantem et anxium de fama ingenii et cui esse diserto 11 uacet? quod mire M. Caelius in defensione causae, qua reus de ui fuit, comprendisse uidetur mihi: *ne cui uestrum atque etiam omnium, qui ad rem agendam adsunt, meus aut uultus molestior aut uox inmoderatior aliqua aut denique, quod minimum est, iactantior gestus fuisse* 12 *uideatur.* atqui sunt quaedam actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positae: sententiolisne flendum erit? epiphonemata aut enthymemata exorabunt? non, quidquid meris adicietur adfectibus, omnis eorum diluet uiris et miserationem secu- 13 ritate laxabit? age, si de morte filii sui uel iniuria, quae morte sit grauior, dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atque dilucido, quaeret, breuiter ac significanter ordinem rei protulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos et propositionum ac partitionum captabit leporem et, ut plerumque in hoc genere

1 permisit t. habebuntur **M** 5 adiciendum b: audiendum **BM** 6 effici **BM**: officio b conditione **Bn** 7 praecipueque si b: praecipue quis **BM** 8 apud uictorem tot gentium populum aut principem *Teuffel in Jahrb. f. Philol. 1864 p. 842* principalem b ipse **B** *bis habet* dicant b tralatione **B** 9 quae sunt b 10 perhiodis **B** 13 moueaturne **BM**: commoueaturne b 14 etiam uitiosum b 16 occupantem **M** et auxilium b ingeni **B** 17 M. b: *om.* **BM** celius b 19 adsumeris aut **M** 21 minimum b *ut coni. Rollinus:* nimium **BM** 22 uideantur b 23 erit — adicietur *om.* **M** epiphonena b 24 meritis b 25 errorum diluet uires b 26 laxauit b, laxabitur **M** 28 illa b contingent **M**b dilucida q̄r et b 29 re b pertulisse **BM** 30 non contentus *Spalding recte dissentiente Enderlino in Comment. de cod. Bamb. III, p. 9, item Meistero in Philol. 18, p. 518* deducet **M**, ducet b in dicitos b 31 captauit b, captabis **M**

moris est, intentione omni remissa loquetur? quo fugerit interim 54
dolor ille? ubi lacrimae substiterint? unde se in medium tam
secura obseruatio artium miserit? non ab exordio usque ad ulti-
mam uocem continuus quidam gemitus et idem tristitiae uultus
seruabitur, si quidem uolet dolorem suum etiam in audientis
transfundere? quem si usquam remiserit, in animum iudicantium
non reducet. quod praecipue declamantibus (neque enim me 55
paenitet ad hoc quoque opus meum et curam susceptorum semel
adulescentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola
finguntur adfectus, quos non ut aduocati, sed ut passi subimus:
cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis a 56
senatu quidam uel ob aliquam magnam infelicitatem uel etiam
paenitentiam petunt, in quibus non solum cantare, quod uitium
peruasit, aut lasciuire, sed ne argumentari quidem nisi mixtis
et quidem ita, ut ipsa probatione magis emineant, adfectibus
decet. nam qui intermittere in agendo dolorem potest, uidetur
posse etiam deponere.

Nescio tamen an huius, de quo loquimur, decoris custodia 57
maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda sit. nam
sine dubio in omnibus statim accusationibus hoc agendum est,
ne ad eas libenter descendisse uideamur. ideoque mihi illud
Cassi Seueri non mediocriter displicet: di boni, uiuo, et, quo
me uiuere iuuet, Asprenatem reum uideo. non enim
iusta ex causa uel necessaria uideri potest postulasse eum, sed
quadam accusandi uoluptate. praeter hoc tamen, quod est com- 58
mune, propriam moderationem quaedam causae desiderant. qua-
propter et qui curationem bonorum patris postulabit, doleat eius
ualetudine, et quamlibet grauia filio pater obiecturus miserrimam
sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem, nec hoc paucis
modo uerbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere
modo, sed etiam uere dicere appareat. nec causanti pupillo 59

1 quod fugerit **b**, profugerit **M** 2 in odium *coniecit Zumpt* 5 audientis **b**: audientes **BM** 6 transferre **M** quem **Bg** *corr. ex* quae umquam **b** 7 quod *om.* **b** 8 penitet **BM**, *item infra u. 13* penit. semper **b** 9 quod plures **b** 10 aduocatis et **b** ut *om.* **M** 11 simulari **Bg** *corr. ex* simulacri cum ius *edd. uett.* cuius **BM** (cu ius **Bn**) 13 non solum non *Regius* 14 persuasit **BM** aut lasciuire sed **B**: amlaxi uiros et **Mb** argumentare **Bg** *1 m.* nisi **B**: in **Mb** mixtus **M** 15 ipsa **Mb**: in ipsa **B** 16 in agendo **B**: negendo **b**, negando **M** 19 eus **b** contra *edd. uett.* circa **BM** 21 nec ad **Mb** 22 di **B**: si **M** 23 aspernatem **B**, adspernantem **M**, *em. in ed. Ven. 1493* 24 uidere **Bn** *et 1 m.* **Bg** 27 postulauit **Mb** 28 ualitudine **B**, ualetudinem **b**, ualitudinem **M** obiecturis **Bg** *1 m.* 31 causanti **Bg** *corr. ex* causati, ausanti **M** pupullo **Bn**

sic tutor irascatur umquam, ut non remaneant amoris uestigia et sacra quaedam patris eius memoria. iam quo modo contra abdicantem patrem, querentem uxorem agi causam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. quando etiam ipsos loqui, quando [etiam] aduocati uoce uti deceat, quartus liber, in quo prooemii praecepta sunt, continet.

60 Esse et in uerbis quod deceat aut turpe sit, nemini dubium est. unum iam igitur huic loco, quod est sane summae difficultatis, adiciendum uidetur, quibus modis ea, quae sunt natura parum speciosa quaeque non dicere, si utrumlibet esset liberum,
61 maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus. quid asperiorem habere frontem potest aut quid aures hominum magis respuunt, quam cum est filio filiiue aduocatis in matrem perorandum? aliquando tamen necesse est, ut in causa Cluenti Habiti, sed non semper illa uia, qua contra Sasiam Cicero usus est, non quia non ille optime, sed quia plurimum refert, qua in
62 re et quo modo laedat. itaque illa, cum filii caput palam inpugnaret, fortiter fuit repellenda. duo tamen, quae sola supererant, diuine Cicero seruauit, primum, ne obliuisceretur reuerentiae, quae parentibus debetur, deinde ut repetitis altius causis diligentissime ostenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset.
63 primaque haec expositio fuit, quamquam ad praesentem quaestionem nihil pertinebat: adeo in causa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. fecit itaque nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi, in quam dice-
64 batur. potest tamen aliquando mater et in re leuiore aut minus infeste contra filium stare: tum lenior atque summissior decebit oratio. nam et satisfaciendo aut nostram minuemus inuidiam aut etiam in diuersum eam transferemus, et si grauiter dolere filium palam fuerit, credetur abesse ab eo culpa fietque ultro
65 miserabilis. auertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita credatur, et omnia nos passuros, nihil aspere

1 tutori **Mb** non *om.* **Mb** 3 partem **Mb** 4 etiam quando *malebat Spalding* ipsos — quando etiam **B**: *om. reliqui noti:* etiam *altero loco om. ed. Stoeriana* 5 deceat **Mb**: deceret **B** 7 esse et **B**: esse **Mb** 8 hui **B** (*corr. in* **Bg**) sane *om.* **M** 14 habitis et **Mb** 15 quam **Mb** asiam **M**, asia **b** 16 non **Bg** *1 m. s. l.* non — sed quia *om.* **M** sed **B**: est **b** 19 seruabit **Mb** obliuisceretur **Bg** 20 ut] ne **M** 22 necesse est **Mb** 24 pertinebit **M** 26 diceret **M** 27 aut **B**: ac **b**, et **M** 28 infesta *Regius* tum **B**: cum **Mb** decebit **Bg** *corr. ex* decebat 31 fuerat **b**, fuerant **M** culpa *ed. Gryphiana:* culpam *libri* 32 auerte **M**, auertire **b**

dicturos testandum, ut, etiamsi non possumus *non* conuiciari, nolle uideamur. etiam, si quid obiciendum erit, officium est patroni, ut id filio inuito, sed fide cogente facere credatur: ita poterit uterque laudari. quod de matre dixi, de utroque parente 66 accipiendum est: nam inter patres etiam filiosque, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio. in aliis quoque propinquitatibus custodiendum est, ut inuiti et necessario et parce iudicemur dixisse, magis autem aut minus, ut cuique personae debetur reuerentia. eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia. et ut semel plura conplectar, numquam decebit sic aduersus tales agere personas, quomodo contra nos agi ab hominibus condicionis eiusdem iniquo animo tulissemus. praestatur 67 hoc aliquando etiam dignationibus, ut libertatis nostrae ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in laedendis iis aut etiam ambitiosos putet. itaque Cicero, quamquam erat in Cottam grauissime dicturus neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen praefatione excusauit officii sui necessitatem. ali- 68 quando etiam inferioribus praecipueque adulescentulis parcere aut uideri decet. utitur hac moderatione Cicero pro Caelio contra Atratinum, ut eum non inimice corripere, sed paene patrie monere uideatur: nam et nobilis et iuuenis et non iniusto dolore uenerat ad accusandum.

Sed in his quidem, in quibus uel iudici uel etiam adsistentibus ratio nostrae moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, ueremur offendere. duae simul huiusmodi personae Ciceroni pro Murena 69 dicenti obstiterunt, M. Catonis Seruique Sulpici. quam decenter tamen Sulpicio, cum omnes concessisset uirtutes, scientiam petendi consulatus ademit! quid enim aliud esset, quo se uictum homo nobilis et iuris antistes magis ferret? ut uero rationem defensionis suae reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpici contra

1 dicturo **Mb** non *addidit Badius* conuitiari **Bg** 3 ut filio suo inuito **M** 6 emancupatio **b** litigatus **Mb** 7 parce *Regius:* parte *libri* 9 libertatis **Mb** patronos **b**: patronus **M**, nos **B**, *sed* **Bn** *spatio uacuo ante* nos *relicto* 10 sic **B**: si **Mb** 13 dignationibus **B**: al. (*i. e.* alii *uel* alias) dignitatibus **b**, alias dignitatibus **M** 14 aut **B**: ut **Mb** eis **Mb** aut **Mb**: autem **B** 15 putes **Mb** 18 praecipue **M** 19 uidere **M**, mederi *edd. uett. at recte Spalding:* decet aut parcere aut speciem certe habere parcentis 20 patrio more *coni. Burman* 21 mobilis **Mb** 23 uel (*ante* iudici) **B**: ue **b**, ne **M** adsistentibus **B**: astantibus **Mb** 24 oratio **BM** est **Mb**: *om.* **B** 25 defficultatis **Bg**, difficultati **Mb** 27 obstiterint **M** 28 concessisse **Mb** 30 antistites **b** ut uerberor actionem **b**, ueror beror actionū **M** 31 studisse **BM** (*corr. in* **Bg**) sulpici **B**: sulpicioni **Mb**

honorem Murenae, non idem debere accusationi contra caput
70 diceret! quam molli autem articulo tractauit Catonem! cuius
naturam summe admiratus non ipsius uitio, sed Stoicae sectae
quibusdam in rebus factam duriorem uideri uolebat, ut inter
eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationem
71 crederes incidisse. haec est profecto ratio et certissimum prae-
ceptorum genus illius uiri obseruatio, ut, cum aliquid detrahere
salua gratia uelis, concedas alia omnia: in hoc solo uel minus
peritum quam in ceteris, adiecta, si potuerit fieri, etiam causa
cur id ita sit, uel paulo pertinaciorem uel credulum uel iratum
72 uel inpulsum ab aliis. hoc enim commune remedium est, si tota
actione aequaliter appareat non honor modo eius, sed etiam
caritas. praeterea causa sit nobis iusta sic dicendi, neque id
73 moderate tantum faciamus, sed etiam necessario. diuersum ab
hoc, sed facilius, cum hominum aut alioqui turpium aut nobis
inuisorum quaedam facta laudanda sunt: decet enim rem ipsam
probare in qualicumque persona. dixit Cicero pro Gabinio et
P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus et in quos ora-
tiones etiam scripserat, uerum † et iusta sit faciendi: non se de
74 ingenii fama, sed de fide esse sollicitum. difficilior ei ratio in
iudicio Cluentiano fuit, cum Scamandrum necesse haberet dicere
nocentem, cuius egerat causam. uerum id elegantissime cum
eorum, a quibus ad se perductus esset, precibus, tum etiam
adulescentia sua excusat, detracturus alioqui plurimum auctori-
tatis sibi in causa praesertim suspecta, si eum se esse, qui
temere nocentis reos susciperet, fateretur.

1 munere b, numere **M** accusationi **B**: actioni **FMT** 3 admiratis **M** *(lectio* b *incerta)* uitiosa e (uitiosam **M**) stcicae **M**b 4 durior b, du *(in extremo uersu)* **M** 5 studiosum **BM** 6 ratio ut cum et **FMT** 9 in ceteris dicas *Spalding* potuerit **BM**: poterit ς 10 pertinaciorem — excitandus est uoce ut du *(cap. 2, § 33) interciderunt in* **B**; *per hanc partem codicum* **MS** *lectiones uniuersas communicauimus* 11 enim **G**: illis **MS** si *Regius* (*sed is* si in): nisi **GMS** (remedium est irritum, nisi *Meister in Philol. 18, 509*) 12 eius **G**: *om.* **MS**ς 13 sic] sit **GS**, si **M** dicenda **MS** 15 alioquin **MS**, *item* **M** *§ 74* 16 uniuersorum **M** dicet enim rerum **MS** 17 *fort.* pro A. Gabinio 18 sibi **M**: sic̄ **G**, sicut **S** 19 sit faciendi **G**, sic (sit **S**) faciendo **MS**; uerum causa iusta fit fatendo *Regius*, uerum excusat se fatendo *Zumpt; uidentur quaedam deesse, nec tamen placet supplementum a Buttmanno in ed. Spald. 4, 712 propositum, nobis in mentem uenit:* uerum ait, ut sit iusta causa sic faciendi *etc.* se de] sed **GMS** 20 ei ratio] cunctio **S** 21 necesse *om.* **M** 22 agerat **G** id eleg. *ed. Campana:* uide legantissime **G**, ind (quid **S**) elegantissime **MS** 23 ad se *Spalding:* a se **GMS** productus **S**, proditus **M** etiam] esset **S** 24 adolescenciam suam **M** detractus **GMS** plurimum **G** *ut coni. Spalding:* plures **MS**, plus *al.* auctoritates **S** 25 sibi *nos:* sicut **GMS**, si ς; *cf. supra ad u. 18* causā **G** suscepta **M** si eum se esse **G**: si eum (cum **M**) esse **MS**, se eum esse ς qui] quod **S** 26 nocentis **GMS**: nocentes ς suscipere **GMS**, *em. Regius*

Apud iudicem uero, qui aut erit inimicus alioqui aut propter 75
aliquod commodum a causa, quam nos susceperimus, auersus,
ut persuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditissima: fiducia
enim iustitiae eius et nostrae causae nihil nos timere simula-
bimus. ipse erit gloria inflandus, ut tanto clarior eius futura
sit fides ac religio in pronuntiando, quanto minus uel offensae
uel utilitati suae indulserit. hoc et apud eos, a quibus appel- 76
latum erit, si forte ad eosdem remittemur: adicienda ratio uel
necessitatis alicuius, si id causa concedit, uel erroris uel suspi-
cionis. tutissimum ergo paenitentiae confessio et satisfactio
culpae, perducendusque omni modo iudex ad irae pudorem. ac- 77
cidit etiam nonnumquam *ut* eadem *de* causa, de qua pronuntiauit,
cognoscat iterum. tum illud quidem commune: apud alium nos
iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse, neque enim
emendari ab alio quam ipso fas esse: ceterum ex causa, ut quae-
que permittet, aut ignorata quaedam aut defuisse testes aut,
quod timidissime et, si nihil aliud plane fuerit, dicendum est,
patronos non suffecisse succurret. etiam, si apud alios iudices 78
agetur, ut in secunda adsertione aut in centumuiralibus iudiciis
duplicibus, parte uicta decentius erit, quotiens contigerit, ser-
uare iudicum pudorem, de qua re latius probationum loco dic-
tum est.

Potest euenire, ut in aliis reprehendenda sint, quae ipsi
fecerimus, ut obicit Tubero Ligario, quod in Africa fuerit. et 79
ambitus quidam damnati recuperandae dignitatis gratia reos
eiusdem criminis detulerunt, ut in scholis luxuriantem patrem
luxuriosus ipse iuuenis accusat. id quomodo decenter fieri pos-

1 qui **G**: quod **MS** aut erit inimicos alioqui **G**, *om.* **MS** *et rell. noti, in quibus colon deesse solus Rollinus perspexerat;* alioqui *omisit Bonnell, quamquam optimam lectionem ex* **G** *cognouerat* 2 alioquod **G**, *sed* li *s. l. m. 1* ac uasa **G**, in causa **MS** nos *om.* **S** auersus **G**: aut sunt **MS**, alienus ς 4 eius et nostrae] eius et n̄n̄e **G**, et non est **MS** simulabimus **MS**: simulauimus **G** 5 ipse enim **M** erat gloria infandus **GMS** ut] ex **S** eius *om.* **MS** 7 apud nos quibus **GMS**, a. nos in quibus **F** 8 remitteremur **G**, *sed* er *1 m. punct.* remittentur **MS** 9 necessitas **GMS** causa concedit **G** *ut coni. Spalding:* causa (cause **M**) cedit **MS** 11 ad irae *Regius:* adire **GMS** 12 ut *addidit Regius* eadem de *nos:* eadem **GMS**, ea de *Meister* 13 cognoscat *Badius:* cognat **G**, cogatque **M**, cogitatq; **S** 15 ab illo **S** causa aut **GMS** 16 quedam ut defuisse **M** 17 tumidissime **GMS** 18 sufficisse **G** succurreret **S** iudices agetur **M**: iudex augetur **G**, iudex augeret **S** 19 assertione **MS**, adsertionē **G** 20 contigerit **S**: contingerit **GM** 21 iudicum **M**: iudicium **GS** 23 euenire *om.* **M** ipse **M** 24 tuuero **G**, *item § 80 in.* affrica **GMS** 25 dampnati **M**, nati **GS** 26 eiusdem **MS**: eidem **G** scolis **GMS** 27 quomodo decenter *Obrecht:* q̄modocenter **G**, qm̄ decenter **G** *corr. m.2 et* **S**, quoniam decentur **M** fieri (fierit **G**) possunt **GMS**

sit, equidem non inuenio, nisi aliquid reperitur, quod intersit,
80 persona, aetas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenem se patri haesisse, illum a senatu missum non ad bellum, sed ad frumentum coemendum ait, ut primum licuerit, a partibus recessisse: Ligarium et perseuerasse et non pro Cn. Pompeio, inter quem et Caesarem dignitatis fuerit contentio, cum saluam utterque rem publicam uellet, sed pro Iuba atque Afris inimicissimis
81 populo Romano stetisse. ceterum uel facillimum est ibi alienam culpam incusare, ubi fateris tuam: uerum id iam indicis est, non actoris. quodsi nulla contingit excusatio, sola colorem habet paenitentia. potest enim uideri satis emendatus, qui in odium
82 eorum, in quibus errauerat, ipse conuersus est. sunt enim casus quidam, qui hoc natura ipsa rei non indecens faciant, ut cum pater ex *meretrice natum, quod duxerit* meretricem in matrimonium, abdicat: scholastica materia, sed non *quae in foro non* possit accidere. hic igitur multa non deformiter dicet: uel quod omnium sit uotum parentum, ut honestiores quam sint ipsi liberos habeant (nam et si filia nata, meretrix eam mater pudicam esse uoluisset), uel quod humilior ipse fuerit (licet enim huic
83 ducere), uel quod non habuerit patrem qui moneret: quin eo minus id faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pudorem et exprobraret patri nuptias, matri prioris uitae necessitatem, ne denique legem quandam suis quoque †sum liberis daret. credibilis erit etiam propria quaedam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non possit. alia praetereo: neque enim nunc declamamus, sed ostendimus, nonnumquam posse dicentem ipsis incommodis bene uti.

1 nisi *om.* **S**, nisi si *malebat Spalding* aliqui reperitur que quod **M** (reperiatur *coni. Regius*) 2 animus. Tum uero **MS** 3 senatum **G** 4 cremandum **S** ait ut primum **S**: ait (aut **M**) ut rimum **GM** 5 Lig. et perseuerasse *om.* **S** 6 et cesarem **M**, cessarem (*om.* et) **G**, cesar est **S** 7 iuba **M**: iuua **G**, uiua **S** afrisis **M** 8 stetitisse **M** ubi **S** 9 recusare **M** id *om.* **G**, ut **S** indicis **G**: iudicis **MS**, *cf. Spalding* 10 quia si **S** 11 emendati **MS** quin odium **GMS** 12 conūss est **G**, est *om.* **S** enim cas̄s quidam qui **G**, enim quidam qui **S**, enim qui **M**, enim quaedam quae *coni. Spalding* 13 faciunt **MS** 14 pater — matrimonium *ed. Campana:* patre ex meretrice (-cē **G**) in matrimonium **GS**, pater ex meretrice in matrimo **M** 15 scolastica **GMS** materia *om.* **S** *in spatio uacuo* sed — possit *Spalding:* sed non possit **GMS**, sed non quae non possit ς 16 multa **M**: muta **GS** dicit **M** 17 notum **MS** quam **M**: qua **GS** ipse **S** 18 eam natus dudicam **M** 19 licebat (*uel* licuit) *recte malebat Spalding* huic dúcere *Spalding:* hoc ducere **GS**, hoc dicere **M**ς 21 ne *om.* **M**, non **S** 22 exprobaret **S**, probaret **M** 23 sum **G**, sine **MS**, subinde *edd. uett. et* ς, *fort.* rursum daret et **MS** 24 metrice **M** 25 ferre **GS**: facere **M** praeterea **GMS**, *em. in ed. Gryph.* 26 nunc **M**: hunc **GS**

Illic maior aestus, ubi quis pudenda queritur, ut stuprum, 84
praecipue in maribus, aut os profanatum. non dico, si loquatur
ipse: nam quid aliud ei quam gemitus aut fletus et exsecratio
uitae conueniat, ut iudex intellegat potius dolorem illum quam
audiat? sed patrono quoque per similes adfectus eundum erit,
quia hoc iniuriae genus uerecundius est *fateri* passis quam ausis.
mollienda est in plerisque aliis colore asperitas orationis, ut 85
Cicero de proscriptorum liberis fecit. quid enim crudelius quam
homines honestis parentibus ac maioribus natos a re publica
summoueri? itaque durum id esse summus ille tractandorum
animorum artifex confitetur, sed ita legibus Sullae cohaerere
statum ciuitatis adfirmat, ut iis solutis stare ipsa non possit.
adsecutus itaque est, ut aliquid eorum quoque causa uideretur
facere, contra quos diceret. illud etiam in iocis monui, quam 86
turpis esset fortunae insectatio, et ne in totos ordines aut gentes
aut populos petulantia incurreret. sed interim fides patrocinii
cogit quaedam de uniuerso genere aliquorum hominum dicere,
libertinorum uel militum uel publicanorum uel similiter aliorum.
in quibus omnibus commune remedium est, ut ea, quae laedunt, 87
non libenter tractare uidearis, nec in omnia impetum facias,
sed in id, quod expugnandum est, et reprendens alia laude
conpenses: si cupidos milites dicas, sed non mirum, quod peri- 88
culorum ac sanguinis maiora sibi deberi praemia putent: eosdem
petulantes, sed hoc fieri, quod bellis magis quam paci consue-
rint. libertinis detrahenda est auctoritas: licet iis testimonium
reddere industriae, per quam exierint de seruitute. quod ad 89

---

1 maiora **GMS** quaeritur **G** 2 in manibus **GMS**, *em. in edd. uett.* os **G**: eos **S**, nos **M** prophanatum **MS**, prophana natum **G** 3 aut **GMS**: ac ς et *ed. Camp. om.* **GMS** execratio **MS** 6 qui ad hoc **GMS**, *em. in edd. uett.* uerecundus est **M**, verecundassem **S**; fateri *addidi; infinitiuum deesse recte intellexit Spalding* 7 esse **M** aliis *Spalding:* alia **GM**, alio **S**ς locore **GMS** orationis *om.* **S** 8 facit **S** 9 ac maioribus *om.* **M** 10 submoueri **S**, summori **G** Ita duu id esse **S** sumus **GM**, simul **S** 11 it a **GS**, id a **M** syllae **GM**, scille **S** coherere **G**, cohercere **S**, coercere **M** 12 affirmant **GMS** is **GS**, hys **M** solitis **S** 13 adsecutus *Regius:* secutus **GMS**, consecutus *Spalding* 14 dicere **MS** etiam illud **S**, illud iam *malim* in locis **GMS**, *em. Regius; cf. 6, 3, 28* *post* quam *uocab. in* **G** *erasum* 15 esse **GMS** in toto **GMS** 16 interit **G** fideles **GMS** 17 quandam **S** 18 puplicanorum **G** *fort.* similium 19 est *om.* **S** ledunt **GS**, legunt **M** 20 iubearis **M** 21 quod **MS**: quo **G** est *om.* **S** et ea *Francius*, et quaedam *Rollinus* reprehendens **M**, prendens **G**, pendens **S**, premens *coni. Spalding* aliqua *malim*, *ne* reprendens *obiecto careat* 22 compesces **S** si c. m. dicas sed *Spalding:* si cupidum dedicasset **GMS** 23 eosde **G** 24 sed *Spalding:* et **GMS** consuerint **G**: assueuerunt **MS**, assueuerint ς 25 trahenda **GS**, tradenda **M** is **G**, his **S**, hys **M** 26 redde **S** exierit **MS**

nationes exteras pertinet, Cicero uarie: detracturus Graecis testibus fidem doctrinam iis concedit ac litteras, seque eius gentis amatorem esse profitetur, Sardos contemnit, Allobrogas ut hostis insectatur: quorum nihil tunc, cum diceretur, parum
90 aptum aut remotum cura decoris fuit. uerborum etiam moderatione detrahi solet, si qua est rei inuidia: si asperum dicas nimium seuerum, iniustum persuasione labi, pertinacem ultra modum tenacem esse propositi: plerumque uelut ipsos coneris ratione uincere, quod est mollissimum.

91 Indecorum est super haec omne nimium, ideoque etiam quod natura rei satis aptum est, nisi modo quoque temperatur, gratiam perdit. cuius rei obseruatio iudicio magis quodam sentiri quam praeceptis tradi potest, quantum satis sit et quantum recipiant aures: non habet res mensuram et quasi pondus, quia ut in cibis alia aliis magis complent.

92 Adiciendum etiam breuiter uidetur, quod fit ut dicendi uirtutes diuersissimae non solum suos amatores habeant, sed ab eisdem saepe laudentur. nam Cicero quodam loco scribit, id esse optimum, quod, cum te facile credideris consequi imitatione, non possis. alio uero, non id egisse, ut ita diceret, quomodo se quilibet posse confideret,
93 sed quomodo nemo. quod potest pugnare inter se uideri, uerum utrumque ac merito laudatur: causarum enim modo distat, quia simplicitas illa et uelut securitas inadfectatae orationis mire tenuis causas decet, maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. in utroque eminet Cicero: ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intellegunt.

18. similia leguntur in Orat. c. 23 et 28.

1 uariae **G**, rarie **M** detractaturus **M** 2 his **GMS** concedat **S** 3 amorem **M** fuisse **S** allogobros **M** 4 hostes ς insectatus **GS** parum **M**: p̄rum **S**, patum **G** 5 a cura *edd. uett.* moderatio **GMS**, *em. in edd. uett.* 6 detrahit **GS** asperum **M**: aspere **G**, asper **S** 8 ita plerumque *coni. Spalding haud immerito nimium abrupto dicendi genere offensus* coneris *om.* **M** 9 rationem **G** 10 hoc **M** quod nam rei **M** 11 temperatus **GMS** 12 seruiri sentiri **GS**, seruili sentiri **M**; *apparet in lectione* **G** *depranatam et correctam scripturam uno loco iunctam esse* 13 quam satis **GMS**, *em. in edd. uett.* 14 non habet haec res mensuram *edd. uett. et* ς, non haberet (haberent **M**) remansuram **GMS** 16 fit ut *scripsi:* fiat **GMS**, fere *edd. uett.* 18 laudantur Nam cero **M** quod **S** 19 optimi **M** cum te *Regius*: non **GS**, *om.* **M** 20 non (*ante* possis) *om.* **S** 21 ita ut **S** posse non fideret **M** 22 potest **S**: potem **G** (*pro* potē), *om.* **M** uidere **GS** 23 laudant **M** causarum enim *Spalding:* causa enim *(per compend.)* enim **G**, causa enim **MS** 24 inaffectione **S** 25 docet **S** 26 uenit **MS** eminet et **MS** 27 intelligent **M**

II. Memoriam quidam naturae modo esse munus existima-
uerunt, estque in ea non dubie plurimum, sed ipsa excolendo
sicut alia omnia augetur: et totus, de quo diximus adhuc, inanis
est labor, nisi ceterae partes hoc uelut spiritu continentur. nam
et omnis disciplina memoria constat frustraque docemur, si quid-
quid audimus praeterfluat, et exemplorum, legum, responsorum,
dictorum denique factorumque uelut quasdam copias, quibus
abundare quasque in promptu semper habere debet orator, eadem
illa uis praesentat. neque immerito thesaurus hic eloquentiae
dicitur. sed non firme tantum continere, uerum etiam cito per- 2
cipere multa acturos oportet, nec quae scripseris modo iterata
lectione complecti, sed in cogitatis quoque rerum ac uerborum
contextum sequi, et quae sint ab aduersa parte dicta meminisse,
nec utique eo, quo dicta sunt ordine, refutare, sed opportunis
locis ponere. quin extemporalis oratio non alio mihi uidetur 3
mentis uigore constare. nam dum alia dicimus, *alia* quae di-
cturi sumus, intuenda sunt: ita cum semper cogitatio ultra
eat, id quod est longius quaerit, quidquid autem repperit quo-
dammodo apud memoriam deponit, quod illa quasi media quae-
dam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. non 4
arbitror autem mihi in hoc inmorandum, quid sit quod memo-
riam faciat, quamquam plerique inprimi quaedam uestigia animo,
uelut in ceris anulorum signa seruentur, existimant. neque ero
tam credulus, ut, qui habitu tardiorem firmioremque memoriam
fieri uideam, ei artem quoque audeam impertire. magis admi- 5

1 estimauerunt **S** 4 est *om.* **MS** 5 frustra **M** si] sed **S** 6 audimus **GS**: audumus **M**, audiuimus *ed. Camp.* legem **GMS** 7 dineque (beneque **S**) factorumque **GS**, benefactorumque **M** 9 repraesentat *Badius* 10 tantus **GS** cyto **G** precipere **M** 11 neque scripseris **GS**, ne inscripseris **M** 12 complectis (completis **MS**) et in concitatis **GMS**, *em. in edd. uett.* 13 sunt **S** *et ed. Aldina* 14 eo *Regius:* ea **GMS**, *cf. 4, 2, 83* quo] que **S** refuture **G**, res o future **S**, res future **M** oportune **M** 15 quin *Spalding:* quid **GMS** non alia **G**, nec alio **M**, nec alia **S** uidetur nisi mentis *Burman* 16 dum dicimus, alia quae *H. Nolte (in Philol. 23 p. 345) transposuit, nos alterum* alia *addidimus* 17 semper percogitatio **G** ultra eat id *scripsi:* ultre ad id **G**, ultra id **MS**; *uitiosam uulgatam esse* (cum s. cogitatio ultra id, quod est, longius quaerit, quidquid interim reperit) *Spaldingius solus recte perspexerat* 18 longis **M** quicquid **GS** autem **GMS**: interim *edd. uett. et ς* reperit **MS** 19 quo illa **GMS** 20 inuentione *Badius:* intencione **GMS** tradite **M** 21 immorandum **S**: in mora (minora **M**) num **GM** sit *om.* **S** quod **GS**: que **M** 22 in primis **S** 23 quae uelut *Regius* in ceris *Regius:* in guris **G**, figuris **MS** annulorum **S** 24 ut qui habitu t. f. memoriam fieri uideam, ei artem quoque audeam impertire *Spalding incerta emendatione (sed sine* ei): ut quam abitu (habitu **S**) t. f. memoriam fieri et (est **S**) actem (autem **MS**) quoque ad animum pertire (pertinere **S**, partire **M**) **GMS**

rari naturam subit, tot res uetustas tanto ex interuallo repetitas
reddere se et offerre, nec tantum requirentibus, sed etiam sponte
6 interim, nec uigilantibus, sed etiam quiete compositis: eo magis,
quod illa quoque animalia, quae carere intellectu uidentur, me-
minerunt et agnoscunt et quamlibet longo itinere deducta ad
adsuetas sibi sedes reuertuntur. quid? non haec uarietas mira
est, excidere proxima, uetera inhaerere? hesternorum inmemores
7 acta pueritiae recordari? quid quod quaedam requisita se oc-
cultant et eadem forte succurrunt? nec manet semper memoria,
sed aliquando etiam redit? nesciretur tamen, quanta uis esset
eius, quanta diuinitas illa, nisi in hoc lumen *uim* orandi extu-
8 lisset. non enim rerum modo, sed etiam uerborum ordinem
praestat, nec ea pauca contexit, sed durat prope in infinitum,
et in longissimis actionibus prius audiendi patientia quam me-
9 moriae fides deficit. quod et ipsum argumentum est, subesse
artem aliquam iuuarique ratione naturam, cum îdem docti facere
illud, indocti inexercitatique non possimus. quamquam inuenio
apud Platonem, obstare memoriae usum litterarum, uidelicet
quoniam illa, quae scriptis reposuimus, uelut custodire desinimus
10 et ipsa securitate dimittimus. nec dubium est quin plurimum
in hac parte ualeat mentis intentio et uelut acies luminum a
prospectu rerum, quas intuetur, non auersa. unde accidit, ut
quae per plures dies scribimus ediscendi causa, cogitatione ipsa
contineamus.

11 Artem autem memoriae primus ostendisse dicitur Simo-
nides, cuius uulgata fabula est. cum pugili coronato carmen,
quale componi uictoribus solet, mercede pacta scripsisset, abne-

18. Phaedr. p. 275 A.

1 subit tot res *Obrecht:* subito tres **GMS** tanta **GMS** 2 sed insponte **GMS**, *em. edd. uett.* 3 interim *om.* **S** se detiā (sed tectum **M**, se tectum **S**) quie (quieti **M**, qui **S**) compositi **GM**, *em. in edd. uett.* eo *om.* **S** 4 uiderunt **GM**, uidē **S** 7 inhaere **G** externorum **MS** 8 quid quo **GS** requesita **G**, requisitam **M** 10 reddit **M** 11 eius esse **S** nisi *om.* **S** in hoc **GS**: hoc **M** uim orandi *Regius:* orandi **GMS** 12 ordinem uerborum **S** 13 prope infinitum **S** 14 paciencia **M**, pacienciam **GS** 15 defecit **GMS** 16 iuuari quae **G** ratio **GMS** docti **M**: indocti **GS** 17 inexerciti **G** *1m.* possunus **G**, possumus **MS** 19 quoniam **G**: quomodo **MS** 20 est *om.* **S** qui **M** 21 ac uelut **S** acies **MS**: aciues **G** a prospectu *edd. uett.* a promptu **GS**, promptu **M** 22 res quār **S** intuemur *ed. Camp.* aduersa **GS**, diuersa **M** 23 causa *edd. uett.* sint **GMS** cogitatione *edd. uett.:* cogitationes **GMS**, cogitationis uis *Spalding*, cogitatio *Bonnell* 24 contineamus *Slothouwer (A. S. Trai. 3, 130):* contineat *libri, cf.* § *19* 25 memoria **G** 26 carnem qualem **GS** 27 scripsisse **GS** abnegata mei peciūт parte quod in ore **S**

gatam ei pecuniae partem, quod more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris ac Pollucis exierat. quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, iubebatur. et persoluerunt, ut traditum est. nam cum esset grande conuiuium 12 in honorem eiusdem uictoriae, adhibitus ei cenae Simonides nuntio est excitus, quod eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorem in modum dicebantur. et illos quidem non inuenit, fuisse tamen gratos erga se deos exitu comperit. nam 13 uix eo ultra limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit atque ita confudit, ut non ora modo oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui nulla nota possent discernere. tum Simonides dicitur memor ordinis, quo quisque discubuerat, corpora suis reddidisse. est autem 14 magna inter auctores dissensio, Glaucone Carystio an Leocrati an Agatharcho an Scopae scriptum sit id carmen, et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides uidetur utque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorion et Larissaeus Eurypylus tradiderunt, an Cranone, ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam 15 nobilem Thessalum perisse in eo conuiuio constat, adicitur sororis eius filius, putant et ortos plerosque ab alio Scopa, qui maior aetate fuerit. quamquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum 16

19. Cic. de Orat. 2, 86, 352.

1 frequentissime **S** 2 digressus **S**: degressus **G**, *om.* **M** castoris **S**: castores **G**, caustoris **M** 3 ab hys **M**, bis **GS** inuebatur **G**, uidebatur **M**, iuuabatur **S** 4 persoluetur **S** 5 adhibitus *Spalding:* atq. adhibitus **GMS** cene **MS**, caene **G** 6 excitus **G**: exercitus **S**, excitatus **M** 7 modum **M**: domo **G** (in domo maiorem **S**) inuenit fortasse fuisse **S** 8 deos **G**: eos **M** (erga se sedeos **S**) 9 ultra **G**: *om.* **MS** limine **S** tricinium **GS** corfuit **GS** 10 confudit ut *Badius:* confunditur **GMS** 12 possunt **GMS** Tamen **S** ordinis *Regius:* ordine *libri, quam scripturam ita tuebatur Spalding, ut* ordine *ad* reddidisse *referret* 13 quod **S** discūbuerat **G** reddidisset **GS** 14 claucone **G**, clausione **S** carestio **GM**, carescio **S** leocranti **M**, leocranci **G** 15 agatarcho **G**, agatrocho **M** (leocrantia uagat Archo **S**) carnem **GS** pharsalli **S**, pharsalu **G**, pfarsalii **M** 17 utque **G**: atque **MS**ς emphorion **S** larisseus **G**, lariseus **S**, clarissens **M** (Euphorion, an Larissae, ut Eurypylus et Apollas tradiderunt, an Cranone ut Callim. *Nolte in Philol. 23 p. 345*) 18 eurypilus **G**, euripilus **S**, eurupilus **M** apollas **G**: Appollas **S**, Apollas — secutus *om.* **M**; *de nomine, cuius loco H. Stiehle in Philol. V, 155 sq. ubique* Apelles *scribendum censebat, cf. C. Keil in Philol. VI, 168* calimachus **G**, thalimatus **S**, et Callimachus *Bentley et Meineke Euphor. p. 81*, Callimachusque *Schneidewin ad Simon. p. XII*, Callimachius *Preller ad Polem. p. 176* 19 fundit **M** scopham **G**, schopham **S** 20 thesalum **GS** conuiuorum **G** *1 m.* 21 eius **G** *ut coni. Spalding: om. rell.* noti ortheos **S** scopo **M** maiora **G**, maiore **S**, moyore **M** 22 tyndariis **G**, tindaridis **M**, tindariis **S**

uidetur, neque omnino huius rei meminit usquam poeta ipse, profecto non taciturus de tanta sua gloria.

17 Ex hoc Simonidis facto notatum uidetur, iuuari memoriam
signatis animo sedibus, idque credere suo quisque experimento
potest. nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non
ipsa agnoscimus tantum, sed etiam, quae in his fecerimus, re-
miniscimur personaeque subeunt, nonnumquam tacitae quoque
cogitationes in mentem reuertuntur. nata est igitur, ut in ple-
18 risque, ars ab experimento. loca deligunt quam maxime spa-
tiosa, multa uarietate signata, domum forte magnam et in
multos diductam recessus. in ea quidquid notabile est animo
diligenter adfigunt, ut sine cunctatione ac mora partis eius
omnis cogitatio possit percurrere. et primus hic labor est, non
haerere in occursu: plus enim quam firma debet esse memoria,
19 quae aliam memoriam adiuuet. tum, quae scripserunt uel cogi-
tatione conplexi sunt, aliquo signo, quo moneantur, notant, quod
esse uel ex re tota potest, ut de nauigatione, militia, uel ex uerbo
aliquo: nam etiam excidentes unius admonitione uerbi in me-
moriam reponuntur. sit autem signum nauigationis ut ancora,
20 militiae ut aliquid ex armis. haec ita digerunt. primum sensum
uestibulo quasi adsignant, secundum, puta, atrio, tum inpluuia
circumeunt, nec cubiculis modo aut exedris, sed statuis etiam
similibusque per ordinem committunt. hoc facto, cum est repe-
tenda memoria, incipiunt ab initio loca haec recensere, et quod
cuique crediderunt reposcunt, ut eorum imagine admonentur.
ita, quamlibet multa sint, quorum meminisse oporteat, fiunt

---

1 meminerit umquam poeta ipsa **GMS**, *em. in edd. uett.* 2 taciturus **M**: tacitus **GS** sui **M** 3 simonis **G**, simonides **S** notauit **MS** 5 potest *addidit Rollinus* (idque credet *Gesner*) loco (loco ad **S**, loco de **M**) aliqua **GM** 6 in hys quae **M** 7 suberunt **M** 8 nata **GS**: nam **M** ut *om.* **S** implerisque **GM** 9 ars abę| experimenti **G** loce **G**, loci **S** deligunt *Spalding:* discunt (-ntur **M**) *libri*, *an* dilegunt? 10 forte **GS**: quoque **M** 11 deductam **MS** nobile **GMS**, *em. Regius* 12 adfigunt **G**: affigitur **MS**ς et sine **M** partes ς 13 labor est **M**: laborem **GS** 14 herere **G**, habere **MS** 15 tumque **G**, tamen que **MS** 16 conplexi sunt *Spalding:* conplectitur et **GMS**, complectuntur, et ς alio quo signo **G**, alio signo **S**, aliquando signo **M** moueantur **GMS**, *cf.* § *20* notat **S** 17 re nota *Slothouwer in Actis soc. Traiect. III, 130* 18 excidentem **M** 19 magnum **GS** aut anchora **S** 20 digerunt *nescio quis:* diligerunt **G**, diligere **MS** 21 uestibulo *Badius:* bello cum uestibulo **GMS** puta **GMS**: *om.* ς astriotum **G**, astrictum **MS** ut pluuia **M** 22 cubiculis m. aut exedris *edd. uett.* cubilis m. aut hedris (hedis **M**) **GMS** stacius **G**, status **MS**, *em. in ed. Camp.* 23 reprehendenda **M** 25 ut **M**: et **GS** admouentur ut quamlibet **M**, amouentur et q. **S** 26 sit **G**

singula conexa † quodam corio, nec errant coniungentes priori-
bus consequentia solo ediscendi labore. quod de domo dixi, et 21
in operibus publicis et in itinere longo et urbium ambitu et
picturis fieri potest. etiam fingere sibi has imagines licet. opus
est ergo locis, quae uel finguntur uel sumuntur, et imaginibus
uel simulacris, quae utique fingenda sunt. imagines uoces *sunt*,
quibus ea quae ediscenda sunt notamus, ut, quomodo Cicero
dicit, locis pro cera, simulacris pro litteris utamur. illud quoque 22
ad uerbum ponere optimum fuerit: locis est utendum mul-
tis, inlustribus, explicatis, modicis interuallis, ima-
ginibus autem agentibus, acribus, insignitis, quae
occurrere celeriterque percutere animum possint. quo
magis miror, quomodo Metrodorus in XII signis, per quae sol
meat, trecenos et sexagenos inuenerit locos. uanitas nimirum
fuit atque iactatio circa memoriam suam potius arte quam na-
tura gloriantis.

Equidem haec ad quaedam prodesse non negauerim, ut si 23
rerum nomina multa per ordinem audita reddenda sint. namque
in iis, quae didicerunt, locis ponunt res illas: mensam, ut hoc
utar, in uestibulo et pulpitum in atrio et sic cetera, deinde re-
legentes inueniunt, ubi posuerunt. et forsitan hoc sunt adiuti, 24
qui auctione dimissa, quid cuique uendidissent testibus argenta-
riorum tabulis reddiderunt, quod praestitisse Q. Hortensium di-
cunt. minus idem proderit in ediscendis, quae orationis perpetuae
erunt: nam et sensus non eandem imaginem quam res habent,

7. de Orat. 2, 86, 354. 9. ib. 2, 87, 358.

1 coñexa **S**, necaeta **G**, nexa etiam *Bonnell* quodam coria (corio **MS**) **GMS**, quodam choro *edd. uett. fort.* tamquam chorea nec errant *Bonnell:* onerant **GS**, enerant **M**, ne errent *edd. uett.* 2 consequentia **GM**: sequentia **S**ς sola **M** 3 et urbium *ed. Camp.* ut urbium **GM**, aduerbium **S** 4 fieri **M**: fieris pieri (pirei **S**) **GS**, *fort.* fieri perinde finge **S** 5 et *addidit Gesner* 6 uoces **MS**: uoce **G**, notae *edd. uett. et* ς sunt *edd. uett. om. libri;* fingenda sunt, quibus ea *(mediis om.) coni. Spalding* 7 quae *om.* **S** 9 fuerat **GMS** utendus **M** 10 modis **GMS** imagiginis **G**, imagines **S** 11 agentibus — celeriterque *om.* **M** insignitisque **GS** 12 percurrere animum **MS** possint **S**: possit **GM** 13 miror quod *malebat Spalding* 14 tricenos **GS**, tricies **M** locus **G** 15 suam **GMS**: sua *cod. Goth. probante Spaldingio* 17 Et quidem **M** probasse **S** ut *edd. uett.* aut **GMS** 19 in his **GMS** didicerunt **GMS**, digerunt *Spalding, ipse malim* delegerunt *siue potius* dilegerunt mensam *om.* **S** 20 utatur **S** et *om.* **M**, ut **S** pulpitum *Bonnell:* populum **GMS** *(sed* **GS** *per compend.)*, puluinum *edd. uett.* et sic eeτ **G**, et si esset (esse **M**) **MS** relegantes **GMS** 21 ut **S** posuerunt **MS**: posuerint **G**ς forsitant hoc **G**, forsitan hec **S**, forsitan in hoc **M** 22 auctionem **G** uendidisset **GMS** 23 Q. *nos:* quae **G**, que **M**, *om.* **S** *et edd.* dicunt **GS**: debent **M** 25 eadem **GMS**

cum alterum fingendum sit, et horum tamen utcumque commonet locus, sicut sermonis alicuius habiti: at uerborum contextus
25 eadem arte quo modo comprehendetur? mitto, quod quaedam nullis simulacris significari possunt, ut certe coniunctiones. habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium et loca scilicet infinita, per quae uerba, quot sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur, meminerimus etiam omnium quasi depositorum: nonne impediri quoque
26 dicendi cursum necesse est duplici memoriae cura? nam quo modo poterunt copulata fluere, si propter singula uerba ad singulas formas respiciendum erit? quare et Charmadas et Scepsius, de quo modo dixi, Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora tradamus.

27 Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediscere (laboratur enim maxime onere), sed hae partes non sint perexiguae, alioqui rursus multae erunt et eam distinguent atque concident. nec utique certum imperauerim modum, sed maxime ut quisque finietur locus, ni forte tam numerosus,
28 ut ipse quoque diuidi debeat. dandi sunt certi quidam termini, ut contextum uerborum, qui est difficillimus, continua et crebra meditatio, partis deinceps ipsas repetitus ordo coniungat. non est inutile iis, quae difficilius haereant, aliquas adponere notas,
29 quarum recordatio commoneat et quasi excitet memoriam: nemo enim fere tam infelix, ut, quod cuique loco signum destinauerit,

---

12. ib. 2, 88, 360.

1 utcumque **G** *ut coni. Gesner:* utrumque **MS** commonet **MS** 2 locus *om.* **S** sicut **G**: si cum **MS**, sed ς (sed, ut s. a. habitus, uerborum . . comprehendetur? *coni. Spalding*) habiti: at *nos:* habiti **G**, habitu **MS** 4 significari **S**: significare **M**, signif **G** 5 noti scribunt **GMS** omni **MS**, nominum *Obrecht* 6 ut loca sed infinita **S** per que **MS**, per quē **G** quot **S** *et Spalding:* quod **G**, que **M** 7 meminerimus *nos:* ne (nec **S**) meminerimus (-ibus **G**) **GMS**, ut meminerimus ς 8 impedire **M** quoque dicendi cursum *Spalding:* quodque dicit dicursum (dec. **MS**) **GMS** 9 est *om.* **S** 10 modo *om.* **S** ad singulos **G** 11 charmadas **G** *ut coni. Dauisius (ad Cic. Tusc. 1, 24):* carneades **MS** sepius **M**, Septius **S** 12 hec **GMS** exercitationes ibi habeant suas **GS** (*recte* **M**) 13 non s. tardamus **S** 15 laborat **GMS**, *em. Spalding* enim **GS**: cum **M** sed hae *Spalding:* et hae **G**, ut hee **S**, et esse **M** 16 alioquin **MS** mute erunt **G**, mutuerunt **S**, munierunt **M** ut **S** eum **GMS** 17 modum *Regius:* modo **GMS** 18 locus finietur **S** ni **S** *ut uidetur;* in **GM** forte est *Spalding, nisi malis* numerosus est 19 quadam **G** 20 difficilius **S** continuet (continēt **S**, continet **M**) crebra **GMS**, *emendauimus ex Fortunatiano 3, 13* 21 deinde *Fortunatianus recte ut uidetur* ipsa **GMS** reppetitus **G** 22 inutile iis *Spalding:* inutilis **GMS** quo **M**, q' **S** aliquas — commoneat *om.* **S** 23 comoueat et q. exercitet **M** 24 enim] etiam *ed. Spald. (errore, ut apparet, operarum) et posteriores* quid **M**

nesciat. at si erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio ute-
tur, ut ipsae notae (hoc enim est ex illa arte non inutile) ap-
tentur ad eos, qui excidunt, sensus, ancora, ut supra proposui,
si de naue dicendum est, spiculum, si de proelio. multum enim 30
signa faciunt, et ex alia memoria uenit alia, ut cum translatus
anulus uel alligatus commoneat nos, cur id fecerimus. haec
magis adhuc adstringunt, qui memoriam ab aliquo simili trans-
ferunt ad id, quod continendum est: ut in nominibus, si Fabius
forte sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem, qui excidere
non potest, aut ad aliquem amicum, qui idem uocetur. quod 31
est facilius in Apris et in Ursis et Nasone aut Crispo, ut id
memoriae adfigatur, unde sunt nomina. origo quoque aliquando
declinatorum tenendi magis causa est, ut in Cicerone, Verrio,
Aurelio. sed hoc † misceri.

Illud neminem non iuuabit, isdem quibus scripserit ceris 32
ediscere. sequitur enim uestigiis quibusdam memoriam, et uelut
oculis intuetur non paginas modo, sed uersus prope ipsos, est-
que cum dicit similis legenti. iam uero si litura aut adiectio
aliqua atque mutatio interueniat, signa sunt quaedam, quae in-
tuentes deerrare non possumus. haec ratio, ut est illi, de qua 33
primum locutus sum, arti non dissimilis, ita, si quid me expe-
rimenta docuerunt, et expeditior et potentior. ediscere tacite

---

1 at *nos:* ut **GS**, et **M** tardus *edd. uett.* trandus **G**, tradendus **MS** remedium **GM** utetur *nos:* utitur *libri* 2 ut ipsae notae — aptentur *Herm. Hiecke in dissert. de pace Cimonica (Gryphisw. 1863) p. 52:* ut ipse notae . . adtentus **GMS**; *in loco, qui adhuc corruptissimus legebatur, tentauerat Spalding:* aut si erit tardus aliquis usque eo quoque, ad hoc remedium sunt iterum ipsae notae. Hoc enim est ex arte illa, non inutile ad eos qui excidunt sensus *etc.* (aut si erit tardus ad hoc, alio quoque remedio munientur ipsae notae: hoc enim est ex illa arte, non inutile (*sc.* quatenus) ad eos *etc. Meister in Philol. 18, 520*) hoc enim est ex illa **G**: huic est ex illa **S**, hinc est illa **M** 3 ancora *Hiecke:* ancoram **GMS** supra **M**: suae **G**, *om.* **S** proposui **GS**: posui **M** 4 est *nos:* esset *libri* 5 ex alio **M** ut tum **M** 6 cōmoueat **MS**, commonet *malim* cur id *Regius:* cum his **GMS** 7 transferuntur **S** 8 ut id quod in **S** nominibus **M**: omnibus **GS** 9 inferamus **M** illum concitatorem **MS** que **S** 10 qui idem **M**: quidem **GS** 11 et ursis **S** 12 affigant **M** omnia **GMS** 13 declamatorem **S** est causa **M** 14 sed hoc misceri **G**, sed (si **M**) debet misceri **MS**, sed hi miseri **F**, sed habet miseriam *Spalding*, sed haec miseri *Zumpt*, *fort.* sed hoc miserim 15 iubabit **G** scripseris *Francius* ceteris **GMS**, *em. in edd. uett.* 16 sequuntur **MS**, sq *(sic)* **G** quisdam **G** 17 intuentur non paginis mihi (m **G** *pro* m) **GMS** (i, o *suprascr.*) sed rursus **S** estque cum d. *Meister:* quae cum dicit **GM**, quecūq; dicit **S**; sequimur enim u. q. m. et u. o. intuemur n. p. m. s. u. p. ipsos, quaecumque dicimus similes legenti (*uel* legentibus) *Spalding* 18 litura aut *edd. ueteres:* littore et (ut **MS**) **GMS** adiecto **S** 19 mutata **M** (intermutata ueniat **S**) intueniāt **G** 20 haec *Gallaeus:* est *libri* illa **M** 21 inexperimenta **M** 22 ut expeditior **S** tacite *(sic)* **G**, tacitum *Burman*; *cf. tamen For-*

(nam id quoque est quaesitum) erat optimum, si non subirent
uelut otiosum animum plerumque aliae cogitationes, propter quas
excitandus est uoce, ut duplici motu iuuetur memoria dicendi et
34 audiendi. sed haec uox sit modica et magis murmur. qui au-
tem legente alio ediscit, in parte tardatur, quod acrior est ocu-
lorum quam aurium sensus, in parte iuuari potest, quod, cum
semel aut bis audierit, continuo illi memoriam suam experiri
licet et cum legente contendere. nam et alioqui id maxime fa-
ciendum est, ut nos subinde temptemus, quia continua lectio et
35 quae magis et quae minus haerent aequaliter transit. in expe-
riendo teneasne et maior intentio est et nihil superuacui temporis
perit, quo etiam quae tenemus repeti solent: ita sola, quae ex-
ciderunt, retractantur, ut crebra iteratione firmentur, quamquam
solent hoc ipso maxime haerere, quod exciderunt. illud ediscendo
scribendoque commune est, utrique plurimum conferre bonam
ualetudinem, digestum cibum, animum cogitationibus aliis libe-
36 rum. uerum et in iis quae scripsimus complectendis multum
ualent et in iis quae cogitamus continendis prope solae, excepta
quae potentissima est exercitatione, diuisio et compositio: nam
qui recte diuiserit, numquam poterit in rerum ordine errare.
37 certa sunt enim non solum in digerendis quaestionibus, sed etiam
in exequendis, si modo recte dicimus, prima ac secunda et dein-
ceps, cohaeretque omnis rerum copulatio, ut ei nihil neque sub-
38 trahi sine manifesto intellectu neque inseri possit. an uero
Scaeuola in lusu duodecim scriptorum, cum prior calculum pro-
mouisset essetque uictus, dum rus tendit, repetito totius certa-
minis ordine, quo dato errasset recordatus, rediit ad eum, quo-
cum luserat, isque ita factum esse confessus est: minus idem
ordo ualebit in oratione, praesertim totus nostro arbitrio consti-
39 tutus, cum tantum ille ualeat alternus? etiam quae bene compo-
sita erunt, memoriam serie sua ducent: nam sicut facilius uersus
ediscimus quam prosam orationem, ita prosae uincta quam dis-

tunat. 3, 16 legemus aliquid tacite 1 id *om.* **M** est quod situm **MS** si *om.* **GMS** 2 ueluti **M** 3 plici motu] *ab his litteris rursus incipit* **B** et audiendi *om.* b 5 tardatur b: tradatur **BM** 8 contende b alioquin id **M**, alioquid b 9 tenemus **M** 10 harentę (herentē **M**) qualiter **BM** 12 repeti *Regius:* reperiti **B**, reperiri **M** *et dett.* 13 creba **B** quamquam — exciderunt *om.* **M** 15 scribendo b 17 in is b quae scribimus *Iulius Victor c. 23 p. 440, 24;* quae scripsimus — in iis *om.* **M** 18 sola **BM** excepta *om.* b 19 est et exercitatione **BM** 23 ei] et b 25 proprior b promisisset **M** 26 dum ostendit b 27 quo die cum b, *unde Spalding* quocum pridie 30 alterius **M** 31 dicent b 32 etliscimur b iuncta **BM** (*sed* **Bg** ** iuncta), uicta b, *cf.* § *17*

soluta. sic contingit, ut etiam quae ex tempore uidebantur
effusa, ad uerbum repetita reddantur. quod meae quoque me-
moriae mediocritatem sequebatur, si quando interuentus aliquo-
rum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem
coegisset. nec est mendacio locus, saluis qui interfuerunt.

Si quis tamen unam maximamque a me artem memoriae 40
quaerat, exercitatio est et labor: multa ediscere, multa cogitare,
et si fieri potest cotidie, potentissimum est: nihil aeque uel au-
getur cura uel neglegentia intercidit. quare et pueri statim, ut 41
praecepi, quam plurima ediscant, et, quaecumque aetas operam
iuuandae studio memoriae dabit, deuoret initio taedium illud et
scripta et lecta saepius reuoluendi et quasi eundem cibum re-
mandendi. quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum
et quae odium non adferant coeperimus ediscere, tum cotidie
adicere singulos uersus, quorum accessio labori sensum incre-
menti non adferat, in summam ad infinitum usque perueniat, et
poetica prius, tum oratorum, nouissime etiam solutiora numeris
et magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iuris consultorum.
difficiliora enim debent esse quae exercent, quo sit leuius ipsum 42
illud, in quod exercent, ut athletae ponderibus plumbeis adsue-
faciunt manus, quibus uacuis et nudis in certamine utendum
est. non omittam etiam, quod cotidianis experimentis depren-
ditur, minime fidelem esse paulo tardioribus ingeniis recentem
memoriam. mirum dictu est nec in promptu ratio, quantum 43
nox interposita adferat firmitatis, siue requiescit labor ille, cuius
sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturatur atque concoquitur,
quae firmissima eius pars est, recordatio: quae statim referri
non poterant, contexuntur postera die, confirmatque memoriam
illud tempus, quod esse in causa solet obliuionis. etiam illa 44
praeuelox fere cito effluit, et, uelut praesenti officio functa nihil
in posterum debeat, tamquam dimissa discedit. nec est mirum,
magis haerere animo quae diutius adfixa sint.

1 contingit **M**: contigit **B** 2 effusa — hunc honorem **Bg** *in marg.* 5 necesse est **b** mendatio **BM** 7 discere multa concitare **b** 11 illud — cibum *om.* **M** 12 et lecta *om.* **b** reuolundi **b** eiundem **B** 13 fieri **Mb**: feri **B** 14 discere **b** 15 addicere **Bg** singulos *om.* **b** 19 quo] que **b** 20 ponderibus publicis adsuefacerent **b** 22 deprehenditur **Mς** 23 fidele **b** ingenis **B**, ingenvs **b** 24 dictum **BM** nec propteruratio **b** 25 quiescit **M**, requies cum **b** 26 mat. atque conc. quae *nos:* maturatur atque concoquitur seu **BM**, concoquitur seu maturatur quae **FT** *et edd. recentt. in* **Bg** *uerba* maturatur atque *punctata sunt et addita in marg. lectio post illud* seu: 'ál. maturatusque', *unde orta est illa confusio in* **FT** 28 confirmantque **Mb** 30 peruelox **Mb** et **Bg** *s. l.* 31 discedit *om.* **M** 32 quam **b** sunt **M**

Ex hac ingeniorum diuersitate nata dubitatio est, ad uer-
bum sit ediscendum dicturis, an uim modo rerum atque ordinem
complecti satis sit: de quo sine dubio non potest in uniuersum
45 pronuntiari. nam si memoria suffragatur, tempus non defuit,
nulla me uelim syllaba effugiat: alioqui etiam scribere sit super-
uacuum. idque praecipue a pueris optinendum atque in hanc
consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis disca-
mus ignoscere. ideoque et admoneri et ad libellum respicere
uitiosum, quod libertatem neglegentiae facit, nec quisquam se
46 parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. inde in-
terruptus actionis impetus et resistens ac salebrosa oratio: et
qui dicit ediscenti similis, etiam omnem bene scriptorum gratiam
perdit uel hoc ipso, quod scripsisse se confitetur. memoria au-
tem facit etiam prompti ingenii famam, ut illa, quae dicimus,
non domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse uideamur, quod
47 et oratori et ipsi causae plurimum confert. nam et magis mi-
ratur et minus timet iudex, quae non putat aduersus se prae-
parata. idque in actionibus inter praecipua seruandum est, ut
quaedam etiam, quae optime uinximus, uelut soluta enuntiemus
et cogitantibus nonnumquam et dubitantibus similes quaerere
48 uideamur quae attulimus. ergo quid sit optimum, neminem fu-
git. si uero aut memoria natura durior erit aut non suffraga-
bitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se uerba alligare, cum
obliuio unius eorum cuiuslibet aut deformem haesitationem aut
etiam silentium inducat, tutiusque multo comprehensis animo
49 rebus ipsis libertatem sibi eloquendi relinquere. nam et inuitus
perdit quisque id quod elegerat uerbum, nec facile reponit aliud,
dum id, quod scripserat, quaerit. sed ne hoc quidem infirmae
memoriae remedium est nisi in iis, qui sibi facultatem aliquam
dicendi ex tempore parauerunt. quodsi cui utrumque defuerit,
huic omittere omnino totum actionum laborem, ac, si quid in
litteris ualet, ad scribendum potius suadebo conuertere: sed haec
rara infelicitas erit.

---

2 dicturis **M**: dicturus **B** (dicturi sanū in modo b) 3 in *om.* **M** 5 effugiat **B** (*sed* **Bn** *corr. 1 m. ex* effugiet): effugi at **M**, effugi b sit *om.* b 6 idque **Bg** *corr. ex* atque 7 exercita **M** religenda **Bg** 8 admoueri b 9 facit **Bn** *corr. ex* faciet 10 indicant b inde *om.* b 13 memoriā b 14 ingeni **B** 15 non modo **BM** attulisset b quod etiam **M**, quod de b 16 primum b 18 idque **BM**: itaque b 21 uideamur **Bg** *corr. ex* uideremur sit *om.* b 23 omni b 25 indicat **BM** comprensis **Bg** 27 quisquam **M** elegerat — id quod *om.* b exponit **M** 29 in is **B**, in his **Mb** qui sibi **BM**: que sicut b 30 quo si utrumque b 31 committere **Mb** 33 integritas b

Ceterum quantum natura studioque ualeat memoria, uel 50 Themistocles testis, quem unum intra annum optime locutum esse persice constat, uel Mithridates, cui duas et uiginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse, uel Crassus ille diues, qui cum Asiae praeesset, quinque graeci sermonis differentias sic tenuit, ut, qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret, uel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina: quin semel auditos quam- 51 libet multos uersus protinus dicitur reddidisse Theodectes. dicebantur etiam nunc esse qui facerent, sed mihi numquam, ut ipse interessem, contigit, habenda tamen fides est uel in hoc, ut, qui crediderit, et speret.

III. Pronuntiatio a plerisque actio dicitur, sed prius nomen a uoce, sequens a gestu uidetur accipere. namque actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. idem tamen duas eius partis facit, quae sunt eaedem pronuntiationis, uocem atque motum: quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. habet autem res 2 ipsa miram quandam in orationibus uim ac potestatem: neque enim tam refert, qualia sint, quae intra nosmet ipsos composuimus, quam quo modo efferantur: nam ita quisque, ut audit, mouetur. quare neque probatio ulla, quae modo uenit ab oratore, tam firma est, ut non perdat uires suas, nisi adiuuatur adseueratione dicentis. adfectus omnes languescant necesse est, nisi uoce, uultu, totius prope habitu corporis inardescunt. nam cum 3 haec omnia fecerimus, felices tamen, si nostrum illum ignem iudex conceperit, nedum eum supini securique moueamus ac non et ipse nostra oscitatione soluatur. documento sunt uel scae- 4 nici actores, qui et optimis poetarum tantum adiciunt gratiae,

15. de Orat. 3, 59, 222. Orat. 17, 55.

2 intra omnes **M** 4 uel *om.* b 6 apud *om.* **M** 7 sibi ius **M** 8 quemlibet **Bn** *et 1 m.* **Bg** 9 protenus **B** 10 etiam **B**: et **M**, ei aut b sed nonnumquam b 11 ipse] ego **M** interessem cogitabunda tamen b 12 *post* speret *sequitur in* **B** *(litteris maioribus), item in* **M** *paucis mutatis:* De pronuntiatione sub quo capite de uocis natura de cura eiusdem de gestu de cultu quid cuiq. causae conueniat quid cuique parti et sententiis et uerbis quid quemque deceat intuendum esse 14 uidetur **Mb**: uideatur **B** 16 eis b partes **M**ς 17 eadem **BM**; '*an forte hoc rectius, ut ad sequens referatur, non ad* partes? uocem *enim et* motum *recte neutro genere complectaris*'. Spalding 20 tam **Mb**: iam **B** 21 ita **Bn** *corr. 1 m. ex* itaq. 23 adiuuetur *edd. uett.* 24 omnes **M**: oms **B** (omis **Bn** *1 m.*) languescat b 25 inardescunt **BM**: inardescat b, inardescant *al.* 26 fecerim b, fecerimus, erimus felices *G. Meyer* 28 et ipse **BnM**: et ipsa **Bg**, ipsae b, ipse ς

ut nos infinite magis eadem illa audita quam lecta delectent, et
uilissimis etiam quibusdam impetrant aures, ut, quibus nullus
5 est in bybliothecis locus, sit etiam frequens in theatris. quodsi
in rebus, quas fictas esse scimus et inanes, tantum pronuntiatio
potest, ut iram, lacrimas, sollicitudinem adferat, quanto plus
ualeat necesse est, ubi et credimus? equidem uel mediocrem
orationem commendatam uiribus actionis adfirmauerim plus habituram
esse momenti quam optimam eadem illa destitutam.
6 si quidem et Demosthenes, quid esset in toto dicendi opere primum
interrogatus, pronuntiationi palmam dedit eidemque secundum
ac tertium locum, donec ab eo quaeri desineret, ut eam
7 uideri posset non praecipuam, sed solam iudicasse: ideoque ipse
tam diligenter apud Andronicum hypocriten studuit, ut admirantibus
eius orationem Rhodiis non inmerito Aeschines dixisse
uideatur: quid si ipsum audissetis? et M. Cicero unam in di-
8 cendo actionem dominari putat. hac Cn. Lentulum plus
opinionis consecutum quam eloquentia tradit, eadem C. Gracchum
in deflenda fratris nece totius populi Romani lacrimas concitasse,
Antonium et Crassum multum ualuisse, plurimum uero Q. Hortensium.
cuius rei fides est, quod eius scripta tantum intra famam
sunt, qua diu princeps oratorum, aliquando aemulus Ciceronis
existimatus est, nouissime, quoad uixit, secundus, ut appareat
9 placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non inuenimus. et
hercule cum ualeant multum uerba per se et uox propriam uim
adiciat rebus et gestus motusque significet aliquid, profecto perfectum
quiddam fieri, cum omnia coierunt, necesse est.

10 Sunt tamen qui rudem illam et qualem impetus cuiusque
animi tulit actionem iudicent fortiorem et solam uiris dignam,
sed non alii fere, quam qui etiam in dicendo curam et artem et
nitorem et quidquid studio paratur ut adfectata et parum naturalia
solent inprobare, uel qui uerborum atque ipsius etiam

15. de Orat. 3, 56, 213. 16. Brut. c. 66. 89. 38. 43. 88.

1 infinite **BM**: infinito *dett. pauci* 2 ita impetrant *malebat Spalding* 3 bybliothecis **B**: bibliothecis **M**ς 6 uel *om.* b 7 adfirmarim b 8 obtimam **B** 10 palmam b: palam **BM** eidem b 12 ideoque **BM**: ideo b 13 hypocritem **M**, hypocrite b 15 audissent **M** etiam M. *coni. Spalding, at cf. Madvigii Opusc. II, 358* unam] nam b 16 hac **B**: hae b, nam **M** 17 tradidit b C. *om.* b gr∗cchim **Bg** *1 m.* 18 concitasse et b 21 oratorum *ed. Camp. et Regius:* orator **BM** 24 dum b ualeant **Bg** *corr. ex* ualent uim b: uiam **BM** 25 adiat b 26 coierunt b: coirunt **B**, cor **M** 29 qui etiam *om.* **M** 30 adfecta **Bg** *1 m.*

soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationem
antiquitatis adfectant. uerum illi persuasione sua fruantur, qui 11
hominibus, ut sint oratores, satis putant nasci: nostro labori
dent ueniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura
cura iuuetur. in hoc igitur non contumaciter consentio, primas
partis esse naturae. nam certe bene pronuntiare non poterit, 12
cui aut in scriptis memoria aut in iis, quae subito dicenda erunt,
facilitas prompta defuerit, nec si inemendabilia oris incommoda
obstabunt. corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas,
ut nulla arte uincatur. sed ne uox quidem exilis actionem ha- 13
bere optimam potest. bona enim firmaque, ut uolumus, uti licet:
mala uel inbecilla et inhibet multa, ut insurgere et exclamare,
et aliqua cogit, ut intermittere et deflectere et rasas fauces ac
latus fatigatum deformi cantico reficere. sed nos de eo nunc
loquamur, cui non frustra praecipitur.

Cum sit autem omnis actio, ut dixi, in duas diuisa partis, 14
uocem gestumque, quorum alter oculos, altera aures mouet, per
quos duos sensus omnis ad animum penetrat adfectus, prius est
de uoce dicere, cui etiam gestus accommodatur.

In ea prima obseruatio est, qualem habeas, secunda,
quo modo utaris. natura uocis spectatur quantitate et qua-
litate. quantitas simplicior: in summam enim grandis aut exigua 15
est, sed inter has extremitates mediae sunt species et ab ima
ad summam ac retro sunt multi gradus. qualitas magis uaria.
nam est et candida et fusca, et plena et exilis, et leuis et aspera,
et contracta et fusa, et dura et flexibilis, et clara et optusa.
spiritus etiam longior breuiorque. nec causas, cur quidque eo- 16
rum accidat, persequi proposito operi necessarium est: eorumne
sit differentia, in quibus aura illa concipitur, an eorum, per quae

1. de Orat. 3, 11, 42. Brut. 74, 259.

1 imitatione b 5 cura *om.* **Mb** iuuentus b 6 partes **Mb**ς 7 aut scriptis b in is **B**, in his **Bn** *corr. et* **M** 8 promta **Bg** defuerit **Mb**: defuerint **Bn**, defuerunt **Bg** memorabilia **M** 10 exilis **FTb**: nisi liberalis **BM** 11 ut] sit b 12 inbecillaset b et excl. *ed. Basil.* exclamare **BM**, et clamare b 13 intermittere **FTb**: summittere **BM** deflere **M** raucas *ed. Camp.* 15 loquimur **M** 16 diuisas b partes **Mb**ς 17 gestum b alter aures **BM** 19 acomodatur **Bg** 20 primo **B**
22 quantitatis **FT**, *unde coni. Spalding:* quantitatis simpl. ratio in summam **BM**: in summa *dett.* 24 sunt multi **B**: sunt multi sunt **M**, m. sunt *edd. priores* uaria est **M** 25 fusca plana b, rustica et plena **M**
et leuis **B**: *om.* b, et leuis — flexibilis *om.* **M**, et lenis *al. at apte confert Spalding Ernesti lex. technol. s. u.* λειότης *et Cic. de deor. nat. II, 58, 164* 27 breuiorue *malim* causas **Mb**: causa **B**

uelut organa meat: ipsi propria natura, an prout mouetur: lateris pectorisue firmitas an capitis etiam plus adiuuet. nam opus est omnibus, sicut non oris modo suauitate, sed narium quoque, per quas quod superest uocis egeritur. dulcis esse tamen *debet,* non exprobrans sonus.

17 Utendi uoce multiplex ratio. nam praeter illam differentiam, quae est tripertita, acutae, grauis, flexae, tum intentis tum remissis, tum elatis tum inferioribus modis opus est, spatiis
18 quoque lentioribus aut citatioribus. sed his ipsis media interiacent multa, et ut facies, quamquam ex paucissimis constat, infinitam habet differentiam, ita uox, etsi paucas, quae nominari possint, continet species, propria cuique est, et non haec minus auribus quam oculis illa dinoscitur.

19 Augentur autem sicut omnium, ita uocis quoque bona cura, neglegentia minuuntur. sed cura non eadem oratoribus quae phonascis conuenit, tamen multa sunt utrisque communia, firmitas corporis, ne ad spadonum et mulierum et aegrorum exilitatem uox nostra tenuetur, quod ambulatio, unctio, ueneris abstinentia, facilis ciborum digestio, id est frugalitas praestat.
20 praeterea ut sint fauces integrae, id est molles ac leues, quarum uitio et frangitur et obscuratur et exasperatur et scinditur uox. nam ut tibiae eodem spiritu accepto alium clusis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt, item fauces tumentes strangulant uocem, optusae obscurant, rasae exasperant, conuulsae fractis sunt organis similes.
21 finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquae, quarum cursus etiamsi ultra paulum coit, aliquid tamen caui relinquit post id ipsum, quod offenderat. umor quoque uocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. nam fatigatio, ut corpora, non ad praesens modo tempus, sed etiam in futurum

---

1 ipsi *Spalding:* an ipsi **BM** moueret **M** 2 pectorisne **B** 4 quod super **M**, quod est **b** egreditur **Mb** debet *edd. uett. om.* **BM**; dulcis et lenis tamen (*om.* debet) *coni. Spalding; an* dulcis sit tamen? 5 exprobrans *om.* **M**, exprobra sonos **b** 6 utenda uocis **b** 8 elatis **b**: flatis **B** (FLATIS *pro* ELATIS), inflatis **M** 9 his *om.* **b** 10 infinitam habet differentiam **b**: infinitam **B**, infinita **M** 12 possunt **b** cuiusque **M** 15 neglegentia *Spalding:* in negl. b, et negl. uel scitia (*ex* inscitia) **BM**, 16 utrisque **b**: utriusque **B**, utrique **M** 17 ad *om.* **b** 18 uinctio **BM** 19 cyborum **B** *(sed* **Bn** cib. *corr.)* digestio **BM**: abstinentia **b** 21 et asperatur **M**, *om.* **b** uox *om.* **M** 22 clusis **B**: clausis **Mb** 24 item **B**: ita **Mb**ς strangulantur **b** 25 conuulsae **b**: conuulsa **B**, conuolse **M** 26 obiecto **M** 27 cursus *Spalding:* spiritus *libri (ex superiore uersu),* lapsus *Törnebladh,* fluxus *uel* fluctus *a'ii* 28 umor **B**: humor **M**ς, tum **b** 29 ut (et **M**) — ita **BM**: aut — aut **b** nam eam *malim* 30 non ad *om.* **b**

adficit. sed ut communiter et phonascis et oratoribus necessaria 22
est exercitatio, qua omnia conualescunt, ita curae non idem
genus est. nam neque certa tempora ad spatiandum dari pos-
sunt tot ciuilibus officiis occupato, nec praeparare ab imis sonis
uocem ad summos, nec semper a contentione condere licet, cum
pluribus iudiciis saepe dicendum sit. ne ciborum quidem est 23
eadem obseruatio: non enim tam molli teneraque uoce quam
forti ac durabili opus est, cum illi omnes etiam altissimos sonos
leniant cantu oris, nobis pleraque aspere sint concitateque di-
cenda et uigilandae noctes et fuligo lucubrationum bibenda et
in sudata ueste durandum. quare uocem deliciis non molliamus 24
nec inbuatur ea consuetudine, quam desideratura sit, sed exer-
citatio eius talis sit qualis usus, ne silentio subsidat, sed firmetur
consuetudine, qua difficultas omnis leuatur. ediscere autem, 25
quo exercearis, erit optimum (nam ex tempore dicentis auocat a
cura uocis ille, qui ex rebus ipsis concipitur, adfectus), et edi-
scere quam maxime uaria, quae et clamorem et disputationem et
sermonem et flexus habeant, ut simul in omnia paremur. hoc
satis est. alioqui nitida illa et curata uox insolitum laborem 26
recusabit, ut adsueta gymnasiis et oleo corpora, quamlibet sint
in suis certaminibus speciosa atque robusta, si militare iter
fascemque et uigilias imperes, deficiant et quaerant unctores
suos nudumque sudorem. illa quidem in hoc opere praecipi quis 27
ferat, uitandos soles atque uentos et nubila etiam ac siccitates?
ita, si dicendum in sole aut uentoso, umido, calido die fuerit,
reos deseremus? nam crudum quidem aut saturum aut ebrium
aut eiecto modo uomitu, quae cauenda quidam monent, decla-
mare neminem, qui sit mentis compos, puto. illud non sine 28
causa est ab omnibus praeceptum, ut parcatur maxime uoci in
illo a pueritia in adulescentiam transitu, quia naturaliter impe-

---

1 phonascis sed **b** 2 est **BM**: *om.* **T** 3 est (*post* genus) *om.* **M** ad spirandum **M** 4 nec praepare **B**, ne praeparare **M**, occup. nec praep. *om.* **b** 5 condere **B**: contendere **M**, cedere *ed. Camp.* concedere *Burman*, conquiescere *Regius, at cf. Spalding* 6 iudiciis **Mb**: iudicis **B** 9 nobis *om.* **M** dicendi **Mb** 10 uiuenda **b** 12 quam — consuetudine *om.* **b** desideratura **B**: considera **M**, desertura *ed. Camp. et* ς sit *om.* **M** 13 ne **B**: nec **M** 14 quo **b** leuetur **M**, *item* **Bn**, *sed in hoc* leuatur *1 m. corr.* 15 quod non erit optimum **b** 16 et *om.* **M** 18 in omnia *om.* **b** 19 alioquin **M** 20 recusauit et adsueta **b** 21 item **b** 22 et **b**: *om.* **BM** implere **b** deficiant **b**: deficient **BM** et *om.* **b** 23 pudorem **b** 25 gallico die **b** 26 quidem crudum **BM**, *em. Regius* 27 euecto **b** monent **b**: mouent **BM** 28 illud] *haec usque ad finem § 29 habet Iulius Victor c. 24 p. 441, 37* 30 adulescentia **B** transi **b** quia *Victor ut coni. Regius*: qui **BM**

ditur, non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putauerunt (nam est maior alias), sed propter umorem potius: nam
29 hoc aetas illa turgescit. itaque nares etiam ac pectus eo tempore tument, atque omnia uelut germinant eoque sunt tenera et iniuriae obnoxia. sed, ut ad propositum redeam, iam confirmatae constitutaeque uoci genus exercitationis optimum duco, quod est operi simillimum, dicere cotidie, sicut agimus. namque hoc modo non uox tantum confirmatur et latus, sed etiam corporis decens et accommodatus orationi motus componitur.

30 Non alia est autem ratio pronuntiationis quam ipsius orationis. nam ut illa emendata, dilucida, ornata, apta esse debet, ita haec quoque emendata erit, id est, uitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum, id est, in quo nulla
31 neque rusticitas neque peregrinitas resonet. non enim sine causa dicitur 'barbarum graecumue': nam sonis homines ut aera tinnitu dinoscimus. ita fiet illud, quod Ennius probat, cum dicit suauiloquenti ore Cethegum fuisse, non quod Cicero in his reprehendit, quos ait latrare, non agere. sunt enim multa uitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus in ea aetate facere illorum
32 mentionem, in qua emendari possunt. itemque si ipsa uox primum fuerit, ut sic dicam, sana, id est, nullum eorum, de quibus modo rettuli, patietur incommodum, deinde non subsurda, rudis, inmanis, dura, rigida, raua, praepinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effeminata, spiritus nec breuis nec parum durabilis nec in receptu difficilis.

33 Dilucida uero erit pronuntiatio primum, si uerba tota exierint, quorum pars deuorari, pars destitui solet, plerisque extremas syllabas non perferentibus, dum priorum sono indulgent. ut est autem necessaria uerborum explanatio, ita omnis inputare

16. Ann. IX u. 305 Vahl. 17. Brut. 15, 58.

1 non *om.* b 2 alias *Victor, ut emend. Spalding:* al:s **B**, alia b, aliis **M** 3 hec aetas **M**, hoc *om. Victor* successit b nates **M** 4 omnia uelut eo tempore uelut geminant b eoque sunt b: *om.* **BM**, ideoque sunt *Victor* 6 uoci *Victor:* uocis **BM**ς 7 operis *Victor* sic b agendum est *Victor* 8 uox non **M** 9 decens **M**b: dicens **B** orationi **BM**: ordine b 10 non alia sed est alia ratio b 12 uitio — id est *om.* **M**, *item paulo post* resonet 17 ore thegum b 18 respondit **M** (*ex* reprendit?) 19 dixi **M**: dixit **B** 20 oportunius **Bg M** 21 emendationem **M** 22 ut si b 23 modo rettuli (retuli **Bg**) **B**: nunc dixi **M** denique **M** subsurda **BM**: surda b 24 pura b raua *Burman (idem* uasta *proponens):* uana *libri* 25 pusillā lis effem. b 26 in receptu b: in peeptu **B**, interceptu **M**, in perceptu *ed. Jenson.* 28 exierint b: exigerint **Bn M**, exegerint **Bg** 29 nos perferentibus non priorum soloñ b

et uelut adnumerare litteras molestum et odiosum: nam et uo- 34
cales frequentissime coeunt et consonantium quaedam insequente
uocali dissimulantur. utriusque exemplum posuimus: multum
ille et terris. uitatur etiam duriorum inter se congressus, 35
unde 'pellexit' et 'collegit', et quae alio loco dicta sunt. ideo-
que laudatur in Catulo suauis appellatio litterarum. se-
cundum est, ut sit oratio distincta, id est, qui dicit, et incipiat
ubi oportet et desinat. obseruandum etiam, quo loco sustinen-
dus et quasi suspendendus sermo sit, quod Graeci ὑποδιαστολήν
uel ὑποστιγμήν uocant, quo deponendus. suspenditur arma ui- 36
rumque cano, quia illud uirum ad sequentia pertinet, ut sit
uirum Troiae qui primus ab oris, et hic iterum. nam
etiamsi aliud est, unde uenit quam quo uenit, non distinguen-
dum tamen, quia utrumque eodem uerbo continetur uenit.
tertio Italiam, quia interiectio est fato profugus et conti- 37
nuum sermonem, qui faciebat Italiam Lauinaque, diuidit.
ob eandemque causam quarto profugus, deinde Lauinaque
uenit litora, ubi iam erit distinctio, quia inde alius incipit
sensus. sed in ipsis etiam distinctionibus tempus alias breuius,
alias longius dabimus: interest enim sermonem finiant an sen-
sum. itaque illam distinctionem litora protinus altero spiritus 38
initio insequar: cum illuc uenero atque altae moenia Ro-
mae, deponam et morabor et nouum rursus exordium faciam.
sunt aliquando et sine respiratione quaedam morae etiam in 39
periodis. ut enim illa 'in coetu uero populi Romani ne-
gotium publicum gerens magister equitum et cetera'
multa membra habent (sensus enim sunt alii atque alii), sed
unam circumductionem: ita paulum morandum in his interuallis,
non interrumpendus est contextus. et e contrario spiritum in-
terim recipere sine intellectu morae necesse est, quo loco quasi

3. Aen. 1, 3. 6. Cic. Brut. 74, 259. 10. Aen. 1, 1. 25. Cic. Phil. 2, 25, 63.

2 quaedam — posuimus *om.* **M** 3 dissimulantur **B**: dissimulatur b 4 uitatur **Bg** *corr. ex* utatur 5 illo loco *coni. Spalding* 7 oratio b: ratio **BM** id est, ut qui *Regius* incipiant b 8 sustinendū sed b 9 ΥΠΟΔΤΑϹΤΟΛΗ (-ΟΛΗ **Bg**) **B** 10 qui b 11 illū **Bg** *1 m.* uirum (*ante* ad) **BM**: *om.* b 13 ueniat quam quod uenit b, unde ueniat quam quo (*om.* uenit) *coni. Spalding; at cf. Törnebladh quaestt. critt. p. 42* 14 eodem **B**: eodem modo b 17 quarta b, quarto 'fato *Rollinus* 19 sed ipsis **M**, *ut malebat Spalding* 20 finiant b: finiat **BM** 21 protenus **B**, pronus **M** 22 sequar **M** 25 perihodis **B**, periho b enim *Obrecht*: in *libri* 27 sed b: et **BM** 29 contextui sed e contrarios spiritu b 30 more **Bg**, mori b qua b

surripiendus est: alioqui si inscite recipiatur, non minus adferat obscuritatis quam uitiosa distinctio. uirtus autem distinguendi fortasse sit parua, sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest.

40 Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra et auribus sedens (est enim quaedam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate), ad hoc uelut tractabilis, utique habens omnes in se qui desiderantur sinus intentionesque et toto, ut aiunt, organo instructa, cui aderit lateris firmitas, spiritus cum spatio pertinax, tum labori non facile cessurus.

41 neque grauissimus autem in musica sonus nec acutissimus orationibus conuenit: nam et hic parum clarus nimiumque plenus nullum adferre animis motum potest, et ille praetenuis et inmodicae claritatis cum est ultra uerum, tum neque pronuntia-

42 tione flecti neque diutius ferre intentionem potest. nam uox ut nerui, quo remissior, hoc grauior et plenior, quo tensior, hoc tenuis et acuta magis est. sic ima uim non habet, summa rumpi periclitatur. mediis ergo utendum sonis, hique tum augenda intentione excitandi, tum summittenda sunt temperandi.

43 Nam prima est obseruatio recte pronuntiandi aequalitas, ne sermo subsultet inparibus spatiis ac sonis, miscens longa breuibus, grauia acutis, elata summissis, et inaequalitate horum omnium sicut pedum claudicet: secunda uarietas, quod solum

44 est pronuntiatio. ac ne quis pugnare inter se putet aequalitatem et uarietatem, cum illi uirtuti contrarium uitium sit inaequalitas, huic, quae dicitur μονοείδεια, quasi quidam unus aspectus. ars porro uariandi cum gratiam praebet ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit, ut standi, ambu-

---

1 surpiendus b, surripiendū **M** 3 sine **Bg** *corr. ex* si 5 suffraga tur **Mb**: suffratur **B** 6 beata **B**: bona **M**, lata *Burman*, laeta *Obrecht*, elata *Robertus Titius* clara pulchra **M** 7 est enim] *hanc esse parenthesin primus Maduigius monuit Opuscc. II, 359* 9 sinus **BM**: sonos b 10 organa instracta b, et tota ut a. organa (*sine* instructa) **F**, *quod praefert Buttmann IV p. 713 ed. Spald.* 11 non facilices rursus b 13 et hic **BM**: in his b 14 potest ille b 17 quo intentior *Iulius Victor c. 24 p. 442, 11* 18 tenuis est acutū b summarum periclitatur b 19 ergo utensiones eique b tum — tum **B**: tamen — tum **M**, cum — cum *edd. uitiose* 20 intp̄tatione (*i. e.* interpractatione) b 23 summissis et **Bn** *et* **M**: summisisset **Bg**, et *om.* b 24 sicut **BM**: sicon b secunda b: secundo **BM** uarietatis **B**, uarietates **M**, uarietas, id quod *coni. Spalding* 25 putat b 26 uirtute **Bg** *1 m.* uitium *om.* **M** 27 quae **BM**: quod ꞩ μονοείδεια *scripsi:* ΜΟΝΟΙΔΙΑ **B**, *om.* **M**, μονοειδέϲ ꞩ, *cf.* 8, 3, 52 quasi b: quisi **B**, quis si **M**, quasi — aspectus *Gallaeo glossema uidebatur* aspectos porro b 28 renouat **Mb**: renouet **B**

landi, sedendi, iacendi uices sunt nihilque eorum pati unum diu
possumus. illud uero maximum (sed id paulo post tractabimus), 45
quod secundum rationem rerum, de quibus dicimus, animorumque habitus conformanda uox est, ne ab oratione discordet. uitemus igitur illam, quae graece μονοτονία uocatur, una quaedam spiritus ac soni intentio, non solum ne dicamus omnia clamose, quod insanum est, aut intra loquendi modum, quod motu caret, aut summisso murmure, quo etiam debilitatur omnis in-
tentio, sed ut in isdem partibus isdemque adfectibus sint tamen 46
quaedam non ita magnae uocis declinationes, prout aut uerborum dignitas aut sententiarum natura aut depositio aut inceptio aut transitus postulabit: ut, qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne
membris quidem suas lineas dedissent. proponamus enim nobis 47
illud Ciceronis in oratione nobilissima pro Milone principium, nonne ad singulas paene distinctiones quamuis in eadem facie tamen quasi uultus mutandus est? 'etsi uereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem ti-
mere'. etiamsi est toto proposito contractum atque summis- 48
sum, quia et exordium est et solliciti exordium, tamen fuerit necesse est aliquid plenius et erectius, dum dicit pro fortissimo uiro, quam cum etsi uereor et turpe sit et timere.
iam secunda respiratio increscat oportet et naturali quodam co- 49
natu, quo minus pauide dicimus quae secuntur, et quod magnitudo animi Milonis ostenditur: minimeque deceat, cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur. deinde quasi obiurgatio sui est: me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non
posse. tum inuidiosiora: tamen haec noui iudicii noua 50
forma terret oculos. illa uero iam paene apertis, ut aiunt, tibiis: qui, quocumque inciderunt, consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt. nam sequens

17. p. Mil. § 1.

2 possint **M** sed illud p. p. tractauimus b 4 conformanda *ed. Camp. et Regius:* confirmanda **B**, reformando **M** discorde b 5 una| ita b 6 ac soni — est *om.* **M** 7 inter alloquentem b 8 detilatus b 9 in eisdem b sunt b 11 disposicio **M** interceptio aut t. postulauit b 13 alia reducciora **B**, *om.* b 15 nouissima b 17 iud **B**, iudices — uereor *(u. 22) om.* **M** 18 forassimo b incipiente b 19 si est **B**: *om.* b, est *om. ed. Camp. et* ς commissum b 20 qua **B**, quae b 21 dum dicit **B**: cum dicit **T** *solus ex notis* 24 quod **B**: qui **M**, quo *al.* 25 titus **B** 26 animus **Bg** *1 m. et* **M** maius rei p. de salute b 32 iudicior b

latum etiam atque fusum est: non enim corona consessus 51 uester cinctus est, ut solebat. quod notaui, ut appareret, non solum in membris causae, sed etiam in articulis esse aliquam pronuntiandi uarietatem, sine qua nihil neque maius neque minus est.

Vox autem ultra uires urgenda non est: nam et suffocata saepe et maiore nisu minus clara est et interim elisa in illum sonum erumpit, cui Graeci nomen a gallorum inmaturo cantu 52 dederunt. nec uolubilitate nimia confundenda quae dicimus, qua et distinctio perit et adfectus et nonnumquam etiam uerba aliqua sui parte fraudantur. cui contrarium est uitium nimiae tarditatis: nam et difficultatem inueniendi fatetur et segnitia soluit animos et, in quo est aliquid, temporibus praefinitis aquam perdit. promptum sit os, non praeceps, moderatum, non lentum. 53 spiritus quoque nec crebro receptus concidat sententiam, nec eo usque trahatur, donec deficiat. nam et deformis est consumpti illius sonus et respiratio sub aqua diu pressi similis et receptus longior et non oportunus, ut qui fiat, non ubi uolumus, sed ubi necesse est. quare longiorem dicturis periodon colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neque diu neque cum sono faciamus, neque omnino ut manifestum sit: reliquis partibus optime inter 54 iuncturas sermonis reuocabitur. exercendus autem est, ut sit quam longissimus: quod Demosthenes ut efficeret, scandens in aduersum continuabat quam posset plurimos uersus. idem quo facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluens di-55 cere domi solebat. est interim et longus et plenus et clarus satis spiritus, non tamen firmae intentionis ideoque tremulus, ut corpora, quae aspectu integra neruis parum sustinentur. id βράγχον Graeci uocant. sunt qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent. sunt qui crebro anhelitu et introrsum etiam clare sonante imitentur iumenta 56 onere et iugo laborantia. quod adfectant quoque, tamquam in-

---

2 cunctus **Bg** *1 m. et* **M** 5 minus est] *post haec uerba* **b** *iterum habet illud (u. 1)* non enim — solebat 6 suffocata **Bn M**: sufocata **Bg**, sufocat **b**, suffocatur *ed. Camp. et* ς 9 nimia **Bg** *corr. ex* anima *ut uidetur* 11 est *om.* **b** 12 inueniendis **Bg** fateretur **b** 13 animos sed iniquos aliquid **b** 14 promptu sit os **M**, perromotum sitos **b** 15 receptum cidat sentiam **b** 18 non *utroque loco om.* **b** ut uolumus **M** 19 longiore **b** perihodon **B**, hiperiodon **M**, periodum ς 21 in reliquis *Francius* optimū ei **b** 22 exercendum **M** 23 demosthe **b** 24 uersus de quo **b** 25 clauculos **b** 26 souebat **b** 28 ut] et **b** paruum **Bg** *ante rasuram* 29 βράγχον *ed. Taruis. et Gesner:* BPAMON **Bn**, BPAMON **Bg**, *om.* **M** 32 honere **Bg** iugu **b**

uentionis copia urgueantur maiorque uis eloquentiae ingruat, quam
quae emitti faucibus possit. est aliis concursus oris et cum
uerbis suis conluctatio. iam tussire et exspuere crebro et ab imo
pulmone pituitam trochleis adducere et oris umore proximos
spargere et maiorem partem spiritus in loquendo per nares effun-
dere, etiamsi non utique uocis sunt uitia, quia tamen propter
uocem accidunt, potissimum huic loco subiciantur. sed quod- 57
cumque ex his uitium magis tulerim quam, quo nunc maxime
laboratur in causis omnibus scholisque, cantandi, quod inutilius
sit an foedius nescio. quid enim minus oratori conuenit quam
modulatio scaenica et nonnumquam ebriorum aut comisantium
licentiae similis? quid uero mouendis adfectibus contrarium 58
magis quam, cum dolendum, irascendum, indignandum, commise-
randum sit, non solum ab his adfectibus, in quos inducendus
est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatem † ludorum tala-
rium licentia soluere? nam Cicero illos ex Lycia et Caria
rhetoras paene cantare in epilogis dixit. nos etiam can-
tandi seueriorem paulo modum excessimus. quisquamne, non 59
dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certe
atque rationibus, quisquam denique, ut semel finiam, in lite
cantat? quod si omnino recipiendum est, nihil causae est cur
non illam uocis modulationem fidibus ac tibiis, immo mehercule,
quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. facimus 60
tamen hoc libenter: nam nec cuiquam sunt iniucunda, quae
cantant ipsi, et laboris in hoc quam in agendo minus est. et
sunt quidam, qui secundum alia uitae uitia etiam hac ubique

16 et p. 292, 2. Orat. 18, 57.

1 urgeantur b maior quis b ingruatur maior quae b 2 est alii **Bg** *1 m.* et aliis **M** 3 tussire **B**: tussime b, insire **M** 4 trocleis **B**, trodeis **M**, uelut trochleis *Spalding* umore **B**: humore **Mb**, tumure **Bg** *m. 3* 5 spiritus **Mb**: spiritum **B** 6 quia **Bg** *corr. ex* qui 7 accidunt *om.* b se b 8 ex is **B** 9 laboratur **Mb**: liberatur **B** candita b 10 sit ante fedius b 11 hoc ebriorum b comisantium **B**: conmensantium **M** 13 dolendum *Regius:* docendum **BM**, *item cod. Iulii Victoris p. 443, 8* commisserandum **B** 14 inducendus **M**: indicendus **B**, ducendus *Victor* 15 foris **BM** (fori *habet Victor*) ludorum talarium **BM**: ludorum theatralium *Slothouwer*, Lyciorum (Lydorum *Spalding*) et Carum *Daniel; librorum lectionem intellegit Ad. G. Lange (Vind. trag. Rom. p. 47) de inconditis clamoribus illorum inter conuiuia ludorum* 16 Phrygia *Cicero, item Iulius Victor p. 443, 15* 17 in cantando *Obrecht* 18 excissimus quamquam ne b 19 dico de b *et Victor:* de *om.* **BM** de calculi ratione et ceteris quaestionibus *Victor* 20 quis b 22 fidibus b: fiibus **Bn**, fiibis **Bg** (sub his actibus immo **M**) mehercule **BM**: hercule b 23 proprius **BM** 24 nec cuiquam b: neauiquam (mea- **M**) **BM** 26 sunt et **T** *solus ex notis* uitae uita b

audiendi, quod aures mulceat, uoluptate ducantur. quid ergo?
non et Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscu-
riorem? et hoc quodam naturali initio uenit? ostendam non
multo post, ubi et quatenus recipiendus sit hic flexus et cantus
quidem, sed, quod plerique intellegere nolunt, obscurior.
61 Iam enim tempus est dicendi, quae sit apta pronuntiatio:
quae certe ea est, quae iis, de quibus dicimus, adcommodatur.
quod quidem maxima ex parte praestant ipsi motus animorum,
sonatque uox, ut feritur: sed cum sint alii ueri adfectus, alii
ficti et imitati, ueri naturaliter erumpunt, ut dolentium, irascen-
tium, indignantium, sed carent arte ideoque sunt disciplina et
62 ratione formandi. contra qui effinguntur imitatione, artem ha-
bent, sed ii carent natura, ideoque in iis primum est bene adfici
et concipere imagines rerum et tamquam ueris moueri. sic uelut
media uox, quem habitum a nostris acceperit, hunc iudicum ani-
mis dabit: est enim mentis index ac totidem quot illa mutatio-
63 nes habet. itaque laetis in rebus plena *et* simplex et ipsa
quodammodo hilaris fluit, at in certamine erecta totis uiribus et
uelut omnibus neruis intenditur. atrox in ira et aspera ac densa
et respiratione crebra: neque enim potest esse longus spiritus,
cum immoderate effunditur. paulum in inuidia facienda lentior,
quia non fere ad hanc nisi inferiores confugiunt, at in blan-
64 diendo, fatendo, satisfaciendo, rogando lenis et summissa. sua-
dentium et monentium et pollicentium et consolantium grauis:
in metu et uerecundia contracta, adhortationibus fortis, disputa-
tionibus teres, miseratione flexa et flebilis et consulto quasi ob-
scurior, at in egressionibus fusa et securae claritatis, in expo-
sitione ac sermonibus recta et inter acutum sonum et grauem
65 media. attollitur autem concitatis adfectibus, compositis descendit
pro utriusque rei modo altius uel inferius.

1 qui ergo **b** 2 obsecuriorem **Bg** 3 ex quodam natura **b** uitio uenire *malebat Regius, at cf. Spalding* 4 sunt **b** 5 quidam *Francius* 6 iam **BM**: an **b** 7 certa **b** est ea **M** quē **Bg** is **B** 10 irascentium indign. *om.* **Mb** 11 disciplina et ratione **b**: disciplinae traditione (-onem **M**) **BM** 13 sedicarent **B**, sed hi carent **b**ς, ii *om.* **M** 14 tamquam **b**: tam **B**, eam **M** uerbis **b** 15 a nostris (*sc.* animis) **BM**: a nobis **b** 16 ac — simplex et *om.* **M** quod **B** mutatione **b** 17 laeti **b** plenae **b**, plana *coni. Spalding, idem* et (*ante* simpl.) *addidit* 18 fuit **b** at **Bn**: et **Bg**, *om.* **Mb** 20 resperatione **b** 21 in *om.* **BM** lentior **b**: lenior **BM** 22 qui **b** at **B**: ac **b**, an **M** 23 leuis **M** sūbmissa **Bg** 25 adortationibus **M**, abhortationibus **Bg** 26 flebilis *ed. Aldina:* flexibilis **BM** obscurior at in **BM**: obscuri oratione **b** 27 egressionibus *Regius:* gressionibus **BM**, *an* digressionibus? tusa **b** 29 tollitur **b** 30 rei **b**: *om.* **BM** infelicius **b**

Quid autem quisque in dicendo postulet locus, paulum differam, ut de gestu prius dicam, qui et ipse uoci consentit et animo cum ea simul paret. is quantum habeat in oratore momenti, satis uel ex eo patet, quod pleraque etiam citra uerba significat. quippe non manus solum, sed nutus etiam declarant 66
nostram uoluntatem et in mutis pro sermone sunt, et saltatio frequenter sine uoce intellegitur atque adficit, et ex uultu ingressuque perspicitur habitus animorum, et animalium quoque sermone carentium ira, laetitia, adulatio et oculis et quibusdam aliis corporis signis deprenditur. nec mirum, si ista, quae ta- 67
men in aliquo posita sunt motu, tantum in animis ualent, cum pictura, tacens opus et habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret adfectus, ut ipsam uim dicendi nonnumquam superare uideatur. contra si gestus ac uultus ab oratione dissentiat, tristia dicamus hilares, adfirmemus aliqua renuentes, non auctoritas modo uerbis, sed etiam fides desit. decor quoque a gestu atque motu uenit. ideoque Demosthenes grande quoddam intuens spe- 68
culum componere actionem solebat: adeo, quamuis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret.

Praecipuum uero in actione sicut in corpore ipso caput est cum ad illum, de quo dixi, decorem, tum etiam ad significationem. decoris illa sunt, ut sit primo rectum et secundum 69
naturam: nam et deiecto humilitas et supino adrogantia et in latus inclinato languor et praeduro ac rigente barbaria quaedam mentis ostenditur. tum accipiat aptos ex ipsa actione motus, ut cum gestu concordet et manibus ac lateribus obsequatur: aspectus enim semper eodem uertitur quo gestus, exceptis quae 70
aut damnare aut concedere aut a nobis remouere oportebit, ut idem illud uultu uideamur auersari, manu repellere:

3 eas simul parreti *(sic)* **b** nomenti **B** 5 declarant sed nostram **b** 6 mutis **Bg** *corr. ex* mutas salutatio *dett.* 7 adfigit **b** ingressuque **Bn** *et* **b**: gressuque **BgM** 9 adolatio **b** 10 deprehenditur **M** ς tamen aliquo **Bg**, tamen maliq. **b** 11 motum **b** uolent **b** 12 tanges opus et in habitu **b** 13 ipsa **b** superarie **b** 14 oratione **BM**: oratore **b** dissentiat **BM**: dissentiant ς tristia **M**: tristitia **B** 15 adfirmamus **Bg** *1 m.* 16 atque **BM**: atque a ς 17 quoddam **B**: condam **b**, quoque **M** 19 quod **B**: quid **Bg** *corr. 1 m. ut uidetur*, *om.* **M** 24 nam deiecto **b** supina **b** 25 languor et **b**: languore **BM** praedura **b**, *om.* **Bg** *1 m.* 26 ipsa actione **BM**: ipso sermone **b** 27 gestus concordet manibus **b** 29 dampnare **Bg** non concedere *ed. Gryph. et* ς, *Spaldingio membrum* aut concedere *alienum uidetur* aut *om.* **b** 30 aduersari **Bg**, aruersari **M** reppellere **Bg**

di talem auertite pestem —
haud equidem tali me dignor honore.

71 significat uero plurimis modis. nam praeter adnuendi, renuendi confirmandique motus sunt et uerecundiae et dubitationis et admirationis et indignationis noti et communes omnibus. solo tamen eo facere gestum scaenici quoque doctores uitiosum putauerunt. etiam frequens eius nutus non caret uitio: adeo iactare id et comas excutientem rotare fanaticum est.

72 Dominatur autem maxime uultus. hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus: hoc pendent homines, hunc intuentur, hic spectatur, etiam antequam dicimus: hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intellegimus, hic est saepe pro omnibus uerbis.
73 itaque in iis, quae ad scaenam componuntur, fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuantur, ut sit Aërope in tragoedia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus
74 Hercules. in comoediis uero praeter aliam obseruationem, qua serui, lenones, parasiti, rustici, milites, meretriculae, ancillae, senes austeri ac mites, iuuenes seueri ac luxuriosi, matronae, puellae inter se discernuntur, pater ille, cuius praecipuae partes sunt, quia interim concitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio, atque id ostendere maxime latus actoribus moris est, quod cum iis, quas agunt, partibus con-
75 gruat. sed in ipso uultu plurimum ualent oculi, per quos maxime animus eminet, ut citra motum quoque et hilaritate enitescant et tristitiae quoddam nubilum ducant. quin etiam lacrimas iis natura mentis indices dedit, quae aut erumpunt dolore aut laetitia manant. motu uero intenti, remissi, superbi, torui, mites,

1. Aen. 3, 620. 2. ib. 1, 335.

1 talem terris *Vergilius* 2 equidem **Mb**: ego quidem **B** 4 confirmandique **b**: conformandique **BnM** *(lectio 1 m. in* **Bg** *incerta est, fort.* confirmarique) et admirationis *om.* **b** 6 gestu **M**, cestumi **b** 7 non] nom **b** 8 id ex **b** etcutientem **Bn** 9 dominator **b** 10 hoc (*ante* hilares) **Bg** *om. 1 m.* recti **b** summissimus **BgM** 11 hinc pendent *Spalding* hunc **b**: hoc **BM** hic spectatur **B**: hunc spectatur **b**, hoc spectantur **M**, hunc spectant ς 12 ducimus hos **Bg** *1 m.* 13 semper **b** 14 ad *om.* **b** 15 ut sit] etsi **b** aerope **B**: europe **M**, Niobe *edd. uett.* Merope *Lange Vind. trag. Rom. p. 47 probante Osanno in adnott. critt. ad Quint. lib. X, VI, p. 21* 16 media **B** 18 lenonē **b** 19 sanes **b** 20 discernuntur **b**: descernuntur **BM** praecipue **BM** 21 inter lenis **b** 23 moribus et quod cum his **b** 25 animus eminet *Spalding:* anima se manat **B**, animus emanat **Mb** citra **B**: cetera **b**, contra **M** et *om.* **b** 26 inducant *Obrecht* 27 iis **B**: is **b**, his **M**ς quia ut **b** 28 manent **Mb** remissi **Mb**: remissis **B** superbit horruit **M**, super ultor ui **b**

asperi fiunt: quae, ut actus poposcerit, fingentur. rigidi uero 76
et extenti aut languidi et torpentes aut stupentes aut lasciui
et mobiles et natantes et quadam uoluptate suffusi aut limi et,
ut sic dicam, uenerii, aut poscentes aliquid pollicentesue num-
quam esse debebunt. nam opertos compressosue eos in dicendo
quis nisi plane rudis aut stultus habeat? et ad haec omnia ex- 77
primenda in palpebris etiam et in genis est quoddam deseruiens
iis ministerium. multum et superciliis agitur: nam et oculos 78
formant aliquatenus et fronti imperant. his contrahitur, attol-
litur, remittitur, ut una res in ea plus ualeat, sanguis ille, qui
mentis habitu mouetur et, cum infirmam uerecundia cutem ac-
cipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, abit omnis et
pallore frigescit: temperatus medium quoddam serenum efficit.
uitium in superciliis, si aut inmota sunt omnino aut nimium 79
mobilia aut inaequalitate, ut modo de persona comica dixeram,
dissident aut contra id quod dicimus finguntur: ira enim con-
tractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. adnuendi
quoque et renuendi ratione demittuntur aut adleuantur. naribus 80
labrisque non fere quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus
iis, contemptus, fastidium significari solet. nam et corrugare
nares, ut Horatius ait, et inflare et mouere et digito inquietare
et inpulso subito spiritu excutere et diducere saepius et plana
manu resupinare indecorum est, cum emunctio etiam frequentior
non sine causa reprendatur. labra et porriguntur male et scin- 81
duntur et adstringuntur et diducuntur et dentes nudant et in
latus ac paene ad aurem trahuntur et uelut quodam fastidio re-
plicantur et pendent et uocem tantum altera parte dimittunt.

21. Ep. 1, 5, 23.

1 ut acus **b** 2 exerti *coni. Spalding* aut stupentes *om. ed. Jenson.* lasci **b** 3 et nat. **BM**: aut nat. ς uoluptate **b**: uolutate **B**, uoluntate **M** *et alia m. in* **Bg** 4 uenerei ς pollicentes debebunt **b** 5 opertus **b** 7 et genis **b** des. iis **B**: deseruientis **M**, deseruiensis **b** 10 remittitur *Gernhard:* emittitur **B**, et emittitur **M**, demittitur *Regius: cf. Fortunat. 3, 21 p. 133, 13* 11 infirma **b** accipit **BM**: accepit **b** 13 apollo refrigescit **b** quodam **b** 14 aut **b**: aut ut **BM** omnino **B**: animo **M**, somno **b** 15 inaequalitate **BM**: inaequalia **b**; *illud firmat Fortunatianus 3, 21 p. 133, 15* ut *om.* **b** 17 diductis hilaritate **b** 18 ratione **b**: uoratione **B**, ueneratione **M** dimittuntur **B**, dimittur **M**, remittuntur **b** 19 decedenter **b** derisus iis *Obrecht:* derisui **BM**, dorisui **b** 21 oratius **BgM** inquitare **B** 22 inpulso **B**: impulsu **M**, pulso **b** deducere **BM** et ex plana m. resonare **b** 23 emunccio **B** 24 reprehendant **M** labrae porrigatur **b** 25 stringuntur **M** deducuntur **B**, ducuntur **M** 26 plene **Bg** *corr. ex* pene, *item infra* § 85 quoddam **Mb** 27 pendunt uocem **b**

lambere quoque ea et mordere deforme est, cum etiam in effi-
ciendis uerbis modicus eorum esse debeat motus: ore enim magis
quam labris loquendum est.
82 Ceruicem rectam oportet esse, non rigidam aut supinam.
collum diuersa quidem, sed pari deformitate et contrahitur et
tenditur, sed tenso subest et labor tenuaturque uox ac fatigatur,
adfixum pectori mentum minus claram et quasi latiorem presso
83 gutture facit. umerorum raro decens adleuatio atque con-
tractio est: breuiatur enim ceruix et gestum quendam humilem
atque seruilem et quasi fraudulentum facit, cum se in habitum
84 adulationis, admirationis, metus fingunt. brachii moderata
proiectio, remissis umeris atque explicantibus se in proferenda
manu digitis, continuos et decurrentis locos maxime decet. at
cum speciosius quid uberiusque dicendum est, ut illud saxa
atque solitudines uoci respondent, exspatiatur in latus
85 et ipsa quodammodo se cum gestu fundit oratio. manus uero,
sine quibus trunca esset actio ac debilis, uix dici potest quot
motus habeant, cum paene ipsam uerborum copiam consequan-
tur. nam ceterae partes loquentem adiuuant, hae, prope est ut
86 dicam, ipsae locuntur. annon his poscimus, pollicemur, uoca-
mus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus,
interrogamus, negamus, gaudium, tristitiam, dubitationem, con-
fessionem, paenitentiam, modum, copiam, numerum, tempus
87 ostendimus? non eaedem concitant, inhibent, probant, admi-
rantur, uerecundantur? non in demonstrandis locis atque per-
sonis aduerbiorum atque pronominum optinent uicem? ut in
tanta per omnis gentes nationesque linguae diuersitate hic mihi
omnium hominum communis sermo uideatur.

14. p. Arch. 8, 19.

1 lambere] iamueri **b** in efferendis *Regius, at cf. 1, 11, 4; Victor quoque (p. 442, 20)* efficiendis *habet* 2 debeant **b** 3 est cum ceruicem **b** 5 collum **BM**: longum **b** trahitur et tenditur et tenso **b** 6 labore **b** 7 pectore mentum minas clarum **b** 8 humerorum raro et decens **b** 9 breuiatus **b** 10 cum **BM**: quo *coni. Spalding* 11 admirationis **b**: *om.* **BM** bracchi **Bn**, brachi **Bg** 13 manum **B**, magnum **M** continuo sed **b**, continuos sed **M** 14 uberius **b** 15 atque] et **b** expiatur in l. ut ipsa **b** manus] *locum habet Iulius Victor (p. 442, 21) usque ad finem § 87* 17 oratio **b** 18 consequantur *Victor:* persequantur *libri Quintil.* 19 propest **B**, prope sunt **M** 20 ipsa loquantur **b**, ipse sequuntur **M** annon **B**: at non **M**, *om.* **b** 22 interrogamus negamus **BM** *et Victor: om.* **b** 23 tempus dubitauimus ostendimus **b** 24 non (nonne **Bg**) eaedem **B**: non eodem **M**, non **b** (isdem concitamus *Victor*) inhibent supplicant probant *libri:* supplicant *delendum esse uiderunt Slothouwer in Act. soc. Trai. 3, 131 et Buttmannus nec habet Victor* 25 atque **BM** *et Victor:* at **b**, ac *al.* 26 aduerbiorum **Mb** *et Victor:* aut uerborum **B** 28 hominum *om.* **b**

Et hi quidem, de quibus sum locutus, cum ipsis uocibus 88
naturaliter exeunt gestus: alii sunt, qui res imitatione signifi-
cant, ut si aegrum temptantis uenas medici similitudine aut
citharoedum formatis ad modum percutientis neruos manibus
ostendas, quod est genus quam longissime in actione fugiendum.
abesse enim plurimum a saltatore debet orator, ut sit gestus ad 89
sensus magis quam ad uerba accommodatus, quod etiam histrio-
nibus paulo grauioribus facere moris fuit. ergo ut ad se manum
referre, cum de se ipso loquatur, et in eum, quem demonstret,
intendere et aliqua his similia permiserim, ita non effingere
status quosdam et quidquid dicet ostendere. neque id in mani- 90
bus solum, sed in omni gestu ac uoce seruandum est. non enim
aut in illa periodo 'stetit soleatus praetor populi Ro-
mani' inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda
est, aut in illa 'caedebatur in medio foro Messanae'
motus laterum, qualis esse ad uerbera solet, torquendus aut
uox, qualis dolore exprimitur, eruenda, cum mihi comoedi quo- 91
que pessime facere uideantur, quod, etiamsi iuuenem agant, cum
tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo,
aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce
pronuntiant. adeo in illis quoque est aliqua uitiosa imitatio,
quorum ars omnis constat imitatione.

Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digi- 92
tus in pollicem contrahitur explicitis tribus, et principiis utilis
cum leni in utramque partem motu modice prolatus, simul capite
atque umeris sensim ad id, quo manus feratur, obsecundantibus,
et in narrando certus, sed tum paulo productior, et in expro-
brando et coarguendo acer atque instans: longius enim partibus
his et liberius exeritur. uitiose uero idem sinistrum quasi ume- 93
rum petens in latus agi solet, quamquam adhuc peius aliqui
transuersum brachium proferunt et cubito pronuntiant. duo

13. Cic. Verr. V, 33, 86. 15. ibid. V, 62, 162. 19. in H. prologo . . in Georgo] Menandri.

3 temptatis Bg *1 m.* temperantis **M** 4 citharoaedum **Bg**, citharidum **b** formatur **Mb** persecutientis **b** 6 a *om.* **b** 7 sensum **b** etiam in **b** 9 de ipso **M** 10 et ita **b** 11 dicet *om.* **Mb** 13 perihodo **B** praetor **BM**: propter **b** 15 ut in illa cedebatus **b** foro *om.* **M** 17 dolori **BM** erudienda **b** cōmedi q. persime **b** 18 quod **BM**: qui **b** 19 in *utroque loco om.* **b** 20 georgico **Mb** 24 contrahitur *om.* **b** explicitis **M**: rexplicitis **B**, explicis **b** tribus *om.* **M** princi-pis **b** 25 leui **M** 26 adita quo manus feratus **b** 27 sed dum **Mb** 28 arguendo **M** 29 his *om.* **M** exitur **M**, exercitus **b** sinostrum quae si **b** 31 bracchium **B**

quoque medii sub pollicem ueniunt, et est hic adhuc priore
94 gestus instantior, principio et narrationi non commodatus. at
cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum
optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. is in exprobrando
et indicando, unde ei *et* nomen est, ualet, et adleuata ac spec-
tante umerum manu paulum inclinatus adfirmat, uersus in terram
95 et quasi pronus urguet: et aliquando pro numero est. idem
summo articulo utrimque leuiter adprenso, duobus modice cur-
uatis, minus tamen minimo, aptus ad disputandum est. acrius
tamen argumentari uidentur, qui medium articulum potius tenent,
tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt.
96 est et ille uerecundae orationi aptissimus, quo, quattuor primis
leuiter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut
pectore fertur ad nos manus et deinde prona ac paulum prolata
97 laxatur. hoc modo coepisse Demosthenen credo in illo pro Cte-
siphonte timido summissoque principio, sic formatam Ciceronis
manum, cum diceret: *si quid est ingeni in me, quod sen-
tio quam sit exiguum.* eadem aliquatenus liberius deorsum
spectantibus digitis colligitur in nos et fusius paulo in diuersum
resoluitur, ut quodammodo sermonem ipsum proferre uideatur.
98 binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, pau-
lum tamen inferioribus intra spectantibus, sed ne illis quidem
99 tensis, qui supra sunt. interim extremi palmam circa ima pol-
licis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim
quartus oblique reponitur, interim quattuor remissis magis quam
tensis, pollice intus inclinato, habilem demonstrando in latus
aut distinguendis, quae dicimus, manum facimus, cum supina
100 in sinistrum latus, prona in alterum fertur. sunt et illi breues
gestus, cum manus leuiter pandata, qualis uouentium est, paruis
interuallis et subadsentientibus umeris mouetur, maxime apta

4. de Orat. 2, 45, 188. 17. p. Arch. § 1.

1 quoque medi **b**, medii q. **M** 2 cestus **b** narratio **b** commodatus **BM**: accommodatus ς 3 tum **B**: tem **b**, cum **M** 4 optinet **b** solet in is in exprobrā **b** 5 unde ei et *Spalding:* unde ei **BM**, undetei **b** 6 humeros manu paululum **M** inclinatis **Bg** *1 m.* 7 urguet et **B**: urget **M** 9 minimo — tamen *om.* **M** 11 ultimus **b** piores **b** 12 uerecunde **B**, uerecundi **Mb** oratori **M** 13 coentibus digitus **b** 14 fertur **BM**: refertur **b**, *ut est § 103* paululum ς 15 hoc modo] homo **b** 17 si iudices ingeni mei **B** *(ut 11, 1, 19)*, si quid — deorsum *om.* **M** 18 aliquando (*uel* aliquanto) *coni. Spalding* 21 igitur binos digitos **M** 26 tensis *om.* **b** 29 uouentium *ed. Camp.* fouentium **B**, fouentum **M**, fomentium **b** 30 apta] altera facie **b**

parce et quasi timide loquentibus. est admirationi conueniens
ille gestus, quo manus modice supinata ac per singulos a minimo
collecta digitos, redeunte flexu simul explicatur atque conuerti-
tur. nec uno modo interrogantes gestum componimus, plerumque 101
tamen uertentes manum, utcumque composita est. pollici pro-
ximus digitus mediumque, qua dexter est, unguem pollicis sum-
mo suo iungens remissis ceteris est et adprobantibus et narran-
tibus et distinguentibus decorus. cui non dissimilis, sed com- 102
plicitis tribus digitis, quo nunc Graeci plurimum utuntur, etiam
utraque manu, quotiens enthymemata sua gestu corrotundant
uelut caesim. manus lenior promittit et adsentatur, citatior
hortatur, interim laudat. est et ille urguentis orationem gestus
uulgaris magis quam ex arte, qui contrahit alterno celerique
motu et explicat manum. est et illa caua et rara et supra 103
umeri altitudinem elata cum quodam motu uelut hortatrix ma-
nus: a peregrinis scholis tamen prope recepta tremula scaenica
est. digitos, cum summi coierunt, ad os referre, cur quibusdam
displicuerit nescio: nam id et leuiter admirantes et interim su-
bita indignatione uelut pauescentes et deprecantes facimus. quin 104
compressam etiam manum in paenitentia uel ira pectori admo-
uemus, ubi uox uel inter dentes expressa non dedecet: 'quid
nunc agam? quid facias?' auerso pollice demonstrare aliquid
receptum magis puto quam oratori decorum. sed cum omnis 105
motus sex partes habeat, septimus sit ille, qui in se redit, orbis:
uitiosa est una circumuersio. reliqui ante nos et dextra laeua-
que et sursum et deorsum aliquid ostendunt, in posteriora gestus
non derigitur: interim tamen uelut reici solet. optime autem 106
manus a sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed ut po-
nere *se*, non ut ferire uideatur: quamquam et in fine interim

---

1 parce **Bn** *ut coni. Regius:* parte **BgM**, pace **b** admirationibus **M** 2 ac singulos a minimos **b** 3 explicantur **b** 6 mediumque qua (quam **M**) **BM**: mediumque qua ungueris **b** 7 suo contingens *malebat Spalding* et (*ante* narr.) *om.* **b** 8 dissimis **b** complicitis *Zumpt:* completis **BM**, complitis **b**, compressis *edd. uett.* 9 et utraque **M** 10 c̄rutundant uelut caesi **b**, corrutunda uelut caesim (cesi **M**) **BM**, uelut corrotundant. Caesim ς 11 assentatur **M**, adsentantur **B** 12 hortator i. laudatur **b** urguentis **b**: urgentis **BM** 13 celeri **b** 14 rara **Bn** *corr. 1 m. ex* rana, et rara *om. Obrecht* 15 humeri **BgM** lata **M** 16 tremula **b**: remula **BM** 17 digitis cum s. coerunt **b** ad os **B**: ad eos **b**, ad hos **M**, ad nos *Spalding coll. § 96 sq.* 18 leuiter **M**: leniter **B**, lenites **b** 19 uel ire poscentes **M** 20 compressum **Bg** *ex corr.* 22 aliquid **B** *et Victor (p. 442, 31):* aliquem **Mb** 24 habeat **b**: habet **BM** 25 relinqui **b** dextera **M**, *item u. 28* 26 gestū **b** 27 derigitur **B**: dirigitur **Mb** tamen ut rei soleat **b** 28 deponitur **B**: ponitur **M**, deponit *Bonnell* ponere se *nos:* ponere **B**, ponitur **M**, poni *Spalding*, deponi *edd. uett.* 29 et in fine **b**: et in fine et **BM**

cadit, ut cito tamen redeat, et nonnumquam resilit uel neganti-
bus nobis uel admirantibus.
Hic ueteres artifices illud recte adiecerunt, ut manus cum
sensu et inciperet et deponeretur: alioqui enim aut ante uocem
107 erit gestus aut post uocem, quod est utrumque deforme. in illo
lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria uerba
esse uoluerunt, quod neque obseruatur neque fieri potest: sed
illi quasi mensuram tarditatis celeritatisque aliquam esse uo-
luerunt, neque inmerito, ne aut diu otiosa esset manus aut, quod
108 multi faciunt, actionem continuo motu concideret. aliud est,
quod et fit frequentius et magis fallit. sunt quaedam latentes
sermonis percussiones et quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum
gestus cadit, ut sit unus motus nouum crimen, alter C. Cae-
sar, tertius et ante hanc diem, quartus non auditum,
deinde propinquus meus, et ad te, et Q. Tubero, et de-
109 tulit. unde id quoque fluit uitium, ut iuuenes, cum scribunt,
gestum praemodulati cogitatione sic componant, quomodo casura
manus est. inde et illud uitium, ut gestus, qui in fine dexter
110 esse debet, in sinistrum frequenter desinat. melius illud, cum
sint in sermone omni breuia quaedam membra, ad quae, si
necesse sit, recipere spiritum liceat, ad haec gestum disponere:
ut puta, nouum crimen C. Caesar habet per se finem quen-
dam suum, quia sequitur coniunctio: deinde et ante hanc
diem non auditum satis circumscriptum est. ad haec com-
modanda manus est, idque dum erit prima et composita actio.
111 at ubi eam calor concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis
celeritate crebrescet. aliis locis citata, aliis pressa conueniet
pronuntiatio: illa transcurrimus, congerimus [abundamus], festi-
namus, hac instamus, inculcamus, infigimus. plus autem adfectus

22. p. Lig. § 1.

2 nobis uel ad artifices *(om. mediis)* b admirmantibus **Bg** 4 alioquin **Mb** 6 metus b 7 quod — uoluerunt *om.* **M** 10 conciderent **BM**, *em. Regius* 11 quod fit b latentis sermonis persecutiones b 12 aliquid b plūmorum b 14 hunc *Cicero* 15 propinquos b et-atte **Bn**, aetate **Bg**, et ad te apti b, et arte **M** et Q.] et q: **Bn**, etq; **Bg**, etque **M**, et tuq. b tuuero b, tulero **M** 16 id quod b ut] et **Mb** 17 gestū b: gestu **B**, gestus **M** cogitationem **BM** componunt quomodo casurā b 18 infinite b dextra **M** 20 sint **Mb**: sit **B** omni b: omnia **BM** ad quae] atq̃ **Bn** (*i. e.* atquae), atque **BgM** 23 qui adquiritur b dein **M** 24 accommodanda bς 25 est] et b 26 color **BM** concitauit gestus b 27 celeritatis crebrescet et b 28 abundamus **BM**, *om. cod. Colbertinus; uerbum iam aliis suspectum inclusimus* festinauimus hac stamus b

habent lentiora, ideoque Roscius citatior, Aesopus grauior fuit,
quod ille comoedias, hic tragoedias egit. eadem motus quoque 112
obseruatio est. itaque in fabulis iuuenum, senum, militum, ma-
tronarum grauior ingressus est, serui, ancillulae, parasiti, pisca-
tores citatius mouentur. tolli autem manum artifices supra
oculos, demitti infra pectus uetant: adeo a capite † eum petere
aut ad imum uentrem deducere uitiosum habetur. in sinistrum 113
intra umerum promouetur, ultra non decet. sed cum auersantes
in laeuam partem uelut propellemus manum, sinister umerus
proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat. ma- 114
nus sinistra numquam sola gestum recte facit: dextrae se fre-
quenter accommodat, siue in digitos argumenta digerimus siue
auersis in sinistrum palmis abominamur siue obicimus aduersas
siue in latus utramque distendimus, siue satisfacientes aut sup- 115
plicantes (diuersi autem sunt hi gestus) summittimus siue ado-
rantes attollimus siue aliqua demonstratione aut inuocatione pro-
tendimus: uos Albani tumuli atque luci, aut Gracchanum
illud: quo me miser conferam? in Capitolium, at fra-
tris sanguine madet: an domum? plus enim adfectus in 116
his iunctae exhibent manus, in rebus paruis, mitibus, tristibus
breues, magnis, laetis, atrocibus exertiores.

Vitia quoque earum subicienda sunt, quae quidem accidere 117
etiam exercitatis actoribus solent. nam gestum poculum po-
scentis aut uerbera minantis aut numerum quingentorum flexo
pollice efficientis, quae sunt a quibusdam scriptoribus notata,
ne in rusticis quidem uidi. at ut brachio exerto introspiciatur 118
latus, ut manum alius ultra sinum proferre non audeat, alius in
quantum patet longitudo protendat, aut ad tectum erigat aut

17. Cic. p. Mil. 31, 85. 18. apud Cic. de Orat. 3, 56, 214.

1 C. roscius **M** esopus **BM** (citatiores opus **M**), asopus **b** 2 comedias in tragoedias **b** 3 motronarum g. ingessus **b** 4 ancillulae **B**: ancillae **Mb** 5 citatus **b** mouentur **Mb**: mouetur **B** 6 infra *Badius:* intra **BM** a *om.* **b** eum petere *libri,* gestum repetere *Spalding praeeunte Daniele,* eam petere ς 7 in sinistrum **b**: ad sinistram **BM**, *cf.* §§ *109 et 114* 8 prouetur **b** aduersantes **BgM** 9 siniiterum umerus **b** 11 rectum *cod. Victoris p. 442, 32* 12 digito **M** degerimus **b** 13 aduersis **BgM** in sinistram *lectio a Badio memorata* 15 summittimus manus *Victor* 16 demonstratione aut inuocatione *Victor ut coni. Spalding:* demonstrationi (-nis **M**) aut inuocationi (-nis **M**) **BM** 17 atque licri **b** 18 me quo miserum **M** at f. sanguine madet *Cicero:* ad f. sanguinem **BM** *et Victor* 20 exibent **B** 21 breuibus **b** exertiores *Spalding:* exteriores **B**, exercitiores **b**, exterioribus **M** 22 subicient **b** 26 at *Badius (in ed. 1519):* aut **BM** ui bracio **b** extento **M** 28 ad tectum] fectus **b** erigat **b**: eregat **BM**

repetito ultra laeuum umerum gestu ita in tergum flagellet, ut
consistere post eum parum tutum sit, aut sinistrum ducat orbem
aut temere sparsa manu in proximos offendat aut cubitum utrum-
119 que in diuersum latus uentilet, saepe scio euenire. † solet esse
et pigra et trepida et secanti similis, interim etiam uncis digitis,
ut aut a capite deiciatur aut eadem manu supinata in superiora
iactetur. fit et ille * * qui, inclinato in umerum dextrum capite,
brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit: qui
quidem maxime placet iis, qui se dicere sublata manu iactant.
120 adicias licet eos, qui sententias uibrantis digitis iaculantur aut
manu sublata denuntiant aut, quod per se interim recipiendum
est, quotiens aliquid ipsis placuit, in unguis eriguntur, sed uitio-
sum id faciunt aut digito, quantum plurimum possunt, erecto
aut etiam duobus, aut utraque manu ad modum aliquid portan-
121 tium composita. his accedunt uitia non naturae, sed trepida-
tionis, cum ore concurrente rixari: si memoria fefellerit aut
cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit, in-
sonare: in aduersum tergere nares, obambulare sermone inper-
fecto, resistere subito et laudem silentio poscere, quae omnia
122 persequi prope infinitum est: sua enim cuique sunt uitia. pectus
ac uenter ne proiciantur, obseruandum: pandant enim posteriora
et est odiosa omnis supinitas. latera cum gestu consentiant:
facit enim aliquid et totius corporis motus, adeo ut Cicero plus
illo agi quam manibus ipsis putet. ita enim dicit in Oratore:
n u l l a e a r g u t i a e d i g i t o r u m , n o n a d n u m e r u m a r t i c u l u s
c a d e n s , t r u n c o m a g i s t o t o s e i p s e m o d e r a n s e t u i r i l i
123 l a t e r u m f l e x i o n e . femur ferire, quod Athenis primus fecisse

24. c. 18, 59.

1 repitito **b** ita interdum **b** 2 consisteret **b** sit an sin. **b** 3 temere **b**: timere **BM** proximoq. defendat **b** 4 uentitlet **b** et-uenire **Bg**, sepe uenire **b** solet *etc.*] *haec non sana esse recte monuit Spalding* 5 secandi **M**, seuam **b** interim **B**: inter **M**, *om.* **b** dicitis **b** 6 ut *addidit Spalding, sed ante* uncis aut a **BM**: aut **b** manu **BM**, manus *al.* manu *deleuit Buttmann, qui de loco disputauit IV, 714 ed. Spald.* superata (*om.* in super.) iactetur **M** 7 ille qui inclinato **BM**: ille habitus qui esse in statuis pacificator solet ille qui inclinato **b** *ex aperta interpolatione* (in statuis iaculatorum *Teuffel in Annall. philol. Fleckeiseni uol. 89, p. 841), fort.* ille gestus qui incl. 8 infesto **b**: infeste **B**, infestet **M** protendit **b** 9 placentis qui **BM** 10 adiciat **B**, adiciant **M**, *em. Regius* uibrantis **b**: uibratis **BM** dicitis **b** 11 sublatu **b** aut **Bg** *corr. ex* ut 12 placuit in *om.* **M** unguis **B**: iungis **M**, ungues ς erigantur **b** 13 quantum **b**: quanto **BM** 14 autem etiam **b** 15 accidunt **Mb** natura **b** 16 cũmore **BM** conterrente **M** 17 insanare **b** 19 laude **b** 21 pandent **M** 22 otiosa **b** supinatas **B**, supinata **Mb** 24 agi **Bg** *corr. ex* egi

creditur Cleon, et usitatum est et indignantis decet et excitat auditorem. idque in Calidio Cicero desiderat: n o n f r o n s, inquit, p e r c u s s a, n o n f e m u r. quamquam, si licet, de fronte dissentio: nam etiam complodere manus scaenicum est et pectus caedere. illud quoque raro decebit, caua manu summis digitis 124
pectus adpetere, si quando nosmet ipsos adloquemur cohortantes, obiurgantes, miserantes: quod si quando fiet, togam quoque inde remoueri non dedecebit. in pedibus obseruantur status et incessus. prolato dextro stare et eandem manum ac pedem proferre deforme est. in dextrum incumbere interim datur, sed 125
aequo pectore, qui tamen comicus magis quam oratorius gestus est. male etiam in sinistrum pedem insistentium dexter aut tollitur aut summis digitis suspenditur. uaricare supra modum et in stando deforme est et accedente motu prope obscenum. procursio opportuna breuis, moderata, rara. conueniet etiam 126
ambulatio quaedam propter inmodicas laudationum moras, quamquam Cicero rarum incessum neque ita longum probat. discursare uero et, quod Domitius Afer de Sura Manlio dixit, s a t a g e r e ineptissimum: urbaneque Flauus Verginius interrogauit de quodam suo antisophiste, q u o t m i l i a p a s s u u m d e c l a m a s s e t? praecipi et illud scio, ne ambulantes auertamur a iudicibus, sed 127
sint obliqui pedes ad consilium nobis respicientibus. id fieri iudiciis priuatis non potest, uerum et breuiora sunt spatia nec auersi diu sumus. interim tamen recedere sensim datur. quidam et resiliunt, quod est plane ridiculum. pedis supplosio ut loco 128
est opportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis aut finiendis, ita crebra et inepti est hominis et desinit iudicem in se conuertere. est et illa indecora in dextrum ac laeuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium. longissime fugienda

2. Brut. 80, 278. 17. Orat. 18, 59. 26. de Orat. 3, 59, 220.

1 traditur *malebat Spalding* deon est usitatum et b indignantes b, indignatus **BM** et *om.* b 2 non] et b 3 scilicet **M** 4 scaenicum — manu *om.* b et *om.* **BM** 6 adloquemur **B**: adloquimur b, alloquamur **M** 8 dedecebit **Bn**: decebit **BgM**, decedebit (*uel* dedecebit) b obseruatur **M** incessu b 9 eadem **BM**, *cf. Fortunat. p. 134, 5* 10 deformest **B** 12 dextra **M**, dex b 14 in tanto b et *om.* b prope — moderata *om.* **M** 15 conueniet etiam *ed. Stoeriana:* conuenientiā et **B**, conuenietiā et b, conueniencia et **M** 16 moderatio b laudationis **M** 18 manlio **BM**: manilio b, Mallio *al. cf. ad 6, 3, 54* 19 flauos **BM** uirgineus **M** 20 quod milia passum **B** 22 sint b: sunt **BM** ad fieri iudici **Bg** *1 m.* 24 tamen ne recedere s. datus b 26 contionibus **M** 27 ut finiendis sita a crebra b 28 laeuum **Mb**: laeuom **B**, leuem *alia m. in* **Bg** 29 bagilatio b

mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse, unde etiam sal-
129 tationis quoddam genus Titius sit appellatum. reprehendenda
et illa frequens et concitata in utramque partem nutatio, quam
in Curione patre inrisit et Iulius, quaerens, quis in luntre
loqueretur, et Sicinius: nam cum adsidente collega, qui erat
propter ualetudinem et deligatus et plurimis medicamentis deli-
butus, multum se Curio ex more iactasset, 'numquam' inquit,
'Octaui, collegae tuo gratiam referes, qui nisi fuisset, hodie te
130 istic muscae comedissent.' iactantur et umeri, quod uitium De-
mosthenes ita dicitur emendasse, ut, cum in angusto quodam
pulpito stans diceret, hasta umero dependens inmineret, ut, si
calore dicendi uitare id excidisset, offensatione illa commonere-
tur. ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis,
in quibus multi sunt iudices, quod dicimus quasi singulis incul-
131 care peculiariter uelimus. illud non ferendum, quod quidam
reiecta in umerum toga, cum dextra sinum usque *ad* lumbos re-
duxerunt, sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur,
cum etiam laeuam restringere prolata longius dextra sit odiosum.
unde moneor, ut ne id quidem transeam, ineptissime fieri, cum
inter moras laudationum aut in aurem alicuius locuntur aut cum
sodalibus iocantur aut nonnumquam ad librarios suos ita respi-
132 ciunt, ut sportulam dictare uideantur. inclinari ad iudicem,
cum doceas, utique si id, de quo loquaris, sit obscurius, decet.
incumbere aduocato aduersis subselliis sedenti contumeliosum.
reclinari etiam ad suos et manibus sustineri, nisi plane iusta
fatigatio est, delicatum, sicut palam moneri excidentis aut le-
133 gere: namque in his omnibus et uis illa dicendi soluitur et fri-
gescit adfectus et iudex parum sibi praestari reuerentiae credit.

1. Brut. 62, 225. 4. cf. Brut. 60, 216 sq.

1 qualem inicio **b** 2 titius **Bg** *corr. ex* totius, *om.* **M** reprehenda **Bg** *1 m.* 3 parte **B** 4 curione pretore **M** iulius **BM**: iunius **b** in luntre **BM**: inlustre **b**, in lintre ς 5 adsidentē **b** 6 delibutus **Mb**: dilibutus **B** 8 referres **b**, refers **M** 9 istic **M**: istice **B** tactantu et **b** 12 comoueretur **M** 14 uasis singularis inculcari peculiari **b** 15 illud non referendum (*corr. in* **Bn** *1 m. ex* refellendum) **BM**, illud uero non ferendum ς quidam **b**: quidem **BM** 16 reiecta numerum togae cum dextra simum **b** ad *om.* **BM** 17 ut sinistra **b** gestū **b**: gestu **BM** 18 laeua exstringuere **b** 19 unde moneor ut ne id *edd. uett.* unde moneor (amoueor **M**) unde ne id **BM**, unde moneo quoque id **b**, moneo quoque, ut ne id *Zumpt* 22 sportulam **Bg** *corr. ex* postulam, *om.* **M** 23 si id] suis **b** loqueris **Bg** *1 m.* loquitur **M** decet **BM**: licet **b** 24 subsellis **BM** sedenti iam cont. **b** 26 fatigatio est *libri:* fatigatione *margo Basil.* fatigatione, est *alii* deligatum nisi palam **b** 27 uis **BM**: tuas **b** 28 adfectus **b**: et adfectus **BM** reuerentia **B**

transire in diuersa subsellia parum uerecundum est: nam et
Cassius Seuerus urbane aduersus hoc facientem lineas poposcit.
et si aliquando concitate itur, numquam non frigide reditur.
multum ex iis, quae praecepimus, mutari necesse est ab iis, qui 134
dicunt apud tribunalia. nam et uultus erectior, ut eum, apud
quem dicitur, spectet, et gestus ut ad eundem tendens elatior
sit necesse est, et alia, quae occurrere etiam me tacente omni-
bus possunt. itemque ab iis, qui sedentes agent: nam et fere
fit hoc in rebus minoribus, et idem impetus actionis esse non
possunt, et quaedam uitia fiunt necessaria. nam et dexter pes 135
a laeua iudicis sedenti proferendus est, et ex altera parte multi
gestus necesse est in sinistrum eant, ut ad iudicem spectent.
equidem plerosque et ad singulas clausulas sententiarum uideo
adsurgentis et nonnullos subinde aliquid etiam spatiantis, quod
an deceat ipsi uiderint: cum id faciunt, non sedentes agunt.
bibere aut etiam esse inter agendum, quod multis moris fuit et 136
est quibusdam, ab oratore meo procul absit. nam si quis aliter
dicendi onera perferre non possit, non ita miserum est non
agere potiusque multo quam et operis et hominum contemptum
fateri.

Cultus non est proprius oratoris aliquis, sed magis in ora- 137
tore conspicitur. quare sit, ut in omnibus honestis debet esse,
splendidus et uirilis: nam et toga et calceus et capillus tam
nimia cura quam neglegentia sunt reprendenda. est aliquid in
amictu, quod ipsum aliquatenus temporum condicione mutatum
est: nam ueteribus nulli sinus, perquam breues post illos fuerunt.
itaque etiam gestu necesse est usos esse in principiis eos alio, 138
quorum brachium, sicut Graecorum, ueste continebatur: sed nos
de praesentibus loquimur. cui lati claui ius non erit, ita cin-
gatur, ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posteriori-
bus ad medios poplites usque perueniant: nam infra mulierum

1 et cassius et s. **b** 2 lineam **M** 3 concitatetur **b** 4 multum] et **b** praecepimus **B**: praecipimus **M**ς mutari **b**: mutare **BM** 5 apud] animalia **b** 7 occurse **b** 8 ab is **B**, ab hys **M** agent *om.* **M** 9 idem **B**: hysdem **M**, iidem ς 11 et ex — necesse est **b**: *om.* **BM** 12 eat — spectet **M** 13 sententiarum clausulas ς 14 adsurgentis̃ (*i. e.* sunt) **b**, adsurgentis (-tes **M**) sibi **BM** spatiantes **Mb** 16 uiuere **b** 17 meo **Bg** *corr. ex* eo 18 non **Bn** *corr. 1 m. ex* quod 19 potiusque **B**: potius quam **Mb** 21 oratore **b**: ora **BM** 22 quare *om.* **M** in **BM**: *om.* **FT** *soli ex notis* 23 uiridis **b** 24 neglegentiae **Mb** 25 conditione **B** 26 nam et **b** breues pusillos f. **b** 27 usos **BM**: uox **b** in principis eos **b**, *om.* **M** 28 bracchium **Bn** 29 clausis non **b** 30 paulum] lauium **b**

139 est, supra centurionum. ut purpurae recte descendant leuis cura est, notatur interim neglegentia. latum habentium clauum modus est, ut sit paulum cinctis summissior. ipsam togam rotundam esse et apte caesam uelim, aliter enim multis modis fiet enormis. pars eius prior mediis cruribus optime terminatur,
140 posterior eadem portione altius qua cinctura. sinus decentissimus, si aliquo supra imam tunicam fuerit, numquam certe sit inferior. ille, qui sub umero dextro ad sinistrum oblique ducitur uelut balteus, nec strangulet nec fluat. pars togae, quae postea inponitur, sit inferior: nam ita et sedet melius et continetur. subducenda etiam pars aliqua tunicae, ne ad lacertum in actu redeat: tum sinus iniciendus umero, cuius extremam
141 oram reiecisse non dedecet. operiri autem umerum cum toto iugulo non oportet, alioqui amictus fiet angustus et dignitatem, quae est in latitudine pectoris, perdet. sinistrum brachium eo usque adleuandum est, ut quasi normalem illum angulum faciat,
142 super quod ora ex toga duplex aequaliter sedeat. manus non impleatur anulis, praecipue medios articulos non transeuntibus: cuius erit habitus optimus adleuato pollice et digitis leuiter inflexis, nisi si libellum tenebit. quod non utique captandum est: uidetur enim fateri memoriae diffidentiam et ad multos gestus
143 est inpedimento. togam ueteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium: idque ut fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque praecipiunt. quo magis miror Plini Secundi docti hominis et in hoc utique libro paene etiam nimium curiosi persuasionem, qui solitum id facere Ciceronem uelandorum uaricum gratia tradit, cum hoc amictus genus in statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerunt, appareat.
144 palliolum sicut fascias, quibus crura uestiuntur, et focalia et aurium ligamenta sola excusare potest ualetudo.

Sed haec amictus obseruatio, dum incipimus: procedente uero actu, iam paene ab initio narrationis, sinus ab umero recte

1 est] et **M** purpure **B**, purpe **M**, purpura *ed. Camp. cf.* 8, 5, 28 descendat **b** 2 neglegentiam latam **b** 3 similior **M** rutundam **B** 4 aptam **M** 5 fiet *om.* **b** medis **b** 6 posteriore **b** qua **B**: quam **Mb** 7 aliquo **B**: aliquando **M**, aliquanto ς ultra **b** tunicam *Spalding*: togam *libri* 10 ita est sed ut melius et continenter **b** 12 extremum **Bg** *1 m.* 14 aliqui **BM** 15 perdit **BM** bracchium **Bn** 16 angulum **M**: angelum **B** 17 quod *om.* **M** ora est toga **b** sedeat — impleatur *om.* **b** 19 inflexis **Bg** *corr. ex* infixis, flexis **M** 20 si **B**: *om.* **Mb** 21 enim *om.* **M** 24 plotinus **M**, potius **b** gidiniusque **b** 25 omines **B** libro **Mb**: lobro **Bn**, labro **Bg** 27 uelandorum **b**: uelandrorum **BM** credit *coni. Spalding* in *om.* **b** 28 post **Mb**: potest **B** 29 et (*ante* foc.) *om.* **b** 31 incepimus **M**, incipiamus **b** 32 nationis **b**

uelut sponte delabitur, et, cum ad argumenta ac locos uentum
est, reicere a sinistro togam, deicere etiam, si haereat, sinum
conueniet. laeua a faucibus ac summo pectore abducere licet: 145
ardent enim iam omnia. et ut uox uehementior ac magis uaria
est, sic amictus quoque habet actum quendam uelut proeliantem.
itaque ut laeuam inuoluere toga et incingi paene furiosum est, 146
sinum uero in dextrum umerum ab imo reicere solutum ac delicatum
fiuntque adhuc peius aliqua, ita cur laxiorem sinum
sinistro brachio non subiciamus? habet enim acre quiddam atque
expeditum et calori concitationique non inhabile. cum uero 147
magna pars est exhausta orationis, utique adflante fortuna,
paene omnia decent, sudor ipse et fatigatio et neglegentior
amictus et soluta ac uelut labens undique toga. quo magis 148
miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario
frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, quas componi
post paulum, sicuti dignum erat, grauiter et seuere uetuit. mihi
uero illae quoque turbatae prae se ferre aliquid adfectus et ipsa
obliuione curae huius commendari uidentur. at si incipientibus 149
aut paulum progressis decidat toga, non reponere eam prorsus
neglegentis aut pigri aut quomodo debeat amiciri nescientis est.

Haec sunt uel inlustramenta pronuntiationis uel uitia, quibus
propositis multa cogitare debet orator. primum quis, apud 150
quos, quibus praesentibus sit acturus: nam ut dicere alia aliis
et apud alios magis concessum est, sic etiam facere. neque
eadem in uoce, gestu, incessu apud principem, senatum, populum,
magistratus, priuato publico iudicio, postulatione actione
similiter decent. quam differentiam subicere sibi quisque, qui
animum intenderit, potest, tunc qua de re dicat et efficere quid
uelit. rei quadruplex obseruatio est: una in tota causa. sunt 151
enim tristes hilares, sollicitae securae, grandes pusillae, ut uix
umquam ita sollicitari partibus earum debeamus, ut non summae

1 sponte dilabitur **b**, spon te delabitur **Bn**, *unde malim* sponte labitur *coll. § 147 extr. et Fortunat. p. 134, 13* 2 ad sinistrum **M**, annistro **b** si *om.* **Mb** 3 laeuam *al.* laenam *Regius* 4 ardet **Mb** 6 togā **b**, roga **M** 7 sinu **b** solutum **Bn** *et* **b**: solitum **BgM** deligatum **b** 9 sinostro **b** bracchio **Bn** quidam **B** 10 calore concitationisque **b** 12 et (*ante* neg.) *om.* **b** negligentior **M**, neglentior **B** 13 aut ictus **b** 14 curatam **b** 15 quam **b** 16 paululum **M** 18 in capientibus **b** 20 deceat *ed. Bonnelli errore ut uidetur operarum* 22 instrumenta **b** uitia *om.* **M** 24 alii sed **Bg** *1 m.* 25 etiam **M**: et etiam **B** 27 accusatione *coni. Spalding* 28 decentium differentiam **b** 29 tunc **BM**: tum ς de **Bg** *s. l.* efficere **BM**: erlitreficere **b**, effingere *Spalding coll. § 89 et 10, 3, 4* 32 non **BM**: non et **b** summa eminerimus **b**

152 meminerimus: altera, quae est in differentia partium, ut in
prooemio, narratione, argumentatione, epilogo: tertia in sen-
tentiis ipsis, in quibus secundum res et adfectus uariantur
omnia: quarta in uerbis, quorum ut est uitiosa, si efficere omnia
uelimus, imitatio, ita quibusdam nisi sua natura redditur, uis
153 omnis aufertur. igitur in laudationibus, nisi si funebres erunt,
gratiarum actione, exhortatione, similibus laeta et magnifica et
sublimis est actio. funebres contiones, consolationes, plerumque
causae reorum tristes atque summissae. in senatu conseruanda
auctoritas, apud populum dignitas, in priuatis modus. de par-
tibus causae et sententiis uerbisque, quae sunt multiplicia, plu-
ribus dicendum.

154 Tria autem praestare debet pronuntiatio: conciliet, persua-
deat, moueat, quibus natura cohaeret, ut etiam delectet. con-
ciliatio fere aut commendatione morum, qui nescio quomodo ex
uoce etiam atque actione perlucent, aut orationis suauitate
constat, persuadendi uis adfirmatione, quae interim plus ipsis
155 probationibus ualet. an ista, inquit Calidio Cicero, si uera
essent, sic a te dicerentur? et: tantum abfuit ut in-
flammares nostros animos: somnum isto loco uix te-
nebamus. fiducia igitur appareat et constantia, utique si
156 auctoritas subest. mouendi autem ratio aut in repraesentandis
est aut imitandis adfectibus. ergo cum iudex in priuatis aut
praeco in publicis dicere de causa iusserit, leniter consurgen-
dum: tum in componenda toga uel, si necesse erit, etiam ex
integro inicienda, dumtaxat in iudiciis (apud principem enim et
magistratus et tribunalia non licebit) paulum est commorandum,
ut et amictus sit decentior et protinus aliquid spatii ad cogi-
157 tandum. etiam cum ad iudicem nos conuerterimus et consultus
praetor permiserit dicere, non protinus est erumpendum, sed

18. Brut. 80, 278 (ex or. p. Q. Gallio).

1 altera est **M** 4 quarta quoque **b**, *unde coni. Spalding* q. denique 5 ita *om.* **b** naturae **b** 6 igitur *om.* **b** 7 exhortatio **b** magnitudinifica **b**, magnitudini **FT** 8 consulationes **B**, consultationes **M**, *om.* **b** 9 reorum *ed. Aldina:* deorum **BM** 11 quae **b**: *om.* **BM** 13 pronunciatio **Bn** 14 quibusnam coh. **M** cohaeret **B** *corr.* cohaereat **B**[1]**M** ut **BM**: *om.* **FT** delectet *om.* **Bn** *1 m. sed spatio uacuo relicto* 16 perlucent **BM**: pellucent ς auctorationis **b** 18 callidio **M**, calio **b** 19 abfuit *libri Tulliani:* abest **BM**, *om.* **b** 22 repraestandis **Bg** *1 m.* 23 est ut amitandis **b** aut] am **b** 24 est consurgendum **b** 26 iniugus **b** 27 et trib. **BM**: ac trib. ς est **BM**: *om.* **b** 28 protenus **B**, *sed paulo post* protinus (sit prot. *Gallaeus*) ad cogitandum contingat *coni. Spalding* 29 conuerteremus **Mb** 30 praetor] p̃t̄ **B** (praetermiserit **M**)

danda breuis cogitationi mora: mire enim auditurum dicturi cura
delectat et iudex se ipse componit. hoc praecipit Homerus 158
Ulixis exemplo, quem stetisse oculis in terram defixis immotoque
sceptro, priusquam illam eloquentiae procellam effunderet, dicit.
in hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, ut appellant
scaenici, morae: caput mulcere, manum intueri, infringere arti-
culos, simulare conatum, suspiratione sollicitudinem fateri, aut
quod quemque magis decet, et ea diutius, si iudex nondum in-
tendet animum. status sit rectus, aequi et diducti paulum pedes 159
uel procedens minimo momento sinister: genua recta, sic tamen,
ut non extendantur: umeri remissi, uultus seuerus, non maestus
nec stupens nec languidus: brachia a latere modice remota,
manus sinistra, qualem supra demonstraui, dextra, cum iam in-
cipiendum erit, paulum prolata ultra sinum gestu quam mode-
stissimo, uelut spectans, quando incipiendum sit. uitiosa enim 160
sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem et quasi improbam
facere, tendere confidentia uultum aut, quo sit magis toruus,
superciliis astringere, capillos a fronte contra naturam retro
agere, ut sit horror ille terribilis: tum, id quod Graeci frequen-
tissime faciunt, crebro digitorum labiorumque motu commentari,
clare excreare, pedem alterum longe proferre, partem togae
sinistra tenere, stare diductum uel rigidum uel supinum uel
incuruum uel umeris, ut luctaturi solent, ad occipitium ductis.

Prooemio frequentissime lenis conuenit pronuntiatio: nihil 161
enim est ad conciliandum gratius uerecundia, non tamen semper:
neque enim uno modo dicuntur exordia, ut docui. plerumque
tamen et uox temperata et gestus modestus et sedens umero
toga et laterum lenis in utramque partem motus, eodem spe-
ctantibus oculis, decebit. narratio magis prolatam manum, amictum 162

2. Iliad. 3, 217.

1 mora ira enim **b** 2 delectant **b** se **B**: sic **M** 3 imotoque **b**, imototoque **B**, uno totoque **M** 4 ducit **Bg** *ante rasuram* 5 hac **M**: hanc **B** cunctationem **M** 7 suspirationē **b** 8 et ea *nos:* ea **BM**, eaque *ed. Basil. et* ς diucius **Bn**, diu cuius **M** 9 status quid rectu seu sed diducti **b** pedes — tamen *om.* **M** 10 mini **b** 11 extendam **b** 12 bracchia **B** modice *om.* **M** 15 spectans **BM**: exspectans **b**ς 16 lacuaria **Bg** *1 m.* perfricare **b**: perfricari **BM** improba **Mb** 17 confidentiā uultum **BM**, confidentia uolum **b** torbos superciliciis **b** 18 capillos **b**: capillo **BM** 19 frequentissime *et paulo post* commentari — stare *om.* **M** 20 labiorumque *Regius:* laborumque **b**, librorumque **B**, libroque **M** motum **b** 21 excreare **b**: *om.* **B** pacem t. s. tegure **b** 23 lutacturi **B**, luctari **M** occipicium **Bg** *corr. ex* occipium 26 in uno modo **M**, unomo **b** 27 genus **b** 28 togo **b** utraque parte **b**

recidentem, gestum distinctum, uocem sermoni proximam et tan-
tum acriorem, sonum simplicem frequentissime postulabit in his
dumtaxat: Q. enim Ligarius, cum esset in Africa nulla
belli suspicio, et A. Cluentius Habitus pater huiusce.
aliud in eadem poscent adfectus, uel concitati 'nubit genero
socrus', uel flebiles 'constituitur in foro Laodiceae
spectaculum acerbum et miserum toti Asiae prouin-
163 ciae'. maxime uaria et multiplex actio est probationum: nam
et proponere, partiri, interrogare sermoni sunt proxima, et con-
tradictionem sumere: nam ea quoque diuersa propositio est. sed
haec tamen aliquando inridentes, aliquando imitantes pronun-
164 tiamus. argumentatio plerumque agilior et acrior et instantior
consentientem orationi postulat etiam gestum, id est fortem
celeritatem. instandum quibusdam in partibus et densanda oratio.
egressiones fere lenes et dulces et remissae, raptus Proserpinae,
Siciliae descriptio, Cn. Pompei laus: neque enim mirum minus habere
165 contentionis ea, quae sunt extra quaestionem. mollior nonnum-
quam cum reprensione diuersae partis imitatio: uidebar ui-
dere alios intrantis, alios autem exeuntis, quosdam
ex uino uacillantis. ubi non dissidens a uoce permittitur
gestus quoque, in utramque partem tenera quaedam, sed intra
166 manus tamen et sine motu laterum translatio. accendendi iu-
dicis plures sunt gradus. summus ille et quo nullus est in
oratore acutior: suscepto bello, Caesar, gesto iam etiam
ex parte magna. praedixit enim: quantum potero uoce
contendam, ut populus hoc Romanus exaudiat. paulum
inferior et habens aliquid iam iucunditatis: quid enim tuus
167 ille, Tubero, in acie Pharsalica gladius agebat? ple-
nius adhuc et lentius ideoque dulcius: in coetu uero populi

3. p. Lig. 1, 2. 4. p. Cluent. 5, 11. 5. ib. 5, 14. 6. Verr. I, 30, 76. 16. Pomp. laus] in or. p. Cornelio, cf. 4, 3, 13. 18. ex or. p. Gallio. 24. p. Lig. 3, 7 et 6. 27. ib. 3, 9. 29 Phil. II, 25, 63.

1 distinctum b: *om.* BM 2 aptiorem M postulauit b 3 Q.] q. (*i. e.* quae) b 5 posceret M 6 fleuilis b laudiceae Bg, laodiciae b 7 spectaculum — prouinciae *om.* M 11 haec BM: hanc b aliquando et M, aliqu. inrid. *om.* b pronuntiacio plerumque b 13 gestus id est fortem celeritates tantum b 14 densanda b: desanda BM 15 lenes BM: et lenes b 16 mirum b: numerum BM 17 contentionis b: contentiones BM 19 intrantes — exeuntes — facillantes M 20 ex uicino b 21 tenerae b 22 indices B[1] 23 pluris b est ex oratore auctior b 24 iam *om.* M *et libri Tulliani* 27 iam] etiam *Regius* quod — tuuero b 28 parsalia b

Romani negotium publicum gerens: producenda omnia
trahendaeque tum uocales aperiendaeque sunt fauces. pleniore
tamen haec canali fluunt: uos, Albani tumuli atque luci.
iam cantici quiddam habent sensimque resupina sunt: saxa
atque solitudines uoci respondent. tales sunt illae in- 168
clinationes uocis, quas inuicem Demosthenes atque Aeschines
exprobrant, non ideo improbandae: cum enim uterque alteri
obiciat, palam est utrumque fecisse. nam neque ille per Mara-
thonis et Plataearum et Salaminis propugnatores recto sono iu-
rauit, nec ille Thebas sermone defleuit. est his diuersa uox et 169
paene extra organum, cui Graeci nomen amaritudinis dederunt,
super modum ac paene naturam uocis humanae acerba: quin
conpescitis uocem istam, indicem stultitiae, testem
paucitatis? sed id, quod excedere modum dixi, in illa parte
prima est: quin conpescitis. epilogus, si enumerationem 170
rerum habet, desiderat quandam concisorum continuationem: si
ad concitandos iudices est accommodatus, aliquid ex iis, quae
supra dixi: si placandos, inclinatam quandam lenitatem: si mi-
sericordia commouendos, flexum uocis et flebilem suauitatem,
qua praecipue franguntur animi quaeque est maxime naturalis:
nam etiam orbos uiduasque uideas in ipsis funeribus canoro
quodam modo proclamantis. hic etiam fusca illa uox, qualem 171
Cicero fuisse in Antonio dicit, mire faciet: habet enim in se,
quod imitamur. duplex est tamen miseratio, altera cum inuidia,
qualis modo dicta de damnatione Philodami, altera cum depre-
catione demissior. quare, etiamsi est in illis quoque cantus ob- 172
scurior 'in coetu uero populi Romani', non enim haec
rixantis modo dixit, et 'uos, Albani tumuli', neque enim
quasi inclamaret aut testaretur, locutus est, tamen infinito magis

3. p. Mil. 31, 85. 4. p. Arch. 8, 19. 12. p. Rab. perd. 6, 18.
23. Brut. 38, 141.

1 publicum . *(sic)* **Bn**, *unde in* **Bg** publicum .i. 2 trahendaenque cum **b** sunt *om.* **b** 4 sensumque **b** respina sunt **T**, respinant **F**, *unde coni. Spalding* resupinantur 5 uoci—inclinationes *om.* **b** 6 Aeschines — uterque **Bg** *m. 2 in marg.* 8 utramque **b** 10 nec hic Thebas *edd. uett. at cf. ad 3, 6, 93* et his **b** 12 acerua **b** 13 continetis *et* stultitiae uestrae *libri Tulliani* 14 exercere **b** 15 quin *om.* **M**, qui **b** 16 concisorum **Mb**: concisiorum **B** 17 ex is **B** 18 dixi plagatos incl. q. si lenitatem **b** 19 flexus **b** 20 qua] quae **b** 21 morbos **b** uideas **b**: uidebas **BM** 22 huc *Francius;* hic — mire faciet *om.* **M** 24 imitamur **BM**: imitemur *edd. uett.* 25 philodam **b** 26 dimissior **b** 27 hoc **M**, haec — neque enim *om.* **b** 28 neque **BM**: non *malebat Spalding* 29 quasi **b**: quas **BM** inclamaret et aut **b**

illa flexa et circumducta sunt: me miserum, me infelicem, et quid respondebo liberis meis? et reuocare tu me in patriam potuisti, Milo, per hos: ego te in eadem patria per eosdem retinere non potero? et cum bona C. Rabiri nummo sestertio addicit: o meum miserum acerbumque praeconium.

173 que praeconium. illa quoque mire facit in peroratione uelut deficientis dolore et fatigatione confessio, ut pro eodem Milone: sed finis sit, neque enim prae lacrimis iam loqui possum: quae similem uerbis habere debent etiam pronuntiationem.

174 possunt uideri alia quoque huius partis atque officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, uestes laniare: sed suo loco dicta sunt.

Et quia in partibus causae talis est uarietas, satis apparet accommodandam sententiis ipsis pronuntiationem, sicut ostendimus, sed uerbis quoque, quod nouissime dixeram, non semper,

175 sed aliquando. an non hoc 'misellus et pauperculus' summissa atque contracta, 'fortis et uehemens et latro' erecta et concitata uoce dicendum est? accedit enim uis et proprietas rebus tali adstipulatione, quae nisi adsit, aliud uox, aliud animus osten-

176 dat. quid? quod eadem uerba mutata pronuntiatione indicant, adfirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, inrident, eleuant? aliter enim dicitur: 'tu mihi quodcumque hoc regni' et 'cantando tu illum?' et 'tune ille Aeneas?' et 'meque timoris argue tu, Drance.' et ne morer, intra se quisque uel hoc uel aliud quod uolet per omnis adfectus uerset, uerum esse quod dicimus sciet.

177 Unum iam his adiciendum est, cum praecipue in actione spectetur decorum, saepe aliud alios decere. est enim latens quaedam in hoc ratio et inenarrabilis, et ut uere hoc dictum est, caput esse artis decere quod facias, ita id neque sine

1. p. Mil. 37, 102. 5. p. Rab. Post. 17, 46. 8. c. 38, 105. 22. Aen. 1, 78. 23. Ecl. 3, 25. Aen. 1, 617. 24. 11, 383. 30. Cic. de Orat. I, 29, 132.

2 quid **b**: quidquid **BM** tumet in patria **b** 4 eosdem **Mb**: eodem **B** potere **b** 5 nummo *Bentley (ad Hor. Sat. 1, 4, 14)*: uno *libri, cf. Cic. p. Rab. Post. § 46* adducit **Bg** *1 m. et* **M** miserum non acerbumque **b** 6 misere facit **b**, facit *om.* **M** 7 dolore **Mb**: dolere **B** 10 possunt **b**: possum **BM** alii **b** 13 causae talis *ed. Camp.* causa et aliis **BM**, parte talis **b** 16 an **b**: at **BM** hoc *Spalding:* haec **BM** et pauperculus *om.* **b** 17 et latro **B**: elatio **M** 18 est *om.* **M** 19 ostendit *ed. Camp.* ostentat *Francius* 23 hoc **B**: eo **b**, *om.* **M** tu illum **Bg** *corr. ex* tullum 24 aenea sed sequem **b**, eneas et neque **M** drance *om.* **M** 25 ne morer **b**: nemorerū **BM**, *fort.* ne moremur; *cf. tamen 9, 3, 11* se *om.* **b** hoc **b**: ho **B**, homo **M** 28 decorum **BM**: decor **b** dicere **M**, decedere **b** 29 dictum es **b** 30 artis **BM**: *om.* **b** ista id **b**, id ita **M**

arte esse neque totum arte tradi potest. in quibusdam uirtutes 178
non habent gratiam, in quibusdam uitia ipsa delectant. maximos
actores comoediarum, Demetrium et Stratoclea, placere diuersis
uirtutibus uidimus. sed illud minus mirum, quod alter deos et
iuuenes et bonos patres seruosque et matronas et graues anus
optime, alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones et
omnia agitatiora melius. fuit enim natura diuersa: nam uox
quoque Demetri iucundior, illius acrior erat. adnotandae magis 179
proprietates, quae transferri non poterant, manus iactare et
dulces exclamationes theatri causa producere et ingrediendo uen-
tum concipere ueste et nonnumquam dextro latere facere gestus,
quod neminem alium nisi Demetrium decuit (namque in haec
omnia statura et mira specie adiuuabatur): illum cursus et agi- 180
litas et uel parum conueniens personae risus, quem non ignarus
rationis populo dabat, et contracta etiam ceruicula. quidquid
horum alter fecisset, foedissimum uideretur. quare norit se
quisque, nec tantum ex communibus praeceptis, sed etiam ex
natura sua capiat consilium formandae actionis. neque illud 181
tamen est nefas, ut aliquem uel omnia uel plura deceant. huius
quoque loci clausula sit eadem necesse est, quae ceterorum est,
regnare maxime modum: non enim comoedum esse, sed oratorem
uolo. quare neque in gestu persequemur omnis argutias nec in
loquendo distinctionibus, temporibus, adfectionibus moleste ute-
mur. ut si sit in scaena dicendum: 182

Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem,
cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,
non perpeti meretricum contumelias?

hic enim dubitationis moras, uocis flexus, uarias manus, diuersos
nutus actor adhibebit. aliud oratio sapit nec uult nimium esse
condita: actione enim constat, non imitatione. quare non in- 183
merito reprenditur pronuntiatio uultuosa et gesticulationibus

25. Ter. Eun. I, 1, 1.

2 delectatur b 4 uidissemus b illud **M**: illum **B** 7 fuit *edd. uett.* sit **BM** 8 adnotandae **BM**: adnotandae memoriae b *manifesto glossemate, unde tamen Gernhard* adnot. memoria 10 in egrediendo b 11 lateri f. gustus b 12 nisi *2 codd. Vossiani: om.* **BM**, praeter *edd. uett.* alium ut *coni. Spalding, ipse malim* nem. magis quam 13 omnia quasi astratura b adiuuitur b 14 risus **BM**: reus b 19 plura **BM**: plurima ς 20 sunt b necessest **B** ceterorum **Bg** *corr. ex* cetorum 21 non enim *om.* b 22 neque *om.* b 23 temporibus *om.* b adfectionibus **B**: affectibus **M**, *om.* b, effictionibus *Regius, ipse malim* adfectationibus putemur b 25 qui dicitur b 26 arces b 28 enim] ē b dubitationes **BM**, dubitatione b, *em. Badius* uaria b 29 natus b, iniciis **M**
30 quare **Mb**: equare **B** 31 pronuntiatio *om.* **M** et uultuosa **FT** *soli*

molesta et uocis mutationibus resultans. nec inutiliter ex Graecis ueteres transtulerunt, quod ab iis sumptum Laenas Popilius po-
184 suit, esse hanc negotiosam actionem. optime igitur idem, qui omnia, Cicero praeceperat, quae supra ex oratore posui, quibus similia in Bruto de M. Antonio dicit. sed iam recepta est actio paulo agitatior et exigitur et quibusdam partibus conuenit, ita tamen temperanda, ne, dum actoris captamus elegantiam, perdamus uiri boni et grauis auctoritatem.

5. Brut. 38, 141.

1 molesta **M**: moleste **B**, molesta — mutationibus *om.* b 2 ab is **B**, aboms **M** Laenas *Spalding:* lenas **B**, leuas **M** 3 negotiosam *nos:* mocosam **B**, morosam **M**, inotiosam *edd. uett.* actuosam *H. Keil de Plinii epistt. emend. disput. II, 22* 6 agitator etiam **M** exigitur **M**: exiguitur **B**, exigeritur b 7 needum b actoris b: auctoris **BM** 8 M FABI QUINTILIANI INSTITUT ORATORIAR. AD UICTORIU MARCELLV LIB. XI. FINIT INCIP. LIB. XII. **B**, M. F. Quintiliani Institutionum oratoriarum explicit liber XI incipit XII **M**.

LIBER DUODECIMUS.

Prooemium.

Uentum est ad partem operis destinati longe grauissimam. cuius equidem onus si tantum opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem uires meas. sed initio pudor omittendi quae promiseram tenuit, mox, quamquam per singulas prope partis labor cresceret, ne perderem, quae iam effecta erant, per omnis difficultates animo me sustentaui. quare nunc quoque, licet maior quam umquam moles 2 premat, tamen prospicienti finem mihi constitutum est uel deficere potius quam desperare. fefellit autem, quod initium a paruis ceperamus: mox uelut aura sollicitante prouecti longius, dum tamen nota illa et plerisque artium scriptoribus tractata praecipimus, nec adhuc a litore procul uidebamur et multos circa uelut isdem se uentis credere ausos habebamus. iam cum 3 eloquendi rationem nouissime repertam paucissimisque temptatam ingressi sumus, rarus, qui tam procul a portu recessisset, reperiebatur. postquam uero nobis ille, quem instituebamus, orator a dicendi magistris dimissus aut suo iam impetu fertur aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiae penetralibus petit, quam in altum simus ablati, sentire coepimus. nunc c a e l u m 4 u n d i q u e e t u n d i q u e p o n t u s. unum modo in illa inmensa uastitate cernere uidemur M. Tullium, qui tamen ipse, quamuis

19. Verg. Aen. 3, 193.

2 onus sit si **B**, omnis sit si **M** 3 quanto premi forens b 5 prope **B**: quoque **M** partes **M**ς 6 omnino me **M** 7 umquam **b**: uimquam **B**, numquam **M** 10 coeperamus **Bn** 11 partium **b** 15 tam *Gesner:* iam **BM** 16 repperiebatur **B** 17 orator ac dicendi **b**, orator iam d. **M** dimissis **M** aut in suo **b** 18 sapientiae **b**: sapientia **BM** 21 uidemus **b**

tanta atque ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit uela inhibetque remos et de ipso demum genere dicendi, quo sit usurus perfectus orator, satis habet dicere. at nostra temeritas etiam mores ei conabitur dare et adsignabit officia. ita nec antecedentem consequi possumus et longius eundum est, ut res feret. probabilis tamen cupiditas honestorum et uelut tutioris audentiae est temptare, quibus paratior uenia est.

I. Sit ergo nobis orator, quem constituimus, is qui a M. Catone finitur, uir bonus dicendi peritus, uerum, id quod et ille posuit prius et ipsa natura potius ac maius est, utique uir bonus: id non eo tantum, quod, si uis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatisque rebus perniciosius eloquentia, nosque ipsi, qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati sumus, pessime mereamur de rebus
2 humanis, si latroni comparamus haec arma, non militi. quid de nobis loquor? rerum ipsa natura in eo, quod praecipue indulsisse homini uidetur quoque nos a ceteris animalibus separasse, non parens, sed nouerca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerum, aduersam innocentiae, hostem ueritatis inuenit. mutos enim nasci et egere omni ratione satius fuisset, quam
3 prouidentiae munera in mutuam perniciem conuertere. longius tendit hoc iudicium meum. neque enim tantum id dico, eum, qui sit orator, uirum bonum esse oportere, sed ne futurum quidem oratorem nisi uirum bonum. nam certe neque intellegentiam concesseris iis, qui proposita honestorum ac turpium uia peiorem sequi malent, neque prudentiam, cum in grauissimas frequenter legum, semper uero malae conscientiae poenas a
4 semet ipsis inprouiso rerum exitu induantur. quodsi neminem malum esse nisi stultum eundem non modo a sapientibus dicitur,

1 ita *om.* **M** contrahit **Mb**: contrahet **B** 2 et de **B**: est de **b**, et **M** 3 at **b**: ad **BM** 4 adsignauit **b** 5 ne antecedentem **M**, negante dentem **b** 6 et probabilis **T** *et ed. Camp.* uelut tutioris *Obrecht:* uelutioris **B**, ueluti omnis **M**, uel tutioris *Burman; lectio* **b** *incerta est, nam sic habet* **Bg**: uelutioris (τu *suprascr.*) 7 uena est **b**; *sequitur in libris inscriptio:* Non posse oratorem esse nisi uirum bonum 8 instituimus *dett.* is qui a *edd. uett.* et qui a **M**. et quia **B**, quia **b** 11 *fort.* malitia 12 instruxerit **Mb**: instruerit **B** 13 nos ipsi **M** ipsique uirilo uiro parte **b** 15 hac **b** militi **b**: multi **BM** 16 quod **M**: quo **B** 18 par. est sed **Bg**, p. est **b** 19 innocentiam **b** 20 multos **BM**, *em. in edd. uett.* nasci et **B**: non nasci et **M**, sciet **b** 21 perniciem **Mb**: pernicem **B** 23 qui mi sit **T**, qui mihi sit *ed. Camp.* 25 eis **b**, hys **M** 26 cum in **BM**: cuius **b** 27 male **BM** asemedipsis (aspem *suprascr.*) **Bg** 29 a **BM**: *om.* **b**

sed uulgo quoque semper est creditum, certe non fiet umquam
stultus orator. adde quod ne studio quidem operis pulcherrimi
uacare mens nisi omnibus uitiis libera potest: primum quod in
eodem pectore nullum est honestorum turpiumque consortium,
et cogitare optima simul ac deterrima non magis est unius animi
quam eiusdem hominis bonum esse ac malum: tum illa quoque 5
ex causa, quod mentem tantae rei intentam uacare omnibus
aliis, etiam culpa carentibus curis oportet. ita demum enim
libera ac tota, nulla distringente atque alio ducente causa,
spectabit id solum, ad quod accingitur. quodsi agrorum nimia 6
cura et sollicitior rei familiaris diligentia et uenandi uoluptas
et dati spectaculis dies multum studiis auferunt (huic enim rei
perit tempus, quodcumque alteri datur), quid putamus facturas
cupiditatem, auaritiam, inuidiam, quarum inpotentissimae cogitationes somnos etiam ipsos et illa per quietem uisa perturbent?
nihil est enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam uariis 7
adfectibus concisum atque laceratum quam mala mens. nam et
cum insidiatur, spe, curis, labore distringitur, et, etiam cum
sceleris compos fuit, sollicitudine, paenitentia, poenarum omnium
exspectatione torquetur. quis inter haec litteris aut ulli bonae
arti locus? non hercule magis quam frugibus in terra sentibus
ac rubis occupata. age, non ad perferendos studiorum labores 8
necessaria frugalitas? quid ergo ex libidine ac luxuria spei?
non praecipue acuit ad cupiditatem litterarum amor laudis?
num igitur malis esse laudem curae putamus? iam hoc quis
non uidet, maximam partem orationis in tractatu aequi bonique
consistere? dicetne de his secundum debitam rerum dignitatem
malus atque iniquus? denique, ut maximam partem quaestionis 9
eximam, demus, id quod nullo modo fieri potest, idem ingenii,
studii, doctrinae pessimo atque optimo uiro, uter melior dicetur
orator? nimirum qui homo quoque melior. non igitur umquam

2 adde *om.* **b** studia equidem operis pulcherrime **b** 3 quod si in **b** 4 turpium honestorum **M** 7 rei **Mb**: re **B** omnibus etiam culpa aliis carentibus aliis etiam curis **b** 9 distinguente **M** ducente cura *coni. Rollinus* 10 corporum *Regius admodum probabiliter, cf. 12, 11, 18* 11 cur et solliciora **b** sollicior **BgM** diligentia uenandi **M**, diligentiae tuendi **b** 12 re p̄erit **b** 13 quandocumque **M** 14 cogitationis somnus **b** 15 ipsos **BM**: *om.* **FT** perturbant **b** 17 laceratum **BM**: celeratum **b** 18 spe curiis **b**, precuris **M** labore *om.* **b** distingwitur **M** et etiam **B**: etiam **M**, et *Regius*, et iam ς 19 compos fuit **B**: compos fuerit **M**, composuit **b** penarum omni **M**, penarum sollicitudinē omnium **b** 23 ergo **B**: *om.* **M**, igitur ς ex] et **b** ac] aut **M** 24 nom praecipuae acui **b** 25 laudis esse **b**, laudem (*om.* esse) **M** 28 malos atque iniquos **b** 29 potē id enim **b** idem esse *malebat Spalding* ingeni **B** 31 quid **b**, quod **M**

10 malus idem homo et perfectus orator. non enim perfectum est quidquam, quo melius est aliud. sed, ne more Socraticorum nobismet ipsi responsum finxisse uideamur, sit aliquis adeo contra ueritatem opstinatus, ut audeat dicere, eodem ingenio, studio, doctrina praeditum nihilo deteriorem futurum oratorem malum
11 uirum quam bonum: conuincamus huius quoque amentiam. nam hoc certe nemo dubitabit, omnem orationem id agere, ut iudici, quae proposita fuerint, uera et honesta uideantur. utrum igitur hoc facilius bonus uir persuadebit an malus? bonus quidem et
12 dicet saepius uera atque honesta. sed etiam si quando aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus, potest) falso haec adfirmare conabitur, maiore cum fide necesse est audiatur. at malis hominibus ex contemptu opinionis et ignorantia recti nonnumquam excidit ipsa simulatio: inde inmodeste proponunt,
13 sine pudore adfirmant. sequitur in iis, quae certum est effici non posse, deformis pertinacia et inritus labor: nam sicut in uita, ita in causis quoque spes improbas habent. frequenter autem accidit, ut iis etiam uera dicentibus fides desit uideaturque talis aduocatus malae causae argumentum.

14 Nunc de iis dicendum est, quae mihi quasi conspiratione quadam uulgi reclamari uidentur. orator ergo Demosthenes non fuit? atqui malum uirum accepimus. non Cicero? atqui huius quoque mores multi reprenderunt. quid agam? magna
15 responsi inuidia subeunda est, mitigandae sunt prius aures. mihi enim nec Demosthenes tam graui morum dignus uidetur inuidia, ut omnia, quae in eum ab inimicis congesta sunt, credam, cum et pulcherrima eius in re publica consilia et finem uitae clarum
16 legam, nec M. Tullio defuisse uideo in ulla parte ciuis optimi uoluntatem. testimonio est actus nobilissime consulatus, integerrime prouincia administrata et repudiatus uigintiuiratus, et ciuilibus bellis, quae in aetatem eius grauissima inciderunt, neque spe neque metu declinatus animus, quo minus optimis se
17 partibus, id est rei publicae iungeret. parum fortis uidetur

1 id .ē. **Bg** 2 sed **BM**: est **b** ne] nunc **M** 3 ipsis **M** 4 ut] et **b** 5 futurum orat. *om.* **M** 7 hoc *om.* **T** dubitauit **b**, dubitant **M** oratorem *dett.* ut iudici **BM**: uitium dici **b** 8 proposita **M**: p̂posita **B**, *om.* **b** 9 et *om.* **FT** *soli ex notis* 10 uerae **b** 11 quod occideret **b** 12 adfirmantur **b** 13 conceptu **M** 14 simulatio — sequitur *om.* **M** 17 ita **BM**: *om.* **b** 18 iis **B**: hys **M**, his ς 22 at quicqui **b** accipimus **b** qui huius **b** 23 reprehenderunt **M**ς magni **b**, *om.* **M** 24 mitiganda **b** 25 enim *del. Regius* grauiorum **b** 26 sint **b** cum et **BM**: et *om.* **b** 27 eius rei pu. **M** 29 integerrime — uigintiuiratus *om* **b** 32 metus **b** 33 iungerent **b**

quibusdam, quibus optime respondit ipse, non se timidum in
suscipiendis, sed in prouidendis periculis: quod probauit morte quoque ipsa, quam praestantissimo suscepit animo.
quodsi defuit his uiris summa uirtus, sic quaerentibus, an ora- 18
tores fuerint, respondebo, quomodo Stoici, si interrogentur, an
sapiens Zeno, an Cleanthes, an Chrysippus ipse, respondeant:
magnos quidem illos ac uenerabiles, non tamen id, quod natura
hominis summum habet, consecutos. nam et Pythagoras non 19
sapientem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiae
uocari uoluit. ego tamen secundum communem loquendi consuetudinem saepe dixi dicamque, perfectum oratorem esse Ciceronem, ut amicos et bonos uiros et prudentissimos dicimus uulgo,
quorum nihil nisi perfecte sapienti datur. sed cum proprie et
ad legem ipsam ueritatis loquendum erit, eum quaeram oratorem,
quem et ille quaerebat. quamquam enim stetisse ipsum in fa- 20
stigio eloquentiae fateor, ac uix, quid adici potuerit, inuenio,
fortasse inuenturus, quod adhuc abscisurum putem fuisse (nam
fere sic docti iudicauerunt, plurimum in eo uirtutum, nonnihil
fuisse uitiorum, et se ipse multa ex illa iuuenili abundantia
coercuisse testatur): tamen, quando nec sapientis sibi nomen
minime sui contemptor adseruit et melius dicere, certe data
longiore uita et tempore ad componendum securiore, potuisset,
non maligne crediderim defuisse ei summam illam, ad quam
nemo propius accessit. et licebat, si aliter sentirem, fortius 21
id liberiusque defendere. an uero M. Antonius neminem a se
uisum eloquentem, quod tanto minus erat, professus est, ipse
etiam M. Tullius quaerit adhuc eum et tantum imaginatur ac
fingit: ego non audeam dicere, aliquid in hac, quae superest,
aeternitate inueniri posse eo, quod fuerit, perfectius? transeo 22
illos, qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidem satis
tribuunt: quamquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes uideatur

19. Brut. 91, 316. Orat. 30, 107.

1 se **b**: *om.* **BM**, *fort.* ipse se non 3 praesentissimo *Francius* 5 interrogarentur — respondebant *malebat Spalding* 6 ipse **B**: ipsi **M**, *om. dett. et* ς 7 magno **b** 8 consecutus **b** 9 sed ut qui . . et studiosum **b** 10 uocare **b** 12 uiros sed **b** 13 sed — loq. erit *om.* **M** 15 quaerebat *del. Obrecht* 16 eloquentiae **BM**: *om.* **b** 17 quid **BM** nam **BM**: nam et **b** 19 ipse se **b** illa *om.* **FT** 20 tamen quia nec **M**, tamquam donec **b** 22 uita et tempore *Burman:* uita et te **BM**, ut et tempora **b**, uita et aetate *al.* 23 crediderunt **b** 24 et ligalia at si **b** 26 quod **BM**: quam **b** 27 adhuc **b**: huc **B**, hunc **M** 28 in hanc **M** 29 aeternitate **b**: aeternitatem **BM** perfectus **B**, perfectos **b**, perfectum **M** 31 demosthenis **b**

satis esse perfectus, quem dormitare interim dicit, nec Cicero Bruto Caluoque, qui certe compositionem illius etiam apud ipsum reprendunt, nec Asinio utrique, qui uitia orationis eius etiam inimice pluribus locis insequuntur.

23 Concedamus sane, quod minime natura patitur, repertum esse aliquem malum uirum summe disertum, nihilo tamen minus oratorem eum negabo. nam nec omnibus, qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen concesserim, quia sine uirtute intel-
24 legi non potest fortitudo. an ei, qui ad defendendas causas aduocatur, non est opus fide, quam neque cupiditas corrumpat nec gratia uertat nec metus frangat: sed proditorem, transfugam, praeuaricatorem donabimus oratoris illo sacro nomine? quodsi mediocribus etiam patronis conuenit haec quae uulgo dicitur bonitas, cur non orator ille, qui nondum fuit, sed potest esse,
25 tam sit moribus quam dicendi uirtute perfectus? non enim forensem quandam instituimus operam nec mercennariam uocem neque, ut asperioribus uerbis parcamus, non inutilem sane litium aduocatum, quem denique causidicum uulgo uocant, sed uirum cum ingenii natura praestantem, tum uero tot pulcherrimas artis penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea uetustas cognouerit, singularem perfectumque undi-
26 que, optima sentientem optimeque dicentem. in hoc quota pars erit, quod aut innocentis tuebitur aut inproborum scelera compescet aut in pecuniariis quaestionibus ueritati contra calumniam aderit? summus ille quidem in his quoque operibus fuerit, sed maioribus clarius elucebit, cum regenda senatus consilia et po-
27 pularis error ad meliora ducendus. an non talem quendam uidetur finxisse Vergilius, quem in seditione uulgi iam faces et saxa iaculantis moderatorem dedit:

tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem
conspexere, silent arrectisque auribus astant.

30. Aen. 1, 151 sqq.

3 reprehendunt **M**, reprendit b 6 dissertum **B** 7 nam *om.* **FT** neĉ b 8 nomen *om.* **Bg** *1 m.* 9 non potest intelligi **M** aduocator **B** (-ur *corr.* b) 10 quam nec ς 11 uertat b: auertat **BM**ς 16 quadam b mercenariam **M**ς 17 nec ς asperius b non ínutilem (-le **M**) sane litium aduocatum **BM**: non inutilesane litium (*om.* aduoc.) b 19 praestante b artes **M**ς 20 humanos b 21 perfectum quo b 22 his hoc quod apserit b 23 aut *om.* **M** innocentes **M**ς 24 pecuniaris **B** 25 summum b 26 senatu b 27 quedam b 28 uirgilius **BM** quem inde b faces et] faceret b 29 deditū pietate b 31 arrectasque b abstant **M**

habemus igitur ante omnia uirum bonum, post hoc adicit et
dicendi peritum:

ille regit dictis animos et pectora mulcet.

quid? non in bellis quoque idem ille uir, quem instituimus, si 28
sit ad proelium miles cohortandus, ex mediis sapientiae prae-
ceptis orationem trahet? nam quo modo pugnam ineuntibus
tot simul metus laboris, dolorum, postremo mortis ipsius exci-
derint, nisi in eorum locum pietas et fortitudo et honesti prae-
sens imago successerit? quae certe melius persuadebit aliis, 29
qui prius persuaserit sibi. prodit enim se, quamlibet custodia-
tur, simulatio, nec umquam tanta fuerit loquendi facultas, ut
non titubet atque haereat, quotiens ab animo uerba dissentiunt.
uir autem malus aliud dicat necesse est quam sentit. bonos 30
numquam honestus sermo deficiet, numquam rerum optimarum
(nam idem etiam prudentes erunt) inuentio: quae etiamsi leno-
ciniis destituta sit, satis tamen natura sua ornatur nec quid-
quam non diserte, quod honeste, dicitur. quare, iuuentus, immo 31
omnis aetas (neque enim rectae uoluntati serum est tempus
ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus: forsan
et consummare contingat. nam si natura non prohibet et esse
uirum bonum et esse dicendi peritum, cur non aliquis etiam
unus utrumque consequi possit? cur autem non se quisque speret
fore illum aliquem? ad quod si uires ingenii non suffecerint, 32
tamen ad quem usque modum processerimus, meliores erimus
ex utroque. hoc certe procul eximatur animo, rerum pulcher-
rimam eloquentiam cum uitiis mentis posse misceri. facultas
dicendi, si in malos incidit, et ipsa iudicanda est malum: peio-
res enim illos facit, quibus contingit.

Videor mihi audire quosdam (neque enim deerunt umquam, 33
qui diserti esse quam boni malint) illa dicentis: 'quid ergo tan-
tum est artis in eloquentia? cur tu de coloribus et difficilium

1 hoc **B**: hec **M**, haec ς adicit et *nos:* adiciet **B**, adiecit **M** 3 amicos b 4 uirum b 6 trahaet **B**, trahit b 7 simul mecum cum labores b 11 eloquendi *dett.* ut **M**: *om.* **B**, quae *Obrecht* 12 atque haereat *Buttmann:* adhaereat **BM**, ac haereat *al.* dissentiuntur b 15 iidem ς intentio **M** 17 dicitur *om.* **M** o iuuentus b 18 omnis aetas **B**: omnis *om.* **M**, omnes aetates b 19 mentis b in hoc *Regius:* in haec **BM**; *cf. uar. lect. ad 12, 2, 4* laboremus **T** *et ed. Camp.* 20 contingat b: contingant **BM** 22 posset **M** quisque *om.* **M** 23 siue res b sufficerent **FT** 24 usque *om.* b 25 utroque **Bg** *corr. ex* utraque procul *libri:* prorsus *Regius* eximatus b, eximatum **M** animo rerum *Regius:* animo rem **B**, animorum **M**, *cf. 1, 12, 16* 26 posce **BM** facultas **BM**: multas b 28 contingit **B**: contigit **Mb** 29 erunt **M** 30 essent b dicentes **M**ς totum b

causarum defensione, nonnihil etiam de confessione locutus es,
nisi aliquando uis ac facultas dicendi expugnat ipsam ueritatem?
bonus enim uir non agit nisi bonas causas, eas porro etiam
34 sine doctrina satis per se tuetur ueritas ipsa'. quibus ego, cum
de meo primum opere respondero, etiam pro boni uiri officio,
si quando eum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satis-
faciam. pertractare enim, quomodo aut pro falsis aut etiam
pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, uel propter hoc
solum, ut ea facilius et deprendamus et refellamus, quemadmo-
dum remedia melius adhibebit, cui nota quae nocent fuerint.
35 neque enim Academici, cum in utramque disserunt partem, non
secundum alteram uiuunt, nec Carneades ille, qui Romae audiente
censorio Catone non minoribus uiribus contra iustitiam dicitur
disseruisse quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse uir
fuit. uerum et uirtus quid sit aduersa ei malitia detegit, et
aequitas fit ex iniqui contemplatione manifestior, et plurima
contrariis probantur: debent ergo oratori sic esse aduersariorum
36 nota consilia ut hostium imperatori. uerum et illud, quod prima
propositione durum uidetur, potest adferre ratio, ut uir bonus
in defensione causae uelit auferre aliquando iudici ueritatem.
quod si quis a me proponi mirabitur (quamquam non est haec
mea proprie sententia, sed eorum, quos grauissimos sapientiae
magistros aetas uetus credidit), sic iudicet, pleraque esse, quae
non tam factis quam causis eorum uel honesta fiant uel turpia.
37 nam si hominem occidere saepe uirtus, liberos necare nonnum-
quam pulcherrimum est, asperiora quaedam adhuc dictu, si com-
munis utilitas exegerit, facere conceditur: ne hoc quidem nudum
est intuendum, qualem causam uir bonus, sed etiam quare et
38 qua mente defendat. ac primum concedant mihi omnes oportet,
quod Stoicorum quoque asperrimi confitentur, facturum aliquando
uirum bonum ut mendacium dicat, et quidem nonnumquam le-
uioribus causis, ut in pueris aegrotantibus utilitatis eorum gratia
39 multa fingimus, multa non facturi promittimus: nedum si ab

---

1 confessione *Spalding:* confesso *libri* es **Mb**: est **B** 5 respondebo b, respondeo **M** 7 pertractare **M**: ptractare **B**, tractare b 9 eas **Bg** *ante rasuram* facilius ut deprendamus reffellamus b 11 utraque b disserunt **B**, *ut coni. Regius:* differunt **M**, dissenserunt b, disseruerunt *ed. Camp.* 12 uiuunt **BM**: uiuent b nec b: ne **BM** 15 malitiae b 16 inique contemplatio b 17 contrariis **M**: contraris **B**, contra his b 18 ostium **B** 20 iudicii b 22 prope **M** grauissimus sap. magis b 23 iudicent **BM**, *em. in edd. uett.* 27 exerit b nudum est **BM**: unū quam b, *unde Spalding coni.* nudum umquam 28 intuendus b 31 bonum uirum **M** 32 uti pueris *Obrecht*

homine occidendo grassator auertendus sit aut hostis pro salute
patriae fallendus, ut hoc, quod alias in seruis quoque repren-
dendum est, sit alias in ipso sapiente laudandum. id si con-
stiterit, multa iam uideo posse euenire, propter quae orator bene
suscipiat tale causae genus, quale remota ratione honesta non
recepisset. nec hoc dico, quia seueriores sequi placet leges, 40
pro patre, fratre, amico periclitantibus, tametsi non mediocris
haesitatio est, hinc iustitiae proposita imagine, inde pietatis.
nihil dubii relinquamus. sit aliquis insidiatus tyranno atque ob
id reus: utrumne saluum eum nolet is, qui a nobis finitur, ora-
tor? an, si tuendum susceperit, non tam falsis defendet, quam
qui apud iudices malam causam tuetur? quid si quaedam bene 41
facta damnaturus est iudex, nisi ea non esse facta conuicerimus,
non uel hoc modo seruabit orator non innocentem modo, sed
etiam laudabilem ciuem? quid si quaedam iusta natura, sed
condicione temporum inutilia ciuitati sciemus, nonne utemur
arte dicendi bona quidem, sed malis artibus simili? ad hoc 42
nemo dubitabit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem ali-
quo modo possint, sicut posse conceditur, saluos esse eos magis
e re publica sit quam puniri. si liqueat igitur oratori futurum
bonum uirum, cui uera obicientur, non id aget ut saluus sit?
da nunc, ut crimine manifesto prematur dux bonus, et sine quo 43
uincere hostem ciuitas non possit, nonne ei communis utilitas
oratorem aduocabit? certe Fabricius Cornelium Rufinum, et
alioqui malum ciuem et sibi inimicum, tamen, quia utilem sciebat
ducem, imminente bello palam consulem suffragio suo fecit atque
id mirantibus quibusdam respondit, a ciue se spoliari malle
quam ab hoste uenire. ita, hic si fuisset orator, non defen-
disset eundem Rufinum uel manifesti peculatus reum? multa 44

2 patre **b** alias inseris q. respondendus est **b** 3 laudandus **b** At si **M** 4 multā **b** oratore **b** bene **Bn** *corr. ex* bone 5 ŕemota **B** *corr. ex* mota, uota **M** 6 nec **BM**: sed ne **b** 7 periclitantibus] *uidetur aliquid deesse, uelut* quamlibet causam esse suscipiendam non **b**: *om.* **BM** 8 pietatis **b**: pietas **BM** 10 nollet **B**, uellet **M** 12 iudici multū causam **b** quodsi **b** 14 uel hoc seruabit **M** modo *om.* **Bg** *1 m.* 17 simili **Mb**: similia **B**, *unde edd. uett.* simillima at hoc *margo Basil.* 18 dubitauit quid si nocentes mutarī bonam **b** 19 sicut posse **BM**: sicut possint **b** (*alia m. iterum additum est* sicut posse), sicut posse interdum *edd. uett. et* ς saluus **b** eos *om.* **Bg** *1 m.* (*non item* **Bn**) magis et rē publicā **b** 20 liceat **b** 21 cui *Regius:* tunc **BM** 23 hostem *Obrecht:* honestem **B**, honeste **M** posset **b** non **M** ei *om.* **b** 25 alioqui **b**: aliqui **B**, aliquem **M** (Rufinum alioqui et *Regius*) utile **b** 26 palam **M**: palem **B** 27 id mirantibus **BM**: admirantibus **b**, *unde Spalding* idque admirantibus spoliare malle ab **b** 28 hic **BM**: *om.* **b** defuisset **b**

dici possunt similia, sed uel unum ex iis quodlibet sufficit. non enim hoc agimus, ut istud illi, quem formamus, uiro saepe sit faciendum, sed ut, si talis coegerit ratio, sit tamen uera finitio,
45 oratorem esse uirum bonum dicendi peritum. praecipere uero ac discere, quo modo etiam probatione difficilia tractentur, necessarium est. nam frequenter etiam optimae causae similes sunt malis et innocens reus multis ueri similibus premitur, quo fit ut eadem actionis ratione defendendus sit, qua si nocens esset. iam innumerabilia sunt bonis causis malisque communia, testes, litterae, suspiciones, opiniones. non aliter autem ueri similia quam uera et confirmantur et refelluntur. quapropter, ut res feret, flectetur oratio manente honesta uoluntate.

II. Quando igitur orator est uir bonus, is autem citra uirtutem intellegi non potest, uirtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est: mores ante omnia oratori studiis erunt excolendi atque omnis honesti iustique disciplina pertractanda, sine qua nemo nec uir bonus esse nec
2 dicendi peritus potest. nisi forte accedemus iis, qui natura constare mores et nihil adiuuari disciplina putant, scilicet ut ea quidem, quae manu fiunt, atque eorum etiam contemptissima confiteantur egere doctoribus, uirtutem uero, qua nihil homini, quo ad deos immortalis propius accederet, datum est, obuiam et inlaboratam, tantum quia nati simus, habeamus. abstinens
3 erit, qui id ipsum, quid sit abstinentia, ignoret? et fortis, qui metus doloris, mortis, superstitionis nulla ratione purgauerit? et iustus, qui aequi bonique tractatum, qui leges, quaeque natura sunt omnibus datae quaeque propriae populis et gentibus constitutae, numquam eruditiore aliquo sermone tractarit? o
4 quam istud paruum putant, quibus tam facile uidetur! sed hoc transeo, de quo neminem, qui litteras uel primis, ut aiunt, labris

1 quolibet b 2 uiro re sit faciendus b 3 talia *coni. Spalding* 5 tractentur **Mb**: tractetur **B** necess. est *om.* **M** 10 suspitiones **Bn** 11 et confirmantur **b**: et *om.* **BM** res ferret **B**, referet **b**, res fieret **M** 12 flectatur **M** uoluntate] *sequitur in libris inscriptio:* Cognoscenda (Cogn. esse **M**) oratori quibus mores formantur (formentur **M**) 13 Quando **M**: Quandoq. **B** oratores uir **b**, orator *om.* **M** circa mores formentur uirtutem **M** 15 proficienda **M** 16 omnis *om.* **M** honestius utique **b** 17 nemo cur bonus **b** 18 accedemus **BM**: accidimus **b**, accedimus *aut* accedamus *al.* is qui **B**, is cui **b** 19 adiurari **b** 20 quidem **BM**: *om.* **b**ς eorum *om.* **M** 21 egere **b**: regere **BM** quo nihil **b** 22 quod ad deos **BM**, *sed* **Bg** *1 m.* adeos 23 et **b**: *om.* **BM** sumus **M** 24 quid ipsum **b** ipsum quid *om.* **M** 26 quia aequi **b** quaeque **b**: quae **BM**, *cf. Bonnelli lex. Quint. p. 737* 28 numquam **b**: num **BM** 29 paruum *Spalding:* parum **BM**, pauorem **b** hoc **b**: haec **BM**

degustarit, dubitaturum puto. ad illud sequens praeuertar, ne dicendi quidem satis peritum fore, qui non et naturae uim omnem penitus perspexerit et mores praeceptis ac ratione formarit. 5 neque enim frustra in tertio de Oratore libro L. Crassus cuncta, quae de aequo, iusto, uero, bono deque iis, quae sunt contra posita, dicantur, propria esse oratoris adfirmat, ac philosophos, cum ea dicendi uiribus tuentur, uti rhetorum armis, non suis. idem tamen confitetur, ea iam esse a philosophia petenda, uidelicet quia magis haec illi uidetur in possessione earum rerum fuisse. 6 hinc etiam illud est, quod Cicero pluribus libris et epistulis testatur, dicendi facultatem ex intimis sapientiae fontibus fluere, ideoque aliquamdiu praeceptores eosdem fuisse morum atque dicendi. quapropter haec exhortatio mea non eo pertinet, ut esse oratorem philosophum uelim, quando non alia uitae secta longius a ciuilibus officiis atque ab omni munere oratoris recessit. 7 nam quis philosophorum aut in iudiciis frequens aut clarus in contionibus fuit? quis denique in ipsa, quam maxime plerique praecipiunt, rei publicae administratione uersatus est? atqui ego illum, quem instituo, Romanum quendam uelim esse sapientem, qui non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus *se* uere ciuilem uirum exhibeat. 8 sed quia deserta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae non iam in actu suo atque in hac fori luce uersantur, sed in porticus et in gymnasia primum, mox in conuentus scholarum recesserunt, id, quod est oratori necessarium nec a dicendi praeceptoribus traditur, ab iis petere nimirum necesse est, apud quos remansit: euoluendi penitus auctores, qui de uirtute praecipiunt, ut oratoris uita cum scientia diuinarum rerum sit humanarumque coniuncta. 9 quae ipsae quanto maiores ac pulchriores uiderentur, si illas ii docerent, qui etiam eloqui praestantissime possent? utinamque sit tempus umquam, quo perfectus

4. cap. 20. 27. impr. 31.

1 degustarit **M**: degustaret **B** praeuertar **BM**: reuertar **b** 2 fore *om.* **b** 3 prospexit **M** moris **b** 6 adfirmate philosophos cum ad ea dicendi iuribus **b** 8 iam *om.* **M**, esse a *om.* **b** 9 quia possessione earum rarum (*om. mediis*) **b** 10 et libris **b** 13 exortatio **B** 15 longilius agili officiis **b** 16 philosophorum ac iudicis **b** 17 quid **M** 19 atque **BM**, *em. in ed. Jens.* ego **b**: eo **BM** 21 se *addidit Regius* 22 quis ab **b** 23 actus **b** 24 porticu sed **b** et in **b**: in *om.* **BM** 25 a dicendi **Mb**: adiciendi **B** 27 euoluendi (uolendi **b**) penitus auctores **BM**: euoluendis p. auctoribus *ed. Camp. et* ς percipiunt aut **b** 29 coniucta **b** ac **BM**: ic **b** (*ex* sic?), hic **T** 30 uidereturb illas ii] illas .l. **B**, illa si **b**, illa scilicet **M** doceretur **b** 31 possunt **M**

aliquis, qualem optamus, orator hanc artem, superbo nomine et
uitiis quorundam bona eius corrumpentium inuisam, uindicet sibi
10 ac uelut rebus repetitis in corpus eloquentiae adducat. quae
quidem cum sit in tris diuisa partis, naturalem, moralem, rationalem, qua tandem non est cum oratoris opere coniuncta?

Nam ut ordinem retro agamus, de ultima illa, quae tota
uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, si et proprietates uocis
cuiusque nosse et ambigua aperire et perplexa discernere et de
falsis iudicare et colligere ac resoluere, quae uelis, oratorum
11 est. quamquam ea non tam est minute atque concise in actionibus utendum quam in disputationibus, quia non docere modo,
sed mouere etiam ac delectare audientis debet orator, ad quod
impetu quoque ac uiribus et decore est opus, ut uis amnium
maior est altis ripis multoque gurgitis tractu fluentium quam
12 tenuis aquae et obiectu lapillorum resultantis. et ut palaestrici
doctores illos, quos numeros uocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus ii, qui didicerint, in ipso luctandi certamine utantur (plus enim pondere et firmitate et spiritu agitur),
sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterum, cuius se
13 occasio dederit, efficiant: ita haec pars dialectica, siue illam
dicere malumus disputatricem, ut est utilis saepe et finitionibus
et comprehensionibus et separandis, quae sunt differentia, et
resoluenda ambiguitate, distinguendo, diuidendo, inliciendo, implicando, ita, si totum sibi uindicauerit in foro certamen, obstabit melioribus et sectas ad tenuitatem suam uires ipsa supti-
14 litate consumet. itaque reperias quosdam in disputando mire
callidos, cum ab illa cauillatione discesserint, non magis sufficere
in aliquo grauiore actu quam parua quaedam animalia, quae in
angustiis mobilia campo deprehenduntur.

15 Iam quidem pars illa moralis, quae dicitur ethice, certe tota
oratori est accommodata. nam in tanta causarum, sicut superioribus libris diximus, uarietate, cum alia coniectura quaerantur,

1 partem b sumpto M 2 uindicent b 3 reducat *malebat Badius* 4 tres BM, tristis b partes Mb 5 quā tamen b 7 in uerbis *om.* b dubitauit M propriètatis uocis cuiuscumque b 8 nosse et B: nosset b, nosse ut M 9 soluere M 10 ea] causa M est] si b concire b 11 utendum — disput. *om.* M 13 uisa maior est b, uis amni maiorem M 14 flentium Bg 15 sed ut b 17 ut iis B: uiciis b, ut his Mς ii BM: *om.* bς quo b, *unde Spalding* quos didicerunt bς 18 firmitate spiritus b 19 subsit B: subiit M, sit b aut B: atque M 21 ut est B: et M 23 diuidendo *om.* b illiciendo — quae tum audiet *(cap. 3, 3) nunc desunt in* M *charta exsecta* 24 ita sit b 26 consummat b repperias B 31 oratori b: oratoris B 32 coiectura B, *item* Bn *infra* § 19

alia finitionibus concludantur, alia iure summoueantur uel trans-
ferantur, alia colligantur uel ipsa inter se concurrant uel in
diuersum ambiguitate ducantur, nulla fere dici potest, cuius non
parte in aliqua tractatus aequi ac boni reperiatur, plerasque uero
esse quis nescit, quae totae in sola qualitate consistant? in 16
consiliis uero quae ratio suadendi est ab honesti quaestione se-
posita? quin illa etiam pars tertia, quae laudandi ac uituperandi
officiis continetur, nempe in tractatu recti prauique uersatur.
an de iustitia, fortitudine, abstinentia, temperantia, pietate non 17
plurima dicet orator? sed ille uir bonus, qui haec non uocibus
tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguae
perceperit, sed qui uirtutes ipsas mente complexus ita sentiet,
nec in cogitando ita laborabit, sed quod sciet, uere dicet. cum 18
sit autem omnis generalis quaestio speciali potentior, quia uni-
uerso pars continetur, non utique accedit parti quod uniuersum
est, profecto nemo dubitabit, generales quaestiones in illo maxime
studiorum more uersatas. iam uero cum sint multa propriis 19
breuibusque comprensionibus finienda, unde etiam status causa-
rum dicitur finitiuus, nonne ad id quoque instrui ab iis, qui
plus in hoc studii dederunt, oportet? quid? non quaestio iuris
omnis aut uerborum proprietate aut aequi disputatione aut uo-
luntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars
ad moralem tractatum redundat. ergo natura permixta est 20
omnibus istis oratio, quae quidem oratio est uere. nam ignara
quidem huiusce doctrinae loquacitas erret necesse est, ut quae
uel nullos uel falsos duces habeat.

Pars uero naturalis, cum est ad exercitationem dicendi tanto
ceteris uberior, quanto maiore spiritu de diuinis rebus quam
humanis eloquendum est, tum illam etiam moralem, sine qua
nulla esse, ut docuimus, oratio potest, totam complectitur. nam 21
si regitur prouidentia mundus, administranda certe bonis uiris

1 alia f. concludantur *om.* **b** uel transferantur *obelo notauit Spalding, deinde* uel (*pro* alia) *requirens* 4 parte in aliqua **B**: aliqua in parte (parti **b**) **b** ς tracta . . repperiantur **b** 6 hosti **b** seposita **Bn** *corr. 1 m. ex* reposita 7 quin **B**: quid . . continetur? Nempe *Badius et* ς illa etiam **B**: leticia **b** pars tertia *om.* **b** 8 tractata **Bg** *1 m.* paruique **B** 11 si bona nota **b** tenus ac in **b** lingua **B** 12 sentiat **FT** 13 cogitando laborauit **b** laborabit et *Spalding, sine causa, ut uidetur, si* nec *idem ualere statuas quod* ne — quidem, *cf. 12, 3, 6* 14 autem *om.* **T** 15 pars utique continetur **b** 16 dubitauit **b** 18 finiendas **b** 19 finitiuos **b** ab his **B** 20 studio **b** 21 uoluntates **Bg** *1 m.* 22 parū ad moralem **B**, *corr. in* **b** 24 ignara quaedam *malebat Spalding* 25 loquitatis **b** utq. uel **B** 28 de *om.* **B** 29 eloquendum **B**: loquendum *dett. et* ς 30 nullae se **b**

erit res publica: si diuina nostris animis origo, tendendum ad uirtutem nec uoluptatibus terreni corporis seruiendum. an haec non frequenter tractabit orator? iam de auguriis, responsis, religione denique omni, de quibus maxima saepe in senatu consilia uersata sunt, non erit ei disserendum, si quidem, ut nobis placet, futurus est uir ciuilis idem? quae denique intellegi sal-
22 tem potest eloquentia hominis optima nescientis? haec si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. siquidem et Periclen, cuius eloquentiae, etiamsi nulla ad nos monumenta uenerunt, uim tamen quandam incredibilem cum historici tum etiam liberrimum hominum genus, comici ueteres tradunt, Anaxagorae physici constat auditorem fuisse, et Demosthenen, prin-
23 cipem omnium Graeciae oratorum, dedisse operam Platoni. nam M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum quantum Academiae spatiis, frequenter ipse testatus est: neque se tanta umquam in eo fudisset ubertas, si ingenium suum consaepto fori, non ipsius rerum naturae finibus terminasset.

Verum ex hoc alia mihi quaestio exoritur, quae secta conferre plurimum eloquentiae possit, quamquam ea non inter multas
24 potest esse contentio. nam in primis nos Epicurus a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam nauigatione quam uelocissima iubet. neque uero Aristippus, summum in uoluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrron quidem quas in hoc opere habere partis potest? cui iudices esse, apud quos uerba faciat, et reum, pro quo loquatur, et
25 senatum, in quo sit dicenda sententia, non liquebit. Academiam quidam utilissimam credunt, quod mos in utramque partem disserendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. adiciunt loco probationis, quod ea praestantissimos in eloquentia uiros ediderit. Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant: nam thesis dicere exercitationis gratia fere est ab iis

14. Orat. 3, 12.

1 tenendum b 3 tractauit b orator iam **B**: oratoria b, orator? an *ed. Camp. et* ς auguris b 6 futuro sed uir b 7 rationi **B** 8 tamen **B**: saltem b 9 periclē **B** *hoc loco* 10 quadam b historicum etiam uberrimum b 11 anxagorae **B**, *sed corr. in* b 13 oratorem b 14 rhetorum achademiae spetiis b 15 testatus est **B**: testatus b, testatur *ed. Camp. et* ς tantā b 16 in eo umquam ς fudisset *Badius*: fuisset *codd.* si genum **Bg** *1 m.* consaepto **Bn**: consepto **Bg**ς 21 uelocissime *libri, em. Badius* 22 sum in b 23 adhortetur **B**: hortatus b, hortatur *ed. Camp.* Pyrrhon ς 26 achademiam quidem b 29 adiciunt **B**: ad iudicium b praestantissimo b 31 theses ς fere stabilis is institutum istoici b

institutum. Stoici, sicut copiam nitoremque eloquentiae fere
praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos
aut probare acrius aut concludere subtilius contendunt. sed 26
haec inter ipsos, qui uelut sacramento rogati uel etiam super-
stitione constricti nefas ducunt a suscepta semel persuasione
discedere: oratori uero nihil est necesse in cuiusquam iurare
leges. maius enim opus atque praestantius, ad quod ipse tendit 27
et cuius est uelut candidatus, si quidem est futurus cum uitae
tum etiam eloquentiae laude perfectus. quare in exemplum bene
dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum,
moribus uero formandis quam honestissima praecepta rectissi-
mamque ad uirtutem uiam deliget. exercitatione quidem utetur
omni, sed tamen erit plurimus in maximis quibusque ac natura
pulcherrimis. nam quae potest materia reperiri ad grauiter co- 28
pioseque dicendum magis abundans quam de uirtute, de re pu-
blica, de prouidentia, de origine animorum, de amicitia? haec
sunt, quibus mens pariter atque oratio insurgant: quae uere
bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opi-
nionibus uulgi animumque caelestem * *.

Neque ea solum, quae talibus disciplinis continentur, sed 29
magis etiam, quae sunt tradita antiquitus dicta ac facta prae-
clare, et nosse et animo semper agitare conueniet. quae profecto
nusquam plura maioraque quam in nostrae ciuitatis monumentis
reperientur. an fortitudinem, iustitiam, fidem, continentiam, 30
frugalitatem, contemptum doloris ac mortis melius alii docebunt
quam Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mucii aliique innumerabiles?
quantum enim Graeci praeceptis ualent, tantum Romani, quod
est maius, exemplis. tantum quod non cognitis ille rebus ad- 31
quieuerit, qui non modo proximum tempus lucemque praesentem
intueri satis credat, sed omnem posteritatis memoriam spatium
uitae honestae et curriculum laudis existimet: hinc mihi ille

---

5 constrictio **b** ducunt **B** (*sed* **Bg** *corr. e* dicunt): ducant **FT** 7 enim **Bn**: enim ē **Bg** *incertum primane an secunda manu* 9 bene **B**: *om.* **b** 11 uere **b** 12 diliget **B**, *fort.* dileget 13 omnis et tamen erit plurimis in m. quibusque actura **b** 14 namq: potest **B** 19 animumque deceat caelestem *Spalding*, a. cael. leuet *Buttmann* 20 eam **B** 21 tradita **B**: *om.* **T** *et ed. Camp.* ac facta **b**: acta **B** 23 nusquam **B**, *sed* **Bg** *1 m.* nūquam (**Bn** *habet* n' quā) 24 an **B**: aut **b**, ut **FT** fidem continentiam *om.* **b** 26 fabri **b** aliqua **B**, *sed in* **Bg** aliquae *corr.* 28 est manus **b** tantum quod — adquieuerit *scripsi praecedente Bonnello:* tantum quod non cognatis ide rebus admoueri **B**, t. q. non cognoti sideribus adueri **b**, tantum quod non cognoscendis rebus adquieuerit *Bonnell in lex. Quint. p.* 887, tantumque non cognitis ille rebus adquierit *idem in edit.* 31 hinc mihi *edd. uett.* mihi **B**, *fort.* hinc (*sine* mihi)

iustitiae haustus bibat, hinc sumptam libertatem in causis atque consiliis praestet. neque erit perfectus orator, nisi qui honeste dicere et sciet et audebit.

III. Iuris quoque ciuilis necessaria huic uiro scientia est et morum ac religionum eius rei publicae, quam capesset. nam qualis esse suasor in consiliis publicis priuatisue poterit tot rerum, quibus praecipue ciuitas continetur, ignarus? quo autem modo patronum se causarum non falso dixerit, qui, quod est in causis potentissimum, sit ab altero petiturus, paene non dissimilis
2 iis, qui poetarum scripta pronuntiant? nam quodam modo mandata perferet, et ea, quae sibi a iudice credi postulaturus est, aliena fide dicet et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio. quod ut fieri nonnumquam minore incommodo possit, cum domi praecepta et composita et sicut cetera, quae in causa sunt, inde discendo cognita ad iudicem perfert: quid fiet in iis quaestionibus, quae subito inter ipsas actiones nasci solent? non deformiter respectet et inter subsellia minores aduocatos interroget?
3 potest autem satis diligenter accipere, quae tum audiet, cum iam dicenda sunt, aut fortiter adfirmare aut ingenue pro suis dicere? possit in actionibus: quid fiet in altercatione, ubi occurrendum continuo nec libera ad discendum mora est? quid, si forte peritus iuris ille non aderit? quid, si quis non satis in ea re doctus falsum aliquid subiecerit? hoc enim est maximum ignorantiae malum, quod credit eum scire, qui moneat.
4 neque ego sum nostri moris ignarus oblitusue eorum, qui uelut ad arculas sedent et tela agentibus subministrant, neque idem Graecos quoque nescio factitasse, unde nomen his pragmaticorum datum est. sed loquor de oratore, qui non clamorem modo
5 suum causis, sed omnia, quae profutura sunt, debet. itaque eum nec inutilem, si ad horam forte constiterit, neque in testationibus faciendis esse imperitum uelim. quis enim potius praeparabit ea, quae, cum aget, esse in causa uelit? nisi forte impe-

3 sciet audeuit **b**; *sequitur in libris inscriptio:* Necessariam iuris ciuilis oratori scientiam 4 quique **b** uero **B**, uiro qui **b** 6 priuatis uel **b** 9 ab *om.* **b** 10 poetarum scripturarum scripta **b** 11 perferret **b** 13 quodquod ut **b** 14 et fit ut **b** inde discendo *scripsi:* in discendo *libri*, discendo *ed. Ald.* 15 perfert *nos:* p̄fert **B**, perferret **b**, perferet ς quaesitionibus **b** 16 ipsa sanctionibus **b** 17 respectet nisi subseli **b** 18 audiet **Bg** *corr. ex* audit 19 iam dicenda *nos:* adicienda **B**, audienda **M** *(qui hic redit)*, ei dicenda *edd. uett. et* ς 20 fiet intercatione **b** 21 ora est **b** 22 aderit .i. quid **Bg** 23 subicerit **b** 24 credit quem moueat **M** 25 mortis **b** 27 graeco **b** 28 clanior ē modo suum tusis **b** 30 inutilem **b**: utilem **BM** ad oram **B** 31 praeparauit — ageret **b** 32 quae cum — et omnium *om.* **M**

ratorem quis idoneum credit in proeliis quidem strenuum et
fortem et omnium, quae pugna poscit, artificem, sed neque
dilectus agere nec copias contrahere atque instruere nec pro-
spicere commeatus nec locum capere castris scientem: prius est
enim certe parare bella quam gerere. atqui simillimus huic sit 6
aduocatus, si plura, quae ad uincendum ualent, aliis reliquerit,
cum praesertim hoc, quod est maxime necessarium, nec tam sit
arduum, quam procul intuentibus fortasse uideatur. namque
omne ius, quod est certum, aut scripto aut moribus constat,
dubium aequitatis regula examinandum est. quae scripta sunt 7
aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem, cogni-
tionis sunt enim, non inuentionis: at quae consultorum responsis
explicantur, aut in uerborum interpretatione sunt posita aut in
recti prauique discrimine. uim cuiusque uocis intellegere aut
commune prudentium est aut proprium oratoris, aequitas optimo
cuique notissima. nos porro et bonum uirum et prudentem in 8
primis oratorem putamus, qui cum se ad id, quod est optimum
natura, derexerit, non magno opere commouebitur, si quis ab
eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diuersas inter se opiniones
tueri concessum sit. sed etiam si nosse, quid quisque senserit,
uolet, lectionis opus est, qua nihil est in studiis minus laborio-
sum. quodsi plerique desperata facultate agendi ad discendum 9
ius declinauerunt, quam id scire facile est oratori, quod discunt,
qui sua quoque confessione oratores esse non possunt! uerum
et M. Cato cum in dicendo praestantissimus, tum iuris idem
fuit peritissimus, et Scaeuolae Seruioque Sulpicio concessa est
etiam facundiae uirtus. et M. Tullius non modo in agendo 10
numquam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere ali-
qua de eo coeperat, ut appareat posse oratorem non discendo
tantum iuri uacare, sed etiam docendo.

Verum ea, quae de moribus excolendis studioque iuris prae- 11
cipimus, ne quis eo credat reprendenda, quod multos cognoui-

---

3 delectus ς agere *om.* **M** 5 certae **b**, certa **BM** parere **Bg** *1 m.* adqui **B**[1] sit huic **M** 6 quae *om.* **B** reliquerint **b** 7 maxime *om.* **M** nec tam **B**: nec tamen **Mb**; *cf. Spaldingii notam, qui usque ad hanc paragraphum Quintiliani recensionem perduxit* 8 uidentur **M** 9 omnis uis **b** 11 habet **b** cogitationis **Bg** 13 oposita **Bg** *1 m.* 17 id *om.* **b** 18 derexerit **B**: direxerit **b**, *om.* **M** magnopere **BM** commouebitur **M**: commobitur **B** quis habeo **Bg** 21 qua **Bn**: quā **Bg** *1 m. ut uidetur*, quia **Mb** in *om.* **Bg** *1 m.* 22 disperata **b** 24 possint **b** 27 et M. Tullius — destitutus *om.* **b** in agendo *ed. Camp.* in agendū **BM**, inter agendum ς 31 excolendo studioque iuris praecepimus **b** 32 ne quis **b**: ñequis **B**, nonne quis **M**

mus, qui taedio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerint ad haec deuerticula desidiae. quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt et formularii uel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt, tamquam utiliora eli-
12 gentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur, alii pigritiae adrogantioris, qui subito fronte conficta inmissaque barba, ueluti despexissent oratoria praecepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti captarent auctoritatem contemptu ceterorum: philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

IV. In primis uero abundare debet orator exemplorum copia cum ueterum tum etiam nouorum, adeo ut non ea modo, quae conscripta sunt historiis aut sermonibus uelut per manus tradita quaeque cotidie aguntur, debeat nosse, uerum ne ea qui-
2 dem, quae sunt a clarioribus poetis ficta, neglegere. nam illa quidem priora aut testimoniorum aut etiam iudicatorum optinent locum, sed haec quoque aut uetustatis fide tuta sunt aut ab hominibus magnis praeceptorum loco ficta creduntur. sciat ergo quam plurima, unde etiam senibus auctoritas maior est, quod plura nosse et uidisse creduntur, quod Homerus frequentissime testatur. sed non est exspectanda ultima aetas, cum studia praestent, ut, quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam praeteritis saeculis uixisse uideamur.

V. Haec sunt, quae me redditurum promiseram, instrumenta non artis, ut quidam putauerunt, sed ipsius oratoris. haec arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus, accedente uerborum figurarumque facili copia et inuentionis ratione et disponendi usu et memoriae firmitate et actionis gratia. sed plurimum ex his ualet animi praestantia, quam nec metus fran-

4. de Orat. I, 55, 236.

1 fere b 2 confugerunt **M** 3 alii se **M**: alise **B**, aliis b albu (*om.* ad) b rubricas *edd. uett.* rubrica **B**, rubricam **M** *haud scio an recte* formulari **B**, formula b, et formul. — maluerunt *om.* **M** 4 legulei **B**: legali b, leguleii ς quidem **B**, *at cf. Cic. de orat. I, § 236* elegentes **B** 5 alique **BM**, *em. in edd. uett.* 6 confici b 8 philosophorum **BM**: philosophanti ut **FT**, *unde Burman* philosophantium tristeq. donu dissoluti b 9 contempti b 10 *post* potest *sequitur inscriptio in* **B** ITE HISTORIARVM, *in* **M** Necessariam oratorii cognitionem historiarum 13 scripta sunt in hystoriis **M** 15 claribus b 16 priora b: propria **BM** etiam **BM**: *om.* b 17 ab *om.* b 19 est *om.* **M** 20 nosse uidis b 22 cognitionem **M**: cogitationem **B**, conitionem b 23 uideamus b, *sequitur in libris inscriptio:* Quae sint artis (alia b) oratoriae instrumenta 25 oratoris b: *om.* **BM** 26 horum in scientia b 29 praesentia *hic quoque cum Burmano malim, sed Victor quoque* praestantia *firmat, cf. Rhett. Lat. p. 445, 10 sqq.* quem *Heindorf*

gat nec adclamatio terreat nec audientium auctoritas ultra de-
bitam reuerentiam tardet. nam ut abominanda sunt contraria 2
his uitia confidentiae, temeritatis, inprobitatis, adrogantiae, ita
citra constantiam, fiduciam, fortitudinem nihil ars, nihil studium,
nihil profectus ipse profuerit, ut si des arma timidis et imbelli-
bus. inuitus me hercules dico, quoniam et aliter accipi potest,
ipsam uerecundiam, uitium quidem, sed amabile et quae uirtutes
facillime generet, esse interim aduersam multisque in causa fuisse,
ut bona ingenii studiique in lucem non prolata situ quodam
secreti consumerentur. sciat autem, si quis haec forte minus 3
adhuc peritus distinguendi uim cuiusque uerbi leget, non pro-
bitatem a me reprendi, sed uerecundiam, quae est timor quidam
reducens animum ab iis, quae facienda sunt: inde confusio et
coepti paenitentia et subitum silentium. quis porro dubitet uitiis
adscribere adfectum, propter quem facere honeste pudet? neque 4
ego rursus nolo eum, qui sit dicturus, et sollicitum surgere et
colore mutari et periculum intellegere: quae si non accident,
etiam simulanda erunt. sed intellectus hic sit operis, non me-
tus, moueamurque, non concidamus. optima est autem emen-
datio uerecundiae fiducia et quamlibet inbecilla frons magna
conscientia sustinetur.

Sunt et naturalia, ut supra dixi, quae tamen et cura iuuan- 5
tur, instrumenta, uox, latus, decor: quae quidem tantum ualent,
ut frequenter famam ingenii faciant. habuit oratores aetas nostra
copiosiores, sed, cum diceret, eminere inter aequalis Trachalus
uidebatur. ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis
auctoritas, gestus praestantia, uox quidem non, ut Cicero desi-
derat, paene tragoedorum, sed super omnis, quos ego quidem
audierim, tragoedos. certe cum in basilica Iulia diceret primo 6
tribunali, quattuor autem iudicia, ut moris est, cogerentur atque

27. de Orat. I, 28, 128.

1 terreat **Bg** *corr. ex* terrent austeritas **M** debitum **b** 2 tradet **b** 4 artes **BM** 5 fuerit **M** et bellibus **b** 6 me hercule **M** 8 interim aduersam *Iulius Victor:* inter aduersa *libri et* ς 9 ut] et **b** ingeni **B**, *item* § *5* sita **b** 10 sciat aut **b** 11 ad hunc **b** leges **b** 12 reprehendi **Mb**ς, repudiari *Victor* qua est **B**, quam **M**, est **b** 13 inde **B** *et fere omnes, item Victor:* unde **M**ς 15 honesta *Spalding* 16 uolo **M** 17 colore mutari **B** *et Victor:* colore mutare **Mb**, colorem mutare *ed. Jens. et* ς; *cf. 4, 1, 61* turbari memoria accidèrent **BM**, *et cod. Victoris, em. in edd. uett. an* acciderint? 18 erant **b** *et Victor* hic siet **b**, hic si **M** 19 concidamus *om.* **M** 24 faciant **b**: facient **BM** 25 dicere temere inter **b** aequalis **Bn** *et corr.* **Bg**: aequales **Bg** *1 m. et* **M** 27 non **b** *ante* paene *habet* desiderat **b**: deside **B**, desiderabat **M** 29 trag. certe cum *om.* **b** Iulia *om.* **M**

omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum et, quod agentibus ceteris contumeliosissimum fuit, laudatum quoque ex quattuor tribunalibus memini. sed hoc uotum est et rara felicitas: quae si non adsit, sane sufficiat ab iis, quibus quis dicit, audiri. talis esse debet orator, haec scire.

VI. Agendi autem initium sine dubio secundum uires cuius-
que sumendum est. neque ego annos definiam, cum Demosthe-
nen puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum
sit, Caluus, Caesar, Pollio multum ante quaestoriam omnes aeta-
tem grauissima iudicia susceperint, praetextatos egisse quosdam
sit traditum, Caesar Augustus duodecim natus annos auiam pro
2 rostris laudauerit. modus mihi uidetur quidam tenendus, ut ne-
que praepropere destringatur inmatura frons et quidquid est
illud adhuc acerbum proferatur (nam inde et contemptus operis
innascitur et fundamenta iaciuntur impudentiae et, quod est
3 ubique perniciosissimum, praeuenit uires fiducia): nec rursus
differendum est tirocinium in senectutem: nam cotidie metus
crescit maiusque fit semper, quod ausuri sumus, et, dum delibe-
ramus, quando incipiendum sit, incipere iam serum est. quare
fructum studiorum uiridem et adhuc dulcem promi decet, dum
et ueniae spes et paratus fauor et audere non dedecet, et, si
quid desit operi, supplet aetas, et, si qua sunt dicta iuueniliter,
4 pro indole accipiuntur, ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio
locus: *quid enim tam commune quam spiritus uiuis,
terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?* quae
cum sex et uiginti natus annos summis audientium clamoribus
dixerit, deferuisse tempore et annis liquata iam senior idem fa-
tetur. et hercule quantumlibet secreta studia contulerint, est
tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia ueri discri-

23. 26, 72. 27. Orat. 30, 107.

---

1 flemerent **b** 2 contumeliosum **M** luit **b** 3 memineret hoc **b** 4 adsit **B**: assit **M**, ad id **b** his **BM** quisque *malebat Spalding* 5 haec **BM**: et haec ς; *post* scire *est in libris titulus:* Quod sit incipiendi causas agere tempus 8 populares **M** 9 caluos **b** pollio **Mb**: polio **B** matum ante b, *unde ed. Camp.* Matius ante; *malis* multo ante, *cf. tamen 10, 1, 94* 10 susceperunt praetextatus **b** 11 natus *om.* **b** 12 nec **M** 13 destringantur **b**, distringatur **M** frons **Bg** *corr. e* fons et] nec *coni. Buttmann; at cf. Walchium in Wolfii litt. Analect. I, 251* quicquid **b** 16 ubique **BM**: ubicumque **b** 17 differendum **b**: differendus **BM** senectute **b** 18 crecit **B** liberamus **b** 21 ueniae *Dauisius:* uenia et *libri* spes **BM**: spes est **b** dedecet si **b** 22 opera **Bg** *1 m.* 25 litus **Mb**: luctus **B** 26 summi **b** 27 deseruisse tempore annis **b** 28 contulerunt **b** 29 proprius *om.* **M**

minis facies, plusque, si separes, usus sine doctrina quam citra
usum doctrina ualet. ideoque nonnulli senes in schola facti 5
stupent nouitate, cum in iudicia uenerunt, et omnia suis exer-
citationibus similia desiderant. at illic et iudex tacet et aduer-
sarius opstrepit et nihil temere dictum perit, et, si quid tibi
ipse sumas, probandum est, et laboratam congestamque dierum
ac noctium studio actionem aqua deficit, et omisso magna semper
flandi tumore in quibusdam causis loquendum est, quod illi di-
serti minime sciunt. itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquen- 6
tiores uideantur, quam ut causas agant. ceterum illum, quem
iuuenem tenerisque adhuc uiribus nitentem in forum deduximus,
et incipere *a* quam maxime facili ac fauorabili causa uelim, fe-
rarum ut catuli molliore praeda saginantur, et non utique ab
hoc initio continuare operam et ingenio adhuc alendo callum
inducere, sed iam scientem, quid sit pugna et in quam rem
studendum sit, refici atque renouari. sic et tirocinii metum, 7
dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem us-
que ad contemptum operis adduxerit. usus est hac ratione M.
Tullius, et cum iam clarum meruisset inter patronos, qui tum
erant, nomen, in Asiam nauigauit seque et aliis sine dubio elo-
quentiae ac sapientiae magistris, sed praecipue tamen Apollonio
Moloni, quem Romae quoque audierat, Rhodi rursus formandum
ac uelut recoquendum dedit. tum dignum operae pretium uenit,
cum inter se congruunt praecepta et experimenta.

VII. Cum satis in omne certamen uirium fecerit, prima ei
cura in suscipiendis causis erit: in quibus defendere quidem reos
profecto quam facere uir bonus malet, non tamen ita nomen
ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neque publico neque priuato
duci possit officio, ut aliquem ad reddendam rationem uitae uo-
cet. nam et leges ipsae nihil ualeant nisi actoris idonea uoce
munitae, et si poenas scelerum expetere fas non est, prope est
ut scelera ipsa permissa sint, et licentiam malis dari certe contra

1 sine *om.* b 2 usum doctrinae b ualeat **Bn** *et 1 m.* **Bg** 5 ab-strepit b 6 ipse **BM**: *om.* **FT** 7 deficit b: defecit **BM** 11 foro b 12 a *additum in ed. Gryph.* faborali b 13 saginantur **M**b: sanguinantur **B** 15 sed etiam b quid sit iam pugna b, pugna qui sit **M** 16 metuendum **M**, metam *Obrecht* 18 est b: et **BM** 19 inter paucos **M** 22 Romae b: *om.* **BM** rusus b reformandum **M** 23 requoquendum **B** 25 Cum] *praemissus est in* **BM** *titulus:* Quae in suscipiendis causis oratori obseruanda sint (sunt **M**) s. in omne certamen **B**: satiri omne certamine b, satis in omnem **M** 26 erit *om.* **M** res b 27 mallet **M** 28 accusationis **B** 30 ualent *ed. Camp.* accioris b, auctoris **BM** 31 et sipę scelerum b

2 bonos est. quare neque sociorum querellas nec amici uel propinqui necem nec erupturas in rem publicam conspirationes inultas patietur orator, non poenae nocentium cupidus, sed emendandi uitia corrigendique mores. nam qui ratione traduci ad
3 meliora non possunt, solo metu continentur. itaque ut accusatoriam uitam uiuere et ad deferendos reos praemio duci proximum latrocinio est, ita pestem intestinam propulsare cum propugnatoribus patriae comparandum. ideoque principes in re publica uiri non detractauerunt hanc officii partem, creditique sunt etiam clari iuuenes opsidem rei publicae dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos nec simultates
4 prouocare nisi ex fiducia bonae mentis uidebantur. idque cum ab Hortensio, Lucullis, Sulpicio, Cicerone, Caesare, plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum est: quorum alter appellatus est sapiens, alter nisi creditur fuisse, uix scio cui reliquerit huius nominis locum. neque defendet omnis orator idem, portumque illum eloquentiae suae salutarem non etiam piratis pa-
5 tefaciet duceturque in aduocationem maxime causa. quoniam tamen omnis, qui non improbe litigabunt, quorum certe *bona* pars est, sustinere non potest unus, aliquid et commendantium personis dabit et ipsorum, qui iudicio decernent, ut optimi cuiusque uoluntate moueatur: namque hos et amicissimos habebit uir
6 bonus. submouendum uero est utrumque ambitus genus uel potentibus contra humiles uenditandi operam suam uel illud etiam iactantius minores utique contra dignitatem attollendi: non enim fortuna causas uel iustas uel improbas facit. neque uero pudor opstet, quo minus susceptam, cum melior uideretur, litem, cognita inter discendum iniquitate, dimittat, cum prius
7 litigatori dixerit uerum. nam et in hoc maximum, si aequi iudices sumus, beneficium est, ut non fallamus uana spe litigantem. neque est dignus opera patroni, qui non utitur consilio. et certe non conuenit ei, quem oratorem esse uolumus, iniusta

1 nec **M** querellas **b**: querelas **BM** 2 nec erepturas **M**, receptu-ras **b** simultas **b** 4 corrigendi **M** 5 continetur **b** 6 defendos **b**, defendendos **M** 8 ideo **M** 9 officii **b**: officio **BM** 10 sunt et dati obsides **M** 12 cum *om.* **b** 15 est **BM**: *om.* **FT** alter **b**: *om.* **BM** uix socia **b** cui **M**: cuius **B** 16 neque *edd. uett.* namque *libri, an* nam neque? defendent **b** idem partumque **b**, idemque portum *ed. Camp. et* ς 17 eloquentiae *om.* **M** 18 et ducetur **M** 19 litigabunt **M**: ligabunt **B**, litigabit **b** bona *dett. pauci: om.* **BM** 21 ut] aut **b** 23 sumendum **M** 25 iactantius **b**: iactantium **BM** 26 fortuna causarum iustas **b** 28 discendum **BM**: disceptandum *edd. uett. et* ς; *at cf. 12, 8, 6* 29 et *om. ed. Bonn.* magimum **b**, *unde ed. Camp.* magnum 30 uaria **M** spes **b**, sepe **M** 31 est **B**: enim **M** 32 uoluimus **Bg** *1 m.*

tueri scientem. nam si ex illis, quas supra diximus, causis falsum tuebitur, erit tamen honestum, quod ipse faciet.

Gratisne ei semper agendum sit, tractari potest. quod ex 8
prima statim fronte diiudicare inprudentium est. nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum ac liberalibus disciplinis et illo, quem exigimus, animo dignissimum, non uendere operam nec eleuare tanti beneficii auctoritatem, cum pleraque hoc ipso possint uideri uilia, quod pretium habent? caecis hoc, ut aiunt, 9
satis clarum est, nec quisquam, qui sufficientia sibi (modica autem haec sunt) possidebit, hunc quaestum sine crimine sordium fecerit. at si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secundum omnium sapientium leges patietur sibi gratiam referri, cum et Socrati collatum sit ad uictum, et Zenon, Cleanthes, Chrysippus mercedes a discipulis acceptauerint. neque 10
enim uideo, quae iustior adquirendi ratio quam ex honestissimo labore et ab iis, de quibus optime meruerint, quique, si nihil inuicem praestent, indigni fuerint defensione. quod quidem non iustum modo, sed necessarium etiam est, cum haec ipsa opera tempusque omne alienis negotiis datum facultatem aliter adquirendi recidant. sed tum quoque tenendus est modus, ac pluri- 11
mum refert, et a quo accipiat et quantum et quo usque. paciscendi quidem ille piraticus mos et inponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio etiam a mediocriter improbis aberit, cum praesertim bonos homines bonasque causas tuenti non sit metuendus ingratus: qui si *sit* futurus, malo tamen ille peccet. nihil ergo adquirere uolet orator ultra quam satis erit, ac 12
ne pauper quidem tamquam mercedem accipiet, sed mutua beniuolentia utetur, cum sciet se tanto plus praestitisse. non enim, quia uenire hoc beneficium non oportet, *oportet* perire. denique ut gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet.

VIII. Proxima discendae causae ratio, quod est orationis fundamentum. neque enim quisquam ingenio tam tenui repe-

2 ille **M** 3 gratis **b** 5 sit *om.* **b** 6 illo quem **B**: in eloquendo **M** exigimus **b**: exegimus **BM** 7 nec celebrare **b** benefici **B** 8 ut audiunt **b** 10 sordidum **M** 11 usos **b** 12 omnium **b**: omnis **B**, omnes **M** patitur **b** 13 cenon **b**, genon **M**, Zeno ς 15 honessimo **b** 16 de quibus — fuerint *om.* **M** meruerunt **Bg**, *om.* **b** 18 iusto **b** 19 requirunt **b** 20 tum **B**: tune **b**, tamen **M** tuendus **M** 21 referta **b** pascendi quid ille piraticus mox et ponentium **b** 23 a **BM**: *om.* **b** 25 qui si sit *nos:* quisi **BM**, quid si **b**, quodsi ς 28 uteretur **b** sciet **BM**: sciret **b**, sciat ς se *om.* **b** enim **b**: *om.* **BM** 29 oportet *hic addidit Buttmann*, oportet, perire oportet ς, oportet, perire debet *Obrecht* 30 magnis **b** debet. QVAE IN DOCENDIS **B**, debet. Quae in docendis causis oratori obseruanda sint **M** 32 ingenio tam *nos:* tam *om.* **BM**, tam ingenio **b**ς reperiretur **Mb**

rietur, qui, cum omnia, quae sunt in causa, diligenter cognouerit,
2 ad docendum certe iudicem non sufficiat. sed eius rei paucis-
simis cura est. nam ut taceam de neglegentibus, quorum nihil
refert, ubi litium cardo uertatur, dum sint quae uel extra cau-
sam ex personis aut communi tractatu locorum occasionem cla-
mandi largiantur: aliquos et ambitio peruertit, qui partim tam-
quam occupati semperque aliud habentes, quod ante agendum
sit, pridie ad se uenire litigatorem aut eodem matutino iubent,
nonnumquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur,
3 partim iactantia ingenii, ut res cito accepisse uideantur, tenere
se et intellegere prius paene quam audiant mentiti, cum multa
et diserte summisque clamoribus, quae neque ad iudicem neque
ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene sudantes beneque
4 comitati per forum reducuntur. ne illas quidem tulerim delicias
eorum, qui doceri amicos suos iubent, quamquam minus mali
est, si illi saltem recte discant recteque doceant. sed quis discet
tam bene quam patronus? quomodo autem sequester ille et
media litium manus et quidam interpres inpendet aequo animo
laborem in alienas actiones, cum dicturis tanti suae non sint?
5 pessimae uero consuetudinis libellis esse contentum, quos com-
ponit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non
sufficit, aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse
agere confitentur, deinde faciunt id quod est in agendo difficil-
limum. nam qui iudicare, quid dicendum, quid dissimulandum,
quid declinandum, mutandum, fingendum etiam sit, potest, cur
6 non sit orator, quando, quod difficilius est, oratorem facit? hi
porro non tantum nocerent, si omnia scriberent, uti gesta sunt.
nunc consilium et colores adiciunt et aliqua peiora ueris, quae
plerique cum acceperunt, inmutare nefas habent et uelut the-
mata in scholis posita custodiunt. deinde deprenduntur et cau-
sam, quam discere ex suis litigatoribus noluerunt, ex aduersariis
7 discunt. liberum igitur demus ante omnia iis, quorum negotium
erit, tempus ac locum, exhortemurque ultro, ut omnia quamlibet

5 aut **B**: aūt **b**, ac **M** communium *ed. Camp.* tractandi largiantur aliquo sed a. **b** 9 gloriantur — tenere se *om.* **M** 10 accipisse **B** 11 quam ut audiant **b** 12 neque ad iudi **M**, neque ducem **b** 13 ligatorem **B** decantauerint **M** 14 delitias **Bn** 15 iuuent **b** 16 sed **Bg** *corr. ex* se 19 dicturisue non **M** sit *libri* 25 mutandumue **M** fingendum *om.* **b** etiam quandoque sit *Obrecht* 26 oratorem *om.* **M** 28 adicunt aliqua **b** uerbis **M** 29 inmutare **BM**: anmutare **b**, mutare **FT** 30 deprehenduntur **M**ς 31 ex cuius **b** ex aduersaris **B**, *em. in* **b**, ab aduersis **M** 32 iis **B**: is nisi ais **b** 33 erie **b** ultro *om.* **b**

uerbose et unde uolent repetito tempore exponant: non enim
tam obest audire superuacua quam ignorare necessaria. frequen- 8
ter autem et uulnus et remedium in iis orator inueniet, quae
litigatori in neutram partem habere momentum uidebantur. nec
tanta sit acturo memoriae fiducia, ut subscribere audita pigeat.

Nec semel audisse sit satis: cogendus eadem iterum ac
saepius dicere litigator, non solum quia effugere aliqua prima
expositione potuerunt, praesertim hominem, quod saepe euenit,
imperitum, sed etiam ut sciamus, an eadem dicat. plurimi enim 9
mentiuntur et, tamquam non doceant causam, sed agant, non
ut cum patrono, sed ut cum iudice loquuntur. quapropter num-
quam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis et tur-
bandus et euocandus. nam ut medicis non apparentia modo 10
uitia curanda sunt, sed etiam inuenienda quae latent, saepe
ipsis ea, qui sanandi sunt, occulentibus, ita aduocatus plura,
quam ostenduntur, aspiciat. nam cum satis in audiendo pa-
tientiae inpenderit, in aliam rursus ei personam transeundum
est agendusque aduersarius, proponendum quidquid omnino ex-
cogitari contra potest, quidquid recipit in eiusmodi disceptatione
natura. interrogandus quam infestissime ac premendus: nam 11
dum omnia quaerimus, aliquando ad uerum, ubi minime expec-
tauimus, peruenimus.

In summa optimus est in discendo patronus incredulus:
promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas
consignationes, ipsum denique aduersarium quaedam non nega-
turum. ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod 12
uidere non est satis, perlegendum erit. nam frequentissime aut
non sunt omnino quae promittebantur, aut minus continent aut
cum alio aliquo nocituro permixta sunt aut nimia sunt et fidem
hoc ipso detractura, quod non habent modum. denique linum 13
ruptum aut turbatam ceram aut sine agnitore signa frequenter

1 uolent **B**[1]: uolet **B** *corr. et* **M**, uolunt **b** repetito tempore **BM**: repetito ex tempore **b**, repetita ex tempore *ed. Jens. et* ς *inepte; sententia est:* ab eo inde tempore unde uolent repetentes exponant exponat **M** 3 iuueniet et **b** 4 litigatori ineutram **B**, litigator in neutram **b** 5 sint **b** actura **Bg** *1 m.* fiducia **BM**: diffici **b** 6 ac saepius *om.* **M** 8 hominem prosequens quod **b** 9 plurimum **M** 10 metuuntur **b** noceant **b** 11 loquuntur **b**: loquantur **BM** 15 quae sananda **b** 16 qua **b** accipiat **M** 17 inpenderit **Mb**: inpenderint **B** ei *om.* **b** transeundem **b** 18 quicquid omnino **b** 19 quid quod **b** recipit **b**: recipi **BM** huiusmodi **M** disputatione **b** 20 naturae **Bg** *1 m.* nam dum **Mb**: nondum **B** 21 ad uerbum **b** 22 peruenimus *om.* **M** 24 promittet **b** 30 hoc *om.* **M** 31 ruptum **BM**: tum rupa **b** turbatam ceram *Salmasius:* turbata cetera **B**, turbata cera **M**, turbata cere **b** agnitore **BM**: adsiitore **b**

inuenies: quae nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient,
plusque nocebunt destituta quam non promissa nocuissent. multa
etiam, quae litigator nihil ad causam pertinere crediderit, pa-
tronus eruet, modo per omnis, quos tradidimus, argumentorum
14 locos eat. quos ut circumspectare in agendo et adtemptare sin-
gulos minime conuenit propter quas diximus causas, ita in
discendo rimari necessarium est, quae personae, quae tempora
et loca, instituta, instrumenta, cetera, ex quibus non tantum
illud, quod est artificiale probationis genus, colligi possit, sed
qui metuendi testes, quo modo sint refellendi. nam plurimum
refert, inuidia reus an odio an contemptu laboret, quorum fere
pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit.
15 sic causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quae
prosint noceantue, tertiam deinceps personam induat iudicis fin-
gatque apud se agi causam et, quod ipsum mouisset de eadem
re pronuntiaturum, id potentissimum, apud quemcumque agetur,
existimet. sic eum raro fallet euentus, aut culpa iudicis erit.

IX. Quae sint in agendo seruanda, toto fere opere exsecuti
sumus, pauca tamen propria huius loci, quae non tam dicendi
arte quam officiis agentis continentur, attingam. ante omnia
ne, quod plerisque accidit, ab utilitate eum causae praesentis
2 cupido laudis abducat. nam ut gerentibus bella non semper
exercitus per plana et amoena ducendus est, sed adeundi ple-
rumque asperi colles, expugnandae ciuitates quamlibet praecisis
inpositae rupibus aut operum mole difficiles, ita oratio gaudebit
quidem occasione laetius decurrendi et aequo congressa campo
3 totas uires populariter explicabit: at si iuris anfractus aut eruen-
dae ueritatis latebras adire cogetur, non obequitabit nec illis
uibrantibus concitatisque sententiis uelut missilibus utetur, sed
operibus et cuniculis et insidiis et occultis artibus rem geret.
4 quae omnia non dum fiunt laudantur, sed cum facta sunt, unde

1 quae in domo **M** excesseris **b** 2 docebunt **b** destituto *Buttmann probabiliter* 3 quae *om.* **M** litigator **M**: diligator **B** 4 eruet **b**: seruet **BM** omnes **M**ς quos **Bg** *corr. ex* quis tradimus **BM**, *em. in edd. uett.* 5 circumspectare singulos **b** attentare **M**ς 6 praeter **M** ita **BM**: sit **b** 7 quae personae *om.* **M** 8 et **M**: ē **B**, *om.* **b**, quae ς locus **b** cetera **BM**: ceteraque ς *incerta auctoritate* 11 inuide **b** 13 oculis **b** 16 quemcumque **b**: quemque **BM** 17 sic **b**: et sic **BM** fellet **Bg** *1 m.* crit. QVAE IN AGENDIS **B**, crit. Quae seruanda in agendis causis oratori sint **M** 18 agenda **b** opere exsumus **b** 20 agentis *Obrecht:* agendis **B**, agendi **M** 21 ab *om.* **b** 22 obducat **b** 23 plerique **M** 24 ciuitatis **b** 26 latius **M** et exquo **Bg** *1 m.* 27 erudiendae **b** 29 sententis **B** 30 cuniculis **b**: cunicolis **B**, adminiculis **M** et insidis **B**, sed insidiis **b**, *om.* **M** regeret **b** 31 ndūn fiunt **Bn** *et 1 m.* **Bg**

etiam cupidissimis opinionis plus fructus uenit. nam cum illa dicendi uitiosa iactatio inter plosores suos detonuit, resurgit uerae uirtutis fortior fama, nec iudices, a quo sint moti, dissimulant, et doctis creditur, nec est orationis uera laus, nisi cum finita est. ueteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit 5 moris, idque M. Antonius praecipit, quo plus dicentibus fidei minusque suspectae aduocatorum insidiae forent. sed illa dissimulari, quae tum erat, potuit: nondum enim tantum dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet. quare artes quidem et consilia lateant et quidquid, si deprenditur, perit. hactenus eloquentia secretum habet. uerborum quidem dilectus, 6 grauitas sententiarum, figurarum elegantia aut non sunt aut apparent. sed uel propter hoc ipsum ostentanda non sunt, quod apparent, aut si unum e duobus eligendum, causa potius laudetur quam patronus. finem tamen hunc praestabit orator, ut uideatur optimam causam optime egisse. illud certum erit, neminem peius agere quam qui displicente causa placet: necesse est enim extra causam sit quod placet. nec illo fastidio laborabit 7 orator non agendi causas minores, tamquam infra eum sint aut detractura sit opinioni minus liberalis materia. nam et suscipiendi ratio iustissima est officium et optandum etiam, ut amici quam minimas lites habeant, et abunde dixit bene, quisquis rei satisfecit.

At quidam, etiamsi forte susceperunt negotia paulo ad di- 8 cendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circumlinunt ac, si defecerunt alia, conuiciis implent uacua causarum, si contingit, ueris, si minus, fictis, modo sit materia ingenii mereaturque clamorem dum dicitur. quod ego adeo longe puto ab oratore perfecto, ut eum ne uera quidem obiecturum, nisi id

1 fluctus b 2 plosores **B**: plausores **M**ς retonuit b 3 uera et uirtutis fartior b iudicem b motus b 4 doctis quae creditur b 6 praecepit **M** quod b 7 sed illas forent simulari quae cum erat b 8 licendi b 9 accensum erat *coni. Buttmann* obstanti b artis **Bg** 11 dilectus **BM**: delectus ς 12 eligantia **B**, eligentia b, eloquencia **M** 13 uel **BM**: *om.* b ostendenda **M**b 14 aut si unum **BM**: ac si unum sit b e duobus **BM** (*sed* **Bg** et): ex duabus b, *fort.* ē ex duobus 16 optime **Bn** *1 m. corr. ex* optimam 17 peius quam qui displicent b 18 est enim *om.* **M** enim ex causam si quod b 19 orator *om.* b 20 suspiciendi b 21 iustissima **Bg** *corr. ex* iustitia 22 habunde **BM** quisquis b: quis **B**, qui **M** 23 satisfacit b 24 paulum **M** 25 adducti **Bg** *1 m.* circumlinunt **B**: circumlimunt **M**, circumliniunt b, *ut est 1, 11, 6* 26 defecerunt **BM**: defecerint ς conuicis b implicent **M** conticit b 27 ingenua **M** mereatur quaedam ore modum dicitur b 29 abiectorum b

9 causa exigit, credam. ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, cognituram male dicendi subire: quod facientibus etiam male audiendi praesumenda patientia est. nam et in ipsos fit impetus frequenter, qui egerunt, et certe petulantiam patroni litigator luit. sed haec minora sunt ipso illo uitio animi, quo maledicus a malefico non distat nisi occasione.
10 turpis uoluptas et inhumana et nulli audientium bona gratia a litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt quam defensionem, sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt: hoc quidem quis hominum liberi modo sanguinis
11 sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium? atqui etiam in aduocatos partis aduersae libenter nonnulli inuehuntur: quod, nisi si forte meruerunt, et inhumanum est respectu communium officiorum, et cum ipsi qui dicit inutile (nam idem iuris responsuris datur), tum causae contrarium, cui plane aduersarii fiunt et inimici, et quantulumcumque eis uirium est, contumelia au-
12 getur. super omnia perit illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei adfert, modestia, si a uiro bono in rabulam latratoremque conuertitur, conpositus non ad animum iudicis, sed
13 ad stomachum litigatoris. frequenter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis modo, sed ipsis quoque, qui dixerunt, periculosam. nec inmerito Pericles solebat optare, ne quod sibi uerbum in mentem ueniret, quo populus offenderetur. sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tantundem possunt nocere. nam quae fortia, dum dicuntur, uidebantur, stulta, cum laeserunt, uocantur.

14 Nunc, quia uarium fere propositum agentium fuit et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit, quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non
15 alienum uidetur. adferet ad dicendum curae semper quantum

1. apud Sallustium hist. 2, fr. 37 ed. Dietsch.

1 exiget b eam est b, est ea **M** caninuta it appius b 2 censuram *coniecit nescio quis; at u. Lexica s. u.* cognitura *et Buttm. ad h. l.* madicendi b 3 etiam in **M** 6 quo **BM**: quod b maledicus b: maledictus **BM** maleficio b 7 bona gratia **B** (*sed* **Bn** *corr.* grata, *ut habet* **M**): bono grata ς; *illud est:* quae nulli audientium sit bona gratia, *i. e.* cum bona gratia ab iis accipiatur 9 eorum] eo b 10 liberemus sanguinis **M** 11 adqui **B** 13 respectū **Bg** 14 idem *om.* **M** 15 cui *nos:* qui **BM**, quia b ς aduersari **B** 16 et *om.* **M** eis b: is **BM** 18 fabulam b, tabulam **M** latronem qui b 20 liberatis **B** 22 qui *om.* **M**b dixerint b 23 quod populus b 24 de (*post* ego) *om.* b 25 dicuntur — nunc quia *om.* **M** 30 affert **M**

plurimum poterit: neque enim solum neglegentis, sed mali et
in suscepta causa perfidi ac proditoris est, peius agere quam
possit. ideoque ne suscipiendae quidem sunt causae plures, quam
quibus suffecturum se sciat. dicet scripta quam res patietur 16
plurima et, ut Demosthenes ait, si continget, et sculpta. sed
hoc aut primae actiones aut quae in publicis iudiciis post in-
teriectos dies dantur permiserint: at cum protinus respondendum
est, omnia parari non possunt, adeo ut paulo minus promptis
etiam noceat scripsisse, si alia ex diuerso, quam opinati fuerant,
occurrerint. inuiti enim recedunt a praeparatis et tota actione 17
respiciunt requiruntque, num aliquid ex illis interuelli atque ex
tempore dicendis inseri possit: quod si fiat, non cohaeret nec
commissuris modo, ut in opere male iuncto, hiantibus, sed ipsa
coloris inaequalitate detegitur. ita nec liber est impetus nec 18
cura contexta, et utrumque alteri opstat: illa enim, quae scripta
sunt, retinent animum, non sequuntur. itaque in iis actionibus
omni, ut agricolae dicunt, pede standum est. nam cum in pro- 19
positione ac refutatione causa consistat, quae nostrae partis sunt,
scripta esse possunt, quae etiam responsurum aduersarium cer-
tum est (est enim aliquando certum), pari cura refelluntur. ad
alia unum paratum adferre possumus, ut causam bene noueri-
mus, alterum ibi sumere, ut dicentem aduersarium diligenter
audiamus. licet tamen praecogitare plura et animum ad omnis 20
casus componere, idque est tutius stilo, quo facilius et omittitur
cogitatio et transfertur. sed siue in respondendo fuerit subito
dicendum, siue quae alia ita exegerit ratio, non oppressum se
ac deprensum credet orator, cui disciplina et studium et exer-
citatio dederit uires etiam facilitatis: quem armatum semper ac 21
uelut in procinctu stantem non magis umquam in causis oratio
quam in rebus cotidianis ac domesticis sermo deficiet, nec se
umquam propter hoc oneri subtrahet, modo sit causae discendae
tempus: nam cetera semper sciet.

1 solum **BM**: hoc solum **b** neglegentes **b** 2 causa *om.* **b** 3 pluris **Bg** *1 m.* 5 continget et **b**: et *om.* **BM** sculptas et ut hoc ut primae actionis aut in publicis indiciis **b** 7 permiserit **M** ad cum **b**, aut cum **BM** 9 fuerant **B**: fuerint **Mb** 10 tota **b**: nota **BM**, *fort.* notata tota 11 requirunt quae **B** interbelli **b**, interualli **BM** 12 possunt **b** quod **b**: *om.* **BM**, id *Christ* 13 ut inopē **b** 16 repentent **b** secuntur **M** in his ς 18 parti **Bg**, parte **b** 19 scripta **Mb**: scriptam **B** et se possunt **b** certum est enim **b** 22 alterum sibi summouere dicentem **M** 25 et siue **b** 26 ita **BM**: *om.* **b** non oppressum **B**: non quae pressum **b**, numquam oppressum ς; non — orator *om.* **M** 27 ac dep̄ssum (*pro* deprēsum) **B**, ac deprehensum ς 28 facilitas **M** quem **b**: quemque **BM**ς 29 magis quamquam **b** 31 propter *om.* **M** 32 semper *om.* **M** sciet. DE GENERE DICENDI **BM**

X. Superest ut dicam de genere orationis. hic erat
propositus a nobis in diuisione prima locus tertius: nam ita
promiseram, me de arte, de artifice, de opere dicturum. cum
sit autem rhetorices atque oratoris opus oratio pluresque eius
formae, sicut ostendam, in omnibus his et ars est et artifex,
plurimum tamen inuicem differunt: nec solum specie, ut signum
signo et tabula tabulae et actio actioni, sed genere ipso, ut
2 graecis tuscanicae statuae, ut asianus eloquens attico. suos au-
tem haec operum genera, quae dico, ut auctores sic etiam ama-
tores habent, atque ideo nondum est perfectus orator ac nescio
an ars ulla, non solum quia aliud in alio magis eminet, sed
quod non una omnibus forma placuit, partim condicione uel
temporum uel locorum, partim iudicio cuiusque atque proposito.
3 Primi, quorum quidem opera non uetustatis modo gratia
uisenda sint, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atque
Aglaophon, quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet,
ut illa prope rudia ac uelut futurae mox artis primordia maxi-
mis, qui post eos extiterunt, auctoribus praeferant, proprio quo-
4 dam intellegendi, ut mea opinio est, ambitu. post Zeuxis atque
Parrhasius non multum aetate distantes circa peloponnesia ambo
tempora (nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophon-
tem inuenitur) plurimum arti addiderunt. quorum prior luminum
umbrarumque inuenisse rationem, secundus examinasse suptilius
5 lineas traditur. nam Zeuxis plus membris corporis dedit, id
amplius atque augustius ratus atque, ut existimant, Homerum
secutus, cui ualidissima quaeque forma etiam in feminis placet.
ille uero ita circumscripsit omnia, ut eum legum latorem uocent,
quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo sunt traditae,
6 ceteri, tamquam ita necesse sit, secuntur. floruit autem circa
Philippum et usque ad successores Alexandri pictura praecipue,
sed diuersis uirtutibus. nam cura Protogenes, ratione Pamphi-
lus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis uisionibus,

21. Memor. 3, 10, 1.

4 rethoris **M** atque **BM**: utique b 5 iis **B**, *om.* **M** 7 tabula tabulae **BM**, *sed* **Bn M** tabule et actio — statuae *om.* **M** actioni sed **T**: actione sed **B**, actiones et b, et tabula tabula et actio actione *ed. Stoeriana, cf. 2, 21, 10* 12 conditione **BM** 13 temporeum b cuique b, *om.* **M** 15 sint **BM**: sunt **FT** 17 illa prorudia b mox artis b: morartis **B**, mortis **M** 18 post **M**b: pos **B** 19 mea **BM**: ex ea b est **BM**: fert ς *incerta auctoritate* 24 edidit b 25 atque b: aut **BM** 26 et in **M** 28 effugies **B** ab eo **M**: habeo **B** 29 tanquam *h. l.* **Bn** 32 melantius **BM**

quas φαντασίας uocant, Theon Samius, ingenio et gratia, quam in se ipse maxime iactat, Apelles est praestantissimus. Euphranorem admirandum facit, quod et ceteris optimis studiis inter praecipuos et pingendi fingendique idem mirus artifex fuit.

Similis in statuariis differentia. nam duriora et tuscanicis 7
proxima Callon atque Hegesias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit. diligentia ac decor in Polyclito supra ceteros, cui quamquam a plerisque tribuitur palma, tamen, ne nihil detrahatur, deesse pondus putant. nam 8
ut humanae formae decorem addiderit supra uerum, ita non expleuisse deorum auctoritatem uidetur. quin aetatem quoque grauiorem dicitur refugisse nihil ausus ultra leuis genas. at quae Polyclito defuerunt, Phidiae atque Alcameni dantur. Phi- 9
dias tamen dis quam hominibus effingendis melior artifex creditur, in ebore uero longe citra aemulum, uel si nihil nisi Mineruam Athenis aut Olympium in Elide Iouem fecisset, cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptae religioni uidetur: adeo maiestas operis deum aequauit. ad ueritatem Lysippum ac Praxitelen accessisse optime adfirmant: nam Demetrius tamquam nimius in ea reprehenditur et fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior.

In oratione uero si species intueri uelis, totidem paene re- 10
perias ingeniorum quot corporum formas. sed fuere quaedam genera dicendi condicione temporum horridiora, alioqui magnam iam ingenii uim prae se ferentia. hinc sint Laelii, Africani, Catones etiam Gracchique, quos tu licet Polygnotos uel Callonas appelles. mediam illam formam teneant L. Crassus, Q. Horten- 11
sius. tum deinde efflorescat non multum inter se distantium tempore oratorum ingens prouentus. hic uim Caesaris, indolem Caeli, suptilitatem Calidi, diligentiam Pollionis, dignitatem Messalae, sanctitatem Calui, grauitatem Bruti, acumen Sulpici, acer-

---

2 iactata pellis **b** 3 optimus **B** (*corr.* **b**) studiis **b**: etudis **B**, et **udis **M** 5 in *om.* **Bg** *1 m.* statuariis *Christ:* statuis *libri* tuscanis **Mb** 6 callon **b**: callo **BM** hegesias **M**: hegestas **B**, hegisias **b** calmus **b** 8 policrito **M**, Polycleto ς quamquam **Bn** *1 m. corr. ex* tamquam 12 utra **b** leues **M**ς 13 Polycleto ς fidiae **BM** fidias **M** 14 diis ς effingendis *Dukerus (ad Suet. Domit. 9 in ed. Oudend.):* efficiendis *libri* 16 olymphium **b** cuius pulchr. adiec. *om.* **b** 18 lysippum an paxitalen **b** *(m. 3)*, lisippus ac prasitellem **M** 20 nimiis **b** repraenditur **Bg** 22 uelis **Mb**: uelit **Bn**, uelet **Bg** recipias **b** 24 conditione **Bn** corporum horridior **b** alioqui **b**: alioquin **BM** 25 ingenium prae **b** laeli **B**, lelii et **M** 26 canones **b** 27 illam **B**: iam **M** 28 tum — prouentus *om.* **M** efflorescat **b**: florescat **B** 30 pollionis **M**: polionis **B**, caluiquis **b** 31 sanctitatem **b**:

bitatem Cassi reperiemus: in iis etiam, quos ipsi uidimus, copiam
Senecae, uires Africani, maturitatem Afri, iucunditatem Crispi,
12 sonum Trachali, elegantiam Secundi. at M. Tullium non illum
habemus Euphranorem circa pluris artium species praestantem,
sed in omnibus, quae in quoque laudantur, eminentissimum.
quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant
ut tumidiorem et Asianum et redundantem et in repetitionibus
nimium et in salibus aliquando frigidum et in compositione
fractum, exultantem ac paene, quod procul absit, uiro molliorem:
13 postea uero quam triumuirali proscriptione consumptus est, pas-
sim qui oderant, qui inuidebant, qui aemulabantur, adulatores
etiam praesentis potentiae non responsurum inuaserunt. ille
tamen, qui ieiunus a quibusdam et aridus habetur, non aliter
ab ipsis inimicis male audire quam nimiis floribus et ingenii
afluentia potuit. falsum utrumque, sed tamen illa mentiendi
14 propior occasio. praecipue uero presserunt eum, qui uideri At-
ticorum imitatores concupierant. haec manus quasi quibusdam
sacris initiata ut alienigenam et parum superstitiosum deuinctum-
que illis legibus insequebatur, unde nunc quoque aridi et exsuci
15 et exsangues. hi sunt enim, qui suae inbecillitati sanitatis ap-
pellationem, quae est maxime contraria, optendant: qui quia
clariorem uim eloquentiae uelut solem ferre non possunt, umbra
magni nominis delitescunt. quibus quia multa et pluribus lo-
cis Cicero ipse respondit, tutior mihi de hoc disserendi bre-
uitas erit.

16 Et antiqua quidem illa diuisio inter Atticos atque Asianos
fuit, cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes habe-
rentur, in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac modus
deesset. quod quidam, quorum et Santra est, hoc putant acci-
disse, quod, paulatim sermone graeco in proximas Asiae ciuita-
tes influente, nondum satis periti loquendi facundiam concupi-

τē
sanetitatem **B**, sanitatem **M**, *ut uidetur, qui habet in extremo uersu* sani *cf. 10, 1, 115* 1 in is **B** 3 ad M. **BM** 4 eufranorem **BM** pluris **b**: plurium **BM**ς 6 incessore **b** 11 inuiderant **b** 13 et **BM**: atque ς habebatur **Mb**; *at significat Quintil. Senecam et eius adseclas* 14 inimicissimis **b** male audire **BM**: laudare **b** *(3 manu)* ingenii afluentia **b**: ingeniafluentia **B**, ingeni afluentia **M** 15 sed **BM**: sit **b** tamen] tum **M** 17 concupiebant **b** quasi *om.* **b** 18 et parum superstitiosum **b**: etrū superstitiosum **B**, et parum studiosum *ed. Camp.* (alienigena metū superstitiosum **M**) 19 exsucti **B**, exsuti **b**, exuti **M**, exucci *Buttmann* 21 optendant **B**: obtendant **M**, obtendunt *ed. Stoeriana* 23 magni **Bn** *corr. ex* magna delitiscunt **b** 24 respondet **b** 27 illi *om.* **M** 28 maximi **BM** modus] plures **M** 29 deesset **B**: decent **M**, denique **b**

erint, ideoque ea, quae proprie signari poterant, circumitu
coeperint enuntiare ac deinde in eo perseuerarint. mihi autem 17
orationis differentiam fecisse et dicentium et audientium naturae
uidentur, quod Attici limati quidam et emuncti nihil inane aut
redundans ferebant, asiana gens tumidior alioqui atque iactantior
uaniore etiam dicendi gloria inflata est. tertium mox, qui haec 18
diuidebant, adiecerunt genus rhodium, quod uelut medium esse
atque ex utroque mixtum uolunt: neque enim attice pressi ne-
que asiane sunt abundantes, ut aliquid habere uideantur gentis,
aliquid auctoris. Aeschines enim, qui hunc exilio delegerat lo- 19
cum, intulit eo studia Athenarum, quae, uelut sata quaedam
caelo terraque degenerant, saporem illum atticum peregrino
miscuerunt. lenti ergo quidam ac remissi, non sine pondere
tamen, neque fontibus puris neque torrentibus turbidis, sed le-
nibus stagnis similes habentur.

Nemo igitur dubitauerit, longe esse optimum genus Atti- 20
corum. in quo ut est aliquid inter ipsos commune, id est iudi-
cium acre tersumque, ita ingeniorum plurimae formae. qua- 21
propter mihi falli multum uidentur, qui solos esse Atticos credunt
tenuis et lucidos et significantis, sed quadam eloquentiae fruga-
litate contentos ac semper manum intra pallium continentis.
nam quis erit hic Atticus? sit Lysias: hunc enim amplectuntur
amatores istius nominis modum. non igitur iam usque ad Coc-
cum et Andocidem remittemur. interrogare tamen uelim, an 22
Isocrates attice dixerit: nihil enim tam est Lysiae diuersum.
negabunt: at eius schola principes oratorum dedit. quaeratur
similius aliquid. Hyperides Atticus? certe, at plus indulsit
uoluptati. transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona et his
priores Isaeum, Antiphonta: quos ut homines inter se genere
similes, differentis dixeris specie. quid ille, cuius modo fecimus 23
mentionem, Aeschines? nonne his latior et audentior et excel-

1 signa **b** circumitu **B**: circuitu **Mb** 2 ceperant **M** in eo **BM**: *om.* **b** perseuerarint **b**: perseuerarent **BM** 4 atti climati **b** quidem **M** 8 ex utroque habere uideatur gentis aliquid aliquid auctoris *mediis omissis* **b** 10 delegerit **b** 11 eo studio **b** 12 caelum terramque **b** 13 quidem *edd. uett.* ac] hac **Bg** 17 communes **b** 19 uidetur **b** 20 tenuis et **b**: tenuisset **B**, tenuis sed **M** significantes — continentes **Mbς** sed **BM**: et *cod. Goth. et Voss. 2* 23 at coccum **B**, ad coquum **M** 25 socrates **Mb** Lysiae — schola *om.* **M** 26 negabunt at **B**: negant ad **b** 27 ad plus **b**, aut plus **BM** 28 lygurgum **BM**
29 piores isaeneum **b** (priores Is enim ferentis dixeris *mance* **M**) antiphonta **B**: antephota **b**, Antiphontem **ς** *fort.* ut omnes 30 differentes dixerim **b** 31 nonne — Demosthenes *om.* **M** laetior *Spalding coll. Taciti dial. de orat. 14*

sior? quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenues et circumspectos ui, sublimitate, impetu, cultu, compositione superauit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non transla-
24 tionibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus uocem? non illud iusiurandum per caesos in Marathone ac Salamine propugnatores rei publicae satis manifesto docet, praeceptorem eius Platonem fuisse? quem ipsum num Asianum appellabimus plerumque instinctis diuino spiritu uatibus comparandum? quid Periclea? similemne credimus Lysiacae gracilitati, quem fulminibus et caelesti fragori conparant comici, dum illi conuician-
25 tur? quid est igitur, cur in iis demum, qui tenui uenula per calculos fluunt, atticum saporem putent, ibi demum thymum redolere dicant? quos ego existimo, si quod in iis finibus uberius inuenerint solum fertilioremue segetem, negaturos atticam esse, quod plus, quam acceperit, seminis reddat, quia hanc eius terrae
26 fidem Menander eludit. ita nunc, si quis ad eas Demosthenis uirtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quae defuisse ei siue ipsius natura seu lege ciuitatis uidentur, adiecerit, ut adfectus concitatius moueat, audiam dicentem 'non fecit hoc Demosthenes'? et si quid numeris exierit aptius (fortasse non possit, sed tamen si quid exierit), non erit atticum? melius de hoc nomine sentiant credantque, attice dicere esse optime dicere.

27 Atque in hac tamen opinione perseuerantis Graecos magis tulerim. latina mihi facundia, ut inuentione, dispositione, consilio, ceteris huius generis artibus similis graecae ac prosus discipula eius uidetur, ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locum. namque est ipsis statim sonis durior, quando et iucundissimas ex graecis litteras non habemus, uocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullae apud eos dulcius spirant, quas mutuari solemus, quotiens illorum nominibus utimur
28 (quod cum contingit, nescio quomodo uelut hilarior protinus

16. in Γεωργῷ, cf. Fragm. com. 4, 97 ed. Mein.

2 culto b 3 ingurgit locis **B**, insurgiciocis b, ingruit locis **M** tralationibus **B** 7 ipsum *om.* b 9 peride **M**, *item* **Bg** *1 m.* credemus b 10 conuitiantur **Bn** 12 ibidem thymum b 13 iis **B**: his ς 14 negaturos b: negaturus **BM** 15 reddant b huius b 16 itaque **M** 18 ei] et **BM**, *om.* b uiderent b 19 audeat b 20 exierit numeri saptius b (aptius fortasse — exierit *om.* **M**) 23 dicere (*post* optime) *om.* **M** 24 perseuerantes **M**ς 26 prosus **B**: prorsus **M**ς 32 contigit b; *in uerbis destinguendis Maduigium (Opusc. II, 358) secuti sumus* uelut **B**: *om.* **M**b

renidet oratio, ut in 'zephyris' et 'zophoris': quae si nostris litteris scribantur, surdum quiddam et barbarum efficient) et uelut in locum earum succedunt tristes et horridae, quibus Graecia caret. nam illa, quae est sexta nostrarum, paene non 29 humana uoce uel omnino non uoce potius inter discrimina dentium efflanda est: quae, etiam cum uocalem proxima accipit, quassa quodammodo, utique quotiens aliquam consonantium frangit, ut in hoc ipso 'frangit', multo fit horridior. aeolicae quoque litterae, qua 'seruum ceruumque' dicimus, etiam si forma a nobis repudiata est, uis tamen nos ipsa persequitur. duras 30 et illa syllabas facit, quae ad coniungendas demum subiectas sibi uocalis est utilis, alias superuacua, ut 'equos' hac et 'aequum' scribimus, cum etiam ipsae hae uocales duae efficiant sonum, qualis apud Graecos nullus est, ideoque scribi illorum litteris non potest. quid? quod pleraque nos illa quasi mugiente 31 m littera cludimus, in quam nullum graece uerbum cadit: at illi ny iucundam et in fine praecipue quasi tinnientem illius loco ponunt, quae est apud nos rarissima in clausulis. quid? 32 quod syllabae nostrae in b litteram et d innituntur adeo aspere, ut plerique non antiquissimorum quidem, sed tamen ueterum mollire temptauerint non solum 'auersa' pro 'abuersis' dicendo, sed et in praepositione b litterae absonam et ipsam s subiciendo. sed accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa 33 minus suaues habemus, quia ultima syllaba nec acuta umquam excitatur nec flexa circumducitur, sed in grauem uel duas grauis cadit semper. itaque tanto est sermo graecus latino iucundior, ut nostri poetae, quotiens dulce carmen esse uoluerunt, illorum

---

1 zephyris et zophoris: quae *Christ*: zephiris et zopyris (zophiris **Bg**) quae **B**, gephiris et gophiris que **M**, epiris zephirisque **b**; *cf. Vitruu. 3, 3* 2 efficient sonum **b** et **b**: sed **BM** 3 succedunt **BM**: succedere **FT** (*unde Maduigius coni.* successere), succedent ς *incerta auctoritate* 4 illa **BM**: et illa **b** 6 afflanda **b**, deflant **M** proximam **M** 7 consonantium **BM**: consonantem **b** 8 ut — frangit *om.* **b** 10 nos (non **M**) ipsa persequitur **BM**: non sonus ipse prosequitur **b** dura ietilla **b** 11 syllaba **Bg** *1 m.* subiectas *om.* **M** 12 uocales **M**ς utilitas **BM**, *em. in edd. uett.* ut *edd. uett. om.* **BM** aequum *Buttmann:* aecum **B**, cum **M** 13 ipse **BM** 14 aput **Bg** 15 quodquod **B**, quicquod **b**, quid *om.* **M** 16 m littera *nos:* littera **BM**: litam **b** in quam *nos:* in qua **BM**, M, qua *edd. cf.* § *33 et 9, 3, 78* 17 ny **B**: uestem **M** 18 rarissimum clausulis **b** quidquid **BM** 21 molire **b**, molliore **B**, molliorem **M** auersa] uera **b** *add. s. l.* 'a. r.', aduerso **M** abuersis *Leid. teste Buttmanno:* aduersis **BM** 22 praepositione **b** **BnM** *et corr.* **Bg**: praepositionib; **Bg** *1 m.* S *ed. Aldina:* F *codd.* 24 habeius **b** sillaba **B** 25 in grauem **b**: ingra **B**, integras **M** graues **M**ς 26 uox cadit *coni. Buttmann* 27 dulce certamen **b**, d. tamen **FT** uoluerint **FT**

34 id nominibus exornent. his illa potentiora, quod res plurimae carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre aut circumire: etiam in iis, quae denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissime reuoluit: at illis non uerborum modo, sed linguarum etiam inter se differentium copia est.

35 Quare qui a Latinis exiget illam gratiam sermonis attici, det mihi in eloquendo eandem iucunditatem et parem copiam. quod si negatum est, sententias aptabimus iis uocibus, quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe uerbis miscebimus, ne uirtus utraque 36 pereat ipsa confusione: nam quo minus adiuuat sermo, rerum inuentione pugnandum est. sensus sublimes uariique eruantur: permouendi omnes adfectus erunt, oratio translationum nitore inluminanda. non possumus esse tam graciles, simus fortiores: subtilitate uincimur, ualeamus pondere: proprietas penes illos 37 est certior, copia uincamus. ingenia Graecorum etiam minora suos portus habent, nos plerumque maioribus uelis mouemur: ualidior spiritus nostros sinus tendat, non tamen alto semper feremur: nam et litora interim sequenda sunt. illis facilis per quaelibet uada accessus: ego aliquid, non multo tamen, altius, 38 in quo mea cumba non sidat, inueniam. neque enim, si tenuiora haec ac pressiora Graeci melius in eoque uincimur solo et ideo in comoediis non contendimus, prosus tamen omittenda pars haec orationis, sed exigenda ut optime possumus: possumus autem rerum et modo et iudicio esse similes, uerborum gratia, 39 quam in ipsis non habemus, extrinsecus condienda est. an non in priuatis et acutus et indistinctus et non super modum elatus M. Tullius? non in M. Calidio insignis haec uirtus? non Scipio, Laelius, Cato in eloquendo uelut Attici Romanorum fuerunt? cui porro non satis est, quo nihil esse melius potest?

1 quos res **BM**, quod non res **b** 6 quare qua lationis **b** 7 eloquendo *ed. Aldina:* loquendo **BM** 8 sententiae aptauimus **b** 9 et non **b**, et ut **M** 10 fortioribus *om.* **b** 12 inuentio **b** sublime **b** uariisque **Bg** *1 m.* 13 tralationum **B** 14 tam **Bg** *corr. ex* tam̄ 15 uincamur **b** ualeamus **b**: ualemus **BM** paenes **B** 16 figurarum copia *coni. Burman* 17 mouemur **BM**: moueamur ς 18 sinus **BM**: siñ (si non) **b** 19 feremur **BM**: feramur **b** littora **BM** illi **BM** faciles **M** 21 cumba **B**: cimba **M**, cymba ς inueniat **b** 23 prosus **B**: prorsus **M**ς 24 possumus opus sumus **BM**, *alterum* possumus *om.* **b** 25 gratia *om.* **b** 26 iucunda est **M** an non **b**: at non **BM** 27 actus **M** et indistinctus **BM**: *om.* **b**, et non asper et non indinstinctus *edd. uett. et* ς *incerta auctoritate; cf. Tac. dial. 18* super **BM**: supra ς 28 spicio **b** 29 in loquendo **BM** fuerint **BM** 30 cui ñ porro non s. est quod nihil esse melius potes **b**

Adhuc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiam, 40
nisi quae sit cotidiano sermoni simillima, quo cum amicis, con-
iugibus, liberis, seruis loquamur, contento promere animi uolun-
tatem nihilque arcessiti et elaborati requirente: quidquid huc
sit adiectum, id esse adfectationis et ambitiosae in loquendo
iactantiae, remotum a ueritate fictumque ipsorum gratia uerbo-
rum, quibus solum natura sit officium attributum, seruire sensi-
bus: sicut athletarum corpora, etiamsi ualidiora fiant exercita- 41
tione et lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia atque
ab illa specie, quae sit concessa hominibus, abhorrere. quid
enim, inquiunt, attinet circumitu res ostendere et translationi-
bus, id est aut pluribus aut alienis uerbis, cum sua cuique sint
adsignata nomina? denique antiquissimum quemque maxime 42
secundum naturam dixisse contendunt: mox poetis similiores
extitisse, etiamsi parcius, simili tamen ratione falsa et inpropria
uirtutes ducentis. qua in disputatione nonnihil ueri est, ideo-
que non tam procul, quam fit a quibusdam, recedendum a pro-
priis atque communibus. si quis tamen, ut in loco dixi compo- 43
sitionis, ad necessaria, quibus nihil minus est, aliquid melius
adiecerit, non erit hac calumnia reprendendus. nam mihi aliam
quandam uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri elo-
quentis oratio: cui si res modo indicare satis esset, nihil ultra
uerborum proprietatem elaboraret: sed cum debeat delectare,
mouere, in plurimas animum audientis species inpellere, utetur
his quoque adiutoriis, quae sunt ab eadem nobis concessa na-
tura: nam et lacertos exercitatione constringere et augere uires 44
et colorem trahere naturale est. ideoque in omnibus gentibus
alius alio facundior habetur et eloquendo dulcis magis. quod
si non eueniret, omnes pares essent: at idem homines aliter de

1 adhuc *libri:* ad hoc *ed. Gryph. 1544 et* ς 3 animi **b**: amini **B** (promeramini **M**) 4 arcessiti **BM**: et arcessiti **b** 5 id esse **b**: adesse **BM** adfectatio et ambitiosae et in loqu. iactantiore **b** 6 gratia uerborum **b**: *om.* **BM** 10 abhorre **b** 11 circumitu **B**: circuitu **Mb** tralationibus **B** 14 mox **BM**: nos **b** 15 partius **b**, parūcuius **BM** 16 uirtute **BM**, *em. in ed. Aldina* ducentes *ed. Aldina et* ς ueri est **BM**: uariem **b** 17 a quibus **b** 18 compositionis ad **b**: compositioni si ad te **BM** 19 quibus **Bg**: a quibus **BnM** 20 non enim hac **b** reprehendendus **M**ς 22 nihil citra **b** 23 proprietate elaborare **b** delectare] *hic finiunt* **Bn** *et uetus manus in* **Bg** *in media uterque columna; per hanc partem* **S** *quoque lectiones exscripsimus* 24 moueri **S** 25 adiutoris **S** 26 augere **MS**: auge **G** 28 eloquendo *edd. uett.* loquendo **GM**, loquenda **S**, in loquendo *Buttmann* dulcis **M**: ducis **GS** magis quod] que **S** 29 at îdem — locuntur *scripsi:* et idem homines alī de re (dicere **S**) allocuntur (alloquuntur **S**) **GS**, et ydem omnes decere eloquuntur **M**, et idem omnes deceret: at loquuntur ς

re alia locuntur et seruant personarum discrimina. ita, quo
quisque plus efficit dicendo, hoc magis secundum naturam elo-
45 quentiae dicit. quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui
dandum putant nonnihil etiam temporibus atque auribus, niti-
dius aliquid atque adfectius postulantibus. itaque non solum ad
priores Catone Gracchisque, sed ne ad hos quidem ipsos orato-
rem alligandum puto. atque id fecisse M. Tullium uideo, ut
cum plurimum utilitati, tum partem quandam delectationi daret,
cum et suam se rem agere diceret, ageret autem maxime litiga-
46 toris: nam hoc ipso proderat, quod placet. ad cuius uolupta-
tes nihil equidem quod addi possit inuenio, nisi ut sensus nos
quidem dicamus pluris: neque enim fieri potest salua tractatione
causae et dicendi auctoritate, si nimium crebra haec lumina et
47 continua fuerint et inuicem offecerint. sed me hactenus ceden-
tem nemo insequatur ultra: do tempori, ne hirta toga sit, non
ut serica, ne intonsum caput, non *ut* in gradus atque anulos
comptum, cum eo quod, si non ad luxuriam ac libidinem referas,
48 eadem speciosiora quoque sint quae honestiora. ceterum hoc,
quod uulgo sententias uocamus, quod ueteribus praecipueque
Graecis in usu non fuit (apud Ciceronem enim inuenio), dum
rem contineant et copia non redundent et ad uictoriam spectent,
quis utile neget? feriunt animum et uno ictu frequenter in-
pellunt et ipsa breuitate magis haerent et delectatione per-
suadent.

49 At sunt qui haec excitatiora lumina, etiamsi dicere permit-

---

1 saluant **GMS**, *em. in ed. Gryph. 1536* discrimina **G**: discrimen *rell. et* ς quo quis **M**, quoq; quisque **S** 2 hoc] enim **S** 3 ne in illis **S** repugnat **G** *1 m.* quia **M** 4 etiam *ed. Camp.* est **GS**, esse **M** 5 atque **G** *s. l. m. 2* affectius **M**, affectibus **G**, affectu **S**, effectius *cod. Goth. probante Gesnero* ad priores *om.* **S** 6 Catone *Obrecht:* catime **G**, cantime **S**, cathoni me **M** grachisque **M**, grachis itaque **G** 7 relegandum *Christ* 8 plurimum *Christ:* omnium **GM**, omni **S**, omnia *ed. Ald. et* ς utilitatum partem **M** dare **GS** 9 suam **G**: ipsam *rell. noti et* ς 10 placet **GMS**: placebat ς 11 nihil quidem **M** quod — quidem *om.* **S** nos **M**: non **G** 12 pluris **GMS**: plures ς neque enim non fieri *Buttmann* saluae **GS** 13 cause tractatione **S** si nimium *nos:* si non **GMS**, si *edd. uett.* 14 effecerint **M** actenus **G** credentem **M**, intendentem **S** 15 sequatur **S** ne hirta toga sit *Burman:* ne hiratoga sit **G**, nigra *(ut uidetur)* tota situ **M**, *****toga sit **S** ut non **S**, ut *om.* **M** 16 seriga **GS** intosum **G** non ut in *nos:* non in *libri* annullos **G**, an nullus **MS** 17 contum **S**, certus *(sic)* **M** 18 spetiosiora **GS** *immo* sunt, *cf. 2, 4, 30. 10, 7, 13* hoc] enim **S** 19 uolgo **G** senten tiis **MS** quod *om.* **M** praecipue **S** 21 rem contineat **M**, re contineantur *Buttmann (praef. ed. Spald. IV, 17)*, rem contingant *Heindorf* non *Badius ex cod. Vallensi:* dum **GMS** redundet **M** 22 qui **S** utiles *Buttmann, ipse malim* utiles esse negent **GS** 23 breuitatē **G** delectatione *Buttmann:* deiectione **GMS** 25 at *ed. Camp.* ac **GMS** excitatio palumina **GS**

tant, a componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. quocirca mihi ne hic quidem locus intactus est omittendus: nam plurimi eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putauerunt, ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox litteris reliquisse, ut Periclem, ut Demaden: rursus alios ad componendum optimos actionibus idoneos non fuisse, ut Isocraten: praeterea in agendo plus impetum *ua-* 50
lere plerumque et petitas uel paulo licentius uoluptates, commouendos enim esse ducendosque animos imperitorum: at quod libris dedicatum in exemplum edatur, id tersum ac limatum et ad legem ac regulam compositum esse oportere, quia ueniat in manus doctorum et iudices artis habeat artifices. quin illi sub- 51
tiles, ut sibimet ac multis persuaserunt, magistri παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα scribendo esse aptius tradiderunt. mihi unum atque idem uidetur bene dicere ac bene scribere, neque aliud esse oratio scripta quam monumentum actionis habitae. itaque nullas non, ut opinor, debet habere uirtutes, *uirtutes* dico, non uitia. nam inperitis placere aliquando quae uitiosa sint scio: quo different igitur? quodsi mihi des consilium iudicum sapien- 52
tium, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam eius, qui est strictior multo, Demosthenis. neque enim adfectus omnino mouendi erunt nec aures delectatione mulcendae, cum etiam prooemia superuacua esse apud talis Aristoteles existimet, non enim trahentur his illi sapientes: proprie et significanter rem indicare, probationes colligere satis est.

24. Rhet. 3, 13.

1 accomponendis **GS** 2 omittendus **MS**: omitendos **G** nam plurimi *scripsi:* ā plurimis **G**, a pluribus **MS**, quod plures ς 5 mansuris quae **G**, mansurus que **S** mox *ut otiosum Gesnerus obelo notauit* ut per̃ idem **G**, ut pericleti **S** demadem **M**, demanden **S** 6 optimis **MS** 7 uti socranten **G**, uti socratem **MS** impetum posse *edd. uett. nos* ualere *addidimus;* plus impetus plerumque *edd. recentiores inepte* 8 et *om.* **S** uoluptatis **MS** Commouendus **M** 9 docendosque **GMS**, *em. Burman* impetorum **G** at quod — id tersum *scripsi:* ad quos libris (libro **M**) dedicatorum in exemplum edantur (dedantur **M**) et tersum **GM**, ad quis libris dedicatorum in e. edantur et tersum **S**, at quod libris dedicatur et in ex. editur, tersum ς 10 ac limatum **M**: adimatum **GS** 11 ueniat in **MS**: ueniantim **G** 12 et *om.* **M** iudices] inde **S** 13 ut similes ac multos **GMS**, *em. Gesner* magistri (in agri **M**) scribendo *(mediis in lacuna omissis)* **MS** 14 ενθυμνα **G** aptius *Obrecht:* altius **GMS** 15 ac bene seruire **M** 16 ratio **M** 17 non illas modo ut opinor **GMS**, *sed* **S** *om.* ut *alterum* uirtutes *addidit Buttmann* 18 aliquando uiciosaque sunt **M** 19 differrent **S**, differet **M** iudicium **GMS** sapientium **GMS**: sapientum ς 20 per quem **S** recitem **M** 21 qui **MS**: quis **G** fictior **GMS**, *em. in ed. Taruisiana* 23 mulcendae *om.* **S** prohemio **S** superuacuum **S**, *om.* **M** tales **MS**ς 24 trahetur **M** his illis absentes **GMS** 25 indignare **GM**, indignate **S** probationis **MS**

53 cum uero iudex detur aut populus aut ex populo laturique *sint*
sententiam indocti saepius atque interim rustici, omnia, quae
ad optinendum quod intendimus prodesse credemus, adhibenda
sunt, eaque et cum dicimus promenda et cum scribimus ostendenda sunt, si modo ideo scribimus, ut doceamus quo modo dici
54 oporteat. an Demosthenes male sic egisset, ut scripsit, aut
Cicero? aut eos praestantissimos oratores alia re quam scriptis
cognoscimus? melius egerunt igitur an peius? nam si peius,
sic potius oportuit dici, ut scripserunt, si melius, sic potius
55 oportuit scribi, ut dixerunt. quid? ergo semper sic aget orator,
ut scribet? si licebit, semper. si uero quando impediant breuitate tempora a iudice data, multum ex eo, quod oportuit dici,
recidetur, editio habebit omnia. quae tamen secundum naturam
iudicantium dicta sunt, non ita posteris tradentur, ne uideantur
56 propositi fuisse non temporis. nam id quoque plurimum refert,
quo modo audire iudex uelit, atque eius uultus saepe ipse rector
est dicentis, ut Cicero praecipit. ideoque instandum iis, quae
placere intellexeris, resiliendum ab iis, quae non recipientur.
sermo ipse, qui facillime iudicem doceat, aptandus. nec id mi-
57 rum sit, cum etiam testium personis aliqua mutentur. prudenter
enim, qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphionem
nosset, negante eo, detraxit aspirationem breuiauitque secundam eius nominis syllabam, et ille eum sic optime norat. huiusmodi casus efficient, ut aliquando dicatur aliter quam scribitur, cum dicere, quo modo scribendum est, non licet.

17. locus nondum inuentus est.

1 iudex detur **G** *m. 2 et* **M**: iudetur (*uel* uidetur) **G** *1 m.* alia iudex detur **S**   ex populo **G**: exemplo **MS**   sint *addidimus*   2 sententiam **G** *corr. m. 2 in* sentiam   4 ea quae et **G**, eaque etiam **M**, ea etiam que **S**   ostendenda — scribimus *om.* **MS**   5 si modo **MS**: simo **G**   6 male sit egisse **S**   7 ciceronem **M**   re *om.* **MS**   quam **M**: qua **GS**   8 egeruntur igitur **GS**, igitur egerunt **M**   nam] an **S**   9 sic potius *om.* **M**   melius sic potius **G**: melius sic **MS**   10 sic semper sic **G**, *sed* sic *prius m. 1 punctatum*   orator sic aget uel scribet **S**   11 semper. si uero quando impediant *Wölfflin:* semper steterunt quae impediant **G**, semperque impediant **MS**, semper. Quodsi impediant *edd. uett. et* ς   12 tempora ac **GS**, tempore a **M**   oportuit *Christ:* potuit *libri*   13 reciderunt **GMS**, *em. Badius*   quae tamen *scripsi:* quaedam **GMS**, quae autem *edd. uett.*   14 dicta *om.* **S**   16 atque ius uultus s. i. rectos **G**, atque his sepe ipse uultus rectus **S**, atque hys multus s. i. rectus **M**, *em. Obrecht*   17 praecepit **M**   his *(utroque loco)* **GMS**   18 ire silendum (siliendum *corr.*) **G**, ire silencium **MS**   19 facilime **G**, facile **MS** (iudicem f. **S**)   doceat aptandus **G**: doceat optandum **S**, oderit optandum **M**   20 immittentur **S**   21 testem **MS**: restem **G**   an Amphiona nosset *ed. Taruisiana*, ad amphionem (Amphinionem **S**) **GMS** *mance*   22 neganteo **G**, negant et **MS**, *em. in ed. Aldina*   spiratione **GMS**   breui aut que **MS**   secundum **GMS**   24 efficient **G**: efficiunt **MS**   25 est *om.* **S**   non licet *om.* **M**

Altera est diuisio, quae in tris partis et ipsa discedit, qua 58
discerni posse etiam recte dicendi genera inter se uidentur.
namque unum subtile, quod ἰσχνόν uocant, alterum grande
atque robustum, quod ἁδρόν dicunt, constituunt, tertium alii
medium ex duobus, alii floridum (namque id ἀνθηρόν appel-
lant) addiderunt. quorum tamen ea fere ratio est, ut primum 59
docendi, secundum mouendi, tertium illud, utrocumque est no-
mine, delectandi siue, ut alii dicunt, conciliandi praestare ui-
deatur officium, in docendo autem acumen, in conciliando lenitas,
in mouendo uis exigi uideatur. itaque illo subtili praecipue
ratio narrandi probandique consistet, sed saepe id etiam detractis
ceteris uirtutibus suo genere plenum. medius hic modus et trans- 60
lationibus crebrior et figuris erit iucundior, egressionibus amoe-
nus, compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamen ut amnis
lucidus quidem, sed uirentibus utrimque ripis inumbratus. at 61
ille, qui saxa deuoluat et pontem indignetur et ripas sibi
faciat, multus et torrens iudicem uel nitentem contra feret co-
getque ire, qua rapiet. hic orator et defunctos excitabit ut
Appium Caecum, apud hunc et patria ipsa exclamabit, aliquan-
doque *ut* Ciceronem in oratione contra Catilinam in senatu allo-
quetur. hic et amplificationibus extollet orationem et in super- 62
lationem quoque erigetur: quae Charybdis tam uorax? et
Oceanus medius fidius ipse: nota sunt enim etiam stu-

16. Verg. Aen. 8, 728. 22. Cic. Phil. II, 27, 67.

1 tris partes **MS**, tres partes ς descendit **GMS**, *em. in edd. uett.* 2 recte **S**: recta **G**, recti **M** 3 dicχnon **G** *(sed* d *punct.)*, non **MS** 4 adpon **G**, ad ponus **M**, ad *cum lacuna* **S** dicunt **G**: id contra **M**, *om.* **S** 5 duobus aliis **M** ἀνθηρόν *ed. Taruisiana:* anaeponim **G**, Anepōēm **S**, aue penum **M** 7 dicendi **M** amouendi **G**, admouendi **M**, admonendi **S**, *em. in edd. uett.* illud utrocumque est *nos:* illud est ultrorumque **GMS**, est *om.* ς 8 siue ut alii dicunt **G**: siue aliud inter **MS**, siue ς praestare — conciliando *om.* **S** 10 ui **G**, *om. rell. noti,* grauitas *edd. uett.* exigi *om.* **S** uidetur **G** *corr. ex* uideatur 11 narrandi probandique *edd. ueteres:* narrandique *libri* saepe id etiam *nos:* que id etiam **GMS**, quod etiam ς 12 *fort.* medius huic modus **G**: medius **MS** 13 erit **GS**: etiam **M** aggressionibus **M** amenus **M**, amoenis **G**, amenis **S** 14 tamen namnis **G**, tamen Nam ius **M**, Namuis **S** 15 et lucidus (lucidius **M**) quide est uirentibus **GM**, et lucidis quidem est uirtutibus **S** ripis inumbratus *Gul. Meyer:* sipisim umbratus **G**, sibi sim (sui **M**) umbratus **MS**, siluis inumbratus *edd. ueteres* ad **G** 16 indignatur **MS** 17 faciat sibi multas **S** ferret **S** cogitque **GS** 18 qua capite **M**, quarta parte **S** excitauit **GS**, *item paulo post* exclamauit, *et p. 356. 5 et 7* inspirauit, desiderauit *etc.* 20 ut *addidit Obrecht* orationem **M** alloquitur **G**, alloquatur **MS** 21 amplisticationibus **G**, plisticationibus **S** insuper latini oratione **S** 22 eriget **MS** carybdis **GM**, caribdis **S** uerax **G**[1], forax **M** 23 ipsa **S** enim *om.* **S** etiam **GMS**: iam ς

diosis haec lumina. hic deos ipsos in congressum prope suum
sermonemque deducet: uos enim Albani tumuli atque luci,
uos, inquam, Albanorum obrutae arae, sacrorum po-
puli Romani sociae et aequales. hic iram, hic misericor-
diam inspirabit: hoc dicente iudex *deos* appellabit et flebit et
per omnes adfectus tractus huc atque illuc sequetur nec doceri
63 desiderabit. quare si ex tribus his generibus necessario sit eli-
gendum unum, quis dubitet hoc praeferre omnibus, et ualidissi-
mum alioqui et maximis quibusque causis accommodatissimum?
64 nam et Homerus breuem quidem cum iucunditate et propriam
(id enim est non deerrare uerbis) et carentem superuacuis
eloquentiam Menelao dedit, quae sunt uirtutes generis illius
primi, et ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluere
sermonem, qua certe delectatione nihil fingi maius potest:
sed summam expressurus in Ulixe facundiam, et magnitudinem
illi uocis et uim orationis niuibus hibernis copia uerborum at-
65 que impetu parem tribuit. cum hoc igitur nemo mortalium
contendet, hunc ut deum homines intuebuntur. hanc
uim et celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus
Aristophanes comparat, haec est uere dicendi facultas.
66 Sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquentia est.
nam ut inter gracile ualidumque tertium aliquid constitutum
est, ita horum inter se interualla sunt atque inter haec ipsa
67 mixtum quiddam ex duobus medium est eorum. nam et subtili

2. p. Mil. 31, 85. 10. Hom. Il. 3, 214 sq. 13. ib. 1, 249. 15. ib. 3, 221 sqq. 17. Hom. Od. 8, 173.

1 deus **S** 2 loci inquam **S** 4 socie et **M**, sotiet **G**, socii et **S** 5 inspirauit **G**, spirabit **M**, respirauit **S** hoc dicente iudex deos appellabit et flebit *Maduig (Opuscc. II, 354):* hoc dicente iudet appellauit et fleuit **G**, hic dicit te uidit appellauit et fleuit **M**, enim dicet te uidet appellauit et fleuit **S** *(lectio* hoc dicente *per compendium scripta a nobis primum ex* **G** *prolata est)* 6 tractus *Maduig:* tractatus **GS**, tractatur **M** hic itaque (atque **G** *corr.*) illuc **GM** 8 qui **GMS** hoc **G**: hunc **M**, enim **S** perferre **M** 9 aliqui **GMS**, *em. in edd. uett.* et maximis **M** *et 2 m.* **G**: ex magnis **G**^{1}, ex maximis **S** quibus **MS** 10 eum iocunditatem **S** et *om.* **S** 11 errare **MS** 13 ore uescoris **S** dulciore — sermone **G** 15 summa **GS** expressurus *Maur. Seyffert (Zeitschr. für das Gymnasialwesen 1861. p. 298):* regressurus est **G**, regressus est **MS**, aggressus ς inutile **GM**, utile **S**, ut in Vlysse *edd. uett.* et magnitudinem illi uocis et uim orationis niuibus hibernis *Maur. Seyffert:* et magnitudinem illi uicisset cum orationi similibus **GMS** 16 copia uerb. atque *nos:* et copia uerb. atque **GMS**, et copia uerb. et *Seyffert* 18 contendit **M** intuebantur **S** 19 eupholis **G** *corr.* empholis **S**, enplosis **M** 20 uera *dett.* 21 sed *om.* **S** 23 inter se ualla **GS**, inter se nulla **M**, inter se *om.* ς 24 quoddam **M**, quidam **S** est. quorum **GMS**, *em. in edd. uett.* nam *om.* **M**

plenius aliquid atque subtilius et uehementi remissius atque ue-
hementius inuenitur, ut illud lene aut ascendit ad fortiora aut
ad tenuiora summittitur. ac sic prope innumerabiles species
reperiuntur, quae utique aliquo momento inter se differant: sicut
quattuor uentos generaliter a totidem mundi cardinibus accepi-
mus flare, cum interim plurimi medii et eorum uaria nomina et
quidam etiam regionum ac fluminum proprii deprehenduntur.
eademque musicis ratio est, qui cum in cithara quinque consti- 68
tuerunt sonos, plurima deinde uarietate complent spatia illa
neruorum, atque his, quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci
illi transitus multos gradus habeant.

Plures igitur etiam eloquentiae facies, sed stultissimum 69
quaerere, ad quam se recturus sit orator, cum omnis species,
quae modo recta est, habeat usum, atque id ipsum non sit
oratoris, quod uulgo genus dicendi uocant. utetur enim,
ut res exiget, omnibus, nec pro causa modo, sed pro partibus
causae. nam ut non eodem modo pro reo capitis et in certa- 70
mine hereditatis et de interdictis ac sponsionibus et de certa
credita dicet, sententiarum quoque in senatu et contionum et
priuatorum consiliorum seruabit discrimina, multa ex differentia
personarum, locorum temporumque mutabit: ita in eadem ora-
tione *aliter concitabit*, aliter conciliabit, non ex isdem haustibus
iram et misericordiam petet, alias ad docendum, alias ad mo-
uendum adhibebit artis. non unus color prooemii, narrationis, 71
argumentorum, egressionis, perorationis seruabitur. dicet idem
grauiter, seuere, acriter, uehementer, concitate, copiose, amare,
comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter [dulciter], breuiter,
urbane, non ubique similis, sed ubique par sibi. sic fiet cum 72

1 et] ut **GMS** 2 leue **MS** ascendet **GMS** aut tenuiora **GM** 3 sic **M**: si **GS** proprie **S** 4 repperiuntur **G** quae *om.* **M** 5 a *Badius: om.* **GMS** cardinibus **M**: carminibus **GS** accipimus **S** 6 uaria esset (etiam **S**) regum ac fluminum **MS** 7 propriis **M** 8 rationest **G** cythara **GM** 9 ueritate **S** illorum **M** 10 atque his atque huc quos **GS** interposuerant **G** inserunt *om.* **S** 12 faces **M** subtilissimum quere **S** 13 se *om.* **M** 14 habent **S** atque ad **S** *et 1 m.* **G** non sit **GMS**: omne sit *ed. Aldina et editiones fere omnes* 15 orator **M** tutetur **GS** 17 nam non ut **GS**, ut *om.* **M** 18 de intertis **G**, de interius **MS** 19 quoque *om.* **S** 20 multa **G**: uita **S**, uitam **M** 21 mutauit — conciliauit **GS** 22 aliter concitabit *suppleuimus*, aliter inflammabit *addidit Rollinus* eisdem **M**, hisdem **GS** haustibus **G**: ei uastibus **S**, partibus **M** 23 alios — aliis **S** monendum **MS** 24 artes ς prohoemi **G**, prohemii **MS** 26 acriter breuiter urbanetate **G** *1 m. sed corr. eadem* uehementer concitate concitare **M** amare] quia re **S** 27 comiterte **G** dulciter *Christ obelo notauit acute monens, septem esse paria aduerbiorum inter se respondentium* 28 simul sed **MS** pars ubi sic **S**

id, propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat
utiliter et ad efficiendum quod intendit potenter, tum laudem
quoque, nec doctorum modo, sed etiam uulgi consequatur.
73 Falluntur enim plurimum, qui uitiosum et corruptum dicendi
genus, quod aut uerborum licentia exultat aut puerilibus sen-
tentiolis lasciuit aut inmodico tumore turgescit aut inanibus
locis bacchatur aut casuris, si leuiter excutiantur, flosculis nitet
aut praecipitia pro sublimibus habet aut specie libertatis insa-
74 nit, magis existimant populare atque plausibile. quod quidem
placere multis nec infitior nec miror: est enim iucunda auribus
ac fauorabilis qualiscumque eloquentia et ducit animos naturali
uoluptate uox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem
circuli, quo minus mirum est, quod nulli non agentium parata
75 uulgi corona est. ubi uero quid exquisitius dictum accidit au-
ribus imperitorum, qualecumque id est, quod modo se ipsi posse
desperent, habet admirationem, neque immerito: nam ne illud
quidem facile est. sed euanescunt haec atque emoriuntur com-
paratione meliorum, ut lana tincta fuco citra purpuras placet:
at si contuleris Tyriae eam lacernae, conspectu me-
76 lioris obruatur, ut Ouidius ait. si uero iudicium his corruptis
acrius adhibeas ut fucinis sulpura, iam illum, quo fefellerant,
exuant mentitum colorem et quadam uix enarrabili foeditate
pallescant. lucent igitur haec citra solem, ut quaedam exigua
animalia igniculi uidentur in tenebris. denique mala multi pro-
bant, nemo improbat bona.

19. Ouid. Rem. amor. 707 sq.

1 orationis *om.* **S** 2 intendi **G**, tendit **S** 3 consequetur *ed. Camp.* 4 corrupti **M** 5 resultet **MS** 6 turgessit **G** 7 bachatur **M**, braccatur **G**, brachatur **S** cassuris **G** excitantur **S** 8 praecipua **M** 9 existimat **G**, existimet **MS** 10 inficior **M**, infinitior **GS** iocundiores **G**, iucundi oris **MS**, iucunda auri *egregie Gesner*, *nos tamen* auribus *praeferendum duximus* 11 faborabili **G** qualicumque **M** eloquentie **MS** 13 mirum minus **M** non agentum **M**, noua gentium **S** 14 est dictum **G**, *sed* est *punct.* dictu **S** 15 impeditorum **GS** id est *nos:* id* **G**, id **MS**ς 16 desperant **M**, desperat **S** merito **GS** 17 emoriuntur *ed. Gryph. (a. 1544):* moriuntur **GM**, morantur **S** 18 mediorum **S** 19 ac si **GMS** contuleris (non tuleris **G** *1 m.*) etiam lacernae (lucerne **M**) **GMS**; Tyriae *addidit Aldrouandus (de Testaceis 3, 5)* etiam Tyriae *scribens*, *nos* Tyriae eam *praetulimus* 21 fucinis *Buttmann:* fucinus **GS**, succinus **M**, fuco tinctis *Obrecht*, fucatis *Slothouwer* sulphura **GMS**, sulfura ς, *cf. 1, 6, 22* illud quo (quod **M**, quo se **S**) fefellerat exuat **GMS**, *em. Buttmann* 22 mentium **S** foeditante **G**, feditate **MS** 23 palescat **M** lucent **G** *corr. ex* luceant, luceat **M**, lucat **S** haec *om.* **M** circa **S**

Neque uero omnia ista, de quibus locuti sumus, orator 77
optime tantum, sed etiam facillime faciet. neque enim uim
summam dicendi et os admiratione dignum infelix usque ad ul-
timum sollicitudo persequitur, nec oratorem macerat et coquit
aegre uerba uertentem et perpendendis coagmentandisque eis
intabescentem. nitidus ille et sublimis et locuples circumfluen- 78
tibus undique eloquentiae copiis imperat: desinit enim in aduersa
niti, qui peruenit in summum. scandenti circa ima labor est,
ceterum quantum processeris, mollior cliuus ac laetius solum.
et si haec quoque iam lenius supina perseuerantibus studiis eua- 79
seris, inde fructus inlaborati offerunt sese et omnia sponte pro-
ueniunt, quae tamen cotidie nisi decerpantur, arescunt. sed et
copia habeat modum, sine quo nihil nec laudabile nec salutare
est, et nitor ille cultum uirilem et inuentio iudicium. sic erunt 80
magna, non nimia, sublimia, non abrupta, fortia, non temeraria,
seuera, non tristia, grauia, non tarda, laeta, non luxuriosa, iu-
cunda, non dissoluta, grandia, non tumida. similis in ceteris
ratio est ac tutissima fere per medium uia, quia utriusque ulti-
mum uitium est.

XI. His dicendi uirtutibus usus orator in iudiciis, consiliis,
contionibus, senatu, in omni denique officio boni ciuis finem
quoque dignum et optimo uiro et opere sanctissimo faciet, non
quia prodesse umquam satis sit et illa mente atque illa facul-
tate praedito non optandum operis pulcherrimi quam longissi-
mum tempus, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid
peius quam fecerit faciat. neque enim scientia modo constat 2
orator, quae augetur annis, sed uoce, latere, firmitate: quibus

1 Namque omnia **M** 2 etiam *om.* **M** faciet *om.* **S** 3 dicendi *om.* **S** et os a. dignum *scripsi:* eos a. dignum **GMS**, et a. dignam *Spalding* (uis summa dicendi est (esset) adm. digna, si infelix *edd. uett.*) 4 prose-quitur **M** nec *libri: an* quae *uel* haec? et quoquid **GS**, Et quod quid **M** 5 uertentem **M**: uerbentem **S**, uerbente **G** perpendis **GS** 6 nitidius **S** 7 copis **G** in **M**: *om.* **GS** 8 uti **S** suadenti **GMS** est *om.* **S** 9 mollior cliuos **G**, *ut coni. Gesner:* mollier (molliter **M**) diues **MS** latius **M**, leuis **S** 10 lenius (lenium *1 m.*) sup|pina **G** euersis **S**, euer-teris **M** 11 sese] sepe **MS**, saepe **G** perueniunt **S** 12 qua **GS** cottidie **GM**, quottidie **S** 13 habeat *Heindorf:* habet *libri, cf. ed. Spalding. IV, p. XVIII* neque — neque **M** 15 nimium **S** abruta **G**, ob-rupta **S** 16 tristitia **G** non luxdissoluta **G**, non (*om.* **M**) luxu disso-luta **MS** 17 grandia *Goth. et Voss. 2:* fortia **GMS** non] et **S** 18 ac tutissima **G**: acutissima **S**, ac *om.* **M** uere **M** 21 senatu in omni **M**: senatui (senatu **S**) nomini **GS** 22 optimo **G** *corr. ex* opsas, et optimo *om.* **S** 23 est **M** et ille **GMS** atque ille **S** 24 optandum **G** *solus:* quod eandem **M**, conueniat *edd. priores* (prodito modo animo qui eandem **S**) 26 faciat **MS**: faciet **G** 27 animis **S**

fractis aut inminutis aetate seu ualetudine cauendum est, ne quid in oratore summo desideretur, ne intersistat fatigatus, ne
3 quae dicet parum audiri sentiat, ne se quaerat priorem. uidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem, Domitium Afrum, ualde senem cotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alii, quod indignum uideatur, riderent, alii erubescerent: quae occasio *de*
4 illo fuit dicendi, malle eum deficere quam desinere. neque erant illa qualiacumque mala, sed minora. quare antequam in has aetatis ueniat insidias, receptui canet et in portum integra naue perueniet. neque enim minores eum, cum id fecerit, studiorum fructus prosequentur. aut ille monumenta rerum posteris aut, ut L. Crassus in libris Ciceronis destinat, iura quaerentibus reddet aut eloquentiae componet artem aut pulcherrimis uitae
5 praeceptis dignum os dabit. frequentabunt uero eius domum optimi iuuenes more ueterum et uere dicendi uiam uelut ex oraculo petent. hos ille formabit quasi eloquentiae parens, et ut uetus gubernator litora et portus et quae tempestatium signa, quid secundis flatibus, quid aduersis ratio poscat, docebit, non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodam
6 operis: nemo enim minui uelit id, in quo maximus fuit. quid porro est honestius quam docere quod optime scias? sic ad se Caelium deductum a patre Cicero profitetur, sic Pansam, Hirtium, Dolabellam in morem praeceptoris exercuit cotidie dicens
7 audiensque. ac nescio an eum tum beatissimum credi oporteat fore, cum iam secretus et consecratus, liber inuidia, procul con-

14. de Orat. 1, 42, 190. 24. p. Cael. 4, 10.

1 ualitudine **GMS** est *om.* **G**, *sed habet punctum post* cauendū (*pro* cauendū ∸ *ut uidetur*) 2 non interstat **GMS**, *em. in edd. uett.* neque dicet **GMS** 3 sententia ne (nec **S**) se querat **GMS** 4 contingit **S** 5 senem *om.* **M** 6 quam **M**: quod **G**, quo **S** 7 alii quod *om.* **G** *1 m.* aliquod **G** *s. l. et* **M**, aliquid **S** 8 uideatur *om.* **M** rederent **G**, reddetur **S** de illo *nos:* illo **G**, illi **M**, alio **S** 9 desenire **G**, de se uenire **MS** 11 canet in portu (importuna **S**) et integra **GMS**, *em. in edd. uett.* 13 persequentur **S** 14 grassus **G** in **M**: aut in **GM** libros **M**, liberos **S** destinatur aquerentibus **GMS**, *em. Obrecht, sed retento* destinabat, *ut est in edd. uett.* 15 arte **GS** pulcherrimo ut est praeceptis **S** 16 dignum hos **GMS** 17 uere **GMS**: ueram *edd. uett. at cf.* 12, 10, 65 18 formauit **GS** quasi] que **S** 19 tēspertatium **G** *1 m.* tempestatum **MS**ς 20 ratio **G**, *ut coni. Spalding:* ratum **M**, ratur **S**, ratis *edd. priores* 23 quam **S**: qua **G**, qm **M** 24 Cicero] nō **S** hircum **MS** 25 dotabellam **G** preceptis **S** 26 at **M**, an **S** turbatissimum **GMS**, tunc beatissimum *edd. uett. et* ς 27 procul a **M**

tentionibus famam in tuto collocarit et sentiet uiuus eam, quae
post fata praestari magis solet, uenerationem, et quid apud po-
steros futurus sit uidebit.

Conscius sum mihi, quantum mediocritate ualui, quaeque 8
antea scierim quaeque operis huiusce gratia potuerim inquirere,
candide me atque simpliciter in notitiam eorum, si qui forte
cognoscere uoluissent, protulisse. atque id uiro bono satis est,
docuisse quod scierit. uereor tamen, ne aut magna nimium ui- 9
dear exigere, qui eundem uirum bonum esse et dicendi peritum
uelim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morum
quoque praecepta et scientiam iuris ciuilis praeter ea, quae de
eloquentia tradebantur, adiecerim, quique haec operi nostro ne-
cessaria esse crediderint, uelut moram rei perhorrescant et de-
sperent ante experimentum. qui primum renuntient sibi, quanta 10
sit humani ingenii uis, quam potens efficiendi quae uelit, cum
maria transire, siderum cursus numerosque cognoscere, mundum
ipsum paene dimetiri minores, sed difficiliores artes potuerint.
tum cogitent, quantam rem petant quamque nullus sit hoc pro-
posito praemio labor recusandus. quod si mente conceperint, 11
huic quoque parti facilius accedent, ut ipsum iter neque inper-
uium neque saltem durum putent. nam id, quod prius quodque
maius est, ut boni uiri simus, uoluntate maxime constat: quam
qui uera fide induerit, facile eas, quae uirtutem docent, artis
accipiet. neque enim aut tam perplexa aut tam numerosa sunt 12
quae praecipiuntur, ut non paucorum admodum annorum inten-
tione discantur. longam enim facit operam, quod repugnamus:
breuis est institutio uitae honestae beataeque, si cedas *naturae*.
natura enim nos ad mentem optimam genuit, adeoque discere
meliora uolentibus promtum est, ut uere intuenti mirum sit illud

---

1 fama **G** sentiet *Obrecht:* sententia et **GS**, senciat et **M** uiuos ea **G**, in nos eam **S** 2 post facta **GMS** solet et **GMS** 6 ac **M** qui *om.* **M** 7 atqui *Spalding* 8 scierit **G**: scieret **M**, sciret **ST** magno **S** 13 moram *Buttmann:* morem **G**, morum **S**, pondus **M** *et dett.* 14 experimentum tu (tū **MS**) qui **GMS** *fort.* repraesentent sibi 15 ingeni **G** 16 materia **S** 17 demetiri **S** minores et **M** difficiores **G** 20 *fort.* huic quoque opinioni 21 prius *edd. uett.* piu' **G**, peius **MS** quoque est maius **S** 22 uiri simul uoluntate (uoluntatem **GM**) maxime constant **GMS**, *em. in edd. uett.* 23 induerint **G** *1m.* eas quae *nos:* easdemque **GMS**, eas idem quae *Buttmann* artes accipient **M** 25 quae *om.* **S** praecipiuntur *Buttmann:* praemuntur **GS**, premunt **M**, promuntur *Bonnell* 26 longam enim *edd. uett.* longam ineā **G**, legem meam **MS** *et dett.* 27 instituto **GS**, instituti **M** uitae] iure **S** si cedas naturae *Christ:* si credas *libri* 29 promtum **G**: promptum **S**, proptum **M** uero **S** intuendi **GS**

13 magis, malos esse tam multos. nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus uolucribus conuenit, ita certe facilius esse oportebat secundum naturam quam contra eam uiuere. cetera uero, etiamsi aetatem nostram non spatio senectutis, sed tempore adulescentiae metiamur, abunde multos ad discendum annos habent: omnia enim breuiora reddet ordo

14 et ratio et modus. sed culpa est in praeceptoribus prima, qui libenter detinent quos occupauerunt, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius uideatur esse quod pollicentur, partim etiam inscientia tradendi uel neglegentia. proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus,

15 *quam* discere quae nondum scimus, melius putamus. nam ut de nostris potissimum studiis dicam, quid attinet tam multis annis, quam in more est plurimorum, ut de his, a quibus magna in hoc pars aetatis absumitur, taceam, declamitare in schola et tantum laboris in rebus falsis consumere, cum satis sit modico tempore imaginem ueri discriminis et dicendi leges comperisse?

16 quod non eo dico, quasi sit umquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non in una sit eius specie consenescendum. *res uarias* cognoscere et praecepta uiuendi perdiscere et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. discendi ratio talis, ut non multos poscat annos. quaelibet enim ex iis artibus, quarum habui mentionem, in paucos libros contrahi solet, adeo non est infinito spatio ad traditionem opus. reliqua est exer-

---

1 nam *om.* **S** *uoc.* aqua *in* **G** *erasum est, ut complura alia in hac extrema parte, atque ea fere, quae* **G** *solus seruauerat, sed cum desint in codd. reliquis, in ipso quoque eradendo deleta sunt; cf. Mus. rhen. XXIII p. 218 sqq.* 2 terris **M** circumfusum **GMS** nobis **GS**: omnibus **M** 3 certe] erit **S** oportebit **S** 5 tempore *edd. uett.* corpore **GMS** adulescentiae **G**: adolescentiam **MS** moriamur **S** abunde addiscendos annos **M** 7 modus *edd. uett.* mundos **GMS** est *om.* **M** 8 quos *ed. Basil. om.* **GMS**, *sed* **G** *in rasura, in qua* qđ *scriptum fuisse uidetur* cupiditatem **GS** 9 exigenti **GS**, exercendi **M** ambitio **GMS**, *em. in edd. uett.* quo **M**: quod **GS** diffic. uideatur esse *scripsi:* difficilius *libri, sed est in* **G** *post* diffic. *maior rasura, in qua tertia littera* d *nunc quoque apparet,* difficilius sit *edd.* 10 inscientiam **G**, insipientia **MS** negligendi **S** 11 nouimus quam discere *edd. uett.* nouimus discere **G**, nobis discere **MS** 15 partis **S** scola **GM** 16 consummere **G** 17 discrimini sed **G**, discrimine sed **MS** combibisse *coni. Buttmann* 18 eo **G**: *om. rell. noti et* ς, *cf. 9, 4, 20* quasi sit *nos:* qua sit **G**, quia sit **MS**ς omittendam **G** discendi **S** 19 non in una **G** *solus:* una **MS** est *malim, cf. tamen ad 4, 1, 65* spetiae **G**, species **M** res uarias *suppleuimus: om. libri, sed* **G** *in rasura 8—9 litterarum: obiectum uerbi desiderari recte Rollinus perspexit* 21 scolastici **GMS** 22 poscat annos *nos:* annos *libri, sed in* **G** *ante* annos *uoc. erasum est, cuius duae primae litterae* po *uidentur fuisse,* annos poscat *edd. uett.* enim plus ex **S** his partibus *libri,* artibus *est iam in ed. Camp. cf. § 9* 23 contrahis **GS** ideo *Badius* 24 non est *om.* **MS** spatio *om.* **S** ad traditionem *scripsi:* ac traditione **GS**ς, ac condictione **M** est exercitatio *scripsi:* est *libri, sed in* **G** *post* est *maior est rasura 10—12*

citatio, quae uires cito facit, cum fecit, tuetur. rerum cognitio 17
cotidie crescit, et tamen quam multorum ad eam librorum ne-
cessaria lectio est, quibus aut rerum exempla ab historicis aut
dicendi ab oratoribus petuntur, philosophorum quoque consulto-
rumque opiniones, si utilia uelimus legere, non, quod ne fieri
quidem potest, omnia. sed breue nobis tempus nos facimus: 18
quantulum enim studiis partimur? alias horas uanus salutandi
labor, alias datum fabulis otium, alias spectacula, alias conuiuia
trahunt. adice tot genera ludendi et insanam corporis curam,
peregrinationes, rura, calculorum anxiam sollicitudinem, inuita-
menta libidinum et uinum et flagrantibus omni genere uolupta-
tum animis ne ea quidem tempora idonea, quae supersunt. quae 19
si omnia studiis inpenderentur, iam nobis longa aetas et abunde
satis ad discendum spatii uideretur uel diurna tantum compu-
tantibus tempora, ut nihil noctes, quarum bona pars omni somno
longior est, adiuuarent. nunc computamus annos, non quibus
studuimus, sed quibus uiximus. nec uero si geometrae *et musici* 20
et grammatici ceterarumque artium professores omnem suam
uitam, quamlibet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt,
sequitur ut pluris quasdam uitas ad plura discenda desideremus.
neque enim illi didicerunt haec usque in senectutem, sed ea

litterarum, quarum duae primae ex *uidentur fuisse*; *in edd.* consuetudo *post* tuetur *suppletum est* 1 cum feci tuetur **G**, Cum fecerit **M**, confitetur **FT**, confertur **S** 2 quam *om.* **M**, tamen multorum (*sine* et) *malebat Buttmann* ad eorum laborum **S** 3 historiis **GMS**, *em. in edd. uett.* 4 orationibus **S** 5 si utilia *Christ (interpunctione loci emendata):* sicuti alia *libri* agere **S** non **G**, ne **MS**, nec *Bonnell* quod ne fieri quidem *scripsi:* quod ******* quidem **G**: quod quidem *codd. rell. et edd. inepte* 6 facimus *ed. Camp.* fecimus *libri* 7 partimur **GMS**: patimur *dett. pauci*, impertimur (impartimur) *edd. cf. 1, 12, 4* horas *om.* **S** 8 sotium **G** *1 m.* 9 adiice tot *edd. uett.* adicet ut **G**, adiciet ut **S**, adient et **M** genera dicendi insanum **S** curam — animis *scripsi:* curam peregrines rura calculorum ansia sollicitudine multae eam libidinum et uinum et flagitiis o. g. uol. animis **G**, curam traiam peregrinatio iura calculorum anxie sollicitudines multe cause libidinum et flagitiis o. g. uol. animis **M**, curam *** peregri rura calculorum ansia sollicitudine multa causa libidinum et flagitiis o. g. uol. animis **S**, curam; trahat inde peregrinatio, rura, calc. anxiae sollicitudines, multae causae libidinum et uinum et flagitiosus o. g. uol. animus *editiones; coli extremi haec est sententia:* et (adice) quod, cum animi o. g. uol. flagrant, ne ea quidem tempora idonea uidentur quae supersunt 11 *malim* et uinorum (*uel* et uenerum) 12 eam **G** 13 etatis **S** 14 spatii uideretur **G**, *ut coni. Rollinus:* spatia uiderentur **MS**ς uel *Buttmann:* ut **GMS** diurna **M**: diuturna **GS** 15 ut nihil **G** *solus:* ut **S**, at **M**, et *edd. priores* omnino **S** 17 uero si **M**: ueros in **G**, uiros in **S** et musici *nos: om. codd. sed* **G** *in rasura septem octoue litterarum* 18 gramatici caeterarumque **G** 19 uitam **M**: uiam **GS** 20 plures **S**ς discenda **M**: dicendi **GS**

sola didicisse contenti fuerunt ac tot annos non in percipiendo
exhauserunt, sed in praecipiendo.
21 Ceterum, ut de Homero taceam, in quo nullius non artis
aut opera perfecta aut certe non dubia uestigia reperiuntur,
ut Eleum Hippiam transeam, *qui non* liberalium modo discipli-
narum prae se scientiam tulit, sed uestem et anulum crepidas-
que, quae omnia manu sua fecerat, in usu habuit, atque ita se
praeparauit, ne cuius alterius opere egeret: inlusisse tot malis,
quot summa senectus habet, uniuersae Graeciae credimus Gor-
giam, qui quaeri auditores, de quo quisque uellet, iubebat.
22 quae tandem ars digna litteris Platoni defuit? quot saeculis
Aristoteles didicit, ut non solum, quae ad philosophos atque ora-
tores pertinent, scientia complecteretur, sed animalium satorum-
que naturas omnis perquireret! illis haec inuenienda fuerunt,
nobis cognoscenda sunt. tot nos praeceptoribus, tot exemplis
instruxit antiquitas, ut possit uideri nulla sorte nascendi aetas
23 felicior quam nostra, cui docendae priores elaborarunt. M. igi-
tur Cato idem summus imperator, idem sapiens, idem orator,
idem historiae conditor, idem iuris, idem rerum rusticarum pe-
ritissimus fuit: inter tot operas militiae, tantas domi conten-
tiones rudi saeculo litteras Graecas aetate iam declinata didicit,
ut esset hominibus documento, ea quoque percipi posse, quae
24 senes concupissent. quam multa, paene omnia tradidit Varro!
quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? quid plura? cum

1 contempti **G** ac **GS**: at **M** 2 exhauserunt sed in praecipiendo *scripsi:* exhauserunt *** p̄**p***do **G**, exhauserunt *codd. rell.* (tot annos in utendo, non in percipiendo exh. *edd. ex Badii supplemento*) 3 nullus **M** 4 aut **M**: ut **GS** opera **G**: *om. codd. rell.* certa **MS** 5 helium **GMS**, Aeleum *ed. Aldina* hyppium **S** qui non *edd. uett. om.* **GMS** 6 prae] parte **S** tullit **G** anulum **G** *corr. ex* nullum trepidas quoque omnia **S** 7 adque **GM**, at qui te **S** 8 prepauit **G** nec **S** operegeret **G**, ope egeret **MS** (opere *iam ed. Camp.*) inlusire **GM**, ilusire **S** tot malis quot *Bonnell:* tot ****s quod **G**, totque **S**, totoque **M**, tot quod *alii; supplementum Bonnelli, de cuius ueritate Meister in Philol. XVIII p. 521 immerito dubitauit, accurate respondet spatio rasurae in* **G** 9 suma **G** senectus habet — — gorgiā qui **G**: senectutis habetq; (habeque) *mediis omissis* **MS** *et dett.* 10 quaeri *nos:* quaere **GM**, quaerere **S**ς auditoris **MS** 11 platonis **GMS**, *em. in edd. uett.* quod saeculis **GS**, quodq; scilicet **M** 12 ut *edd. uett.* ait **GS**, uim **M** a phylosophos **G** 13 complecterentur **S** 14 omnes ς illis **G**: illis enim **MS** 15 tot nos exemplis **S** 16 antiquitas] *haec usque ad finem* **A** *quoque habet* forte **AGMS**, *em. in ed. Gryph.* 17 m. igitur **A**: mense igitur **GS** *(cf. uar. lect. § 31)*, M. censorius **M** 18 idem summus (sumus **G**) — — sapiens **AG**: *om. rell. noti* 20 et inter *Zumpt* 21 graecas **M**: *om.* **AGS** 22 esset **MSa**: esse **AG** 23 uarro **A**, *sed* o *in ras.* uarra **G**, uaria **S** 24 instrumenta **MS** dicendi M. **A**: didicimus **GMS** Tullio *om.* **S** quis plura q̄m̄ etiam **M**

etiam Cornelius Celsus, mediocri uir ingenio, non solum de his
omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris et ru-
sticae et medicinae praecepta reliquerit, dignus uel ipso propo-
sito, ut eum scisse omnia illa credamus.

At perficere tantum opus arduum et nemo perfecit. ante 25
omnia sufficit ad exhortationem studiorum capere id rerum na-
turam, nec, quidquid non est factum, ne fieri quidem posse, tum
omnia, quae magna sunt atque admirabilia, tempus aliquod quo
primum efficerentur habuisse: nam et poesis ab Homero et Ver- 26
gilio tantum fastigium accepit et eloquentia a Demosthene atque
Cicerone. denique quidquid est optimum, ante non fuerat.
uerum etiam si qui summa desperet (quod cur faciat, cui inge-
nium, ualetudo, facultas, praeceptores non deerunt?), tamen est,
ut Cicero ait, pulchrum in secundis tertiisque consistere.
neque enim, si quis Achillis gloriam in bellicis consequi non 27
potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur, nec qui Ho-
meri non †fuerunt**. quin immo si hanc cogitationem homines
habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset,
arbitraretur, ii ipsi, qui sunt optimi, non fuissent, nec post Lu-
cretium ac Macrum Vergilius nec post Crassum et Hortensium
Cicero, sed nec illi, *qui* post eos fuerunt. uerum ut transeundi 28
spes non sit, magna tamen est dignitas subsequendi. an Pollio
et Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiae agere
coeperunt, parum in uita dignitatis habuerunt, parum ad poste-
ros gloriae tradiderunt? alioqui pessime de rebus humanis per-

14. Orat. 1, 4.

2 conscripsit **M** regi **G** militaris et **a**: militari sed **AG**, militaris sed **MS** 3 medicinae **A**: *om.* **GMS**, *sed* **G** *in litura* 4 eum] cum **MS** 5 at **a**: ad **AGMS** et **AGS**: ut **M** perficit **S** 6 exortationem **A**[1]**G**, exercitationem **MS** non cadere in rerum naturam ut . . possit *Badius* 7 nec *Zumpt:* eo **A**(?)**GMS**, et **a** quitquid **A**, quicquid **GMS** nec fieri **S** posse **a**: posset **AG**, possit **MS** tum *ed. Camp.* cum *libri* 8 ammirabilia **a** 9 habuissent **a** poesis **A** *(sed* sis *in ras. m. 2):* poetas **GM**, poetis **S**, *fort.* poetica omero **G** uirgilio **GMS** 10 fastigium **MSa**: fastidium **AG** et **A** *corr. ut coni. Gernhard: om.* **AGMS** a **Ma**: *om.* **AGS** demostenes atq. ciceronem **G** *1 m.* 11 denique — fuerat] *haec Meisterus in Philol. XV, 725 post* laudem aspernabitur (§ 27) *transponenda censet deletis uerbis corruptis* nec qui Homeri *etc.* 12 quis **A** *corr. et* ς 13 praeceptores **a**: praeceptore **AG**, praeceptor **S**, precepto **M** non docere tamen **M** 14 in **A**: id **GMS** seculis **S** certisque **A**[1]**G**, certis **S** 15 in bellicis **M**: inbecillis **GS**, in rebus bellicis **A** *m. 2 in ras.* 16 neque qui **MS** 17 non fuerunt **GMS**: non tyrthei **A**, *sed* tyrthei *m. 2 in ras.* homine **A** *1 m.* 18 fuisset **a**: fuisse **AGMS** 19 hii **AM**, hi **GS**ς sunt *om.* **MS** nec **A**: neque **GMS** lucretio **G** 20 uirgilius **GMS** 21 cicero** **A**, ciceronē **G** qui post eos fuerunt] *sic* **A** *sed m. 2 in rasura;* post (*om.* qui) eos uicerunt **GMS**, *an* qui . . uiguerunt? 23 ciceronem artem **MS** tenenente **G**, tenentem **MS** 25 alioquin **GMS**

ductae in summum artes mererentur, si quod optimum fuisset**
29 adde quod magnos modica quoque eloquentia parit fructus, ac,
si quis haec studia utilitate sola metiatur, paene illi perfectae
par est. neque erat difficile uel ueteribus uel nouis exemplis
palam facere, non aliunde maiores opes, honores, amicitias, lau-
dem praesentem, futuram hominibus contigisse: nisi indignum
litteris esset ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atque ipsa
possessio plenissimam studiis gratiam refert, hanc minorem exi-
gere mercedem, more eorum, qui a se non uirtutes, sed uolupta-
30 tem, quae fit ex uirtutibus, peti dicunt. ipsam igitur orandi
maiestatem, qua nihil di inmortales melius homini dederunt et
qua remota muta sunt omnia et luce praesenti ac memoria po-
steritatis carent, toto animo petamus nitamurque semper ad
optima, quod facientes aut euademus in summum aut certe mul-
tos infra nos uidebimus.

31 Haec erant, Marcelle Victori, quibus praecepta dicendi pro uirili parte adiuuari posse per nos uidebantur, quorum cognitio studiosis iuuenibus si non magnam utilitatem adferet, at certe, quod magis petimus, bonam uoluntatem.

---

1 sumum **G** merentur **A**^{1} si quod — parit fructus *om.* **M** *post* si quod opt. fuisset *in marg.* **A** *m. 2* defuisset *additum est;* si quod optimum, idem ultimum fuisset *Buttmann, probabilius tamen uidetur* si quod opt. fuisset, idem ultimum fuisset 3 utilitate sola **Ma**: utilitati sole **AGS** maetiatus **A**^{1}, mentiatur **S** 4 nobis **A**^{1}**S**, nouis *om.* **G** *in litura* 5 aliumde **GM** 6 conti*g*isse *ni*si indignum **A**: conticissent sim dignum **G**, conticessent (concitiscent **M**) sint dignum **MS** 7 litteras **A** *in ras. m. 2* (litterescent ab **MS**) atque ipsa possessio **A** *in ras. m. 2:* atque ipsa passio **GMS** 8 refert **A** *corr.* (refer** **A**^{1}) 9 uoluntatem **GMS** 10 fit **A**: sit **GMS** peti **AG**: impetus **S**, species **M** 11 qua **A** (a *in ras.*), quia **S** di *(ex corr.)* immortales **A**, dū mortales **G** et q̄r et mota **S** 12 muta (multa *1 m.?*) sunt **A**: *om.* **GMS**, *sed* **G** *in litura* luce **Ma**: lucem **A**, lucent **GS**, luce in praesentia et *censor Jenensis (Sarpe)* praesenti] ipsum **S** 13 toto **MSa**: tota **A**(?)**G** 14 euademus **A**, *sed prior* e *in ras. duarum litterarum*, aut euad. **G** *corr. ex* aut̄ uademus, aut uademus **MS** sumum **G** multa **M** 15 infra annos **S** 16 haec erant (nt *in ras. m. 2*) M̄. uitori **A**, haec erat mens uictori (c *punct.*) **G**, habes m*** uictori **MS** dicendi **AMS**: didici **G** pro *om.* **S** 18 afferet **M**: adferent **A**, adferrent **G**, afferret **S** at **G**^{2}**MS** *et in ras.* **A**: ad **G**^{1} 19 magnis **S** uoluntatem. FINIT AMEN **AG**, uol. Explicit liber duodecimus M. F. Q. Institutionum oratoriarum **M**, uol. Quintilianus de institutione oratoria explicit **S**.

Addenda et corrigenda.

Part. I p. 14, 10 *legendum est* occurrentibus

p. 23, 12 (1, 4, 8) non enim sic optimum dicimus ut scribimus optimum *coni. H. Keilius, idem paulo post legere malit:* praeter h notam adspirationis.

p. 23, 21 (1, 4, 10) quia 'et iam' scribitur sicut 'etiam' et 'a quo' ut 'acuo' *coni. H. Keilius.*

p. 33, 4 (1, 5, 32) *Comparat Keilius de lectione* ἰωτακισμούς, *quae ipsi quoque uera uidetur, Pomp. comm. Gr. lat. V, p. 286, 7 et Consent. p. 394, 11.*

p. 37, 24 (1, 5, 62) *Keilio quoque uerba* duabus longis sequentibus *delenda uidentur, adscripta illa a quodam, qui putarit hic agi de accentu formae* Olympo, *non nominatiui* Olýmpus *pro graeco* Ὄλυμπος; *cf. Serg. expl. in Don. IV, p. 526, 4 sqq. 527, 25 et Serv. in Aen. X, 541.*

p. 41, 23 (1, 6, 14) *Keilius recte monet coniecturam Gallaei* ut, cum nomina quamuis feminina . . terminentur *parum probabilem uideri, ipse scribit:* ut, quamuis nomina feminina *etc. an deleto uoc.* nomina, *cuius loco Ambrosianus et prima manu Bernensis* non *habent,* ut, quamuis feminina *etc. scribendum est?*

p. 42, 22 (1, 6, 19) calidam dicere quam caldam *coni. Keilius coll. Gramm. lat. IV, 198, 3; 581, 22; I, 553, 20; in hac enim uoce* (aqua calda) *forma breuiata uidetur in usu fuisse.*

p. 44, 18 (1, 6, 31) praecipueque ab aeolica oratione *coni. idem.*

p. 47, 28 (1, 7, 5) cum, si tempus significaret, per q et um (*uel* per qu et um) . . scriberetur *requirit idem coll. Mar. Victor. p. 2460 P, Velio Longo p. 2231 et 2237, Scauro p. 2261, Cassiod. p. 2288 et 2318.*

p. 48, 13 (1, 7, 10) nisi quae significat etiam, ubi sola ponitur *malit idem.*

p. 49, 9 (1, 7, 15). *Emendationem Lachmanni* cum dato furei *Lucianus quoque Muellerus de re metr. p. Lat. p. 336 probat.*

p. 49, 17 (1, 7, 17) *ad uerba* quibusdam (in quibusdam?) etiam interponitur (i littera) ut in ληιστῇ *comparat Keilius Mar. Victor. p. 2463 P:* in quibusdam mediis interponitur uerbis ut in ἄιδης (αἴδε *codd.*).

p. 50, 4 (1, 7, 21) *Recte Keilius monet in his uerbis* Gai primum Caesaris inscriptione traditur factum *singularem numerum insolentem uideri, cuius loco exspectares* inscriptionibus, *ut apud Velium Longum p. 2228 P.* tituli Caesaris *et* inscriptiones Augusti *memorantur.*

p. 50, 8 (1, 7, 23) *Restituenda erat haec librorum lectio:* quid? non Cato Censorius 'dicam' (*an* pro 'dicam'?) et faciam' 'dice et facie' scripsit? *cf. locos Festi apud Cat. ed. Jord. p. 90.*

p. 120, 25 (3, 1, 10) *De forma* Cius *a nobis restituta cf. A. Fleckeisen in Ritschelii Opusc. philol. I, p. 555 not.*

p. 153, 5 (3, 8, 6) *Recte ed. Gryphiana:* Prooemio, quale est in iudicialibus, non utique eget.

p. 163, 2 *post* uocari *signum interrogationis ponendum est.*

p. 172, 17 (4, 1, 7) *Bene scribit Gul. Meyerus:* quare in primis existimetur uenisse ad agendum ductus officio uel cognationis uel amicitiae maximeque, si fieri poterit, rei publicae, aut alicuius certe non mediocris exemplo. *Cf. Cic. diu. in Caecil. § 5.*

p. 202, 5 (4, 2, 110) *Lectionem* adfectu *Ernesti quoque in Lex. technol. lat. rhet. p. 207 coniectura adsecutus est.*

p. 204, 13 (4, 2, 124) *Scripturam* uoce tactuque oscitaret *commendat P. Victorius in Var. Lectt. 22, 5.*

p. 241 (5, 10, 57) *In extrema adnotatione ad vers. 11 typothetarum error sic corrigendus est: 'ipse malim hoc ordine:* quod n. rationale est' *etc.*

p. 268, 3 (5, 13, 2) dumosa est actio *coni. Gesnerus,* cliuosa est a. *Ernesti in Lex. technol. lat. rh. p. 174.*

p. 270, 3 (5, 13, 13) *malim* in riuos diducas.

p. 280, 11 (5, 14, 5) *malim* quia autem interim *etc.*

p. 280, 21 (5, 14, 7) *ex scriptura Ambrosiani* adgubernantur *lectio* adcurantur, *ut habet Cicero, uidetur restituenda esse.*

p. 283, 9 (5, 14, 18) *fort.* uariauit hoc adhuc *etc.*

p. 296, 19 (6, 1, 25) praesentia animi *hic quoque malim, item* § *27.*

p. 312, 9 (6, 3, 16) *uide ne in loco obscurissimo scribendum sit:* maledicta sunt et uocantur.

Part. II p. 12, 5 (7, 1, 54) *Scribendum uidetur:* dictum enim est (*Ambr.* dictum non est *ita habet, ut* non est *in rasura scriptum sit*).

p. 46, 7 (7, 7, 9) *In demonstratione Quintiliani prius membrum intercidisse Madvigius quoque in Aduersariis criticis p. 45 intellexit, cuius praestantissimi libri partem adhuc impressam ab auctore illustrissimo nuper accepi.*

p. 48, 21 (7, 9, 6) cum scriptura dubia sit *malim.*

p. 72, 1 (8, 3, 25) *Etiam hoc in mentem uenit:* satis est uetus quaeso: quid necesse est quaesito dicere? *Cf. Prisc. 1, p. 430, 6 ed. Hertzii:* quaero 'quaerito' differentiae causa facit, quia a quaeso 'quaesito' fit. *De forma* quaerito *cf. praeterea Gloss. lat. a G. Thoma editum (Sitzungsber. der bayer. Akad. 1868 uol. 2) p. 402.*

p. 72, 10 (8, 2, 27) nuncupare *P. quoque Victorius in exemplo suo ed. Aldinae (1514) emendauit.*

p. 79, 9 (8, 3, 58) *Lacuna haud scio an sic explenda sit:* etiamsi non omne falsum cacozelon est. [in eo quod cacozelon est] dicitur aliter quam *etc.*

p. 101, 8 (8, 6, 20) in ornando *recte P. Victorius.*

p. 131, 15 (9, 2, 38) *Cum Ambros. uerba* o leges portiae *in rasura scripta habeat, in Bernensi autem lacuna sit* o legesque semproniae, *ipsa lectio Tulliana* o lex Porcia legesque Semproniae *restituenda erat.*

p. 136. *In extremo uersu adnotationum scribendum est:* aureos *om. aliquot libri Cic.*

p. 151, 1 (9, 3, 23) cum continuationi . . interuenit *coni. F. Meisterus.*

p. 162. *In adnotatione ad uers. 17 corrigendum est: si uertas* 'nur so viel'.

p. 163, 12 (9, 3, 77) *Capperonnierus recte:* ὁμοιοτέλευτον uocant similem . . finem, *cf. 9, 3, 87. 10, 3, 17 etc.*

p. 164, 23 (9, 3, 81) nam et singula singulis opponuntur *coni. Gust. Dzialas in Rhett. antiquorum de figuris doctrina (Vratisl. 1869) I p. 21.*

p. 169, 12 (9, 4, 1) *Immerito secutus sum Spaldingium recepta scriptura* nescio an nulla pars; *cf. Zumpt. V, p. 326 ed. Spald.*

p. 175, 23 (9, 4, 35) *Gul. Christi emendatio* passim, *cui contrarium est* ubique, *egregie firmatur his locis 4, 1, 70:* non tamen haec, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt, *et 5, 10, 21:* non omne argumentum undique uenit ideoque non passim quaerendum est. *Illud quoque notandum erat eandem emendationem Gulielmum quoque Meyerum inuenisse.*

p. 176, 5 (9, 4, 36) opimae syllabae *iam P. Victorius.*

p. 176, 19 (9, 4, 39) pos meridiem *admodum probabiliter Fr. Ritschelius in Opuscc. philol. II, 549.*

p. 178, 15 (9, 4, 47) longam esse . . pueri sciunt *haec Gul. Christo glossema uidentur.*

p. 182, 3 (9, 4, 62) hic laus omnis declamandi *coni. Gul. Meyerus aeque probabiliter.*

p. 186, 6 (9, 4, 80) *fort.* pyrrichium, quem alii pariambum uocant, breuibus duabus, iambum breui longaque.

p. 200, 7 (9, 4, 143) *Cum in eo, quod nunc ex Regii coniectura legitur* magis perdit amittitque et fidem et adfectus motusque omnis *parum probabile*

uideatur scripturam amittitque *in illam librorum* atque *transiisse*, *locum sic redintegrare malim:* magis perdit atque [corrump]it fidem et adfectus motusque omnis.

p. 202, 17 (10, 1, 3) *cf. 1, 3, 1:* proximum imitatio.

p. 204, 4 (10, 1, 12) et pressi copia laetis] *locus est ex Verg. Ecl. 1, 81.*

p. 209, 9 (10, 1, 35) *uide ne ex scriptura Bambergensis* uitio factum est orum *emendandum sit* uitio f. est rhetorum.

p. 210, 24 (10, 1, 44) lēuis et nitidi et compositi generis *Gul. Meyerus probabiliter coll. 10, 1, 52 et 5, 12, 18.*

p. 221, 13 (10, 1, 95) etiam amplius saturae genus *coniecit Luc. Muelleros in Mus. rhen. (1869) uol. 24 p. 142.*

p. 227, 14 (10, 1, 127) *Ragnar Törnebladh in Quaestt. de usu particularum apud Quintil. (Holmiae a. 1861) p. 11 not. 1. hoc scribit: 'Loco X, 1, 127:* Foret enim optandum pares ac saltem proximos illi uiro fieri *Bonnellus ex Bamb. m. 2* aut *recte scripsisse uidetur etc.' At monendum est in Bamb.* ac saltem *legi nec quidquam manu secunda mutatum esse.*

p. 228, 3 (10, 1, 131) *De confusione uocum* utcumque *et* utrumque *cf. etiam ad 11, 2, 24 p. 276, 1.*

p. 235, 29 (10, 3, 15) *facilius sic emendes:* quid obueniat, at quid res poscat *etc.*

p. 256, 3 (11, 1, 15) *scribendum* omnis sui *(sine uncinis).*

p. 260, 8 *corrig.* Agamemnonem

p. 263, 31 (11, 1, 59) nec accusanti pupillo *coni. Zumptius.*

p. 266, 5 (11, 1, 70) studiosorum (studiosum *libri*) disputationem *ed. Aldina.*

p. 306, 3 (11, 3, 139) ut sit paulum cinctus summissior *coni. Zumpt; cf. Philol. 28 p. 282.*

p. 343, 4 (12, 9, 16) dicet scripta, quum res patietur, plurima *P. Victorius.*

p. 346. *In adnot. prima ad uers. 18 corrigendum est:* parum (*pro* et parum) superstitiosum b.

p. 354, 20 (12, 10, 57) *malim:* prudenter enim quidam, cum interrogasset *etc.*

INDEX I
SCRIPTORUM ET ARTIFICUM.*)

*) Nominibus auctorum, quorum loci adferuntur, stellula praefixa est.

INDEX II

RERUM ET PERSONARUM